* Χυτρίδας vero, ollarum fora dixerunt. Quemadmodum & ollaria, pro ollarum locis. Lateres, laterarius, lateres trahens, lateres trahere, lateres formare, lateres ferre. Et laterarii dicebantur, lateres formantes. Ollarum Artifex, pupparum formator, quorum proprium erat, flava tingere: furnariorum vero, deaurata. In dolio figulinam diſcere. A doliis vero,

datum: βῆκον habet *Paulus Ægineta*, pro quo βίκος eſt apud *Promotum* MS. hinc βήκιον & βίκιον recentiores. Vid. *Noſtrum* X, 73.

16 Καταστανίζειν] MS. τὸ καταστανίζειν. *Jun.* Nomenclat. interpretatur, *Vinum elutriare. Caſaubonus* noſter XI. *Athen.* 14. verba iſta apud *Athen. Nicoſtrati*, τῶν κατεσταμνισμένων ἡμῖν λαγύνων, verti jubet, *Lagenarum quas diffudimus*, *Pollucem* hinc adducens. Et valde deliravit hic *Interpres Pollucaus* cum ſuo *appetere*. ſignificat enim id verbi idem ac *deplere*, *diffundere*. JUNG.

17 *Appetere*] *Defundere*, aut *decapulare*, *elutriare*, *ex vaſe in vas transfundere*: id enim κατεράσαι. SEB. 2.

Τὸ κατερᾶν.] *Interpr. appetere.* malim *diffundere*, *transfundere vinum e dolio in dolium*, *ex urceo in urceum*, διαχεῖν. *Salm.* ſuas *Exercit. Plinianas* laudat pag. 467. 468. edit. *Pariſ.* de καταστανίζειν. *Theophr.* de C. P. lib. II. c. 25. ὁ οἶνος δεινὸς ἑλκῦσαι τὰς ἐκ τῶν παρακειμένων ὀσμάς· καὶ μᾶλλον καὶ θᾶττον ὁ κατεσταμνισμένος, *in urceos transfuſum.* KÜHN.

18 Λεπρᾶν] C. V. λέπραν. λεπρᾶν quibuſdam arboribus adſcribit *Theophr.* ut & ψωριᾶν, & radicibus μυδᾶν, *muceſcere*, & μύδησιν, lib. V. de C. P. cap. 12. KÜHN.

Λεπρᾶν] MS. λέπραν δὲ κεράμειον ὀξ. ſed vulgata bene habent, niſi quod κεράμιον magis placet. JUNG.

19 Πίνακες &c.] Ita MS. πίνακες κεραμίοι, τρυβλία, χύτραι· χύτρας δὲ καὶ τὰ χυτροπωλία. Et in vulgatis pro χυτρίδας ſane χύτρας ex MS. itaque reponendum videtur. Eſt enim id prorſus Atticum, ἀπὸ τῶν πιπρασκομένων καὶ τοὺς τόπους ὀνομάζειν, ut potes videre infra X, 19. &c. & quæ notavit *Caſaubonus* noſter ad Charact. *Theophr.* περὶ ἀναισθ. Sic quod ad noſtrum locum *Heſychius*, Χύτραι, ait, τὰ χυτροπώλια. Quid & ſi *Noſter* ipſe idem hoc dicat? dicit certe infra IX, 47. ἀπῆλθον εἰς τὰς χύτρας. adeo ut dubitandi de noſtri MS. lectione non ſit locus amplius. πινάκων κεραμίων autem & infra mentio Segm. 197. τρυβλία autem paroxytonως quoque in MS. ſunt, ut vulgo, ſicut & infra X, 86. & 136. & *Heſych.* τρύβλιον. ſupra tamen VI, 85. τρύβλια fuit, ubi MS. noſter quidem deficiebat, quo pacto & alibi invenitur. JUNG.

20 Χυτρεῖα] Pro χυτρεῖα, MS. χύτρια habet. *Heſychius* χύτρεια. JUNG.

21 Πλίνθοι] Præcedit in *Falckenburgii* Codice hæc ἐπιγραφή· περὶ πλίνθων καὶ πλαττόντων.

22 Πλινθουλκὸς] Idem quod πλινθουργὸς, & πλινθουλκεῖν quod πλινθουργεῖν. *Vitruvius* lib. II. cap. 3. ſæpius dixit, *lateres ducere*, pro *formare l.* KÜHN.

23 Πλινθεύειν] *Heſych.* ἐπλινθεύθησαν, οἱ αἰχμάλωτοι πλίνθους ἐβάσταζον ἕως τοῦ λύτρα εἰσενεγκεῖν. ubi legerem ἐπλίνθευσαν. quod ipſum Iſraëlitis accidit in Ægypto, formando, coquendo & portando lateres. hæc enim omnia complectitur τὸ πλινθεύειν. KÜHN.

24 Πλινθοφορεῖν] Poſt πλινθοφορεῖν, MS. ita: ἐπλινθεύθησαν. οἱ τὰς πλίνθους πλ. omnino vero vulgo τὰς πλίνθ. ſcribendum, non τούς. eadem menda erat ſupra Segm. 119. JUNG.

25 Κυθροπλάθος] C. V. χυτρόπλαθος. melius eſt revocare accentum ad penultimam, & ſic legit *Interpres*, reddit enim *ollarum artifex.* idem mendum in *Gloſſ. olla*, κύθρα, pro χύτρα, niſi κύθρα a dialecto fuerit. KÜHN.

Κυθροπλάθος] MS. noſter χυτροπλάθος· quam ſcripturam veriorem puto hoc loco. quamvis infra contra Segm. 197. pro vulgato χυτροπῶλαι, MS. κυθροπῶλαι habeat. JUNG.

Κυθροπλάθος, κοροπλάθος] Χυτροπλάθος cum Clariſſ. *Kühnio* reſtitui: de voce autem κοροπλάθος *Harpocrationem* vide; locus quem ex *Iſocrate* περὶ τῆς ἀντιδόσεως laudat, eſt in illius orationis initio, ὥσπερ ἂν εἴ τις Φειδίαν, τὸν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἕδος ἐργασάμενον, τολμῴη καλεῖν κοροπλάθον. Modo pro τοὺς πλίνθους emendavi τάς· Vide quæ dicta ad VII, 119.

26 Χολοβαφῆ] C. V. χολοβάφινα eodem ſenſu, *felle tincta. Heſych.* χολόβαφα τὰ χρυσῷ ἐμφερῶς βεβαμμένα. χολοβάφιον τοῦτο λέγεται, ἅμα μὲν ὅτι τὰ φαῦλα (φαύλως) βαφέντα χολῇ βάπτεται, ἅμα δὲ ὅτι τάδε χρυσῷ ἐμφερῶς βεβαμμένα. *Plinius* lib. XXVIII. cap. 9. *Taurino* (felli) *pracipua potentia etiam in arte pellibuſque colore aureo ducendis.* Hæc adſcripſi, ut pateret χολοβαφῆ & χρυσοβαφῆ unius ejuſdemque ſignificationis eſſe, ſecus ac *Interpres* putavit. KÜHN.

Χολοβαφῆ] *H. Stephanus* ad oram adſcripſit κολλο. Sed MS. noſter habet χολοβάφινα, quæ vera eſt lectio, vocemque iſtam explicat *Pollux* per χρυσοειδῆ. Vide de hoc *Noſtrum* planius ſupra II, 214. ubi ex *Heſychio* quædam attuli. Malim vero poſt χρυσοειδῆ punctum ponere. ἰπνοπλάθοι enim rurſum peculiaris vox. JUNG.

27 Ἀμαλθαίνειν.] C. V. μανθάνειν. ita & *Salm. Plato* in *Gorgia*: ἐν τῷ πίθῳ τὴν κεραμείαν (alibi κεραμίαν habet) ἐπιχειρεῖν μανθάνειν. Puto aliquem data opera ſcripſiſſe ἀμαθαίνειν ad indicandum, quod qui a dolio figulinam incipit, male diſcat, rudiſque maneat. KÜHN.

Ἀμαλθαίνειν.] Miror unde vox inepta ἀμαλθαίνειν invaſerit *Noſtrum*. MS. diſerte pro ea, μανθάνειν habet. Adnotavit idem *Schottus* noſter, qui hic ita obſervavit: ἀμαλθαίνειν, γρ. μανθάνειν. *Sicque leg. Parœmia eſt*, ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν. Nil verius eſt: corruptum fuit elegantiſſimum proverbium, quod etiam in *Zenobii* epitome τῶν Ταῤῥαίου καὶ Διδύμου παροιμιῶν expoſitum habes in, ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν. memini eo uti ita eleganter & *Agathiam* initio lib. III. Ἱστορ. εἰ καί μοί τις νεμεσήσειεν ὡς ὑπερτέρων ἐφιεμένῳ καὶ τὸ λεγόμενον ἐν πίθῳ φιλεργοῦντι τὴν κεραμείαν, ſed de hoc & aliis egregium opus *Schotti* no-

&

& Cadus dicitur, juxta Pherecratem in
Petale: Et ex cado merum extraxit.
164 * Tum & Eupolis in Populis inquit, Hic
ſane illis cadus erat. Cum autem Igne fiſ-
ſum, Cratinus dicat in Horis, figulinæ ar-
ti hoc nomen adnumerandum eſt, cum
eodem & Ariſtophanes in Acharnenſibus
utatur: Tinnit hic quiddam ſtreperum &
igni ruptum. Sed circa quod cadorum Fa-
bri lutum illinentes, cados formant, ca-
nabus appellatur. Lutum vero, Ἀναχύρω-
τον Ariſtophanes in Non ſeneſcente dixit.
165 * Formatores, formare, efformare, for-
matoria. Ceræ formatores, formandi ars
cum cera. Ceram macerare, alleviare, li-

[28] ὁ πιθών, Φερεκράτους εἰπόντος ἐν Πετάλῃ, Κἀκ
πιθῶνος [29] εἴρυσεν ἄκρατον. * καὶ μέντοι καὶ Εὔ- 164
πολις ἐν τοῖς Δήμοις ἔφη, Ἐνταῦθα τοίνυν ἦν [30] ἐ-
κεινοσὶ πιθών. [31] πυρορραγὲς δὲ, Κρατίνου εἰπόν-
τος ἐν Ὥραις, ἐφαρμοστέον τοὔνομα τῇ κεραμευ-
τικῇ, ἐπεὶ καὶ Ἀριστοφάνης [32] ἐν Ἀχαρνεῦσιν εἴ-
ρηκε, Ψοφεῖ λάλον τι καὶ πυρορραγές. [33] περὶ δὲ
ὃ [34] οἱ τοὺς πίθους πλάττοντες τὸν πηλὸν περιτι-
θέντες πλάττουσι, τοῦτο τὸ ξυλήφιον [35] κάναβος
καλεῖται. [36] ἀναχύρωτον δὲ τὸν πηλὸν Ἀριστοφά-
νης [37] ἐν Ἀναγύρῳ λέγει. * [38] Πλάσται, πλάτ- 165
τειν, διαπλάττειν, πλαστική. Κηροπλάσται,
κηροπλαστική, κηρὸν τήκειν, [39] λεαίνειν, λύ-

ſtri cupide expectamus, quo præclaro ſtudio jungit illa veterum Adagia Græca *Diogeniani*, *Zenobii*, *Apoſtolii*, aliorum: quæ ab *Eraſmo* minus confuſa, & potius ſuis verbis propoſita fuiſſe jamdudum optarunt viri docti: quorum voto ille brevi abunde ſatisfaciet. JUNG.

Ἀμαλθαίνειν.] *Kühnius* in textu emendat *μαλθάσσειν*, eumque nos ſequimur: vid. *Theon. Soph.* Prog. c. 1.

28 Ὁ *πιθὼν*] *Interpr. cadus.* ſed cadus non venit *ἀπὸ τῶν πίθων*. melius eſt *cella vinaria*. *Gl. πιθεὼν*, *Torcular*, *cella vinaria*. hæc enim multa continet dolia. contractum eſt *πιθὼν* ex *πιθεὼν*, ut *ἱστὼν* ex *ἱστεὼν*, *textrina*. KÜHN.

Ὁ *πιθὼν*] MS. *ὁ πιθῶν*. De *Pherecratis* dramate vide *Caſaubonum* noſtrum VIII. *Athen.* 6. JUNG.

29 Εἴρυσεν] C. V. *εἴρυσαν· e cella vinaria hauſerunt merum.* KÜHN.

Εἴρυσεν] MS. *εἴρυσαν*. plurali: de *Eupolis Demis* alios qui laudant proferre eundem *Caſaubonum* noſtrum III. *Athen.* 24. ſupra etiam dixi. JUNG.

30 Ἐκεινοσὶ] MS. *ἐκεινοσίν·* quod, ni fallor, metro fulciendo. JUNG.

31 Πυριῤῥαγὶς] Leg. *πυροῤῥαγές·* ita enim *Suidas* ex *Horis Cratini* citat: *ἴσως πυροῤῥαγὶς*, (vel potius metri poſcente lege, ut *H. Stephanus* monet, *πυρεραγὶς*) *καὶ κακῶς ὠπτημένον*. apud *Ariſtoph.* autem Acharn. v. 930. ſic habetur:

--- ψοφεῖ
Λάλον τι καὶ πυροῤῥαγές. SEB.

Πυριῤῥαγὶς] C. V. *πυριῤῥαγὶς*, leg. *πυριῤῥαγὴς* vel *πυροῤῥαγής*. Cæterum *Scholiaſtem Ariſtoph.* ſecutus *Suidas* laudat etiam *Cratinum* in *Ὥραις*, ejuſque hoc profert teſtimonium: *ἴσως πυροῤῥαγὶς καὶ κακῶς ὠπτημένον· forte eſt* (vas fictile) *igne diſruptum & male coctum. Ariſtoph.* locus in *Acharn.* *λάλον τι καὶ πυροῤῥαγὶς ψοφεῖν*, *male ſonare, ut fictile vi ignis in camino diſſiliens*, quod alias vocant *σαθρὸν ἠχεῖν*, extat pag. 297. *Edit. Baſil.* C.V. mox *πυριῤῥαγὶς*. male. KÜHN.

Πυριῤῥαγὶς] MS. *πυῤῥιραγὶς δὲ*, Κρ. *ἐν ὥραις εἰπόντος*, *ἐφαρμ.* *H. Stephanus* in ſuo codice ad hoc *πυριῤῥ.* adſcripſit: *πυροῤῥ.* *Ariſtoph.* & *Suidas*. Et *Seberus* noſter monuit *πυροῤῥαγὲς* emendandum, ut & apud *Ariſtophanem* ſit. MS. habet, ut dixi, per *ι* in ſecunda ſyllaba. mox vero in *Ariſtophanis* verbis habet MS. *πυριῤῥαγές*. quos bene emendavit *Seberus* noſter, ante enim vulgatum *Ψοφιλαλόν*. Sed *H. Stephanus* in ſuo codice etiam *Ψοφεῖ* repoſuerat, quod & MS. noſter habet. Sed & hoc quamvis leve, nihil tamen omittam ex MS. ſciens. JUNG.

Πυριῤῥαγὶς] Πυροῤῥαγὶς cum *Kuhnio* reſtitui, ita & *Etymologus*: *Πυροῤῥαγὶς, ὁ ἦχος τῶν κεραμικῶν σκευῶν ἐν τῷ πυρὶ κατεαγότων, ἀπὸ τοῦ πῦρ καὶ ῥήγνυμι.* Modo autem pro *λαλόν τι*, *λάλον τι* emendavimus.

32 Ἐν Ἀχαρνεῦσι] MS. *ἐν τοῖς Ἀχαρν.* plenius. De *Cratini* autem *Horis* vide *Caſaubonum* noſtrum IX. *Athen.* 4. JUNG.

33 Περὶ δὲ ὃ &c.] MS. *περὶ ὃ δέ*. & ſic potius repone. JUNG.

34 Οἱ τοὺς πίθους] C. V. *πηλίνους*, *dolia fictilia*. in fine libri X. extat *πήλινα·* & mox *περιθέντες*, idem Codex. *qui dolia & pupas ex luto fingunt, lutum illud formæ ligneæ induunt, quæ κάναβος appellatur.* vid. penult. c. l. X. KÜHN.

Οἱ τοὺς πίθους] MS. *οἱ τοὺς πηλίνους πλαττ.* omiſſo *πίθους*. JUNG.

Οἱ τοὺς πίθους] Πηλίνους emendabat *Kuhnius*: ego vulgatam lectionem retinui.

35 Κάναβος] C. V. pro *κάναβος* leg. *κάλαβος*. vide *Scaligerum* in *Feſtum* voce *ſtipatores*. KÜHN.

Κάναβος] MS. *κάλλαβος*, pro *κάνναβος*. ſed *κάναβος* tamen eadem de re infra X, 183. MS. Vide *Leopard.* XI. Emend. 8. & *Cujacium Paratitl. Codic. Juſtin.* lib. VIII. tit. 37. JUNG.

36 Ἀναχύρωτον] *Paleis non ſubactum.* SEB. 2.

Ἀναχύρωτον] *Lutum non aceratum. Vetus Onomaſt. acero, ἀχυρόω.* male *Gloſſar. Labbæi ἀκυρόω.* quod longe aliud ſignificat. *acer ceris*, (leg. *acervus aceris*) *ἀχυρών. Gloſſ. Philox. aceres, τὰ σίτου λίπυρα.* Viri docti *Columellæ* reſtituendam hanc vocem putant lib. VII. c. 9. *Hoc autem* (nempe porcum paſcere ſtipula cæteriſque leguminum caducis frugibus) *fit longinquis regionibus, ubi nil niſi ſubmittere expedit. Nam ſuburbanis lactens porcus ære mutandus eſt.* hic legunt, *acere nutricandus eſt.* Verum enimvero ſi *Palladium* conferas in *Februario* Tit. 26. ſatis patebit, vulgatam lectionem *Columellæ* non ſolicitandam eſſe; *Ubi facultas eſt tranſigendi, venditis qui ſubinde nati ſunt, celerior matribus ſatura reparatur*, inquit ille. Jam vero in ſuburbanis eſt facultas vendendi porcos lactentes, ergo non acere nutricandus, ſed ære potius mutandus erit. Et hæc obiter in gratiam eorum, qui *Columellæ* locum ita voluerunt emendandum. KÜHN.

Ἀναχύρωτον] MS. *ἀναχ. δὲ πηλὸν Ἀριστοφ. ἐν ἀναγύρῳ λέγει.* Scribe itaque *ἀναγύρῳ*, comœdiæ titulum ſæpe corruptum, quem talem ut MS. noſter habet potius rectum putat & *Caſaubonus* noſter IV. *Athen.* 4. & XIV. *Athen.* 16. JUNG.

37 Ἐν ἀγύρῳ] Vid. indicem ſcriptorum in *Ariſtophanes*. SEB.

Ἐν ἀγύρῳ] C. V. *ἐν ἀναγύρῳ*, & ita dudum legit *Caſaubon.* in *Athen. Salm.* notat ſcriptos Codices ubique proferre *ἐν ἀγύρῳ* pro *ἐν ἀναγύρῳ*. KÜHN.

Ἐν ἀγύρῳ] Ἀναγύρῳ ex MSS. Cod. & Cl. *Kühnii* emendatione in textum recepi. *Etymologus* in Βουκέφαλος.

38 Πλάσται] Pro *πλάσται* &c. MS. habet: *πλάσαι, πλάττειν, πλάττει, πλαστική. καὶ κηροπλ.* JUNG.

Πλάσται] *Falckenburgius πλάσαι.*

39 Λεαίνειν] C. V. *ἀλεαίνειν*, *calefacere.* cui ſubdit *λεαίνειν*, *levigare.* KÜHN.

Λεαίνειν] MS. *ἀλεαίνειν*, *χεῖν*, *λύειν* &c. verbo *χεῖν*

ειν, ἀνιέναι, [40] ὀργάζειν, μαλάττειν. λέγεται δὲ καὶ [41] πηλὸν ὀργάζειν. [42] Κουρεὺς, [43] κουρὶς, κείρειν, ἀποκείρειν, [44] ἀπονυχίζειν, κομμωτὴς, [45] κομμώτρεια, κομμωτικὴ, κομμοῦν, καὶ πέκειν. ὅθεν καὶ Ὅμηρος,

[46] —ἰδὲ χαίτας

Πεξαμένη χερσὶ πλοκάμους ἔπλεξε φαεινούς.

[47] Πιττοκόπος, [48] πιττοκοπικὴ, πιττοῦν, πιττοῦσθαι, πιττοκοπεῖσθαι, παρατίλτρια, παρατίλλεσθαι, [49] παραλέγεσθαι.

quefacere, remittere, ſubigere, mollefacere. Dicitur & lutum ſubigere. Tonſor, novacula. tondere, detondere, abradere. Comptor, comptrix, comptoria ars: comere, & pectere. Unde & Homerus:

—— & *capillos*

Pectens manibus, cincinnos complicuit
ſplendidos.

Pice ornatus, pice ornans: picare, pice illinire, Evulſoria, vellere, colligere.

166 • Περὶ βαλανέων. β′.

• *De balneatoribus.* 2. 166

[50] Βαλανεὺς, [51] βαλανεύτρεια, βαλανεῖον, βαλανευτικὴ, βαλανεύειν. μέρος δὲ βαλανείου καὶ [52] ἐσχάρα, καὶ ἀλειπτήριον. Φησὶ γοῦν Ἄλεξις ἐν Καυνίοις,

Balneator, balneatrix: balneum, balneatoria, balneari. Sed balnei pars, focus, & unctuarium. Alexis enim in Cauniis dicit,

auctius. Et ſupra habuiſti in re pictoria Segm. 129. κηρὸν τήξασθαι & χέασθαι. JUNG.

Λεαίνειν] *Kuhnius* ἀλεαίνειν· recte, ita & Eruditiſſ. *Falckenburgii* Codex: & mox χυεῖν pro χεῖν.

40 Ὀργάζειν] De verbo ὀργάζειν vid. *Foeſ.* Oecon. *Hipp.* in ἀνωργισμένον. JUNG.

41 Πηλὸν ὀργάζειν.] Vide *Nunneſ.* Not. ad *Herodiani* fragmentum cum *Phrynichi* Eclogis Attic. editum, in ὀργάσαι. JUNG.

42 Κουρεὺς] Hæc fuit ante hanc vocem in *Falckenburgii* Codice ἐπιγραφή· Περὶ κουρέων καὶ πιττῶν.

43 Κουρὶς] Pro κουρὶς, MS. κουρεῖς. & ſane eaſdem μαχαιρίδας noſter etiam MS. ſupra II, 32. κουρίας vocat, ubi vulgo κουρίδας. JUNG.

44 Ἀπονυχίζειν] *Interpr. abradere.* barba raditur, non ungues. ἀπονυχίζειν eſt *ungues reſecare.* Olim enim tonſores adraſis etiam ungues demebant. unde *Ariſtoph.* in Equit. ἀπονυχιῶ σου τὰ σιτία, *adimam tibi cibum*, & *Gloſſa præſegmina unguium* vocant ἀπονυχίσματα. pauperiores vero in tonſtrinis ſibi ipſis ungues purgabant, & præſecabant poſtquam curata eſſet barba. C. V. poſt ἀπονυχίζειν habet, κηροπλάστης κομμωτὴς &c. *Heſych.* κηροπλάστης, λεπτουργὸς ἢ τριχοκοσμητής. *qui capillos curat, & in gradus frangit, & in annulos, cornuaque inflexa componit.* uti *Homerus* ait de Paride, κέρα ἀγλαὲ, *comatule.* κομμωτὴς, *ornator*, *ciniflo*, qui & ἐμπλίκτης in *Gloſſis*, ubi male *cimniſo* pro *ciniflo*, γυναικῶν κοσμητής. κομμώτρια, ἐμπλίκτρια, κομμίστρια, πλεκτὰς, *Implicatrix, ornatrix.* C. V. mox pro πέκειν leg. πέκτειν. KÜHN.

Ἀπονυχίζειν] MS. auctior, ἀπον. κηροπλάστης, κομμωτής. Et bene κηροπλάστης hic etiam, vide ſupra II, 31. JUNG.

45 Κομμώτρεια] MS. κομμώτρια. quod malim. dein pro πέκειν, MS. πέκτειν. Et antea quidem πέκτειν vulgatum fuit, pro quo tamen *H. Stephanus* in ſuo Codice πέκειν repoſuit, ut etiam reponendum fuiſſe in Theſauro ait, idque oſtendere citatum *Homeri* locum. Et alias ſane πεκτεῖν videretur ſcribi debere, ſi vera hic iſta lectio pro κτ eſſet. *Heſychius* tamen etiam non contracte: πέκτει, κτένει (*Sylburg.* κτενεῖ) τίλλει, κείρει, ξαίνει. & πέκτειν etiam *Suidas*: & clare ita etiam *Etymologicon*: πείκω καὶ πέκτω, ἔστι τὸ κτενίζω· ὅθεν καὶ πεξαμένη· ἢ παρὰ τὸ πέκω καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι, γίνεται πείκειν· σημαίνει τὸ ξαίνειν. Quamvis apud eundem *Heſychium* etiam mox πεκτοῦμαι legatur, & in πεκτούμενον aiat, πέκτειν γὰρ τὸ κείρειν. Sed apud *Pollucem* mox vitioſe ante κομοῦν uno μ legebatur, quod etiam *H. Stephanus* emendaverat, ut bene edidit *Seberus.* tale vitium etiam remanſit ſupra II, 31. de quo ibi monui. In *Homeri* verſu male antea vulgabatur ἢ δὲ, pro ἰδὲ quod expreſſe MS. noſter habet: emendavitque in ſuo Codice *H. Stephanus* ita, & bene edidit *Seberus.* JUNG.

46 Ἰδὲ χαίτας] Il. ξ, 167. SEB.

47 Πιττοκόμος] Leg. πιττοκόπος, *qui pice vel reſina corporis pilos evellit.* πιττοκοπεῖσθαι eſt, *pice illini ad levigandum corpus.* Hoc faciebant effœminati & molles, quos pœnitebat ſexus melioris. Cum igitur Lacedæmonii ab *Apollonio* revocarentur per epiſtolam ad priſtinam ſeveritatem, dicuntur *picem e balneis ejeciſſe* una cum παρατιλτρίαις, quas *Gloſſæ Triculas* vocant, quæ volſellis depilabant crura virorum aliaſque partes corporis pilis obſitas. *Philoſtr.* lib. IV. cap. 9. quem locum *Suidas* exſcripſit in πίττα. vid. & *Plinium* lib. XIV. cap. 20. KÜHN.

Πιττοκόμος] Poſt verſum *Homeri* novum in MS. incipit caput, interjecto hoc titulo: περὶ πιττοκόπου καὶ τοῦ πιττοῦσθαι, καὶ βαλανείου καὶ τῶν μερῶν αὐτοῦ. & mox MS. πιττοκόπος, πιττοκοπικὴ, non ut vulgo πιττοκόμος, πιττοκομικὴ. Et πιττοκόπου in lemmate etiam modo indicavi: quod quidem ſe facile probat, & vulgatum nobis ſordere facit. Id vel manifeſtum faciat etiam ſequenti verſu verbum πιττοκοπεῖσθαι, quamvis id in MS. noſtro deſit. Pertinent autem hæc omnia ad depilandos & deglabrandos crines atque pilos. Tale illud *Alexidis* apud *Athen.* lib. XIII.

Πιττοκοπούμενόν τιν' ἢ ξυρούμενον ὁρᾷς. JUNG.

Πιττοκόμος] Πιττοκόπος & πιττοκοπικὴ cum Celeb. *Kühnio* reſtitui: eandem lectionem *Falckenburgius* agnoſcit. *Clementis* Patrum eruditiſſimi locum ex Pædagi III. cap. 3. adponere lubet: διὰ τούτους γοῦν, ait ille, molles nimirum ac effœminatos homines, πλήρεις αἱ πόλεις πιττούντων, καὶ ξυρούντων, καὶ παρατιλλόντων τοὺς θηλυδρίας τούτους.

48 Πιττοκομικὴ] Leg. πιττοκοπικὴ, ſcil. τέχνη. ars enim erat pice depilare viros vel volſellis. παρατίλλεσθαι, π. eſt *vellicari, ſublectis pilis levigari.* παραλέγεσθαι, eſt *ſublegere*, canos ſcilicet. KÜHN.

49 Παραλέγεσθαι] Deeſt in MS. παραλέγεσθαι, cum ἐπιγραφῇ, περὶ βαλανέων. JUNG.

50 Βαλανεὺς] MS. βαλανεὺς, βαλανεύτρια, (quod magis placet quam vulgata ſcriptura) βαλανευτικὴ, βαλανεύειν, βαλανεῖον. μέρος δὲ βαλ. ἐσχ. omiſſo καὶ præcedenti. Ceterum hoc τμῆμα de re balnearia illuſtrare conatur *Rhodiginus* XXX. antiq. lect. 20. JUNG.

51 Βαλανεύτρεια] Scrib. βαλανεύτρια, ut ſupra παρατίλτρια &c. KÜHN.

52 Ἐσχάρα, ἀλειπτήρ.] Alibi dicitur ἐξαλειπτήριον, *Salm.* KÜHN.

In balneo nec ignis foco
Aderat, & clauſum erat unctuarium.

Et balneorum vaſa, Situla, & Urna: utrumque enim dixit Ariſtophanes. hic idem vero, & Balnei caminum dixit. Fortaſſis & balneo conveniet ejuſdem dictum, in Lemniis, Sed nunc ipſam reliquerunt mundatam in cacabo. Tum & in balneo pe-
167 ctere. * Balneo quoque convenient lavacrum, lavare. Et Lotores, ut Xenophon. Et lavacri aqua, Lotio, ut Ariſtophanes in Heroibus: Neque lotoriam pedum aquam nec lotionem effudit. Nova autem Comœdia & λουτας vocat. Tum &

Ἐν τῷ βαλανείῳ μήτε τὸ πῦρ ταῖς ἐσχάραις
[53] Ἐνὸν, κεκλεισμένον τε τ'ἀλειπτήριον.

Καὶ τὰ τῶν βαλανείων ἀγγεῖα, [54] ἀρύβαλλος, ἀρύταινα. [55] ἄμφω δ' Ἀριστοφάνης λέγει. ὁ δ' αὐτὸς καὶ κάμινον βαλανείου φησίν. εἰκότως δ' ἂν βαλανείῳ προσάγοιτο καὶ τὸ ἐν ταῖς Λημνίαις ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένον, Ἀλλ' ἀρτίως κατέλιπον αὐτὴν [56] σμωμένην ἐν τῇ [57] πυέλῳ. [58] τάχα δὲ καὶ τὸ κτενίζεσθαι ἐν τῷ [59] λουτρῷ. * Προσήκοι δ' ἂν 167
βαλανείῳ, λουτρὸν, καὶ [60] λοῦσθαι, καὶ [61] λουτρῶνες, ὡς [62] Ξενοφῶν. [63] καὶ τὸ ὕδωρ τοῦ λουτροῦ, [64] λουτρεῖον, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ἥρωσι, Μήτ' ἀπόνιπτρον θύραζ' ἐκχεῖται, μηδὲ λουτρεῖον. ἡ δὲ νέα κωμῳδία, καὶ [65] λουτῆρας λέγει. [66] Αἰσχύλος

Ἐσχάρα &c.] *Theophraſtus* lib. περὶ ἱδρώτων· καὶ ἐν τοῖς ἀλειπτηρίοις ἐὰν μὲν εὐθὺς ποιήσῃ τις πολὺ πῦρ, ἧττον ἱδρώτουσιν. ad quæ ita commentatur *Dan. Fiorlanus*: *Alepteria dicuntur loca in balneis in quibus ungebantur, ſudabantque, forte eadem atque πυριατήρια, quæ nominat Ariſtoteles in eadem re declaranda. niſi πυριατήρια illa ſint, quæ Pollux vocat ἐσχάρας. balnearum enim partes ſtatuit ἐσχάρας & ἀλειπτήριον libro VII. Laconica vocat Vitruvius & Corn. Celſus τὰ πυριατήρια. H. Junius* Nomencl. *Eleothaſium Vitruv.* ἐλαιοθέσιον, ἀλειπτήριον *Polluci, ubi ab alipta inungi oleo corpora lotorum conſueverant.* mox deſunt in MS. φησὶ γ. Ἀλ. ἐν καιν. cum ipſis Poëta verbis. *Alexidis Cauniorum* meminit ad *Timoclis* ejuſdem nominis drama *Caſaubonus* noſter VI. *Athen.* 9. Prior verſus neſcio an adhuc conſiſtat metro. forte ſic magis putem: ἐν τῷ βαλανείῳ μήτε πῦρ ταῖς ἐσχάραις. JUNG.

Ἐσχάρα &c.] De ἀλειπτηρίῳ *Hieron. Mercurialem* vide de Arte Gymn. libr. I. cap. 8. quod vero cap. 10. p. 48. *Pollucem* caſtiget, nec mihi certe, nec quoque, ut puto, aliis probari poterit.

53 Ἐνὸν &c.] Prior. edit. ἐνὸν καὶ κεκλ. contra metri legem. SEB.

54 Ἀρύβαλλος] *Euſtath.* Od. f. 39. παρὰ τὸ ἀρύεσθαι καὶ βάλλειν, aut, ἐκ τοῦ ἀρύττειν καὶ βάλλειν· & mox duo inquit hac voce ſignificari, βαλάντιόν τι συσπαστὸν, καὶ ποτήριον. SEB.

Ἀρύβαλλος] *Suid.* ἀρίβαλλος male. venit enim ab ἀρύομαι, *haurio*. ἀρύταινα *Feſtus* ſcribit latinis literis *arytenam*: *Gloſſæ* reddunt *matulatæ*. KÜHN.

Ἀρύβαλλος] MS. ἀρύβαλος, καὶ ἀρυταινα. cetera mox deſunt. Sed ἀρύβαλλος *Noſter* & infra X, 63. De utroque vaſe verba *Ariſtophanis* habes infra ibidem. JUNG.

Ἀρύβαλλος] Ἀρύβαλλοι, τὰ μαρσύππια, ἐπὶ (l. ἀπὸ) τοῦ ἀρύειν καὶ βάλλειν εἰς αὐτοὺς, ita *Heſych.* eamque vocis notionem ex *Euſtath.* ad h. l. attulit *Seberus*. Dorica dialectus ἀρυβαλίδα appellabat λήκυθον. ut idem *Heſychius*, quam quoque vocem alii μάρσυππον, *marſupium* exponebant. An recte ſe habeant apud eundem *Grammaticum* hæcce verba ſummo opere dubito: Ἀρυβάσσαλον, κοτύλη, ἢ φάσκων, φάσκων δέ ἐστι εἶδος ποτηρίου· mallem, ἀρύβαλλος· recte vero φλάσκων eruditi viri emendant: id vaſis vinarii genus *pilaſca* Latinis: vid. *Gloſſ. Iſidori*. Conſule & *Etymol. M.* & apud eum emenda: Ἀρυβαλίδα, λήκυθον δώριον, vel λήκυθον, Δωριεῖς.

55 Ἄμφω δ' Ἀριστοφάνης &c.] Hæc & quæ mox ſequuntur ad τάχα δὲ καὶ τὸ κτενίζεσθαι &c. deſunt in MS. niſi quod iſta ſaltem MS. habet poſt ἀρύταινα· καὶ κάμινος βαλανείου καὶ πύελος. Et ſit ſane in vulgatis mentio πυέλου in verſibus *Ariſtophanis*. nec id vas omittendum fuit in balneari inſtrumento, de quo & infra *Noſter* X, 64. καμίνου hinc meminit *Morellus* Not. ad *Sylv. Statii* lib. I. carm. 3. ad iſta: *Quaque vaporiferis junctus fornacibus.* Apud *Rhodigin.* XXX. antiq. 20. eſt hinc *cammus* tam in capitis ipſius lemmate, quam in ipſo capite, *balnei cammum*. Sed vitio, non dubito, typographorum. *Ariſtophanea* videntur ita concinnanda:

Ἀλλ' ἀρτίως κατέλιπον αὐτὴν σμωμένην
Ἐν τῇ πυέλῳ --- JUNG.

56 Σμωμένην] *Lomento, ſmegmate elutam in ſolio, labro.* KÜHN.

57 Πυέλῳ.] Ἡ πύελος. *Ariſtoph.* Theſmoph. *Lucian. Clem. Alexandrinus, Alcæus.* D. H. ad *Phrynichum*, qui ὁ πύελος. SEB.

58 Τάχα δὲ καὶ τὸ κτενίζ.] MS. τάχα δ' ἂν καὶ τὸ κτ. ἐ. τ. λουτρῶνι. vide & ſupra II, 34. JUNG.

59 Λουτρῷ.] Λουτρῶνι C. V. KÜHN.

60 Λοῦσθαι] Atticum pro λούεσθαι, ita λούμενος & λοῦσθαι habentur Attica. KÜHN.

Λοῦσθαι] MS. καὶ λοῦσται. ſed vulgatum λοῦσθαι bene habet. Huc puto reſpexiſſe *Caſaubonum* noſtrum III. *Athen.* 18. ubi inter alia de ἀκυρολογίᾳ pro λούεσθαι dicentis ἀπολούεσθαι, *illud enim*, ait, *rectum, hoc non rectum: quemadmodum ex ſeptimo Pollucis intelligimus, & uſu auctorum meliorum &c.* JUNG.

61 Λουτρῶνες] *Lavacra* in *Gloſſ.* τὰ ἀμφὶ τὸν λουτρὸν, leg. λουτρῶνα, *Xenoph.* de domeſt. adminiſt. KÜHN.

62 Ξενοφῶν] Nempe in Ἀθηναίων Πολιτείᾳ infra IX, 43. ut hic adnotavit *H. Stephanus*: & ibi locum adferam ipſum. JUNG.

63 Καὶ τὸ ὕδωρ] Pro καὶ τὸ &c. MS. τὸ δὲ ὕδ. JUNG.

64 Λουτρεῖον] MS. λούτριον· omiſſis ſequentibus, ὡς Ἀρ. ἐ. Ἥ. cum verbis Poetæ. λούτριον cum MS. vero rectius ſcribi puto, itaque & in verſu *Ariſtophanis* malim. *Heſychius*: λούτριον, τὸ ῥυπαρὸν ὕδωρ, καὶ λελουμένον, ἤγουν ἀπόνιμμα. Ad verſum Comici, *Noſtrum* credo & infra reſpexiſſe Segm. 40. quamvis & ἀπόνιπτρον alibi apud eum extet. habes autem λούτριον expreſſe & infra X, 75. in MS. quare & in *Ariſtophanis* verbis mox λούτριον non dubito ſcribere. JUNG.

65 Λούτας] C. V. λουτῆρας. *Gloſſ.* λουτὴρ, *labrum*. KÜHN.

Λούτας] MS. καὶ λουτῆρας καλεῖ. neſcio tamen quam vere. nam mox MS. noſter τοὺς γὰρ λουτῆρας, ut & infra X, 46. MS. habet. Et alia ſane alii expedient rectius, qui varia lectione inſtructi ocio inſuper abundant. MS. noſter hoc capite teſtimonia auctorum nulla habet, adeo ut parum poſſimus. JUNG.

Λούτας] Suadentibus MSS. & Cl. *Kuhnio* viam monſtrante reſtitui λουτῆρας· eandem lectionem *Falckenburgius* agnoſcit.

66 Αἰσχύλος δὲ &c.] MS. Αἰσχύλος δὲ βαλανεῖα. λουτήρια λ. Et bene poſt βαλανεῖα, commate diſtin-

δ'[67] ἂν ἐοίκοι τὰ βαλανεῖα λουτήρια λέγειν.

Λοῦταί γε μὴν λουτήριον αὐτὸ δεύτερον.

Ἀλλ' ἐκ μεγίστων εὐμαρῶς λουτηρίων.

Ἀναξίλας δὲ οὕτως ὀνομάζει τοὺς νῦν λουτῆρας, ἐν Λουτροποιῷ λέγων,

Τοῖς[68] βαλανείοις οὐ τίθεται λουτήρια.

168 * Τῶν δὲ ἔτι νεωτέρων τις[69] Εὔπολις, καὶ τὴν πύελον τὴν ἐν τῷ βαλανείῳ,[70] μάκτραν ὠνόμασεν, ὡς οἱ νῦν. λέγει γοῦν ἐν Διαιτῶντι, Εἰς βαλανεῖον εἰσελθὼν, μὴ ζηλοτυπήσῃς τὸν συμβαίνοντά σοι εἰς τὴν μάκτραν.[71] τῷ δὲ λοῦσθαι, καὶ τὸ ψυχρολουτρεῖν ἂν προσήκοι, εἰρημένου τοῦ, Ἐψυχρολουτρήσαμεν, ἐν Δαιταλεῦσιν Ἀριστοφάνους. καὶ[72] παραλοῦται δ' ὁ αὐτὸς ἐν Ἀγωνισταῖς.[73] ἀλουσίαν δὲ Εὔπολις ἐν Ταξιάρχοις,[74] Ἀντὶ ποικίλου πιναρὸν[75] ἔχοντα ἀλουσίᾳ κάρα τε καὶ τρίβωνα. βαλανείῳ δ' ἂν καὶ ἡ[76] πυρία ἕποιτο. εἰ-

Æſchylus balnea, fere Lavacra vocavit.

Lotum eſt quidem lavacrum hoc ſecundo,

Sed facile e maximis lavacris.

Anaxilas autem ſic dixit, quos nunc lotorios lebetes vocant, in Balneorum opifice dicens,

Balneis non ponuntur lebetes.

* Quidam vero Recentiorum, magnum in balneo cacabum, Mactram nominavit, ut & hodie. Nam in Moderante vitam inquit, In balneum ingreſſus, non æmuleris eum, qui tecum in mactram conſcendit. Lavandi autem verbo, & frigida lavare conveniet: cum Frigida lavimus, in Epulonibus dixerit Ariſtophanes. & Collotores, dixit idem in Certatoribus. Sed Illuviem, Eupolis in Taxiarchis: Pro vario ſordidum habentem illuvie caput, & pallium. Balneo porro, & ahenus adnumerabitur. He- 168

guas in vulgatis. verſus *Æſchyli* deſunt, cum ſequentibus & verbis *Anaxilæ*. Dubito autem an verſus uterque ſit *Æſchyli*, & non alterius Poëtæ nomen interjectum perierit. *Lytropæi* dramatis hinc meminit *Caſaubonus* noſter IV. *Athen.* 25. ubi & verſum hunc ita laudat: Ἐν τοῖς βαλ. &c. ut & infra X. 46. *Seberus* noſter indicavit eſſe, unde hic ita ſuppleamus, ut & *Caſaub.* noſter dicto loco. Jung.

67 Ἂν ἐοικότα] Leg. ἂν ἐοίκοι τὰ β. λουτρὰ λουτ. verſus *Æſchyli* ita verterem: *Lavat quidem in hoc labro ſecunda vice.* (λουτήριον ſubintellectum videtur habere κατά) *Verum e maximis facile labris* vel *balneis.* Kuhn.

Ἂν ἐοικότα] *Kühnius* ἐοίκοι τὰ, quod in textum recepi. In primo autem *Æſchyli* verſu, pro λουτήριον *Falckenburgius* habet δὴ λουτρον, haud dubie male. ſenſus utriuſque verſus cohærere nequit; quapropter utroſque *Æſchyli* quidem eſſe putem, ſed diverſis apud hunc Tragicum Poëtam locis extitiſſe exiſtimo. *Anaxilæ*, cujus mox *Pollux* meminit, Βοτρυλίωνα, Κίρκην & Πλουσίας laudat *Diogen. Laert.* lib. III. in *Plat.* Segm. 28. ejus quoque mentio eſt apud *Athenæum*, qui Κίρκην, & Πλουσίους, ita enim ille, nominat, ac *Etymologum* in φιλοδισποτεῖν. *Pollux* autem noſter τοὺς νῦν λουτῆρας hic ait, ſed infra X. 46. ἐπὶ τῶν νῦν λουτηρίων· λουτῆρες vero & λουτήρια *Pollucis* ævo *vaſa* dicebantur *balneatica*, *labra*, quo modo & λουτὴρ a *Philoxeno* exponitur, cum antea ipſa balnea eo vocarentur nomine.

68 Βαλανείοις] Ἐν τοῖς βαλανείοις, infra X. 46. Seb.

Βαλανείοις] *Salm.* ἐν τοῖς βαλανείοις. Kühn.

69 Εὔπολις] MS. Εὔπολις δὲ καὶ &c. omiſſis prioribus: τῶν δὲ ἔ. ν. τίς. ſed fuerit hic *Eupolis* quidam alius ab illo priſco. Διαιτῶν ſane fabula alias non legitur a *Noſtro* citata. Jung.

70 Μάκτρον] Μάκτραν. Seb.

Μάκτρον] C. V. μάκραν. leg. μάκτραν, a μάττω, quod in compoſito ἀπομάττω habet ſignificationem *abſtergendi*. Kühn.

Μάκτρον] MS. μακρὰν ὠν. ſed ſcribe μάκτραν, ut etiam antea editi. nos vitium a pueris typographorum invectum præteriit. Sic mox in verbis Poëtæ eſt: quæ deſunt in MS. ut & iſta, λέγει γοῦν ἐν Διαιτ. Jung.

Μάκτρον] Μάκτραν recte editiones *Seberianæ* priores; uti & mox in *Eupolidis* verbis repetitur, in quibus pro μάκτραν *Falckenburgius* μακρὰν habet.

71 Τῷ δὲ λοῦσθαι &c.] MS. τῷ δὲ λούεσθαι ἐρεῖς καὶ ψυχρολουτρεῖν. quo pacto τὸ δὲ ſcribere debebat, omiſſa enim in eo ſequentia, ἂν πρ. ε. τ. Ἐ. ἐ. Δ. Ἀριστ. vide de pſychrolutis aliquid apud *Rhodig.* XXX. antiq. 20. Sed quæ in hoc tmemate in MS. reſtant pauca, ſimul adſcribo: καὶ παραλοῦται καὶ ἀλουσία. βαλανείῳ δ' ἂν κ. ἡ π. ἕποιτο, καὶ τὰ πυριάματα. Verſus vero *Eupolidis* ἐν Ταξιάρχοις ſupra Segm. 106. an ita concinnemus?

---- ἀντὶ ποικίλου
Πιναρὸν ἔχοντ' ἀλουσίᾳ κάρα τε καὶ
Τρίβωνα. ----

Ποικίλου, nimirum ἱματίου. Quod autem bene jam edidit ἀλουσίᾳ *Seberus* noſter, pro antea vulgato ἀλουτιᾷ, id ab *H. Stephano* eſt, qui ita in ſuo Codice ad oram emendavit. Jung.

Τῷ δὲ λοῦσθαι &c.] Mox pro ψυχρολουτρεῖν *Falckenburgius* ψυχρολουτεῖν, *frigida lavari*.

72 Παραλοῦται] Forte παραλοῦσθαι, quod Atticum pro παραλούεσθαι. *H. Steph.* Seb.

Παραλοῦται] Huic probandæ voci teſtis adducitur *Ariſtophanes* in Ἀγωνισταῖς, pro qua voce *Falckenburgii* Codex Ταγηνισταῖς habet, quod equidem, meo judicio, haud minus quam vulgata lectio eſt probum. Ταγηνιστὰς *Ariſtophanis* haud raro ejus *Scholiaſtes*, *Pollux* noſter, aliique citant.

73 Ἀλουσίαν] Notat *omnem neglectum munditiarum* & ἀθεραπευσίαν σώματος. *Lucilius* conjungit, *inluviem*, *imbalnitiem*, *imperſundiem*, *incuriam*, quæ omnia Græcorum complectitur ἀλουσία. ἄλουτος extat apud *Herodot.* ut & ἀλουτία. Kühn.

Ἀλουσίαν] *Heſych.* Ἀλουσία, τὸ μὴ λοῦσθαι καὶ ἀλουτεῖν ὁμοίως.

74 Ἀντὶ ποικίλου] Verſus *Eupolidis* ita locarem:

--- ἀντὶ ποικίλου πιναρὸν
Ἔχοντ' ἀλουσίᾳ κάρας τε καὶ τρίβωνα.

--- *veſtis loco floridæ ſordidum*
Habentem illuvie caput atque pallium.

Salmaſ. ἀντὶ ποικίλου πιναρὸν ἔχοντ' ἀλουσίᾳ κάρα τε κ. τ. Kühn.

75 Ἔχοντα ἀλουσίᾳ] E not. *Sylb.* pr. ed. ἔχοντα, ἀλουτιᾷ. Seb.

76 Πυρία] *Phrynichus* Eclog. πυρία, τοῦτο τάττουσιν οἱ πολλοὶ ἐπὶ τῆς ἐν τῷ βαλανείῳ πυέλου· καὶ ἔχει μὲν τὸ ἔτυμον ἀπὸ τοῦ πυρεῦσθαι· οὐ μὲν τὸ ἀκριβὲς καὶ δόκιμον. πυέλους γὰρ οἱ ἀρχαῖοι καλοῦσιν, ἀλλ' οὐ πυρίας. ubi *Nunneſius* locum *Pollucis* hinc adducit. *Herodoti* autem locus a *Polluce* noſtro laudatus eſt in *Melpomene* cap. 75. τὸ δὲ (cannabis ſemen) θυμιῆται

rodotus enim, Ahenus Græcus dixit. Philiſtus vero, Lavacra, & fomenta.

ρηκε δ' Ἡρόδοτος, [77] Πυρία Ἑλληνική. Φίλιστος δὲ, λουτρὰ, καὶ πυριάματα.

169 • *De tinctura, coloribus, numulariis, & horum neceſſariis.* 3.

Dices præterea, tinctura, coloratio, decoloratio. Tingens, demergens, colorans, decolorans. Miſcens: proprium enim hoc de tinctoribus nomen eſt. Eupolis vero, & Tinctionem: ſed Antiphon, Tincturam æris, & ferri dixit. Dicitur etiam, inficere lanas. Et mergere atque demergere, pro piſtillo ſupprimere. Tum colores, tincturæ, flores, pharmaca. & officina ubi hæc fiunt, tinctoria. Qui vero hæc tingit,

• [78] Περὶ βαφῆς, καὶ χρωμάτων, τραπεζιτῶν, καὶ τῶν ἀνηκόντων αὐτῷ. γ'. 169

Ἐρεῖς δὲ, βαφὴ, χρῶσις, κατάχρωσις, βάπτων, [79] καταβάπτων, χρωννὺς, καταχρωννὺς, [80] καλχαίνων. ἴδιον γὰρ ἐπὶ τῶν χρωννύντων τοὔνομα. [81] Εὔπολις δὲ καὶ βάπτρειαν. Ἀντιφῶν δὲ [82] εἴρηκε [83] βάψιν χαλκοῦ καὶ σιδήρου. λέγεται δὲ καὶ φαρμάττειν [84] τὰ ἔρια, καὶ μηλοῦν, καὶ καταμηλοῦν, τὸ τῷ [85] κινήθρῳ καταδύειν. [86] καὶ χρώματα, καὶ βάμματα, καὶ [87] ἄνθη, καὶ φάρμακα. καὶ τὸ ἐργαστήριον ἵνα τοῦτο γίνεται, [88] φαρμακών. ὁ δὲ καταβάπτων αὐτὰ,

ἐπιβαλλόμενον, καὶ ἀτμίδα παρέχεται τοσαύτην, ὥστε Ἑλληνικὴ οὐδεμίη ἄν μιν πυρίη ἀποκρατήσειε· οἱ δὲ Σκύθαι ἀγάμενοι τῇ πυρίῃ ὠρύονται· τοῦτό σφι ἀντὶ λουτροῦ ἐστί. οὐ γὰρ δὴ λοῦνται ὕδατι &c. ubi quam recte vertant *thuribulum* & *odorem*, neſcio. certe non puto ita *Pollucem* cepiſſe, ſed potius ut alter ipſius conterraneus *Hippocrates* acceperit de ſudationibus ſiccis in vaporario: quale quiddam & πυριάματα fuerint, quæ ex *Philiſto Pollux* ſubjicit. JUNG.

77 Πυρία Ἑλληνική.] *Interpr. ahenus Græcus*, alii *thuribulum Græcum*. dabo locum *Herodoti* integrum, ut melius conſtet de ejus ſenſu: Narrat ille in *Melpomene*, quo pacto ſe Scythæ a funere ſoliti ſint purgare, nempe lixivio elutis abſterſiſque capitibus, corpus ita curarunt: erigebant tres perticas ſe invicem ſuſtinentes pronis capitibus, eaſque tegumentis laneis circumdatas probe cooperiebant. tum lapides multo igne candefactos conjiciebant in alveum ſub perticis illis repoſitum; quem ingreſſi cannabis ſemine lapidibus ignitis injecto fumum vaporemque excitabant tam copioſum, ὥστε Ἑλληνικὴ οὐδεμίη ἄν μιν πυρίη ἀποκρατήσειε. οἱ δὲ Σκύθαι ἀγάμενοι τῇ πυρίῃ ὠρύονται. τοῦτό σφισι ἀντὶ λουτροῦ ἐστί. *ut nulla Græcorum caldaria plus efficerent. Scythæ vero delectati hoc vaporario voce incondita turbatum cient ululatum.* ubi πυρίη dicit fomentationem, cum calefactum vaporem emittit, facitque aſſam ſudationem caminus ſive ferramentum ſive ſilices candefacti ſive aliud quodcunque. *Athenæus* libr. V. cap. 11. ἦν δὲ καὶ βαλανεῖον τρίκλινον, πυρίας χαλκᾶς ἔχον τρεῖς, *balneum etiam inerat cum tribus caldariis æneis.* Hinc patet in *Noſtro* leg. πυρίη Ε. Ionice. *Gl.* πυρίασις, *fomentum, fomentatio.* πυριάζω, *foveo.* KÜHN.

78 Περὶ βαφῆς] Hic iterum pergit C. A. dum legit περὶ ἀφῆς καὶ βαφῆς. forte περὶ βαφικῆς κ. β. *de arte tinctoria & tinctura*, omittit & καὶ ante χρωμάτων. *Salmaſ.* MSS. περὶ ἀφῆς καὶ βαφῆς χρωμάτων καὶ τραπεζίτου καὶ τῶν ἀνηκόντων αὐτῶν. KÜHN.

Περὶ βαφῆς] Sequitur in MS. novum caput, hoc titulo: περὶ ἀφῆς, καὶ βαφῆς χρωμάτων, καὶ τραπεζίτου, καὶ τῶν ἀνηκόντων αὐτῷ. Et in vulgatis ſane potius τραπεζίτου debet legi, vel mox αὐτοῖς. ſed ad ἀφῆς, eodem modo mox in ipſo capite MS. habet: ἐρεῖς δὲ, ἀφὴ, χρῶσις &c. Ego hic tamen non capio. JUNG.

Περὶ βαφῆς] Clariſſ. *Kühnius*, περὶ ἀφῆς, βαφῆς· ego vulgatam lectionem non mutavi.

79 Καταβάπτων] *Phavor.* qui in βαφὴ hunc locum tranſcripſit, habet καὶ καταβάπτων. KÜHN.

80 Καλχαίνων.] In C. A. textu fuit: χαλκαίνων, unde factum erat καλχαίνων, id eſt, κάλχην herbam in tinctura addere purpuræ, ſimulque miſcere, & dein in genere, *colorare.* KÜHN.

Καλχαίνων.] Rarior eſt hujus verbi notio: apud Poëtas plerumque καλχαίνειν eſt *alte meditari*, ἐκ βάθους μεριμνᾶν, τεταραγμένως φροντίζειν, quam notionem celeberrimi illius apud antiquos vatis *Calchantis* nomini originem dediſſe *Grammatici* ſtatuunt: idem eſt πορφύρειν· κάλχη proprie ὁ κόχλος τῆς πορφύρας, ut *Sophoclis Scholiaſtes* ad *Antigon.* v. 20. ἥ τις ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς θαλάσσης ἀνιοῦσα βάπτει τὴν καλλίστην πορφύραν· hinc quidem analogice καλχαίνειν eſt *tingere.*

81 Εὔπολις] Marginale eſt C. A. uſque ad βάπτριαν, ita enim ſcribit. *Phavor.* male βαπτῆραν in voce βαφή. KÜHN.

Εὔπολις] MS. βάπτριαν εἴρηκεν. Ἀντιφῶν δὲ βάψιν &c. omnia ni fallor rectius. JUNG.

82 Εἴρηκε] Abeſt a C. A. KÜHN.

83 Βάψιν χαλκοῦ] Hunc locum adducit *P. Faber* Comm. in lib. Academ. *Cic.* ad iſta verba: *Lyſippus eodem ære, eadem temperatione, eodem cælo, aqua.* JUNG.

84 Τὰ ἔρια] Neuter Codex habet τὰ ἔρια. KÜHN.

Τὰ ἔρια] Deſunt in MS. τὰ ἔρια. JUNG.

85 Κινήθρῳ] Alii κίνητρον ſcribunt factum ex κινητήριον, haud dubie ex hoc loco, *baculum quo tinctores pannum inter tingendum agitant, & verſant, ut melius intingatur.* SEB.

Κινήθρῳ] Ita & *Phavor.* nec mutarim. κίνηθρον Ionicum eſt, communiter κίνητρον. male deinceps *Phavor.* καταλύειν pro καταδύειν. KÜHN.

Κινήθρῳ] Sic etiam MS. ea forma qua κόρηθρον, σάρωθρον. De eo inſtrumento hinc ita *H. Junius* Nomencl. in Pictoriis: Tudicula, *pro inſtrumento tinctorum, quo pannos inficiendos demergunt, verſantque.* κίνηθρον· *Poll.* μήλη, *unde* καταμηλοῦν *apud eundem*, pro καταδύειν κινήθρῳ. JUNG.

86 Καὶ χρώματα] C. A. hic & mox conjunctiones omittit. KÜHN.

Καὶ χρώματα] MS. καὶ τὰ χρώμματα, καὶ τὰ βάμμ. JUNG.

Καὶ χρώματα] Τὰ χρώματα *Falckenburgius.*

87 Ἄνθη] *H. Steph.* ad ſuum Codicem; σημείωσαι ἄνθη. *Sic Euſtath.* φάρμακα exp. ἄνθη. Locus eſt ad α ῥαψ. τῆς Ὀδυσσ. ubi inter alia ita: τινὲς δὲ καὶ ἐπὶ ἄνθους φασὶ τὸ φάρμακον, ὡς δηλοῖ ὁ φράσας ὅτι ἀφάρμακον, τὸ ἄνευ ἄνθους. ἄνθη γὰρ, τὰ φάρμακα. καὶ εὐφάρμακον, τὸ εὔχροον. JUNG.

88 Φαρμακών.] *Phavor.* male Φαρμάκων, eſt enim περιεκτικόν. dein βάπτων pro καταβάπτων. KÜHN.

Φαρμακών.] MS. φαρμακεῖον. JUNG.

πορφυροβάφος. εἴποις δ' ἂν, καὶ [89] δολοῦν τὰ ἔ-
170 ρια. • [90] Ἀντιφάνης δὲ ἐν Βυζαντίῳ κατὰ τὴν
νῦν χρῆσιν εἴρηκε, πορφύρας ὀκτὼ κύκλοι. εἴρη-
ται δὲ πρότερον περὶ [91] δευσοποιοῦ βαφῆς. Τρα-
πεζίτης, [92] τραπεζιτεύω, τράπεζα. ἀργυραμοι-
βὸς, ἀργυραμοιβικὴ, ἀργυρογνώμων, δοκιμα-
στὴς, [93] κολλυβιστὴς, [94] ὡς Λυσίας ἐν τῷ περὶ
τοῦ χρυσοῦ τρίποδος. καὶ ὁ νῦν [95] κόλλυβος, ἀλ-
λαγή. [96] καὶ τὸ καταλλάττειν νόμισμα, καὶ
κερματίζειν. [97] Ἀριστοφάνης, Οὐ δὲ ἀργύριόν
ἐστι [98] κεκερματισμένον. κέρματα δὲ πολλῶν πλη-
θυντικῶς εἰρηκότων, κέρμα ἑνικῶς [99] Ἄμφις εἴρη-
κεν ἐν Ἀμπελουργῷ, καὶ Ἀντιφάνης ἐν Κύκλω-
πι. νομισματοπώλης. νομισματοπωλικὴ [100] κα-
τὰ Πλάτωνα.

purpurarius. Dices quoque, lanas fal-
ſificans. • Sed Antiphanes in Byzan- 170
tio, juxta hodiernum uſum dixit, Pur-
puræ octo circuli. Sed & ante, de irri-
gatoria tinctura dictum eſt. Numulaſius,
numulariam quæſturam tracto, menſa,
argentarius, argenti permutatio, cam-
pſor, Cenſor. Permutator, ut Lyſias De
Aureo tripode. Et permutatio, quod
nunc cambium dicitur. Et pecuniam per-
mutare, atque in partes redigere. Ari-
ſtophanes, Nec argentum eſt in partes
minores redactum. Sed numulis dictis plu-
raliter de multis, numulum ſingulariter
dixit Amphis in Ampelurgo, in Cyclope
Antiphanes: Numiſmatum venditor. Ars
Numiſma vendendi, apud Platonem.

171 • Περὶ πιλοποιοῦ, [1] καὶ πλοκέως, καὶ τῶν περὶ αὐτούς. καὶ περὶ γυναικείου σκιαδίου. δ'.

• *De pileiſico, plicatore, & quæ eorum ſunt. & de umbraculo muliebri.* 4. 171

[2] Πιλοποιὸς, [3] πιλοποιϊκὸς, πιλοποιΐα, πιλοποιϊκὴ, πιλητικὸς, [4] πιλευτικὴ, πῖλος, πίλινος,

Pileiſicus, pileorum confector: pileorum confectio, & opificium. Pileatorius, pileatoria: pileus, pileum,

89 Δολοῦν τὰ ἔρια.] Unde a *Virgilio* dicitur

Varios mentiri lana colores

Ec. IV, 42. & *lana mendax* a *Martiali* lib. XIV. Ep. 133. quam opponas *tinctis gregibus colore vivo* lib. XII. Epigr. 64. SEB.

Δολοῦν τὰ ἔρια.] Falſum colorem inducere lanæ, vel cogere ut colorem mentiatur, *adulterare, infuſcare, inficere,* & alia id genus. KÜHN.

Δολοῦν τὰ ἔρια.] *Hadr. Jun.* Nomencl. *Colorem mentiri fuco. Quinct. fucare lanam.* δολοῦν τὰ ἔρια *Poll.* μιαίνειν *Hom.* βάπτειν. JUNG.

90 Ἀντιφάνης &c.] Hæc abſunt a C. A. uſque ad βαφῆς. KÜHN.

Ἀντιφάνης &c.] Ἀντιφ. in MS. deeſt uſque ad vocem τραπεζ. JUNG.

91 Δευσοποιοῦ] Supra I, 44. SEB.

Δευσοποιοῦ] *Irrigatoria tinctura; Interpr.* malim, *tinctura profundior, altius percepta & diu duratura.* vid. *Harpocr.* in δευσοποιός. KÜHN.

92 Τραπεζιτεύω] C. A. τραπεζιτεύων, *qui rem nummulariam tractat. trapezita* in Comœdia. KÜHN.

Τραπεζιτεύω] MS. pro τραπεζιτεύω habet τραπεζητεύων. rectum τραπεζιτεύων. JUNG.

93 Κολλυβιστὴς] *Phrynich.* p. 82. damnat hanc vocem in *Menandro*, admittitque ſolum κόλλυβος & ἀργυραμοιβὸς, in qua voce videndus *Thomas* in *Eclogis*, & *Phavor.* in οὐκ ὀρθῶς τὸ κολλυβιστὴς &c. KÜHN.

Κολλυβιστὴς] Vide & *Nunneſ.* fine Notar. ad *Phrynich. Eclog.* in κολλυβιστής. JUNG.

94 Ὡς Λυσίας] Marginale eſt C. A. uſque ad τρίποδος. omittit & τοῦ ante χρυσοῦ. KÜHN.

95 Κόλλυβος, ἀλλαγή.] Supra III, 84. vide *Hoſt.* lib. I. rei numm. vet. cap. 9. n. 16. & lib. III. cap. 8. in κόλλυβος. JUNG.

96 Καὶ τὸ καταλλάττειν] Καὶ τὸ abeſt a C. A. & ſequens copula. poſt κερματίζειν ſequitur, κέρματα δὲ &c. καὶ κέρμα ἄμφις ὡς Ἀντιφ. νομισματοπώλης ν. cætera abſunt. legend. κέρματα δ' ἐμπολῶν &c. *nummulos lucriſaciens, colligens* in plurali, *Amphis* (in ſingulari numero) κέρμα &c. KÜHN.

Καὶ τὸ καταλλάττειν] Id eſt, *commutare*, ait *Hoſt.* lib. I. rei num. vet. cap. 7. n. 74. & lib. III. cap. 8. in κέρμα. deſunt autem in MS. particulæ καὶ τὸ & alterum καί. JUNG.

97 Ἀριστοφάνης] Deeſt in MS. Ἀριστοφ. cum ipſius verbis. verſum ita ſcribas,

Οὐδ' ἀργύριον ἔστιν κεκερματισμένον.

Sic bene conſtat, & ait ipſe κερματίζειν, cujus verbi exemplum adferat, non κατακερματίζειν. Prorſus etiam ita eſt in MS. noſtro infra IX, 88. niſi quod ἔστιν ſcripſi pro ἐστι. Non recte itaque *H. Stephanus* in ſuo Codice κατακεκερματισμένον repoſuit: cui metrum etiam renitatur. JUNG.

98 Κατακεκερματισμένον] Κατακεκερματισμένον vel κεκερματισμένον IX, 88. SEB.

Κατακεκερματισμένον] Κεκερματισμένον optime *Jungermannus*, nec eam lectionem in textum recipere dubitavi: MSS. Codices hæc non habent, quapropter nullum eſt ab iis ſubſidium.

99 Ἄμφις &c.] Ἑνικῶς Ἄμφις vel Ἀντιφάνης εἴρηκεν· vid. infra IX, 88. SEB.

Ἄμφις &c.] MS. Ἄμφις καὶ Ἀντιφάνης εἰρήκειν. utriuſque fabulæ titulo omiſſo. Verba utriuſque Poetæ habes infra IX, 88. *Antiphanis* autem *Cyclopem* etiam *Athenæus* laudat, ut ad eum lib. VII. c. 12. *Caſaubonus* noſter obſervavit. JUNG.

100 Κατὰ Πλάτωνα.] In MS. deſunt κατὰ Πλάτ. Locus *Platonis* eſt in Sophiſta: Avus *Noſter* libr. de numiſm. interpretatur *artem quandam Sophiſtarum emungendæ pecuniæ.* vide infra IX, 51. ſequens titulus in MS. fere nihil variat: περὶ πιλοπ. κ. π. κ. τ. π. αὐτοὺς καὶ γυναικείου σκ. JUNG.

1 Καὶ πλοκέως] Abſunt iſta tituli a C. A. tantum enim habet περὶ πιλοποιοῦ. KÜHN.

2 *Pileiſicus*] Πιλοποιὸς, *qui pileos conficit, coactiliarius.* πλοκεὺς, *qui plectit ſeu nectit.* SEB. 2.

Πιλοποιὸς] Sequitur in C. A. πιλοποιΐα πιλητικὸς πῖλος πίλινος (ita C. V.) πιλήματα πιλῖται, σ. συμπιλητὴς &c. πιλοποιός, *coactiliarius.* *Salm.* πιληταὶ συμπιληταί. KÜHN.

3 Πιλοποιϊκὸς] Deſunt in MS. πιλοποιϊκὸς, & πιλοποιϊκὴ, & πιλευτική. & ita ſaltem mox MS. πηλιτικὸς, πιλὸς, πίληνος. mendoſe, ut credo. JUNG.

4 Πιλευτικὴ] *Sylb.* πιλητική. SEB.

Πιλευτικὴ] Pro vulgato πιλευτικὴ, *Henr. Stepha-*

galeri. Coactilis lana corporibus, dixit
Plato in Timæo. Strictores, conſtrictores:
ſtrictor, pileum, conſtrictio, ſtrictio,
pileolum. Non autem capitis ſolummodo
galerus ſic vocatur, ſed & hic
qui pedibus induitur: ut Cratinus in Molliculis
teſtatur dicens, Albos ſub pedibus
172 pilos habebant. * Sed Plato in Sympoſio,
etiam Agninas pelles pileis tribuit:
Pedibus involutis in pileos, & pelles agninas.
Plicator, plicans, complicans:
plicatoria, plicatorius, plicatorie. Complicatio,
plicatio, circumplicatio: circumplicat,
perplicat, plicando diſſolvit.
Connexura, plica, & his ſimilia.
Vas autem anſatum, fundos habens

πιλήματα. [5] πιλητὰ ἔσεσθαι κτήματα σώμασι,
[6] ἐν Τιμαίῳ Πλάτων. [7] πιλῖται, συμπιλῖται,
[8] πιλητὴς, πιλίον, συμπίλησις, πίλωσις, πιλίδιον.
οὐ μόνον δὲ ὁ ἐπὶ τῶν κεφαλῶν ἐπιτιθέμενος
[9] πῖλος οὕτως ἐκαλεῖτο, ἀλλὰ καὶ ὁ [10] περὶ
τοῖς ποσὶν, ὡς δηλοῖ Κρατῖνος [11] ἐν Μαλθακοῖς
[12] λέγων, [13] Λευκοὺς ὑπὸ ποσὶν ἔχων πίλους.
* ὁ δὲ [14] Πλάτων ἐν Συμποσίῳ, καὶ [15] ἀρνακίδας 172
τοῖς πίλοις προστίθησιν, Ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας
εἰς πίλους τε καὶ ἀρνακίδας. [16] Πλοκεὺς,
πλέκων, [17] συμπλέκων, πλεκτικὴ, πλεκτικὸς,
πλεκτικῶς, πλέγμα, πλοκὴ, συμπλοκὴ, περιπλοκή.
[18] περιπλέκει, διαπλέκει, ἀντιδιαπλέκει.
πλόκιον, πλόκανον, [19] πεπλεγμένον, καὶ
τὰ ὅμοια. χηλινὸν δὲ [20] ἄγγος, ἔχον πυθμένας

phanus hic adſcripſit ad oram: πιλητική. id quod mihi cum ipſo magis quidem placet: nec dubito quum ita & infra Segm. 208. *Pollux* ſcripſerit, ubi vulgo male ποιητική. vide & ibi ex *Platone* quæ in Notis adfero. JUNG.

5 Πιλητὰ &c.] *Plato* loquitur de carne, quam natura corpori humano circumdedit, ut eſſet quaſi coactile tegumentum quod præ mollitie cederet corpori. KÜHN.

Πιλητὰ &c.] In MS. deſunt, πιλητὰ ἔ. κτ. σώμασι ἐ. Τ. Πλ. Repoſuit illud σώμασι, pro vulgato σώματα, in ſuo Codice & *H. Stephanus*; ut bene Editor noſter publicavit. Locum *Platonis* quoque adſcribere lubet: τὴν δὲ σάρκα προβολὴν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων, ἔτι δὲ πτωμάτων, οἷον τὰ πιλητὰ ἔσεσθαι κτήματα, σώμασι μαλακῶς καὶ πρᾴως ὑπείκουσαν. JUNG.

6 Ἐν Τιμαίῳ Πλάτων.] F. 1076. pr. ed. κτήματα, σώματα. SEB.

7 Πιλῖται] MS. πιλῆται, συμπιλῆται. JUNG.

8 Πιλητὴς] Sequitur in C. A. πιλίδιον οὐ μόνον δὲ &c. ἐπιτιθέμενος πῖλος, ἀλλὰ καὶ ὁ παρὰ τοῖς ποσίν. etiam *Phavor.* in πῖλος legit παρὰ τ. π. ubi hunc locum pro more deſcribit. KÜHN.

Πιλητὴς] MS. πιλήτης, πιλίδιον. omiſſis tribus interjectis. ſed nec πίλησις a *Noſtro* omiſſa fuit, ni fallor. extat apud eundem *Platonem* VIII. Legum extremo: ἢ πλοκῆς, ἢ πιλήσεως. De πιλιδίῳ quid fuerit, vide *Brodæum* lib. I. Miſcell. c. 12. JUNG.

9 Πῖλος] MS. πιλὸς, iterum oxytone, ut ſupra: mox tamen ut vulgo habet. JUNG.

10 Περὶ] Περὶ habet etiam MS. & ita *H. Stephanus* in ſuo Codice emendavit. antea erat παρά. JUNG.

11 * Ἐν Μαλακοῖς,] Infra X, 50. ἐν Μαλθακοῖς. SEB.

* Ἐν Μαλακοῖς] Ita & *Phavor.* ſed MSS. rectius, Μαλθακοῖς· nec aliter fuit ſupra libr. VI. cap. 19. & libr. X. cap. 11. Μαλθακὸς idem quod μαλακός. perſtrinxerat autem *Cratinus* hoc dramate *Malthinos Atticos. Salm.* MSS. conſentiunt. KÜHN.

* Ἐν Μαλακοῖς] MS. ἐν Μαλθακοῖς. Et ita omnino emendandum eſt, ut etiam infra X, 50. in eadem re & apud *Athenæum* habetur. vidit id mendum hic & *Leopardus* II. Emend. 2. quem vide de his πίλοις περὶ ποσίν. JUNG.

* Ἐν Μαλακοῖς] Deleta ſtellula repoſui cum Clariſſ. *Kühnio* ἐν Μαλθακοῖς· ita quoque *Noſter* inferius, & *Etymologus* in Κάβαισος.

12 Λέγων &c.] C. A. λαιὸν κακοῖς ὑπὸ ποσὶν εἶχε πίλους. variat Auctor, cum iterum laudat hanc ῥῆσιν X, 50. λευκοὶ πῖλοι ſunt *candidi udones* ex lana ſui coloris. vid. infra l. c. KÜHN.

13 Λευκοὺς] Aliter πλεκτοὺς ait *Leopardus*: ob oculos ſcilicet habens locum qui infra X, 50. ſed corruptus ibi *Pollux*, & MS. habet pariter ut hic λευκούς. dabimuſque ibi πλεκτοὺς iſti ex MS. aliam ſedem. JUNG.

14 Πλάτων &c.] *Athenæus* quoque lib. VI. cap. 8. mentionem facit pileorum villoſorum ex ovium pellibus. Vid. *H. Magii* Miſcell. III, 7. SEB.

Πλάτων &c.] Deſunt in MS. τοῖς πίλοις πρ. cum verbis *Platonis*: quæ non procul a fine Sympoſii ejus extant. καί ποτε, ait, ὄντος τοῦ πάγου οἵου δεινοτάτου, καὶ πάντων ἢ οὐκ ἐξιόντων ἔνδοθεν, ἢ, εἴ τις ἐξίοι, ἠμφιεσμένων τε θαυμαστὰ δὴ ὅσα, καὶ ὑποδεδεμένων καὶ ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας. Errat vero craſſe *Magius* III. Miſcell. 7. hæc ad capita & pileos quibus caput tegebant referens. clara enim ſunt *Platonis* verba, τοὺς πόδας ὑποδεῖσθαι καὶ ἐνειλίχθαι homines præ frigoris vehementia εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας dicentis: cum quibus confert *Socratis* duriſſimum corpus, quem ſubjicit non alia veſte, quam ſemper conſueverat, tum uſum: ἀνυπόδητος δὲ, addit, διὰ τοῦ κρυστάλλου ῥᾷον ἐπορεύετο, ἢ οἱ ἄλλοι ὑποδεδεμένοι. ὑποδεδεμένοι nimirum τοὺς πόδας εἰς πίλους, ut antea dixerat. JUNG.

15 Ἀρνακίδας] Quæ ſequuntur non extant in C. A. eadem repetit infra lib. X. c. 11. *Phavor.* male omittit πόδας in dicto *Platonis* loco, ubi non tribuit pileis pelles agninas, ſed has cum illis conjungit. KÜHN.

16 Πλοκεὺς] Hic eſt ſpecialis titulus in C. A. περὶ πλοκέως. poſt πλέκων pergit, πλεκτικὸς πλέγμα π. σ. π. πλόκιον (malim vulgatum) χηλινὸν &c. *Gl.* πλοκεὺς, *textor*, πλοκὴ, *nexus*, *trama*. *Salm.* πλόκων πλόκιον καὶ τὰ ὅμοια. ἀντιδιαπλέκω, *replico*: πλόκανον, *flagellum polypi*. KÜHN.

17 Συμπλέκων] Deſunt in MS. συμπλέκων, πλεκτικὴ, & πλεκτικῶς. hæc πλεκτικὴ infra Segm. 207. quoque nominatur & Segm. 209. ubi ita emendandum docebo: nam paulo ante in iſta voce mendum eſt. JUNG.

18 Περιπλέκει] Deſunt in MS. περιπλέκει, διαπ. ἀντιδ. JUNG.

19 Πεπλεγμένον] In MS. deeſt πεπλεγμένον. pro πλόκανον MS. habet, πλόκιον, καὶ τὰ ὅμ. ſed πλόκανον vulgatum hic, & ſupra V, 32. MS. noſter habuit, ubi quid fuerit videre potes. quamvis neſcio annon ibi πλόκαμον malim legere, ut in vulgaris eſt, ubi locum *Xenophontis* attuli. vide quæ ibi ſcripſi. noſtrum πλόκανον habet MS. & infra X, 129. JUNG.

20 Ἄγγος] C. V. ἄγχος male. *Heſych.* χηλινὸν, πλεκτόν. χηλεύσεις, πλέξεις. *Gl. Cyrilli* χηλὴ, *Diſtula*. leg. *Ciſtula*. KÜHN.

[21] ἐλείων σελίνων, ὅταν εἴπῃ Ἀνακρέων, τὸ ἐκ σχοι-
173 νίων πλέγμα δηλεῖ. • καὶ [22] ῥίπας [23] πλέκειν,
ἔστιν εἰπεῖν, καὶ σπυρίδας πλέκειν. ἕτερον γὰρ
ἡ ῥιπίς. ἀλλὰ καὶ σπυρίδωνας, καὶ φορμίδας,
καὶ φορμίσκια, καὶ φορμίσκους, καὶ ταλάρους,
καὶ καλαθίσκους, καὶ [24] ταρσούς. ἔστι δὲ κα-
λάμινον πλέγμα, ἐφ' οὗ τοὺς ὑγροὺς ἐξήραι-
νον τυρούς. Τὸ δὲ [25] ἐπὶ τῇ ψύξει τῶν σύκων
πλέγμα, [26] τρασιά. εἴποις δ' ἄν, πλέκειν κο-
174 φίνους, σωράκους, ἀῤῥίχους, • [27] φερνία,
λάρκους, φορμούς, [28] σπυρίδας, σπυρίδια,
[29] σπυρίχνια, [30] ταρπούς, τάρπας, συρίσκους.
[31] θολία δ' ἐκαλεῖτο πλέγμα τι θολοειδές, ᾧ ἀν-

vimineos, cum Anacreon dicit, connexum e funiculis vas intelligit. • Et pli- 173
care crates, dicere licet. &, ſportas plicare: crater enim, aliud eſt. Tum & ſportulas, cophinos, cophinulos, corbes, calathos, calathiſcos: fiſcellas, quod eſt vas vimineum, in quo humidos exſiccant caſeos. Sed vas ad ficuum ſiccationem plicatum, traſia dicitur. Dices porro, cophinos plicare, corbes,
ſportas, • naſſas, carbonum vaſa, ca- 174
lathos, ſportulas, fiſcellas, urnas funebres, ficuum vaſa. Teſtudo autem, dicebatur contextura quædam, inſtar

21 Ἀγγιλοσιλίνων] *Hæc vox*, inquit *Henr. Stephanus* in χελιὼς, *mendo non caret. MS. pro ea habet* ἐλείων, *unde ſuſpicari quis poſſet* ἐλειοσελίνων. Seb.

Ἀγγιλοσιλίνων] MSS. ἐλείων σελίνων. *Euſtath.* σέλινον ἐλεόθρεπτον *Homeri* ἐλειον σέλινον appellari dicit. *Dioſcorides* lib. III. cap. 62. ἐλεοσέλινον ait naſci in humidis ſativo apio grandius. ergo apud *Noſtrum* πυθμὴν ἐλείων σελίνων eſt *ciſtæ fundus ex funiculis junci contextus*, qui apium paluſtre dicitur, quod ad apium paluſtre accedat propius criſpa denſitate fruticum. Poterit & legi ἄγγος ἐλείων σελίνων, idque erit ſecundum *Pollucem*, *textura juncea*, τὸ ἐκ σχοίνων πλέγμα, *ex junceis textum.* dixerit autem *Anacreon* juncum ἔλειον σέλινον, ut Germani *hipposelinum* vocant *gladeroren. Cordus* in *Botanologico* Latine, *cannam levem. Salm.* ἔχει πυθμένας ἐλείους ὅταν εἴπῃ Ἀνακρέων τὸ ἐκ σχοίνου πλέγμα δηλοῖ. Kühn.

6 *Ἐργολάβους*] *Interpr. operarios.* melius *Gloſſ. redemptor, manceps.* Gallice, *entrepreneur. fabricæ ſuſceptor Acroni* in *Horat.* cui reſpondet *ἐργοδότης, adventor*; forte ex *advenditor*, quod & Auctor poſtea docet. locus integer non intellectus *Interpreti.* eſt vero hic genuinus ejus ſenſus: *Plato*, inquit, *in ſecundo de Republ.* inter alios civitati bene inſtructæ neceſſarios artifices recenſet etiam *ἐργολάβους* his verbis: *ῥαψῳδοὶ, χορευταὶ, ὑποκριταὶ, ἐργολάβοι καὶ τὰ ὅμοια*, quæ verba ultima abſunt a C. A. cum cæteris quæ ſequuntur ad finem uſque ſectionis. hic equidem *Plato* per *ἐργολάβους* intelligit *τοὺς περὶ σκηνὴν, redemptores apparatus ſcenici*, qui veſtes, cibum, magiſtros, choro & ſcenicis cum aliis neceſſariis præbebant, certam a locantibus pacti pecuniam. licet autem & alios omnes, *ἐργολαβοῦντας*, id eſt, qui opera quæcunque conficienda redimunt, iſto appellare nomine. Ita intelligendus eſt Auctor, ſi modo ab ipſo profecta ſunt hæc poſteriora verba, quæ ut dixi in C. A. non comparent. *Interpr.* fraudi fuit quod verba *Platonis* a *Pollucis* textu nullus diſtinxerat, nec ea hic explicari animadverterat. *Salmaſ.* in titulo ſequentis articuli. leg. *περὶ ἐργεπιστατῶν.* KUHN.

Ἐργολάβους] Præſtantiſſimum *Jungermannum* in concinnanda hujus loci diſtinctione ſum ſecutus: non tamen ejeci, *καὶ τὰ ὅμοια*, quæ addidiſſe potuit *Pollux*, ut lectorem moneret, ea quæ apud *Platonem* ſimilis farinæ ſequuntur, ſequuntur autem *σκευῶν τε παντοδαπῶν δημιουργοὶ* &c. omittere ſeſe. *Ἐργολάβος* autem & *ἐργολαβεῖν* dicitur *de quovis, qui ſub pacti pretii conditione perficiendum aliquid ſuſcipit*: is *operam locare* dicitur Romanis, vel etiam *opus redimere*, unde *ἐργολάβος*, in *Gloſſis, redemptor*: Vide quoque *Feſtum*: non poſſum autem non elegantem tibi hac de re ſimul & voce locum exhibere e *Vitruvio* lib. IX. cap. 3. *Hiero enim*, quæ ſunt ipſa *Vitruvii* verba, *Syracuſis auctus regia poteſtate, rebus bene geſtis, cum auream coronam votivam Diis immortalibus in quodam fano conſtituiſſet ponendam, immani pretio locavit faciendam, & aurum ad ſacoma appendit redemptori*: *τῷ ἐργολάβῳ*, *qui hanc fabricam ſuſcipiebat*: lege quoque, ſis, libri ſeptimi cap. 5. Hiſce autem redemptoribus impenſarum laboriſque pretium non cedebat, niſi perfecto demum opere. De voce Græca vide *Noſtrum* Segm. 200. ubi *ἐργολαβεῖν ἐπὶ τοῦ ἐργαζομένου* dici docet: & ita *σοφιστὴν ἐργολαβοῦντα* reperio apud *Æſchinem* de F. L. p. 412. ponam locum: *οὐδ'* (*εἶπεν*, ſunt autem hæc ex perſona quaſi *Demoſthenis*, quibus, laudem enim *Philippi* aut continent aut continere videntur, utitur *Æſchines* ad invidiam *Oratori* concitandam) *ὡς μνημονικὸς*, (*εἶ*) *σοφιστοῦ τὰ τοιαῦτα νομίζων ἐργολαβοῦντος ἐγκώμια εἶναι·* *rhetorem mercenarium* Latine dixit *Wolfius*: ſed tamen quid ita deſignate ad ſophiſtam adtinet proprie ſic dictum *μνημονικὸν εἶναι*; aut cur, quave in re tam excellenti memoria ſophiſtæ eſt opus, ut ipſi hoc proprie in laudem verti poſſit? equidem ſcio eos qui juvenibus erudiendis præſunt, plurium rerum notitia debere eſſe inſtructos, & id quoque ſcio, ſophiſtam recte dici *ἐργολαβεῖν*, *qui pacto pretio inſtituendo alicui operam addicit*: aut, *qui conſtitutæ mercedis gratia forenſem ſcribit ſeu actori ſeu reo orationem*, qualem *πρὸς ἐργολαβίαν ἐκπεπονῆσθαι* eleganter ait *Iſocrates* Orat. ad *Phil.* p. m. 172. at neſcio quo mihi modo magis lenocinetur illa, quam in medium dabo, expoſitio: habuere veteres homines domeſticos, qui ipſis erant a memoria; id apud Græcos & Romanos celebre fuit; præcipue ſi qui literis operam darent, hoc adminiculo ſuæ memoriæ in retinendis rebus lectis maleſidæ ſubveniebant: ad hoc ſe ſervitii genus viliores quoſdam ſophiſtas locaſſe crediderim pacto prius pretio, eaque de cauſa *σοφισταὶ ἐργολαβοῦντες·* hos certe memoria pollere decebat; ſed hoc quodcunque æqui lectoris judicio lubens ſubmitto. Alia vero notione occurrit hæc vox in jure Græco, ſed quam heic non tango: tibi vero de ea conſulendæ ſunt *Gloſſæ Nomicæ.* Paulo poſt locupletiorem feci *Pollucem* inſerta textui voce *ἐργοδότης·* eam autem inſerendam eſſe acutiſſime nullo adjutus MS. Codice & viderat, & ex *Xenophonte* docuerat *Jungermannus* noſter, cujus conjecturam reddit indubiam *Falckenburgii* optimus Codex, ille enim conceptis verbis id nominis habet: ergone dubitemus illa voce *Pollucem* noſtrum augere? *Gloſſ.* *Ἐργοδότης, adventor*: aliud eſt plane, quod in *Gloſſ. Nomicis* reperio: *Ἀδουέντορ, συλλήπτωρ, συνεργός·* nec quoque video quis *Kühnii* noſtri *advenditor* ſiet. ſed eruditioribus hæc deliberanda relinquo. *Teleclides* autem, cujus mox mentio, Comicus non nullius inter veteres Grammaticos nominis eſt: ejus *Πρυτανεῖς* fabulam laudavit *Pollux* noſter ſuperius Segm.

his ſimilia. Nunc vero ſcenarum ſcurras, ἐργολάβους vocant. Et omnes quidem, operarum redemptores vocare licet: quorum contrarios, Xenophon Elocatores vocat. Operarios autem, & Operarum captores, Teleclides Comicus nominat. Oratores vero, verbum Ἐργολαβεῖν, de calumniando, & obtrectando dixerunt.

τὰ ὅμοια· νῦν μὲν οὖν τοὺς περὶ τὴν σκηνὴν λέγει ἐργολάβους. καὶ πάντας μὲν τοὺς ἐργολαβοῦντάς ἐστιν εἰπεῖν, ὧν τοὺς ἐναντίους, τοὺς ἐκδιδόντας, ἐργοδότας εἴρηκε Ξενοφῶν. τοὺς δὲ ἐργολάβους, καὶ ἐργολήπτας Τηλεκλείδης ὁ Κωμικός. οἱ μέντοι [7] ῥήτορες, τὸ ἐργολαβεῖν, ἐπὶ τοῦ ἐπηρεάζειν, καὶ ἐνεπηρεάζειν λέγουσι.

183 * *De operum præfectis, & diverſis artibus.* 8.

Eos autem qui ad operum curam conſtituti ſunt, Attici quidem, Operarum exactores vocant. Epicharmus vero, & Operum Præfectos dixit. Glutini coctor, glutini venditor, glutinum, glutinare. Crepidarius, ſecundum Dinarchum. Et crepidæ. Monticola, montes colere. Dices quoque mulos ſubjugans, mulare jugum.

* [8] Περὶ ἐργοεπιστατῶν, καὶ διαφόρων τεχνῶν, καὶ ἐπιτηδεύματος. θ'. 183

Τοὺς δὲ ἐφεστηκότας τῇ τῶν ἔργων ἐπιμελείᾳ, οἱ μὲν Ἀττικοὶ ἐπιστάτας ἔργων λέγουσιν. Ἐπίχαρμος δὲ, καὶ [9] ἐργεπιστάτας. [10] κολλεψὸς, [11] κολλοπώλης, κόλλα, [12] κολλᾷν. κρηπιδουργὸς, [13] ὡς Δείναρχος. κρηπῖδες. [14] ὀρεοκόμος, ὀρεοκομεῖν [15] ἐρεῖς, [16] ὀρεοζεύκτης, ὀρικὸν ζεῦγος.

135. Ἀμφικτύονας quoque & Ψευδεῖς in ſequentibus, ad quæ forſan plura.

7 Ῥήτορες] Adnotavit id & *Suidas* in ἐργολάβος. vid. & infra VIII, 32. Jung.

8 Περὶ ἐργοεπιστατῶν] C. A. ἐπιστημῶν. Kühn.

9 Ἐργεπιστάτας.] In lemmate modo περὶ ἐργοεπιστατῶν. Sed ἐργεπιστάτας ideo vix mutem, perinde dictos ut ἐργεπιεῖκται apud *Euſtath.* in Ἰλ. ι. Jung.

10 Κόλλεψος] Κολλέψης, *qui glutinum coquit. H. Steph.* e *Bud.* Seb.

Κόλλεψος] Forte κολλεψὸς oxytone. ut μυρεψός. An in MS. noſtro κολλέψης fuerit, ut ex *Budæo* adferunt, neſcio: quum hæc ibi non adpareant, ut dixi. Jung.

11 Κολλοπώλης] C. A. κολλεπώλης, male. Kühn.

12 Κολλᾷν,] Poſt κολλᾷν deleto commate, punctum potius ſcribe. Sic & mox poſt κρηπῖδες velim. Jung.

Κολλᾷν,] Huic voci majoris diſtinctionis notam ſubjeci.

13 Ὡς Δείναρχος.] Abeſt a C. A. Kühn.

14 * Ὀρεοκόμος] MS. ὀρακοκόμος, qui *Suidæ* ὁ τοῦ κάλλους ἐπιμελούμενος· ὀρεωκόμος δὲ ὁ ἐπιμελητὴς τῶν ἡμιόνων. Seb.

* Ὀρεοκόμος] C. V. ὠρακοκόμος ὠρακοκομεῖν ἐρεῖς ὀργολίζευγος (ὀλικὸν ζ. τραυλίζων diceret) ὀρικόν. C. A. ὀρυκόμος ὀρικὸν ζεῦγος &c. ὀρικολιζεῦγος eſt iterum blæſi, ὀλικὸν pro ὀρεικὸν ζεῦγος. infra lib. X. cap. 12. melius ſcribitur, ὀρικὸν ζεῦγος ab ὀρεύς, *mulus*. ὀρεοκόμος eſt *mularius*, ὀρεοκομεῖν, *mulos curare*. *Heſych.* in ὀρεοκόμος. *Salmaſ.* MSS. ita: ὀρεοζεύκτης, ὀρεοκόμος, ὀρικὸν ζεῦγος, *reliquis omiſſis. legendum autem* ὀρικὸν ζεῦγος. Kühn.

* Ὀρεοκόμος] Ὀρεοκόμος vix mutandum puto cum ſuo ſequenti. omnino hæc mulionia, ſi ita loqui liceet, explicant. Scribendum Ὀρεοκόμος, majori prima litera, ut omnia diſtinctiora. ſic antea velim Κολλεψός. & Κρηπιδουργός. Et apud *Xenophontem* etiam, quamvis per ω, obſervatur ὀρεωκόμοι. Jung.

* Ὀρεοκόμος] Attici ὀρεωκόμος, ab ὀρεύς, ὀρέως· nam vulgare eſt ὀρεοκόμος· *Ariſtophan.* in *Theſmoph.* p. m. 792.

> Οὐδ' ὡς ὑπὸ τῶν δούλων τε κὠρεωκόμων
> Σποδούμεθ', ---

ubi ridicule ſatis *Bourdino* ὀρεωκόμοι exponuntur οἱ τῆς κόμης ἐπιμελούμενοι· tu *muliones* cum *Interprete* intellige: apud *Heſychium* autem ὀρεοκόμος eſt, & ὀρεωκόμος, utrumque, ὁ τὰς ἡμιόνους τρέφων, θεραπεύων· Mox poſt ὀρεοκομεῖν τελείαν στιγμὴν delevi: nam ὀρεοκομεῖν ἐρεῖς ſunt jungenda, ſi modo ἐρεῖς ſit bonæ notæ, nam *Jungermanni* noſtri ὀρεῖς nobis perplacent; vide *Etymol.* in illa voce: *Gloſſ. Mulus*, ὀρεύς· *Harpocr.* ὅτι γὰρ ὀρέας ἐκάλουν τὰς ἡμιόνους, καὶ Ὅμηρος καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις δηλοῖ· verſus *Homeri* eſt notiſſimus Il. α. Οὐρῆας μὲν πρῶτον &c. nihil tamen in textu immutavi, quia ἐρεῖς in C. V. retinetur.

15 Ἐρεῖς] In hac voce adhuc inſignis menda hæret, quam me advertiſſe non pudet nec piget. Pro ἐρεῖς enim legendum ὀρεῖς, qui ſunt ipſi muli, & quos *Pollux* noſter haudquaquam omiſerit. Scribe & diſtingue itaque ibi: ὀρεοκομεῖν, ὀρεῖς. Jung.

16 * Ὀρικολίζευτος] Vid. an leg. ὀρεοζευκτος vel ὀρεόζευκτος, cum proxime ſequatur ὀρικὸν ζεῦγος, quod apud *Lucianum* & *Syneſ.* Ep. III. D. *Heſch. Suidas* etiam: ὀρεικὸν ζεῦγος, τὸ τῶν ἡμιόνων. Seb.

* Ὀρικολίζευτος] In iſthac voce ὀρικολίζευτος, ibi aliquid monſtri alunt vulgati. cogito τ pro ϝ veteri, non raro errore in MS. ſcriptum, & videtur depravate & vitioſe ſcriptum a librario, quod deinde recte ſcripſit, ὀρικὸν ζεῦγος, prius oblitus delere. Suſpicor etiam an a *Polluce* forte quoque ὀρεωπώλης, ſive, ſi ita velis, ὀρεοπώλης hic fuerit additus? Non tamen poſſum negare ingenioſe noſtrum *Haſchelium* conjicere ὀρεόζευκτος. Jung.

* Ὀρικολίζευτες] Inauditum vocabuli portentum: nec ullam opem illi ferunt MSS. a quibus in emendando *Polluce* pendere ſolemus. Soli hic, quos *Cl. Salmaſius* aut habuit aut contulit, MSS. ad veram nobis lectionem viam præeunt, in iis enim inverſo paululum verborum ordine eſt ὀρεοζεύκτης, *qui mulos currui jungit, aut bigis*: & de hujus quidem lectionis probitate ita nulli dubitamus, ut in textum recipere veriti non ſimus, deleta, quam *Seberus* adpoſuerat priori lectioni, ſtellula. De ὀρικῷ ζεύγει, quod ſequitur, quædam in chartam retuliſſe, haud erit, ut ſpero, injucundum. Reperio itaque ὀρικὸν ζεῦγος apud *Æſchinem* de F. L. p. 412. ἐμισθώσατο αὐτοῖς (Φιλίππου πρεσβεῦσι) ὅτ' ἀπῄεσαν ὀρικα (melius ὀρικὰ) ζεύγη, καὶ συμπαρῄει ἐφ' ἵππου· de *Demoſthene* ſermo eſt, qui *Philippi* legatis, quos hoſpitio exceperat, abituris mulorum bigam conduxerat, ut ea vecti diſcederent, ipſe equo vectus illis viæ ſe comitem præbuerat: utrumque honoris cauſa factum fuit: hunc autem *Æſchinis* locum adfert *Harpocration* in ὀρικὰ ζεύγη. an hinc *Pollux* noſter forſitan ὀρικὸν ζεῦγος petierit? Olim vero ditiores mulos currui junctos habere ſolebant; & albi quidem ſpectatiſſimi plurimique fuere habiti; qua de cauſa *Chryſoſtomus* Orat. περὶ τελείας ἀγάπης inter pretioſas ac publicas regum delicias laudat ζεῦγος λευ-

[17] Ἡνίοχος, ἡνιοχεία, ἡνία, ἡνιοχεῖν, ἡνιόχησις, ἡνιοχούμενοι. Νομὴ, νέμειν, νομεῖς, κατανέμειν, καὶ ἐπινέμειν.
184 • [18] Μηλόβοτος γῆ, εὔβοτος, εὔνομος, καὶ εὔχιλος. καὶ εὔχορτα πεδία, ὡς οἱ ποιηταί. [19] ποάστριον δὲ, τὸ νῦν χορτοκόπιον. [20] ἐπινομία δὲ Ξενοφῶν εἶπε, τὸ ἐν τῇ ἀλλήλων ἐξεῖναι νέμειν. Προβατεῖς, προβατευταὶ, προβατεία, προβατευτικὴ, πρόβατα, προβατοκάπηλος. καὶ [21] αἱ προβάτων ἡλικίαι, τὸν μὲν ἀπὸ γονῆς, εἴποις ἂν [22] μοσχίον. τὸν δὲ [23] ἔτειον ἄρνα, εἴποις ἂν ἀμνὸν, ἢ ἀρνίον. εἶτα εἴποις [24] ἀρνὸν,

Auriga, aurigatio, habenæ, habenas tenere: habenarum directio, habenarum rectores. Paſcua, paſcere. Paſtores, depaſcere, & compaſcere. • Terra ovi- 184
paſcua, paſcens, paſcuis plena, & ſaginata. Et Pabuloſi campi, ſecundum Poëtas. Herbigerum autem dixerunt, quod nunc pratum. Compaſcua autem, dixit Xenophon cum aliis compaſcere. Opiliones, ovium Paſtores, ovium greges, ovium paſtura, oves, ovium venditor. Et ovium ætates: modo natum quidem, vocabis agnellum. Agnellum autem annuum, agnum dices, aut ἄρνιον. Deinde vocabis ovem,

κῶν ἡμιόνων χρυσῷ καλλωπιζόμενον· obſervemus quoque Atticum eſſe ὀρικὸν vel ὀρεικὸν ζεῦγος; reſpuit enim hæc purior dialectus ἡμιονικὸν ζεῦγος, quo uſos aliquando ævi recentioris ſcriptores reperias: monet hanc rem *Thomas*: Ὀρεικὸν ζεῦγος, οὐχ' ἡμιονικόν· quod vero ex epiſtolis *Syneſii* adfert, apud eum extat Ep. III. ubi tamen hodie non legitur ζεῦγος ὀρεικὸν, ſed ὀρικὸν, nec quoque tanti intereſſe putem utro legas modo: addam locum, quia illuſtrando *Polluci* facit: αὐτήν τε καὶ τὴν φλήναφον γραῦν τὴν τιτθίδα ἐπὶ τὸ ζεῦγος ἀναβιβασαμένη τὸ ὀρικόν· Ita & *Polemon* de Admirandis in Sicilia fluminibus: φασὶ δ' εἶναι καὶ τὸ βάθος ἀπέραντον τῶν κρατήρων τούτων ὥστε καὶ βοῦς εἰσπεσόντας ἠφανίσθαι, καὶ ζεῦγος ὀρικὸν (ὀρικὸν) ἐλαυνόμενον. Neque aliter intelligendum eſt ζεῦγος apud *Plutarchum* de Solert. Anim. p. 970. τὰ ἀνάγοντα ζεύγη τοὺς λίθους, *mulorum bigæ, quæ lapides advectabant*: id enim eruditi *Interpretis plauſtris*, nam ita τὰ ζεύγη vertit, prætulerim.

17 Ἡνίοχος] C. A. ἡνία ἡνιοχεῖν. νομὴ νέμειν καταν. &c. KÜHN.

18 Μηλόβοτος] *Terra inculta, derelicta ad paſcendum oves.* KÜHN.

19 *Herbigerum autem dixerunt, quod nunc pratum.*] *Caſaubonus*: *Pollux* docet, ποάστριον veteres appellaſſe *ſarculum*, aut, *aliud ſarritionis inſtrumentum*, quod ejus ætate vocabatur, χορτοκόπιον, in *Athen.* III, 28. SEB. 2.

Ποάστριον] *Falx fœniſeca*: *Gl.* χορτοκόπιον, *Fenile, feniſecium.* χορτοκοπεῖον, *pratum.* C. A. ποάστριον uſque ad νέμειν non habet. KÜHN.

Ποάστριον] *Sarculum aut aliud ſarritionis inſtrumentum*, ut *Caſaubonus* noſter exponit III. *Athen.* 28. ne ſcilicet deliranti in prato, quod mireris, interpreti attendas. inde vero ποάστριαι mulieres, quarum ſupra etiam mentio facta Segm. 141. quamvis ibi corrupte ſit πάστριαι. JUNG.

20 Ἐπινομία] *Budæus* Comm. G. L. col. 1025. ἐπεργασία, *jus arandi inter ſe*, ut ἐπινομία, *paſcendi*, &c. mox pro ἐν τῇ ἀλλ. quidam leg. ἐν γῇ ἀλλ. SEB.

Ἐπινομία] *Jus compaſcui.* Locus *Xenoph.* extat lib. III. de *Cyr. Inſtit.* pag. 60. quid ſit ἐπινομία explicatur ab Auctore per, τὸ ἐν τῇ ἀλλήλων ἐξεῖναι νέμειν· eſt ſcilicet *jus paſcendi pecora invicem in communi prato.* vid. lib. VII. cap. 22. *Plato* lib. VIII. de L. L. ἐάν τις βοσκήματα ἐπινέμῃ, τὰς βλάβας ὁρῶντες κρινόντων καὶ τιμώντων, *ſi quis in alieno pecora paſcat, damno inſpecto judicent æſtimentque.* KÜHN.

Ἐπινομία] Notatu dignum & ſimile vocabulum εὐνομία, quod in re paſtoria uſurpatum, ubi commode & ordine paſcunt pecora, a *Longo* meo videtur Ποιμενικ. α. εἰς τοῦτο τὸ Νυμφαῖον ὄϊς ἀρτιτόκος συχνὰ φοιτῶσα, δόξαν πολλάκις ἀπωλείας παρεῖχε· κολάσαι δὲ βουλόμενος αὐτὴν, καὶ εἰς τὴν προτέραν εὐνομίαν καταστῆσαι &c. *Xenophontis* locus vero de ἐπινομίᾳ an iſte eſt lib. III. *Cyrop.* ἐπιγαμίας δ' εἶναι καὶ ἐπεργασίας καὶ ἐπινομίας καὶ συμμαχίαν δὲ κοινὴν &c. JUNG.

21 Αἱ προβάτων ἡλικίαι] C. A. προβάτων ἡλικία· τὸν ἀπὸ γονῆς εἴποις ἂν μοσχία, τὸν δὲ μείζονα ἄρνα ἀρνὸν ἀρνίον, νομῶναι. αἰπόλα ποίμνια καὶ αἰγήλια, leg. νομῶναι, αἰπόλια. Cætera a ποιμαίνειν mox, uſque ad ἐνέμαζε Segm. 189. omnia abſunt a C. A. *Salm.* legit, τὸν μὲν ἀπὸ γονῆς εἴποις ἂν μοσχίων· νομῶναι dicuntur, *qui emunt jus paſcendi pecora in alieno.* KÜHN.

22 * Μοσχίον.] *Sylb.* annotat: *forte* μοσχίαν, *ut apud Euſtath. licet* μοσχίαν *eſſe dicat* τρίτην κριόν. niſi potius (quod in Theſauro additur) ſubaudiendum ſit ἀρνὸν, aut pro τὸν legendum τό. In MS. ſic legitur: τὰ μὲν ἀπὸ γονῆς εἴποις ἂν μοσχεῖα. SEB.

* Μοσχίον.] *H. Stephani* hic iſta adnotatio: an μοσχίαν ut *Euſtath. licet dicat eſſe* τρίτην κριόν. quam & in Theſauro ſuo repetit, aliter etiam conjiciendo, ut *Seberus* noſter adnotavit. Locus eſt in Ὀδυσσ. ι, ἐλέγετο δὲ καὶ μοσχίας, ὁ τρίτης κριός. Et hoc omnino puto *Stephani* conjecturæ obſtare: cui ſane nec MS. favet. *Seberi* enim *Auguſtanus*, nam noſter adhuc deficit, μοσχεῖα in plurali habet. Et itaque vulgatum facile non mutem, quum præſertim illud μοσχία & in aliis tenellis videtur uſitatum fuiſſe, & *Heſychius* μόσχια (ita enim apud ipſum) ἁπαλὰ φυτὰ ἢ κρέα μοσχαρίου. Extat etiam hoc ipſum μοσχίον, ut *H. Stephanus* in ſuo Theſauro indicavit, apud *Athenæum*, lib. VIII. nimirum paulo longius a fine, in iis quæ ex *Philippi*, ſive ut verius putat *Caſaubonus* noſter, *Ephippi* Comici ὀβελιαφόροις adfert:

Τὸ μοσχίον τὸ τῆς κορώνης αὔριον
Δειπνήσομεν. ---

Viri docti tamen quid ſequendum, facile conſtituent. JUNG.

* Μοσχίον.] Stellulam ante μοσχίον delevi, neque hæc lectio videtur improba.

23 Ἔτειον] MS. τὸν μείζονα ἄρνα εἴποις ἀμνὸν, εἶτε ἀρνίον· εἶτα εἴποις ἂν νομῶνα αἰπόλοι, π. SEB.

24 Ἀρνὸν] Ἀρνειὸν ſemper *Euſtath.* ad ι. Ὀδυσσ. ubi inter alia hæc lubet excerpere: τέλειος οὖν ὁ ἀρνειὸς, καὶ οὐκ ἀτελὴς κατὰ ἄρνα καὶ τὸ ἀρνειόν. (ſcribendum forte ἀρνίον, ut modo *Pollux* noſter) τρίτη δὲ ἡλικία εἶναι δοκεῖ ὁ ἀρνειός. τέταρτος δὲ μετ' αὐτὸν ὁ λειπογνώμων ὄϊς. Φασὶ γοῦν οἱ παλαιοὶ, ὅτι οὐ μόνον τρεῖς ἡλικίαι, ἀρὴν, ἀμνὸς, ἀρνειὸς, καὶ ὅτι τοῦ ἀμνοῦ καὶ θηλυκὸν ἡ ἀμνὴ, πρόβατον αὐτὸ μέσον τῇ ἡλικίᾳ, καὶ ὅτι ἀμνὴ, ἐνιαύσιον ὄϊα δηλοῖ. &c. ἀλλὰ καὶ ὅτι Ἴστρος ἐν ἀττικαῖς λέξεσιν, ἄρνα φησὶν εἶτα ἀμνόν. εἶτα ἀρνειόν. εἶτα λειπογνώμονα. *Ammonius* περὶ ὁμ. καὶ διαφ. λέξ. ἄρνες καὶ ἀρνειοὶ διαφέρουσιν· ἄρνες μὲν γὰρ λέγονται οἱ νεογνοί· Ὡς δὲ λύκοι ἄρνεσσιν ἐπέχραον. ἀρνειοὶ δὲ, οἱ προήκοντες τῇ ἡλικίᾳ· Ἀρνειῷ μιν ἔγωγε ἐΐσκω πηγεσιμάλλῳ, Ὅστ' οἰῶν μέγα πῶϋ διέρχεται ἀργεννάων. prior verſiculus eſt ex Ἰλ. π, alter ex Ἰλ. γ. An vero & *Pollux* noſter forte ἀρνειὸν ſcripſit? quomodo & apud *Homerum* eſt. JUNG.

quæ & Ἄρην dicitur, apud Poëtas, deinde edentulum. * Paſtores, caprarii, paſcua, caprarum greges, & armenta: paſcere, capras paſcere. Canes paſtorales, & canes caprarii. Equorum paſtores, equorum paſcua. Et ſecundum Sophoclem, Equiſones, & equorum nutritores. Boum actores, bubulci, boum venditores, ſubjugatores. Et Sophocles inquit, Pop-

185 ὃς καὶ [25] ἀρὴν παρὰ ποιηταῖς. [26] εἶτα [27] λειπογνώμονα. * Ποιμένες, αἰπόλοι, ποίμνια, αἰπόλια, [28] καὶ αἰγήλια, ποιμαίνειν, αἰπολεῖν, ποιμνῖται κύνες, [29] αἰπόλοι κύνες. [30] ἱπποφορβοὶ, ἱπποφορβία. καὶ ὡς Σοφοκλῆς, [31] ἱπποβουκόλοι, ἱπποφορβεῖς. Βοηλάται, βουφορβοὶ, βουκάπηλοι, [32] ζευγηλάται. [33] Σοφοκλῆς δ' ἔφη, ποπ- 185

25 Ἀρὴν] Scr. etiam in Lat. ἀρὴν oxyt. Seb. 2.

26 Εἶτα &c.] Hic demum MS noſter nobis iterum ſuccurrit, a nova pagina iterum ita incipiens: καλεῖται· εἶτα εἴποις ἄν. νομᾶται· ποιμένες, unde nimirum forte vulgo ſupplendum: παρὰ ποιηταῖς καλεῖται· εἶτα &c. Sed λειπογνώμονα in vulgatis bene habet, in MS. autem corruptum eſt. Attuli modo verba *Euſtathii*, in quo eodem loco & hæc leguntur: ἰστέον δὲ καὶ ὅτι οὐ μόνον ἐπὶ προβάτου λειπογνώμων, ἀλλὰ κυρίως ἵπποι ἐλέγοντο λειπογνώμονες, εἰ μηκέτι διὰ τῶν ὀδόντων γνωσθῆναι δυνάμενοι· γνώμων γὰρ, ὀδοὺς ἀφ' οὗ ἡλικία γνωρίζεται πώλων καὶ μόσχων· ἐν οἷς ἄβολος, ὁ μηδέπω ἐκβεβληκὼς τοὺς ὀδόντας· τριάκοντα γάρ φασι μηνῶν γενόμενοι ἐκβάλλουσι τοὺς πρώτους ὀδόντας· εἶτα ἐνιαυτοῦ παρελθόντος, τοὺς ἑτέρους, καὶ τὰ ἑξῆς· ἐν οἷς καὶ ὅτι λειπογνώμων ἵππος ὁ μήπω ἔχων βόλον, καὶ ὁ πρεσβύτης, καὶ ὁ μὴ ἔχων ὅθεν γνωσθήσεται. quæ de equis pertinent ad ea quæ ſupra *Noſter* I. 182. Ad oviculas noſtras vero & iſta quæ in *Etymologico* adferenda: γνώμων ὁ ὀδοὺς τῶν ἀλόγων ζώων· ἔνθεν καὶ προβατογνώμων εἴρηται, ἀπὸ τοῦ τὸν χρόνον ἀπ' αὐτοῦ διαγινώσκεσθαι· ἔνθεν καὶ λειπογνώμων, ὁ ἤδη βεβληκὼς τοὺς ὀδόντας. ubi itaque & προβατογνώμονα habes una voce de hoc ovillo dente. Eſt & apud *Heſychium* ἱππογνώμων, ſed alia de re, nempe ἵππους διαγινώσκων ἐγκύους ἢ μή. Jung.

27 Λειπογνώμονα.] *Interpr. edentulum.* miror cur ita verterit, cum jam lib. I. cap. 11. dixerit Auctor plus ſatis de γνώμονι & ἵππῳ λειπογνώμονι· is cui dens ætatis index excidit deſignatur, quamvis alias ſit ſatis dentatus. Kühn.

Λειπογνώμονα.] Qui dente ætatis indice deſtituitur, ſeu ſit equus, ſeu bos, ſeu ovis, λειπογνώμων dicitur: docuere id *Commentatores* noſtri ad lib. I. Segm. 183. quibus addo *Luciani* locum in *Lexiphane*: καὶ βοὸς λειπογνώμονος κωλῆν· *Benedictus, bovis annoſi pernam anteriorem vertit*, recte.

28 Καὶ αἰγήλια] Deſunt in MS. καὶ αἰγήλια. & quem iſti voci βεβαιωτὴν demus? Sane ſi a *Polluce* ea, ſuſpicer forte αἰγίλια tamen ſcripſiſſe, per ι mediis ſyllabis. Tale enim quid apud *Heſychium* quoque mihi videtur emendandum, ubi habet: αἰπολίου, αἰγιδίου· nempe αἰγιλίου ſcribendum. inter Δ & Λ ſane in MS. obvius error. Jung.

29 Αἰπόλοι κύνες.] MS. αἰπολικοὶ κύνες. quod rectius credo quam vulgatum αἰπόλοι κ. Jung.

Αἰπόλοι κύνες.] *Falckenburgii* Codex habet αἰπολοὶ καὶ κύνες, haud dubie pro αἰπολικοὶ κύνες, quæ vera eſt lectio.

30 Ἱπποφορβοὶ &c.] MS. ἱπποφορβοι, ἱπποφορβία, Σοφοκλῆς, ἱπποβουκολοι, βουφορβοὶ, ἐλαται, βοηλαται, ζευγηλάται, βουκηλάται. Σοφοκλῆς δὲ ἔφη &c. ſæpius accentu omiſſo, infra tamen Segm. 187. ſcribens ὑοφορβοὶ, ut vulgo. ἱπποφορβία autem hic eſt, ut in vulgatis. Sed malim ἱπποφόρβια, de armentis equorum, ut ex *Xenophonte* adferunt, βουκολεῖα καὶ ἱπποφόρβια IV. *Hellen. Heſychius* etiam: ἱπποφόρβιον (male excuſi ἱπποβόρβιον) καχίστριον, ἢ ἀγέλη ἵππων. *Etymolog.* in πολυφόρβην· ἱπποφόρβια, τὰ τοὺς ἵππους τρέφοντα χωρία. id eſt, *paſcua equorum.* Sic & *Suidas* in ἱπποφορβός· ἱπποφόρβιον, ἔνθα οἱ ἵπποι τρέφονται. Ceterum in MS. fere neſcias quid a *Sophocle* velit dictum. In vulgatis ei tribuitur ἱπποβουκόλοι, ita enim cum MS. indubie ſcribendum. Id vocabulum & apud *Euripidem* in *Phœniſſ.* eſſe indicat *Seberus* noſter, cujus fere principio iſtius tragœdiæ iſte verſus:

Πολύβου δέ νιν λαβόντες ἱπποβουκόλοι.

Ubi *Scholia Græca* exponunt ἱπποφορβοί. Sed quid illud ἐλαται abundans in MS. an & ἱππηλάται additum a *Polluce* fuit? Pro βουκηλάται vero, cujus loco deeſt vulgatum βουκάπηλοι, quid comminiſcamur? Non inepte forte βουπηλάται, ut iſti βουκόλοι apud *Nicandrum* & *Apollonium* Rhodium dici adnotantur. alias hæc, quæ *Pollux* congerit, partim apud *Platonem* habes, ut in Politico: ἀλλ' οὐ μὴν τόν γε πολιτικὸν εὑρήσομεν ἰδιότροπον. ὥσπερ βοηλάτην, ἤ τινα ἱπποκόμον, ἀλλ' ἱπποφορβῷ τε καὶ βουφορβῷ μᾶλλον προσεοικότα· quæ etiam differentiam indicant. Jung.

31 * Ἱπποβοκόλοι] *Euripid.* ἱπποβουκόλοι *Phœn.* v. 28. Seb.

* Ἱπποβοκόλοι] Leg. ἱπποβουκόλοι, *armentarii.* Kühn.

* Ἱπποβοκόλοι] Præeunte Doctiſſ. *Kühnio* a nobis in textu ἱπποβουκόλοι eſt reſtitutum, deleta, quam *Seberi* editio habebat, ſtellula. Ἱπποβουκόλος autem ὁ τοὺς ἵππους βόσκων, ut *Etymol.* in Ἄντιος.

32 Ζευγηλάται] Ζευγηλάται in *Gl. bubulci jugares*, id eſt, qui boves ad currum jungunt agitantque equis deſtituti. Ubi ſono ſibi proprio & poppyſmate admonent boves ad progrediendum. unde *Sophocles* dixit, ποππύζεται ζευγήλατρις, (verum leg. ζευγηλατρίς) ita enim hunc locum habet C. V. Kühn.

33 Σοφοκλῆς δ' ἔφη, &c.] MS. ita: Σοφοκλῆς δὲ ἔφη, ποππύζεται, ζευγηλατρις, ἀστραβ. &c. quam lectionem & *Politianum* in ſuo Codice habuiſſe conſtat. Scribit enim Miſcell. cap. 32. ubi plura de poppyſmo: *Utitur verbo etiam Sophocles*, ποππύζεται ζευγηλάτρις. *ſicut & Pollux meminit in ſeptimo.* quæ certe ſanior vulgata corrupta plus ſatis. An itaque ſcribendum?

---- ποππύζεται ζευγήλατρις.

Caret enim accentu in MS. hoc vocabulum. ζευγήλατρις vero a ζευγηλάτης, ut ἀρτόπωλις, ab ἀρτοπώλης. vel παράκοιτις a παρακοίτης. Dein in *Polluce* ἀστραβηλάται, quaſi nova periodus incipiendum, ita ut poſt ζευγήλατρις punctum ſit. Jung.

Σοφ. δ' ἔφη, ποππύζεις τε καὶ ζευγηλάται] Suo ſorex indicio perit: & hic quoque locus ſe ipſum aperte demonſtrat vitioſum: quid enim, quæſo, hic nobis cum ζευγηλάταις, quos modo nominavit *Pollux* noſter? quave de cauſa idem nomen repetitum? certe non hoc agebat *Pollux*, ut aliquam vocis ζευγηλάτης χρῆσιν proferret, ſed ut aliam vocem minus uſitatam ex *Sophocle* daret: itaque nos duces ſequuti MSS. in textu emendavimus, ποππύζεται ζευγηλατρίς· hoc eſt quod monere voluit *Pollux*, cum ζευγηλάτης ſit in uſu frequenti, *Sophoclem* hinc ſequiori genere dixiſſe *mulierem jugarem*, ζευγηλατρίδα. In Codice vero *Falckenburgiano* πομπύξεις pro ποππύξεις legitur vitioſius adhuc depravata ſcriptura. *Gloſſ.* Ποππύζει, *maſcipulat.* *Theophylact.* Ep. 10. ἤδη καὶ περιποππύσας, ἐπιβέβηκεν ἐπὶ τοὺς ἵππους; eſt & hæc vox in *Ariſtophanis* Veſpis:

Ποππύζουσι κἀγκεχόδασί με
Οἱ πλουτοῦντες καὶ πάνυ σεμνοί.

Ad quæ verba *Scholiaſtes*: ἔθος γὰρ ταῖς ἀστραπαῖς ποπ-

πύζεται ζευγηλατρὶς, [34] ἀστραβηλάται, καὶ
παρὰ τοῖς [35] Δωριεῦσιν, ὀνοκίνδιοι καὶ [36] κιλλακ-
186 τῆρες. • Ὄνος, [37] ἡμίονος, ἀστράβη, νωτεῖς, καὶ ζύ-
γιοι. [38] ἀγὼν δέ τις ἡμιόνων ἤγετο πάλαι ἐν Ὀλυμ-
πίᾳ, καὶ τὸ μὲν τῶν [39] νωτέων ἡμιόνων ἀγώνισμα,
[40] ἐκαλεῖτο κάλπη. τὸ δὲ τῶν ζυγίων, [41] ἀπήνη.

pyſſatores, & ſubjugatores. Muliones.
Et apud Dores, Agaſones. &, Canes a-
gentes. • Aſinus, mulus, mula. Cli- 186
tellarii, jugales. Olim vero certamen quod-
dam mulorum, in Olympiade celebraba-
tur. Et clitellariorum mulorum pugna,
calpa: jugalium vero, curulis dicebatur.

πύζειν· quæ quidem verba nullus intelligo: ſed vero, me judice, ſcribendum τοῖς ἀστραβηλάταις: iis in more eſt ποππύζειν, ac blandiori hac voce equos muloſve demulcere: at ne ſic quidem locus eſt ſanus; videntur enim deeſſe quædam: iis ſupplendis *Grammaticos* evolvere nobis non vacat. Ab hoc autem ποππύσματι ſolent Comici, prout hujuſmodi facetiis fabricandis ſunt nati, quemvis blandioribus verbis aliquem deliniendi modum πόππυσμα & ποππύζειν adpellare: Οἱ δ' ὑπεριπήνουν, ὑπεριπέππαζον τί με· eaque de cauſa *Heſychio*, ποππύσματα, κολακεύματα; & περιποππύζειν τινὰ apud *Chryſoſtomum*.

34 Ἀστραβηλάται,] C. V. tollit interpunctionem legendo: ἀστραβηλάται καὶ παρὰ τοῖς Δωριεῦσι ὀνοκίνδιοι καὶ κιλλακτῆρες. quam lectionem dudum ex laudato Codice dedit ipſe *Voſſius* in *Melam*, pag. 49. vid. etiam *Heſych.* in ὀνοκίνδιος & ὀνοκίνδος. *Schol. Ariſtoph.* in *Aves* hos verſus *Eupolidis* e *Marica* laudant:

Ἄκουε (δὴ) νῦν Πείσανδρος ὡς ἀπόλλυται.
Ὁ στρεβλὸς; οὔ, ἀλλ' ὁ μέγας, ὀνοκίνδιος.

Unde patet ὀνοκίνδιον dici hominem vaſtæ ſtaturæ, qualis fertur fuiſſe *Piſander*, quapropter agnum camelo parem ab eo immolatum ait *Ariſtoph.* παίζων εἰς τὸ ὀνοκίνδιον αὐτοῦ, inquit *Scholiaſtes* l. c. p. 426. κιλλακτὴρ, *cillanus* reddi poſſet, ut quidam legunt apud *Ciceronem* ep. 15. lib. V. ad Atticum. KÜHN.

Ἀστραβηλάται.] Loco τελείας στιγμῆς poſui commaticam diſtinctionem. Ἀστραβηλάτης vero in *Gloſſis*, *mulio* exponitur: *Lucian. Lexiph.* non procul ab initio: καὶ τὰ ἀμφὶ τὴν τράμιν μαλακίζομαι, ἐπ' ἀστράβης ὀχηθεὶς, ὁ γὰρ ἀστραβηλάτης ἐπέσπερχε· vide ad illum locum *Scholia Græca* de ἀστράβη. hinc eſt ἀστραβίζειν, id enim notatu dignum videbatur, νωτοφορεῖν: unde apud *Æſchylum* Suppl. κάμηλοι ἀστραβίζουσαι· ad quem locum *Scholiaſtes* ἀστράβην exponit ἡμίονον νωτοφόρον· vid. *Heſych. Etym.*

35 Δωριεῦσιν] Mendoſe MS. δωριεῦσιν. JUNG.

36 Κυνακτῆρες.] MS. κιλλακτῆρες. quomodo reponendum eſſe, quantum poteſt, idem *Pollux* tibi iterum dicat ſupra Segm. 56. ὀνοκίνδιοι vero me admonent χρήσεις *Eupolideæ* apud *Scholiaſtem Ariſtoph.* ad *Aves* paulo a fine longius: δύο δέ εἰσι Πείσανδροι καθάπερ Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ φησίν.

A. Ἄκουε νῦν Πείσανδρος ὡς ἀπόλλυται.
B. Ὁ στρεβλός; οὔ, ἀλλ' ὁ μέγας ὀνοκίνδιος.

Ita enim ſcribo. male in excuſis Μαρυκᾷ, & verſiculi ibi non diſtincti. JUNG.

Κυνακτῆρες.] Nos in textu cum Doctiſſ. *Kühnio* κιλλακτῆρες emendavimus: in Codice *Falckenburgii* eſt κυλλακτῆρες.

37 Ἡμίονος, ἀστρ. νωτ. καὶ ζ.] C. V. ἡμίονος. ἀστράβη, νωτεῖς. ἡμίονοι. καὶ ζύγια. *Demoſth. Oratione* contra *Midiam*, ἐπ' ἀστράβης ὀχούμενος, *mulo vectus*, vel *mulæ ſagmati inſidens*. *Harpocr.* ἀστράβη ἡ ἡμίονος &c. confer ibi notata *Valeſio* in notas *Mauſſaci*. KÜHN.

Ἡμίονος, ἀστρ. νωτ. καὶ ζ.] MS. auctius: νωτεῖς ἡμίονοι, καὶ ζύγιοι. Et recte ita ſuppleas. ait enim & mox νωτέων ἡμιόνων & ζυγίων. *Heſychius*: νωτεῖς, οἱ ἀχθοφόροι ἡμίονοι, ἢ ἕλκοντες ζύγιοι. an? ἡμίονοι· οἱ δὲ ἕλκοντες, ζύγιοι. vel ſimili modo. niſi confundat. Vide *Noſtrum* & ſupra II, 180. JUNG.

38 Ἀγὼν δὲ] MS. καὶ ἀγὼν δέ. JUNG.

39 Νωτέων] Mendoſe MS. νοτέων. JUNG.

40 Ἐκαλεῖτο κάλπη.] Vid. *Pauſan.* in *Eliacis.* exinde MSS. τῶν δὲ ζυγίων, ἀπήνη· quod firmat *Pauſanias* & alii. C. V. τῶν ζυγῶν α. KÜHN.

Ἐκαλεῖτο κάλπη.] MS. ἐκαλεῖτο δὲ κάλπη. τ. δ. τ. ζυγιῶν, ἀπήνη. τὸ δὲ τ. &c. Illa particula τὸ fuit corrumpendæ voci ἀπήνη, in ἀπήνητον. *Heſychius*: ἀπήνη, ἅμαξα· οἱ δὲ ζεῦγος ἡμιόνων. Et tam de Calpe, quam de Apene, ut ſcias quid fuerint, *Pauſaniam* audire non ingratum erit, Ἠλιακῶν α. τῆς δὲ ἀπήνης καὶ κάλπης τὸν δρόμον, τὸν μὲν Ὀλυμπιάδι νομισθέντα ἑβδομηκοστῇ, τὸν δὲ τῆς κάλπης τῇ ἐφεξῆς ταύτης· κήρυγμα ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἐποιήσαντο ἐπὶ τῆς τετάρτης Ὀλυμπιάδος καὶ ὀγδοηκοστῆς, μήτε κάλπης τοῦ λοιποῦ, μήτε ἀπήνης ἔσεσθαι δρόμον. ὅτε δὲ ἐτέθη πρῶτον, Θερσίου μὲν ἀπήνη Θεσσαλοῦ, Παταίκου δὲ Ἀχαιοῦ τῶν ἐκ Δύμης ἐνίκησεν ἡ κάλπη. Ἦν δὲ ἡ μὲν, θήλεια ἵππος, καὶ ἀπ' αὐτῶν ἀποπηδῶντες, ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ δρόμῳ συνέθεον οἱ ἀναβάται ταῖς ἵπποις εἰλημμένοι τῶν χαλινῶν, καθὰ καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι οἱ ἀναβάται καλούμενοι. διάφορα δὲ τοῖς ἀναβάταις ἐς τῆς κάλπης τὸν δρόμον τά τε σημεῖά ἐστι, καὶ ἄρσενες σφίσιν ὄντες οἱ ἵπποι. Ἀπήνη δὲ οὔτε τὸ ἀνεύρημα οὐδὲν ἀρχαῖον, οὔτε εὐπρέπεια αὐτῇ προσῆν, ἐπάρατόν τε Ἠλείοις ἐκ παλαιοῦ καὶ ἀρχὴν γενέσθαι ἐν τῇ χώρᾳ τὸ ζῶον· ἦν γὰρ δὴ ἀπήνη κατὰ τὴν συνωρίδα ἡμιόνους ἀντὶ ἵππων ἔχουσα. Ex *Polluce* noſtro vero diſcis non ſolum ἀπήνην, ſed & κάλπην quoque mulorum fuiſſe, non equorum tantum. Quod autem ut obiter id addam, ἐπάρατον ait *Pauſanias*, jam olim fuiſſe in *Elide* naſci mulum, de ea re vide *Herodotum* noſtrum in *Melpomene*, cap. 30. Calpen vero & apud *Theophr.* περὶ λίθων forte emendandum putat in ſuo Comm. ad eum libellum *D. Furlanus*, eo loco: φανερὸν δ' ἐκ τούτων, ὅτι μιμεῖται τὴν φύσιν ἡ τέχνη, τὰ δὲ ἴδια ποιεῖ· καὶ τούτων τὰ μὲν χρήσεως χάριν, τὰ δὲ, μόνον φαντασίας, ὥσπερ τὰς ἀλπεις. ita enim citat, & forte τὰς κάλπας ait legendum ex *Pauſania* & *Polluce*. ſed bona ſatis ibi vulgata jam lectio τὰς ἀλοιπεῖς. JUNG.

41 Ἀπήνητον.] Cum Eruditiſſ. *Kühnio* ſuperfluam illam ſyllabam τον delevi, ἀπήνη enim rectum eſt, nec aliter Codex *Falckenburgii* habet. *Pindarus* ᾠδὴν ἐπινίκιον *Pſaumidi* ſcripſit: τεθρίππῳ, ἀπήνῃ καὶ κέλητι νενικηκότι· ſed audi, quæſo, ut in ipſa ode id vates *Thebanus* efferat:

Ἵπποις, ἡμιόνοις τε, μοναμπυκί-
ᾳ τε ----

Scholiaſtæ vero ἀπήνη explicatur ἅρμα ἐξ ἡμιόνων ζευχθέν· lubet ex eodem de certaminis hujus primordiis, præcipue, quod ipſi non conveniat hac in re cum *Pauſania*, locum addere: εἰθισμένον δὲ ἵπποις ἀγωνίζεσθαι, Ἀσάνδραστος ἐπετήδευσε καὶ ἡμιόνοις ἀγωνίζεσθαι· χρόνος δὲ οὐ μακρὸς, ἀλλὰ δεκαετὴς τοῦτο διέλυσε· διελύθη γὰρ περὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἐννάτην Ὀλυμπιάδα; Diſcimus itaque ex hoc *Scholiaſtæ* *Aſandraſtum*, quod tamen nominis mihi de vitio ſuſpectum eſt, primum eſſe τῆς ἀπήνης & repertorem & inſtitutorem; ſed poſt elapſos decem annos περὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἐννάτην Ὀλυμπιάδα publico præconio hoc certamen eſt abrogatum: ſi ſcribas pro ἐννάτην, τετάρτην, nullum erit hac in parte *Scholiaſtæ* noſtro cum *Pauſania* diſſidium: & certe haud raro propter ſimiles literas utrumque numerum confuſum reperi: at-

[42] καὶ τὸν ὄνον ἐπισάξαι, Ἡρόδοτος. Ξενοφῶν δὲ, καὶ ἐφ' ἵππων τὸ ἐπισάξαι. τὸ δὲ τοῦ ἀστραβηλάτου ῥῆμα, ἀστραβεύειν [43] Πλάτων εἴρηκεν ἐν Ἑορταῖς. τὸ μέντοι τοῖς ἀπηγορευκόσι τῶν ἵππων [44] ἐπιβαλλόμενον σημεῖον, [45] τρυσίππειον ἐκαλεῖ-
187 το. • [46] Ἀριστοφάνης δὲ, καὶ βοηλατεῖν, καὶ

Et Aſinum inſternere, dixit Herodotus. Sed Xenophon Inſternere, etiam de equo dixit. Mulionis autem verbum, Ἀστραβεύειν Plato dixit, in Feriis. Et equis reprobis inuſtum ſignum, τρίσιππον vocatur. • Sed Ariſtophanes, Boves agere, & 187

tamen nihil temere immutem, quippe qui ſciam in hujus modi rebus unanimem ſcriptorum conſenſum ſperari non poſſe: ſi itaque cum decenni tempore ſtetiſſet τῆς ἀπήνης uſus, abrogatus eſt, eam Olymp. 79. inſtitutam oportet, qua in re cum *Pauſania* noſter *Scholiaſtes* non ſenſit: δεκαέτης autem χρόνος non de ſingulis annis, ſed de iſtis, quibus Olympici ludi celebrabantur, intelligendus eſt, quod patet ex iis quæ ad odæ inſcriptionem habet *commentator antiquus*: γέγραπται ἡ ᾠδὴ τῷ Ψαύμιδι τεθρίππῳ καὶ ἀπήνῃ καὶ κέλητι νενικηκότι τὴν ὀγδοηκοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα. Poſſem hac de re plura, niſi brevitati conſulendum eſſet. De κάλπῃ vide *Cl. Salmaſium* ad Hiſt. Aug. *Scriptores*.

42 Καὶ τὸν ὄνον ἐπισάξαι.] *Gl.* ἐπίσαξον τὸν ἵππον, *ſterne equum*, & ἐπισεσαγμένος, *Clitellarius*. *Xenoph.* locus eſt lib. III. *Cyri Inſtit.* p. 64. C. V. ὄνον ἐπισάξαι στρωματίσαι ἔλεγεν ὡς Ἡρόδοτος. *Herod.* in *Thalia*, ἀσκοὺς ἐπίσαξε ἐπὶ &c. & in *Clio*, τὰς διφθέρας ἐπισάξαντες ἐπὶ τοὺς ὄνους &c. *clitellas*, *ſtramenta*, *oneraque alia quævis imponere aſino* eſt ἐπισάττειν. KÜHN.

Καὶ τὸν ὄνον ἐπισάξαι.] Pro καὶ τὸν ὄνον &c. MS. τὸ δὲ (quod mendæ cauſa fuit vocis ἀπήνη) τῶν ὄνων ἐπισάξαι, στρωματίσαι ἔλεγεν, ὡς Ἡρόδοτος. Ξενοφῶν δὲ ἐπὶ ἵππων &c. auctius ut vides. Locus *Herodoti* forte hic eſt prima Muſa cap. 194. τὰς δὲ διφθέρας ἐπισάξαντες ἐπὶ τοὺς ὄνους, ἀπελαύνουσι ἐς τοὺς Ἀρμενίους. *Xenophontis* autem locus iſte, libr. III. παιδείας· ἔργον μὲν νυκτὸς λῦσαι ἵππους, ἔργον δὲ χαλινῶσαι, ἔργον δ' ἐπισάξαι, ἔργον δ' ἐπιθωρακίσασθαι. vel iſte lib. III. Ἀναβασ. ἐάν τέ τις θόρυβος γίγνηται, δεῖ ἐπισάξαι τὸν ἵππον Πέρσῃ ἀνδρὶ, καὶ χαλινῶσαι δεῖ. JUNG.

Καὶ τὸν ὄνον ἐπισάξαι.] Codex *Falckenburgianus* poſt ἐπισάξαι habet στρωματίσαι· ſcripſerat forſan *Pollux*, καὶ τὸν ὄνον στρωματίσαι, ἐπισάξαι ἔλεγον· *Grammatici* illam vocem exponunt ἐπιφορτίζειν. At vero τῷ ἐπισάττειν eſt contrarium τὸ ἀποσάττειν· id verbi occurrit apud τοὺς ὁ *Geneſ. XXIV.* v. 32. καὶ ἀπέσαξε τὰς καμήλους· in Hebræo eſt: ויפתח הגמלים, *camelos onere liberos fecit.*

43 Πλάτων &c.] Deſunt in MS. Πλ. εἴρ. ἐν ἑορταῖς. JUNG.

44 Βαλλόμενον] MS. ἐπιβαλλόμενον σ. quod pro vulgato βαλλόμενον reponendum ajo. JUNG.

Βαλλόμενον] In textum retuli cum *Kühnio* ἐπιβαλλόμενον.

45 Τρίσιππον] C. V. τῶν ἵππων ἐπιβαλλόμενον σημεῖον τρυσίππειον ἐ. *Heſych.* τρυσίππιον τὸν χαρακτῆρα τὸν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἐν ταῖς δοκιμασίαις τοῖς ἀδυνάτοις καὶ τετρυμμένοις, ἵνα μηκέτι στρατεύωνται, τὸ παλαιὸν ἐκάλουν τρυσίππιον· τροχὸς δὲ ἦν ὁ ἐπιβαλλόμενος χαρακτὴρ τῇ γνάθῳ τῶν ἵππων. vid. eundem in ἵππου τροχὸς (& *Zenob. Proverbia*) ubi male legitur τρισίππιον. *Euſtathius* in IV. *Odyſſ.* τρύσιππον & τρυσίππειον affert, ubi videantur plura. Crediderim humaniores dominos etiam privatim emeritis quaſi equis ſignum rotæ curulis in ipſa maxilla inuſſiſſe, ut omnibus teſtatum facerent, illos jam a gravioribus dimiſſos eſſe operis. Ἵππου quidem γῆρας proverbio notatur, ut contemptum & laborum plenum. & certe vulgus hominum ſolet vetulos illos canterios plurimis modis divexare, & tam diu in vario opere detinere, donec ipſa pellis fiat ad omnia inutilis. ſed non ita Antiqui. vel enim levioribus adhibiti ſunt equi ſenio debiles ſecundum illud:

Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε.
Cornupedi vetulo circlos ſubnecte minores.

Vel otioſi ſtabant ad plenum præſepe, *Poetæ* monito fruentes:

Hunc quoque, ubi aut morbo gravis, aut ſegnior annis
Deficit, abde domo, nec turpi ignoſce ſenectæ. KÜHN.

Τρίσιππον] Vox corrupta. MS. noſter τρυσίππειον. rectiſſime. vel ſi libet τρυσίππιον. *Heſychius*: τρυσίππιον, τὸν χαρακτῆρα τὸν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἐν ταῖς δοκιμασίαις τοῖς ἀδυνάτοις καὶ τετρυμμένοις (ἵπποις ἐπιβαλλόμενον, ita ſupplevit in ſuo Codice *Sylburgius*) ἵνα μηκέτι στρατεύωνται, τὸ παλαιὸν ἐκάλουν τρυσίππιον. τροχὸς δὲ ἦν ὁ ἐπιβαλλόμενος χαρακτὴρ τῇ γνάθῳ τῶν ἵππων. Adde & ex eodem *Heſychio* iſtæc: ἵππου τροχός· τοῖς γεγηρακόσιν ἵπποις ἐχάραττον ἐπὶ τὴν γνάθον σημεῖον, τροχοῦ σχῆμα ἔχον· ἐκαλεῖτο δὲ τρυσίππιον. quamvis corrupte ibi τυσίππιον. *Heſychii* verba ita ſuppleta habet & *H. Stephanus* in ſuo Theſauro, ubi & *Euſtathium* adducit, quem vide ad Ὀδυσσ. δ, paulo longius a fine, qui & τρύσιππον triſyllabe, & τρυσίππειον τετρασυλλάβως ex *Eupolide* apud *Æl. Dionyſium* adfert, ubi & diſces δι' ἐγκαύσεως hujuſmodi σημεῖον factum. ſed & alias equis generoſis videtur inuri ſignum in femore ſolitum. Sic enim *Anacreontis* illud capio:

Ἐν ἰσχίοις μὲν ἵπποι
Πυρὸς χάραγμ' ἔχουσι. JUNG.

Τρίσιππον] *Kühnius* noſter τρυσίππειον, quod eo præeunte in textu reſtitui. *Falckenburgii* Codex τρυσίππειον, quod rectum quoque. *Etymol.* Τρυσίππειον, ἔγκαυμα ἵππου γεγηρακότος ἐπὶ τῆς γνάθου, τροχοῦ ὅμοιον ἔγκαυμα, eaque de cauſa *Anacreon* ode LV. πυρὸς χάραγμα. Animalia vero ſuſtinendis laboribus nata, cum ad ſegniores annos veniſſent, ab opere dimitti ſolebant: non poſſum non elegans ea de re exemplum producere ex *Plutarcho* de Solert. Anim. pag. 970. *Hecatompedum* templum cum *Pericles* in arce *Athenarum* ædificaret, plures mulorum bigæ lapides advectabant: τῶν συνειργασμένων μὲν προθύμως, ἤδη δὲ διὰ γῆρας ἀφειμένων ὀρέων εἷς κατερχόμενος εἰς Κεραμεικὸν, καὶ τοῖς ἀνάγουσι ζεύγεσι τοὺς λίθους ὑπαντῶν, ἀεὶ συνανέστρεφε καὶ συμπαρετρόχαζεν, οἷον ἐγκελευόμενος καὶ παρορμῶν· viden' mulum διὰ τὸ γῆρας ἀφειμένον, *laboris immunem propter ſenectutem*: ſed tu, lector, tam elegans, quale hic narratur, veteli muli opus, quo honore, quove munere dignum cenſueris? populus *Athenienſis* publica σιτήσει hoc ipſi facinus redhoſtiit. Hanc eandem hiſtoriam, aliaque quæ huc ſpectant habet quoque *Plutarchus* in *M. Catone* pag. 339. quem vero διὰ τὸ γῆρας ἀφειμένον *Charonenſis* noſter dicit, *Ælianus* τῶν ἔργων ἀπολυθῆναι ait, lib. nimirum VI. de Animal. cap. 49. ubi hanc eandem ex *Ariſtotele* enarrat hiſtoriam: an *Philoſophi* locum, qui corruptus plane ac mutilus extat lib. VI. περὶ ζώων ἱστορίας cap. 24. præ oculis habuerit, dicere non habeo: videtur tamen: ſed iſti emaculando manus heic non ſum admoturus. Notus & *Horatii* verſiculus:

Solve ſeneſcentem mature ſanus equum. ---

46 Ἀριστ. δὲ] Deſunt in MS. Ἀριστ. δὲ καί. ut & alterum καί. pro βοηλατεῖν, mendoſum MS. βοϊλατεῖν. JUNG.

ὀνηλατεῖν [47] εἶπεν. [48] Ὑοπόλοι, ὑοφορβοὶ, [49] εὐφορβοὶ, συβῶται, [50] συφορβοὶ, [51] συβώτρειαι, χοιροπῶλαι, [52] ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ὥραις. καὶ [53] ὕες, σύες, χοῖροι, χοιρίδια, δελφάκια. καὶ τὰ ὀψίγονα, καὶ μικρὰ, [54] μετάχοιρα, [55] συφεὸς, ὑφεὸς, συφὸς, χοιροκομεῖον. χοιροτροφεῖον δὲ, ὅ, τε συφὸς, καὶ πλέγμα τι ἐν ᾧ χοῖροι τρέ-
188 φονται. * Ἀγύρται, [56] μηναγύρται, [57] ἀγυρτική, [58] ἀγερμὸς, [59] ἀγείρειν. [60] Μάντεις, [61] ἀλφιτομάντεις,

Aſinos agere dixit. Subulci, ſuum Paſtores, Paſtores boni, ſuum curatores, porcorum Paſtores, porcorum greges. Porcorum venditores, ut Ariſtophanes in Horis. Suculæ, porci, porcelli, ſerotini, & parvi, poſtporcelli. Porcorum grex, hara. Χοιροτροφεῖον autem, & grex dicitur, & hara quædam, in qua porci nutriuntur. * Præſtigiatores, circulatores: præſtigiatoria,
congregatio, congregare. Vates, vatidici, 188

47 Εἶπεν.] In MS. deeſt εἶπεν. JUNG.

48 Ὑοπόλοι] Pro ὑοπόλοι, MS. ὑοπῶλαι habet. nec improbem, quum ſtatim ſequatur & χοιροπῶλαι. JUNG.

49 Εὐφορβοὶ] *Interpr. paſtores boni. Euſtath.* eſt εὐτραφὴς, *bene paſtus.* ſed quicquid ſignificationis fuerit, huc certe non quadrabit. ſi Εὔμαιος eſſet, nomen ſubulci apud *Homerum* celebrati, facile in bonam partem accipi poſſet, at de *Euphorbo Homerico* nihil tale proditum. *Gloſſ.* συβώτης, *ſubulcus, ſuarius, cuſtos ſuum*, paſcendis ſuibus auctoratus. *porculatoris* officium deſcribit *Columella* libr. VIII. cap. 9. Cæterum videtur τὸ εὐφορβοὶ natum ex σύφορβοι, cum quis voluiſſet notare varietatem accentus in σύφορβοι & συφορβοί. KÜHN.

Εὐφορβοὶ] Εὐφορβοὶ omittit MS. Et ea vox hic non quadret. *Seberus* noſter ὑφορβοὶ in ſuis Notis poſuit, ex conjectura credo. Et mihi idem videtur. JUNG.

50 Συφορβοὶ] Ὑφορβοὶ, συβ. SEB.

Συφορβοὶ] Pro συφορβοὶ, MS. συοφορβοὶ. utrumque rectum eſt. poſſes & pro priori εὐφορβοὶ, legere συφορβοὶ, & hic recipere συοφορβοὶ MS. JUNG.

51 Συβώτρειαι] *Interpr. porcorum greges.* malim *ſubulcæ.* vid. IV, 56. KÜHN.

Συβώτρειαι] MS. mendoſe συβότριαι. pro vulgato malim tamen συβώτρια, ſine diphthongo. ſic ſupra IV, 56. συβώτρια in vulgatis. JUNG.

52 Ὡς Ἀριστ. ἐν Ὥρ.] Deſunt in MS. ὡς Ἀριστ. ἐν Ὥραις. καί. JUNG.

53 Ὗες &c.] MS. ὕες, σύες, χ. accentu forte rectiore. JUNG.

54 Μετάχοιρα] C. V. μεταχοίρια, quos ſcrofa porcos ultimo effudit exiles & minores aliis: ὀψίγονα καὶ λιπογάλακτα *Euſtath.* vocat. KÜHN.

Μετάχοιρα] MS. καὶ μεταχοίρια. pariter bene μεταχοίρια; ſed καὶ tamen non recte invehas. τὰ ὀψίγονα καὶ μικρὰ, namque, τῶν ὑῶν, ita dicta ait, ut & ſupra I, 251. & VI, 55. JUNG.

Μετάχοιρα] Vide *Ariſtot.* de H. A. lib. VI. c. 24.

55 Συφεὸς, ὑφεὸς &c.] Ita MS. συφεος, ὑφεος, συφεος, χοιροκομεῖν, καὶ χοιροτροφεῖν· ὁ δὲ συφεος καὶ πλέγμά τι &c. Sed vulgata non mutanda facile. σύφοι enim & χοιροκομεῖα etiam ſupra I, 251. & infra X, 159. malim tamen συφὸς oxytone hic, ut MS. infra IX, 16. habet, ſicut συφεὸς & συφετὸς, ibid. JUNG.

Συφεὸς, ὑφεὸς &c.] Χοίρων μάνδρας *Schol. Hom.* ad Od. κ. explicat. Paulo poſt, σύφος καὶ πλέγμα τι: repoſui συφὸς oxytonus, nam præter *Jungermannum* ita quoque habet *Falckenburgius.*

56 Μηναγύρται] Iidem & μητραγύρται· quod juſtis diebus menſis ſtipem Matri Deum cogerent. *Cicero* lib II. de L. L. *Matris Idææ famulos* vocat. KÜHN.

Μηναγύρται] *H. Stephanus* crucem hic fixit in ſuo Codice. In Theſauro tamen de hiſce ex *Heſychio*, *Suida*, & *Euſebio* quædam collegit. mihique metragyrtas reponere quum primum hæc legerem videbatur: quod jam facere vix dubitarem, quum videam MS. noſtrum clare habere μητραγύρται. JUNG.

Μηναγύρται] Occurrit & hæc vox apud *Clem. Alex.* Protr. neque veteres *Lexicographi* eam omiſere; qua de cauſa de μητραγύρταις non eſt opus cogitare. Obſervo autem de his vocibus μηναγύρτης & μητραγύρτης, alteram aliquando alterius occupaſſe locum: *Origen.* contra *Celſum* lib. I. pag. 8. καὶ ἐξομοιοῖ τοὺς ἀλόγως πιστεύοντας μητραγύρταις καὶ τερατεσκόποις, μίθραις (malim, μιθριακοῖς) τε καὶ σαββαδίοις &c. olim in hoc loco μηναγύρτης extitit, ut colligi poteſt e verſione *Ruffini*: *Et qui ſecundum ſe credunt, menargyrtarum ſimillimos facit:* recte viri eruditi emendant, *menagyrtarum*: putabam aliquando: *menargyragyrtarum* μηναργυραγυρτῶν, *qui menſtruam ſtipem colligunt*: ſed melioribus cedo. Tu vero obiter hic τερατεσκόπους obſerves, quos & *Pollux* recenſet. De μητραγύρταις vero, en, lector, elegantem ex *Menandri* Hypobolimæo locum:

> Οὐδεὶς μ' ἀρέσκει περιπατῶν ἔξω θεὸς
> Μετὰ γραὸς, οὐδ' εἰς οἰκίας παρεισιὼν
> Ἐπὶ τοῦ σανιδίου μητραγύρτης. ---

57 Ἀγυρτική] *Gl.* ἀγυρτικὸν, *circulatorium*: ſic & ἀγυρτική, *circulatoria*; ἀγερμὸς, *aruſcatio*; ἀγείρειν, *aruſcare. Gloſſ. aſculare*, χαλκολογεῖν. C. V. ἀγυρμός. KÜHN.

58 Ἀγερμὸς] Pro ἀγερμὸς, MS. ἀγυρμὸς habet. quod itaque malim. JUNG.

59 Ἀγείρειν.] Poſt ἀγείρειν in MS. hæc, quæ vulgo inferius &c. habes, ſequuntur: τερασκόποι, τερασκοπική, τερασκοπιατερῶν, ὑπόκρισις, τερατολογία, τερατολόγῳ φύσει. εἴποις δ' ἂν καὶ τερατολόγῳ ἀνδρί, τερατογονία τερῶν ὑποκριταί. ἀφ' ὧν μάντεις &c. ea infra cum vulgatis excutiemus. JUNG.

60 Μάντεις] C. V. præponit quæ ſequuntur paulo poſt, hunc in modum: τερασκόποι, (leg. τερατοσκόποι) τερασκοπική, (leg. τερατοσκοπική) τερασκοπία, (leg. τερατοσκοπία) τερῶν. ὑπόκριτις, τερατολογία. τερατολόγῳ φύσει. εἴποις δ' ἂν καὶ τερατολόγῳ ἀνδρί. τερατογονία, τερῶν ὑποκριτὰς, ἀφ' ὧν μάντεις, ἀλφιτομάντεις, νυκτομάνται, ἀστερομάντεις &c. τερῶν contractum ex τεράτων· τερατογονία, *prodigioſi partus*, vel *fictio monſtrorum*, & τερῶν ὑποκριτὴς eſt *ſimulator* & quidam miraculorum quaſi hiſtrio. vid. infra ad Segm. ſeq. ἀλφιτομάντεις recte legitur pro vulgato, ἀμφιμάντεις· dein, νυκτομάντεις, vel quod malim νεκυομάντεις, *qui manes evocatos incantamentis conſulunt de rebus futuris.* Non dubito futuros, qui lecturi ſint, γαστερομάντεις, pro ἀστερομάντεις. KÜHN.

61 Ἀμφιμάντεις] Hi ſane non tantum falſi vates, ſed plane nulli ſunt. MS. noſter, ἀλφιτομάντεις. quod reſtituendum noſtro *Polluci. Heſychius*: ἀλφιτόμαντις, ἀλφίτοις μαντευομένη. JUNG.

Ἀμφιμάντεις] Pro hac voce, quæ nulla eſt, in textu emendavi ἀλφιτομάντεις, ad fidem MSS. ii erant qui ex ſtrata, igni injecta, aut etiam pullis projecta farina ſeu polenta futurorum notitiam venabantur: eorum, ut & ἀλευρομαντείων eſt mentio apud *Ælian.* de H. A. lib. VIII. cap. 5. quem vide: præter hæc autem vatum genera, quæ a noſtro *Polluce* memorantur, plures fuere alii, qui ex variarum rerum aut ſtatu aut eventu de futuris conſulentes monere ſolebant: ita πυρομάντεις, καπνομάντεις, ἀερομάντεις, ἐνοπτρομάντεις, γραμματομάντεις, φλεβομάντεις, ὀνοματομάντεις, ὀμφαλομάντεις, ὑδρομάντεις, νεκρομάντεις &c.

Aſtrologi, nocte vaticinantes, e fulgure vaticinantes, Aruſpices, farinarii Vates. Cophino vaticinantes, dixit Philippides. Sed Magnes in Lydis, Somniorum Interpretes, & Reſolutores. Somniorum judices, ſomniorum interpretes, ſomniorum ſimulatores, ſomniorum inſpectores. Augures, Auſpices, Sacrifici, ſacrificiorum ſtudioſi, Magi, Incantatores, Interpretes, purgatores, Initiatores, expiatores, emundatores. Et verbum, expiemus.
189 * Monſtrorum inſpectio,

[62] ἀστρομάντεις, νυκτομάντεις, [63] ἀστερομάντεις, [64] σφονδυλομάντεις, [65] ἀλευρομάντεις. [66] κοσκινομάντεις [67] δὲ εἴρηκε Φιλιππίδης. Μάγνης δὲ ἐν Λυδοῖς, ὀνειρομάντεσιν, [68] ἀναλύταις. [69] ὀνειροκρίται, ὀνειροπόλοι, ὀνειράτων ὑποκριταὶ, [70] ὀνειροσκόποι, [71] οἰωνισταὶ, [72] ὀρνιθοσκόποι, οἰωνοπόλοι, θύται, [73] φιλοθύται, μάγοι, γόητες, [74] ἐξηγηταὶ, καθαρταὶ, τελεσταὶ, ἀπομάκται, [75] ἀπομάκτριαι. καὶ τὸ ῥῆμα, ἀπομάξομεν. * [76] Τερατοσκοπία, 189

horum omnium in antiquorum ſcriptis eſt mentio; ſed eos hac vice nominaſſe ſufficit.

62 Ἀστρομάντεις] In MS. deeſt ἀστρομάντεις. & pro νυκτομάντεις, MS. νυκτομάνται. *Heſychius* ſaltem habet: νυκτίμαντις, μάντεως εἶδος. niſi & is νυκτόμαντις ſcripſerit. JUNG.

63 Στερομάντεις] Leg. στερνομάντεις ex lib. II. Segm. 162. *Heſych.* Ἐγγαστρίμυθος, τοῦτόν τινες ἐγγαστρίμαντιν, οἱ δὲ στερνόμαντιν λέγουσι. φησὶ δὲ περὶ τοῦ τρόπου τῆς μαντείας καὶ Πλάτων ἐν τῷ Σοφιστῇ. τούτων ἡμεῖς πάντων ἂν καλοῦμεν· leg. ἐγκαλοῦμεν. *hos omnes*, inquit, *nos in crimen judiciumque vocamus* vel *accuſamus*. Loquitur *Heſych.* ut Chriſtianus. Quam ſe torſerint viri docti in hujus loci emendatione, videre eſt in *Hackiana Editione Heſychii*. Locus vero *Platonis* mihi eſt pag. 109. KÜHN.

Στερομάντεις] Id ſtatim corruptum vidi, & στερνομάντεις geſtiebam reponere: qualem & ſupra noſter MS. nominavit II, 162. Sed MS. noſter aliud genus adhuc habet, nempe ἀστερομάντεις ſcribens hoc loco, pro vulgato στερομάντεις. JUNG.

Στερομάντεις] *Kühnius* noſter emendat στερνομάντεις· ſed ἀστερομάντεις habet MS. *Jungermanni* noſtri: verum eſt præceſſiſſe ἀστρομάντεις; ſed inter ἀστρομάντεις & ἀστερομάντεις ea eſt differentia, quæ inter ἀστὴρ & ἄστρον; ἀστρόμαντις, qui e ſignis cœleſtibus vaticinatur: ἀστερόμαντις vero, qui ex ſingulis ſtellis, earumque συναστερισμῷ futura prædicit; adeo ut utræque voces in eadem periodo morari poſſint ſine ulla repetitionis ſpecie, quapropter Codicis MS. ductum ſecuti in textu ἀστερομάντεις emendavimus.

64 Σφονδυλομάντεις] *Vaticinantes girgillo, verticillo, rhombo*, quem verſabant incantantes. KÜHN.

65 Ἀλευρομάντεις.] Ἀλευρομάντεις, κοσκινομάντεις ſunt *vaticinantes per farinam, per cribrum*. ἀλευρομάντεις, κριθομάντεις recenſet *Clemens* in *Protreptico*. KÜHN.

Ἀλευρομάντεις.] De his vid. libellum Avi mei de Divinationum generibus, ubi & de aliis quibuſdam ejuſdem farinæ præſtigiatoribus. JUNG.

66 Κοσκινομάντεις] De his *Theocritus* Idyll. III. *Paræmiographi* in proverbio, κοσκίνῳ μαντεύεται. Vide *Delrium* in *diſquiſ. Magicis*. KÜHN.

Κοσκινομάντεις] MS. κοσκινομάντεις, καθάρτριαι. quæ vox in vulgatis non adparet. ab ea tamen mox καθαρταί. ubi etiam locus forte aptior huic καθάρτριαι. ſicut ibidem ἀπομάκται, ἀπομάκτριαι junguntur. JUNG.

67 Δὲ εἴρ. Φιλιππ. &c.] Omiſſa ſunt in MS. iſta δὲ εἴρ. Φιλ. Μάγ. δ. ἐν Λυδ. ὀ. ἀ. *Lydorum* vero Magnetis Comici mentio & apud *Suidam* in Μάγνης. JUNG.

Δὲ εἴρ. Φιλιππ. &c.] Tu vide pauca de Magnetis Lydis, ſed erudita, prout in hiſce rebus eſt verſatiſſimus, differentem *Bentlejum* in Epiſtola ad *Joh. Millium*, quam *Malalæ Chronologo* ſubjecit.

68 Ἀναλύταις.] *Interpr.* καὶ ἀναλύταις, quod probo. alii enim ſunt ἀναλύται, alii vero ὀνειρομάντεις. ἀναλύται erant, qui incantatos defixoſque aliis contrariis incantationibus reſolvebant. vid. *Heſych.* in ἀναλῦσαι. De qua ἀναλύσει plura Deo volente *Paralipomenis* in *Athenæum*. KÜHN.

69 Ὀνειροκρίται] C. V. καθάρτριαι ὀνειροπόλοι &c. KÜHN.

Ὀνειροκρίται] MS. ὀνειροπόλοι, ὀνειροκρίται, ordine inverſo. JUNG.

70 Ὀνειροσκόποι] Deeſt in MS. ὀνειροσκόποι. illud οἰωνισταὶ vero, quod *Seberus* edidit, ab *H. Stephano* eſt ita in ſuo Codice repoſitum, & in MS. noſtro pariter eſt idem οἰωνισταί, ne ullus amplius dubitandi locus ſit. JUNG.

71 Οἰωνισταὶ] E not. *Sylb.* pr. edit. οἰωνηταί. SEB.

72 Ὀρνιθοσκόποι] MS. ita: οἰωνοπόλοι, ὀρνιθοσκόποι, μάντεις, ἐπ' ὄρνισι, φιλοθύται, omiſſo θύται, quod ſupra etiam habuiſti I, 16. Sed quid ſibi vult MS. μάντεις, ἐπ' ὄρνισι; an explicat οἰωνοπόλους; & ſcribendum ſane μάντεις ἐπ' ὄρνισι, quamvis illud μάντεις plane abeſſe velim: vel legere potius: οἰωνομάντεις, ἐπ' ὄρνισι. Phraſis vero ἐπ' ὄρνισι prorſus ad rem hanc pertinet, & tale quid ex *Plutarchi Camillo* adferunt: ἐπ' ὄρνισι διαμαντευόμενοι καθίζονται. Sic ἐπ' ὄρνεις ἰέναι, εἰς ὄρνις εἰσιέναι, pro eo quod eſt πρὸς μάντεις, εἰς μαντείας, dixiſſe veteres, docebit te eleganter & erudite, ut omnia, *Heinſius* noſter crepundiis *Silianis* ad extremum librum III. Punicorum. JUNG.

73 Φιλοθύται] Id eſt, *ſuperſtitionibus & ſacris faciendis nimis dediti*. aliter φιλοθύτης dicitur *Abrahamus* Patriarcha apud *Cyrillum* contra *Julian.* cumque ἀθύτοις & κακοθύταις opponit. KÜHN.

74 Ἐξηγηταὶ] Tales illi *Telmiſſes* apud *Herodotum* Κλειοῖ cap. 78. αὐτίκα δὲ ἔπεμπε θεοπρόπους ἐς τοὺς ἐξηγητέας Τελμισσέων. qui ὑπεκρίναντο *Crœſo* de portento, quod illi acciderat. καθάρται vero paroxytonως etiam MS. hic, ut & ſupra I. 16. JUNG.

75 Ἀπομάκτριαι] *Expiatrices*, ἀπομάξομεν, *expiabimus, abſtergemus*. KÜHN.

Ἀπομάκτριαι] Deeſt ἀπομάκτριαι in MS. Vide vero de his mulierculis & verbo ἀπομάττειν in hac ſignificatione *Caſaubonum* τὸν πάνυ in Comm. ad *Theophr.* Character. ad extrema verba cap. περὶ δεισιδαιμονίας. JUNG.

76 Τερατοσκοπία] Hæc uſque ad ἀφ' ἂν abſunt a C. V. KÜHN.

Τερατοσκοπία] Τερατοσκοπία &c. τερῶν deſunt in MS. hoc quidem loco, qui ea modo habuit ubi adſcripſi, & inde in vulgatis quædam examinemus. Et ſtatim ex MS. hæc longe auctiora ita efficienda, quamvis in MS. hæ voculæ una ſyllaba defectæ τερασκόποι &c. perſcriptæ ſint. Sic itaque hic ſupple ex MS. τερατοσκόποι, τερατοσκοπικὴ, τερατοσκοπία, τερῶν ὑπόκρισις. ita diſtinguendum, quamvis MS. τερῶν, ὑπόκρισις habet. nam & mox recte habebis ex eodem MS. τερῶν ὑποκριτὰς, & paulo ante ὀνειράτων ὑποκριτὰς *Noſter* dicebat. *Heſychius*: ὑποκριτὴς, μάντις. At ſcripturam quoque in iſtis hanc, τερασκόποι, τερασκοπικὴ, τερασκοπία, ut in MS. hic extat, nolim plane condemnaſſe videri: permittam potius aliis id facere. invenio enim apud *Heſychium* etiam ſuo ordine: τερασκόποι, ὀνειροκρίται. & iterum ſuo: τερατοσκόπος,

[77] τερατολογία. τερατολόγῳ φύσει· εἴποις δ' ἂν, καὶ τερατολόγῳ ἀνδρί. [78] τερατογονία, τερῶν ὑποκριταὶ, ἀφ' ὧν καὶ τὸ [79] τερατεύεσθαι. [80] Θαυματοποιὸς, θαυματοποιΐα, [81] θαυμάτων δημιουργοί. Μηχανοποιὸς, μηχανοποιΐα, μηχανήματα, μηχαναὶ, εὐμήχανοι, εὐμηχανία, πολυμήχανοι, πολυμηχανία, ἀμήχανοι, ἀμηχανία, [82] βιομηχανία, ὡς Ἀντιφῶν. τοὺς δὲ μηχανοποιοὺς, καὶ [83] σκηνοποιοὺς ἡ παλαιὰ
190 κωμῳδία ὠνόμαζε. * [84] Γελωτοποιὸς, καὶ

monſtrorum interpretatio. Dices etiam, Viro monſtrorum interpreti, monſtrorum proventus. Unde & monſtrificare, hypocritæ dicuntur. Mirificus, miraculorum effectio, miraculorum adminiſtratores. Machinator, machinarum inſtructio, machinationes, machinæ, machinatu faciles, machinandi facultas, machinarum ſtudioſi, machinandi ſtudium, impoſſibiles, impoſſibilitas. Virium experientia, ſecundum Antiphontem. Machinatores vero & Scenarum apparatores, Vetus Comœdia vocavit. * Lingularum Artifex, 190

μάντις, σημειωτικός. Græcos in l. XXXVIII. *oſtentum de V. S. oſtentum* vertere τέρας· indeque *Jul. Pollucis* τερατοσκοπίαν eſſe, *artem quæ portentorum ſcientiam profiteatur.* τερατοσκόπον, *interpretem portentorum*, Feſto *prodigiatorem*, adnotat ad illam legem *G. Fernerius.* Jung.

77 Τερατολογία.] Adde ex C. V. ut ſupra dictum, τερατολόγῳ φύσει· εἴποις δ' ἂν &c. ut ſupra. Kühn.

Τερατολογία.] Rurſum ex MS. ſupplendum: τερατολόγῳ φύσει· εἴποις δ' ἂν &c. puto vero eum ad *Platonis* locum reſpexiſſe, quamvis in eo alio caſu ſit: nempe in *Phædro*, ubi *Hippocentauros* & *Pegaſos* nominans addit: καὶ ἄλλων ἀμηχάνων πλήθει τε καὶ ἀτοπίᾳ τερατολόγων τινῶν φύσεων. Poteſt & in altero τερατολόγῳ ἀνδρὶ, ad eundem *Platonem* reſpicere; locus tamen haud ad manus; certe infra IX, 147. τερατολόγος, ait, ἐκ τοῦ Πλάτωνος. Jung.

Τερατολογία.] Præeunte doctiſſ. *Kühnio* huic voci ſubjeci, τερατολόγῳ φύσει.

78 Τερατογωνία τερῶν.] Legi queat τερατολογεῖν, quo *Diodor. Sicul.* & *Lucianus* utuntur. vel τερατολογίαν τηρῶν. Referas & huc, τερατουργὸς, quod apud *Phil.* & *Lucianum*. Item τερατουργία ex eodem *Luciano*. D. H. Seb.

Τερατογωνία τερῶν.] Leg. *Salmaſ.* τερατολογώτερον, malim τερατογονία, *monſtrorum procreatio.* Kühn.

Τερατογωνία τερῶν &c.] Mendoſa hæc, & in quibus emendandis viri doctiſſimi, quod pace ipſorum eruditionis dicam, fruſtra laborarunt. nec ego gry mutirem, niſi MS. me juvaret. ex eo ita hæc reſtituo fidenti manu: τερατογονία, τερῶν ὑποκριταί. ἀφ' ὧν καὶ τὸ τετερατεῦσθαι. Et τερατογονία, *monſtroſus partus* erit ſive *fœtus.* τερῶν ὑποκριταὶ ſe referunt ad ſuam τερῶν ὑπόκρισιν modo ex MS. allatam. τετερατεῦσθαι vero olim ita correxeram in Codice *Pollucis*; quamvis id in MS. deſit. certe pro vulgato τερατεῦσθαι, ſic, vel τερατεύεσθαι emendandum erat. ſed illud malim, primumque τε a negligenti ſcriba facillime potuit omitti. Jung.

Τερατογωνία τερῶν.] Ita vulgo inepte; nos ad MSS. fidem & Doctiſſ. *Kühnii* emendationem τερατογονία reſtituimus. In ceteris emaculandis Eruditiſſ. *Jungermanni* lectionem ſum ſequutus Prior. edit. τερατ. τερ. ἀφ' ὧν κ. τ. τ. ὑποκριταί.

79 Τερατεῦσθαι] Leg. τερατεύεσθαι, *miracula crepare, fingere, exponere.* ὑποκριταὶ pertinet ad præcedens τερῶν, uti patet ex C. V. ſic antea ὀνειράτων ὑποκριταί. *Heſych.* ὑποκριτὴς, μάντις &c. adeoque non *ſimulator* intelligitur, ſed potius vaticinator, qui conſultoribus de portentis, de ſomniis reſpondet, ὑποκριθῆναι enim eidem *Heſychio* valet ἀποκριθῆναι, *reſpondere.* confer *Thomæ Eclogas* in ὑποκρίνομαι. Kühn.

Τερατεῦσθαι] Τερατεύεσθαι cum *Kuhnio* noſtro emendavi.

80 Θαυματοποιὸς] Vid. *Jul. Caſ. Bulenger.* de Theatro lib. I. cap. 30. Seb.

Θαυματοποιὸς] MS. θαυματοποιοὶ, plurali. Jung.

Θαυματοποιὸς] Horum præcipua fuit ars, mirando plane modo corpus inflectere, diverſiſque λυγισμοῖς membra commovere: θαύματα ἐπιδεικνύειν tum dicebantur, ſiquidem hoc mobilis artificii genus omnium, popelli præcipue animos admiratione deligebat. *Heſych.* Θαύματα, ἃ οἱ θαυματοποιοὶ ἐπιδείκνυνται. Elegans eſt hac de re, quem ponam, *Tyrii* locus διαλ. ιϛ· οἱ τὰ θαύματα ἐπιδεικνύμενοι ἐγκλώμενοι καὶ στρεβλούμενοι τὰ σώματα. Sed ne mihi θαυματουργοὺς cum θαυματοποιοῖς confundas, quod feciſſe quoſdam animadverto: nam θαυματουργοὶ proprie, *qui opera Mechanica conficiebant*, ita dicti διὰ τὸ ἔκπληκτον τῆς θεωρίας: in primis vero id eſt intelligendum de αὐτομάτοις ita vocatis, quæ publico conſpectui artifices Mechanici olim ſolebant exponere: neque ſane his quicquam ad incutiendam cuivis, imprimis ignorantibus admirationem eſt aptius: hujus autem rei auctor mihi eſt *Hero Alexandrinus.* Prius tamen, quam diſcedam, elegantem notabo locum de εὐμηχανίᾳ, quam vocem *Pollux* mox habet, e *Maximo Tyrio* l. c. acceſſerat quidam ad *Perſarum* regem, τέχνην τινὰ ἐπιδεικνύμενος διαφέρουσαν εὐμηχανίᾳ· ἁμάξας τινὰς ποιούμενος μικρὰς στρογγύλας κατὰ βελόνης ὀρθίου πόῤῥωθεν ἀφιεὶς, τῆς βελόνης ἄκρας ἐτύγχανε· *Coſm. Paccius: oſſulas parvas rotundaſque:* videtur itaque pro ἁμάξας legiſſe μάζας, ut & *Leopardus*; quam bene, non judico: nobis imperitior librarius e voce σφαίρας male forſan ſcripta procudit totas ἁμάξας· id itaque vocis nobiſcum reſtitue.

81 Θαυμάτων δημ.] MS. θαυμάτων δημιουργία, omiſſo μηχανοποιός. Jung.

82 Βιομηχανία] *Interpr. virium experientia:* mihi videtur hoc vocabulo deſignari πορισμὸς τῶν πρὸς τὸν βίον, *comparatio eorum quæ ad vitam ſuſtentandam pertinent.* unde & animal quod facile ſibi quærit cibum, dicitur εὐμήχανον τῶν εἰς βίον. Kühn.

Βιομηχανία] Pro βιομηχανία, MS. βιομήχανοι. Utrum itaque jam dixerit *Antipho*? Jung.

83 Σκηνοποιοὺς] C. V. σκηνικοὺς legit. Kühn.

Σκηνοποιοὺς] MS. ita: καὶ σκηνικοὺς οἱ παλαιοὶ ὠνόμασαν. Poſt quæ in MS. novum caput ſequitur, præfixo hoc titulo: περὶ γελωτοποιοῦ, καὶ κυβερνητῶν, καὶ ἑτέρων διαφόρων ἐπιτηδευμάτων. Jung.

Σκηνοποιοὺς] Cum omnibus MSS. *Falckenburgii* Codex σκηνικοὺς habet.

84 Γλωττοποιὸς, καὶ γλωττ. καὶ γλωττ.] Hic incipit iterum C. A. C. V. γελωτοποιὸς, γελωτοποιεῖν, γελωτοποιοῦντες. ſic & *Salm.* MSS. *Gl.* γελωτοποιὸς, *ſcurra, ridiculus.* poſſet & dici *mimus, ridicularius, pantomimus. Pantolabus ſcurra, Horat.* Satyr. 8. Kühn.

Γλωττοποιὸς, καὶ γλωττ. καὶ γλωττ.] Ita MS. γελωτοποιὸς, γελωτοποιεῖν, καὶ γελωτοποιοῦντες, ὡς Ξενοφῶν. quæ non dubito, quin vera lectio, & *Polluci* reſtituenda. γλωττοποιὸν & de ea tam multa, plane inepte hic intruſerunt. dixerat enim jam de eo ejuſque ſodalibus ſupra *Pollux* Segm. 153. Lectionem MS. quamvis non amplius opus confirmatione, etiam ver-

lin-

lingulas conficere. Et Lingulas conficientes, ſecundum Xenophontem. Ecpomatopœus, Alexis Fabula. Et * Grammatidopœus, Apollodori. Gubernatores, proretæ, remiges, nautæ. Et Nautas turbinarios, dixit Ariſtophanes: ſed Theopompus, Mulieres nautrices. Portitores, trajectus, navium tractores. Navium vero ligna, quibus ſubjectis, naves trahuntur: phalanges, & teſtudines.
191 * Sed quæ humitractæ dicuntur, machinæ ſunt, quibus trahuntur. Naviſque

[85] γελωτοποιεῖν, καὶ γελωτοποιοῦντες, ὡς Ξενοφῶν. [86] Ἐκπωματοποιὸς [87] δὲ, δρᾶμα Ἀλέξιδος, καὶ [88] Γραμματιδιοποιὸς, [89] Ἀπολλοδώρου. Κυβερνῆται, [90] πρωρᾶται, ἐρέται, ναῦται. καὶ [91] στρογγυλοναύτας Ἀριστοφάνης λέγει. Θεόπομπος δὲ, γυναῖκας [92] ναυτίδας. πορθμεῖς, πορθμίον, νεωλκοί. [93] Τὰ δὲ τῶν νεωλκῶν ξύλα, οἷς ὑποβληθεῖσιν ἐφέλκονται αἱ νῆες, [94] φάλαγγες καὶ φαλάγγια. * αἱ δὲ καλούμεναι [95] χαμουλκοὶ, μηχαναὶ, δι' ὧν εἵλκοντο. [96] καὶ ἡ μὲν 191

ba *Xenophontis ἐν συμποσίῳ*, ſatis firmant, quæ *Noſter* reſpexit, ut ſtatim initio ejus ſympoſii, de eo qui non minimam in eo perſonam gerit; Φίλιππος ὁ γελωτοποιὸς occurrit. Et inferius: σύγε μὴν, δηλῶν ἔφη ὁ Λύκων τὸν Φίλιππον, ἐπὶ τῷ γελωτοποιεῖν μέγα φρονεῖς; ubi poſt eſt & γελωτοποιΐα. habes & infra IX, 148, & 149. γελωτοποιεῖν & γελωτοποιΐα· & γελωτοποιός. quamvis ibi σκληρότερον vocet verbum γελωτοποιεῖν, & malit γέλωτα τίθεσθαι. JUNG.

Γλωττοποιὸς, καὶ γλωττ. καὶ γλωττ.] Ita vitioſius habuit editio *Seberi*, quam præcedentes aliæ; in iis enim omnibus eſt γλωτοποιὸς &c. per ſimplex τ, quod veram lectionem propius accedit: reſtitui autem, ducem ſequutus *Cl. Kuhnium*, in textu, γελωτοπ. γελωτοπ. & γελωτοποιοῦντες· eæ enim voces materiæ, quam *Pollux* noſter tractat, apprime conveniunt. Hoc autem hominum genus menſis veteres adhibere ſolebant, ut prolatis in medium jocis riſum excitarent, convivaſque exhilararent; eaque de cauſa eleganter *Ambroſio* ad *Pſ.* I. *jocorum miniſtri* dicuntur.

85 Γλωττοποιεῖν] Hic ſequitur in C. A. ἐκπωματοποιοὶ γραμματιδιοποιὸς κυβερνῆται πρωρᾶται ἐ. ν. πορθμεῖς νεουλκοὶ &c. *Salm.* MSS. γραμματοδιοποιός. KÜHN.

86 Ἐκπωματοποιὸς] Pro ἐκπωμ. MS. ἐκπομα τοποιὸς per ο. JUNG.

87 Δὲ, δρ. Ἀλέξ.] Deſunt in MS. δὲ δρ. Ἀλέξ. καί. JUNG.

88 Γραμματιδιοποιὸς] Supra IV, 19. not. SEB.

Γραμματιδιοποιὸς] MS. habet γραμματιδιοποιός. ut *Seberus* noſter edidit, non ut antea vulgati, γραμματιδοποιός. Illum titulum meliorem eſſe vidit & *Caſaubonus* noſter VII. *Athen.* 6. quem vide & de ejus ratione. JUNG.

89 Ἀπολλοδώρου.] Deeſt in MS. Ἀπολλοδώρου. JUNG.

90 Πρωρᾶται] Mendoſe MS. πρωωρᾶται. JUNG.

Πρωρᾶται] *Proreta eſt* in *Gloſſis* πρωρέτης, & apud *Plautum* in *Rud.* tu vide, ſis, *Noſtrum* lib. I, 95. & cap. 31. hujus libri.

91 Στρογγυλοναύτας] *Interpr. nautas turbinarios.* mallem, *nauta rotundæ navis*, id eſt, *ordinariæ*, cui opponitur *longa navis*, quæ militaris erat. νεουλκοὶ, *remulco trahentes navem.* KÜHN.

Στρογγυλοναύτας] MS. στρογγύλοναύται. quo pacto tamen potius ſcribendum, στρογγυλοναῦται. JUNG.

92 Ναυτίδας, &c.] MS. ναυτίδας, πορθμεῖς, νεολκοί. omiſſo πορθμίον. Pone vero poſt ναυτίδας, ſive ναυτίδας, punctum in vulgatis. quæ enim ſequuntur, non ad *Theopompum* pertinent, ſed reliqua officia nautica explicare pergunt. Quod ad νεολκοί, ſicut hic MS. infra tamen νεωλκοῦ ut vulgati habet. JUNG.

Ναυτίδας, &c.] Ex *Jungermanni* mente στιγμὴν huic voci ſubjeci, cujus ratio eſt liquida.

93 Τὰ δὲ τῶν νεῶν ξ.] MS. τῶν νεωλκῶν ξύλα, οἷς ὑποβληθεῖσαι καθελκ. αἱ ν. φάλαγγια, καὶ φάλαγγες. Pro φαλάγγια, quod ſic & infra X, 148. prior. edit. φαλάγγαι. SEB.

Τὰ δὲ τῶν νεῶν ξ.] C. A. τὰ νεουλκῶν ξύλα εἰς ὑ. καθέλκονται &c. ita & C. V. niſi quod νεολκῶν habet. φάλαγγας *Cæſar* lib. IV. de B. G. *ſcutulas* dixit. *Salm.* ὑποβληθεῖσαι. KÜHN.

Τὰ δὲ τῶν νεῶν ξ.] MS. τὰ δὲ τῶν νεολκῶν ξύλα, οἷς ὑποβληθεῖσι καθέλκονται &c. melius vulgatis: ita ut & *Seberi* MS. credo habuiſſe. certe νεωλκῶν, quod etiam in *Aug.* MS. clare fuiſſe teſtatur *Seberus* noſter, pro vulgato νεῶν hic vix dubitem reponere. infra X, 148. ait: νεωλκοῦ δὲ σκεύη, φάλαγγες, φαλάγγια. JUNG.

Τὰ δὲ τῶν νεῶν ξ.] Dubitemuſne unanimi MSS. conſenſu adjuti in textum referre νεωλκῶν? νεωλκοὶ, *qui ſubducendis navibus ſe locabant*: eorum inſtrumenta, ſeu ξύλα, quibus naves ſubducebant, φάλαγγες & φαλάγγια· νεὼς ὑπερείσματα exponunt *Heſych.* & *Etymologus*: & hæc quidem indubia eſt emendatio.

94 Φάλαγγες &c.] MS. alio ordine: φαλάγγια καὶ φάλαγγες. Vide de his phalangis *Turnebum* XXVII. Adverſ. 24. & *Cruquium* ad I. Odar. 4. *Horatii* verba iſta: *Trahuntque ſiccas machinæ carinas.* JUNG.

95 Χαμουλκοὶ] C. A. conjungit χαμουλκαὶ μηχαναὶ δι' ὧν εἱλκύσκοντο &c. *Gl.* χαμοῦλκος, *trahi* (leg. *trahæ*) *Salm.* χαμοῦλκαι. confer *Athenæum* lib. V. cap. 10. *pulvini Iſidor.* lib. XIX. cap. 2. KÜHN.

Χαμουλκοὶ] De his vid. *Turnebum* eodem lib. XXVII. Adverſ. cap. 24. JUNG.

Χαμουλκοὶ] Locupletius aliquantulum *Falckenburgii* noſtri Codex habet: χαμ. μ. δ. ὧν εἷλκ. ὁλκοί· forſan καὶ ὁλκοί, ut ὁλκοὺς *Pollux* & χαμουλκοὺς eaſdem machinas eſſe voluerit indicare: vulgatam tamen prætulerim: de χαμουλκοῖς vero, ut & φάλαγξι, pluſcula reperies penes eos qui *Jul. Cæſarem* illuſtrarunt.

96 Καὶ ἡ μὲν οὐκέτι πλ. ν.] C. V. ἡ μὲν οὖν οὐκ ἐπιπλέουσα (leg. ἔτι π.) νεωλκημένη, ἡ δὲ διαψυχομένη &c. ita & *Salm.* legit. vid. ſupra lib. I, 121. νεωλκεῖσθαι dicitur navis cum jam fatiſcens & ſenio quaſi futilis in terram vel navalia ſubducitur, non amplius in mare deducenda. ἐνεωλκήθη *Athenæus* hoc ſenſu dixit de navi maxima *Hieronis* lib. V. cap. 11. quod non cepit *Dalechamp.* at διεψυγμένη dicitur illa, quæ ſubducitur ad tempus breve ut ſiccetur refrigeturque, mari dein reſtituenda. KÜHN.

Καὶ ἡ μὲν οὐκέτι πλ. ν.] MS. ἡ (ſine καὶ) μὲν οὖν οὐκ ἐπιπλέουσα ν. νεωλκημένη· ἡ δὲ διαψυχομένη, ἀνελκυσμένη. quam lectionem & quaſi diſtinctionem notabis: quamvis tamen οὐκ ἔτι πλέουσα malim legere potius cum vulgatis, quam οὐκ ἐπιπλέουσα, ut MS. habet. διαψυχομένη placet, a quo verbo & ſupra I. 121. διεψυγμέναι. Videtur autem quum hæc ſcripſit, ἡ δὲ διαψυχομένη, ἀνελκυσμένη, iſta *Thucydidis* verba reſpexiſſe libr. VII. Ξυγγραφῆς in epiſtola *Niciæ* ad *Athenienſes*: τὰς μὲν γὰρ ναῦς οὐκ ἔστιν ἀνελκύσαντας διαψύξαι &c. conqueritur itaque naves διαβρόχους & corruptas eſſe. JUNG.

Καὶ ἡ μὲν οὐκέτι πλ. ν.] Aliter paululum, an melius eruditi judicabunt, in Codice *Falckenburgiano*; in quo ſic legitur: καὶ ἡ μὲν οὐκέτι πλ. ν. ν. ἡ δὲ διαψυχομένη, ἀνελκυσμένη· ita & alii Codices MSS. quibus uſi ſunt Commentatores *Noſtri*: mihi tamen præ hac lectione vulgata placet, nam & illa navis quæ in ter-

οὐκέτι πλέουσα ναῦς, νεωλκημένη, διαψυχομένη, ἀνειλκυσμένη. [97] τὰ δὲ μέρη τούτων, προείρηται. [98] Σακχυφάντας δὲ Δημοσθένης εἴρηκεν ἐν τῷ κατ' Ὀλυμπιοδώρου. καὶ [99] σάκκον μὲν, καὶ [100] σακκίον εἴρηκεν ἡ κωμῳδία. Ὑπερίδης δὲ ἐν τῷ [1] ὑπὲρ Μυκάλου ἔφη, Ἐμισθώσατο [2] τυλυφάν-
192 τας. Σοφοκλῆς δ' ἔφη [3] λινοῤῥαφὶς τυλία. * Εὔπολις δὲ Κόλαξι, [4] Κεκρύφαλοί τε, καὶ τύλη.

non amplius navigans, tracta, impulſa, impingenſque. harum autem partes, prædictæ ſunt. Sed Saccorum Textores, dixit Demoſthenes Contra Olympiodorum. Saccum autem, & Sacculum dixit Comœdia. Hyperides vero in Oratione pro Mecalo dicit, Conducebat lectulorum contextores. Sophocles porro, Lectigera culcitra. * Tum Eupolis 192
in Adulatoribus, Vittæ, & culcitra.

ram ſubducebatur, ut ſiccaretur, tam poteſt dici νεωλκημένη, quam ἀνειλκυσμένη. ut paucis dicam, navis in terram ſubducta tribus his vocibus deſignatur, quamvis & diverſum rei ſcopum indicent.

97 Τὰ δὲ μέρη τούτων, πρ.] Hæc iterum abſunt a C. A. uſque ad εἶεν δ' ἂν Segm. 195. KÜHN.

Τὰ δὲ μέρη τούτων, πρ.] In MS. deſunt τὰ δ. μ. τούτ. προείρ. Et dixit ſcilicet ſupra lib. I. c. 9. Ceterum in ſequentibus MS. auctorum verba fere omnia omittit: quare iſta omnia a voce σακχυφάντας uſque ad κάπηλοι Segm. 193. deſcribo ſimul, ut in MS. extant: σακχυφάντας Δημοσθένης εἶπεν. σάκκον δὲ καὶ σάκκιον ἡ κωμῳδία. τύλαι, τυλεῖα. Ἀντιφάνης, στρώματα καὶ νακτύλας. Φρύνιχος. τὸ δὲ αὐτῶν ἐγγαλεῖον τόρευσις. γλευκαγωγὸς ὁ τὸ γλεῦκος ἐπ' ἁμάξης ἄγων καὶ πιπράσκων. Φερεκράτης δὲ φησιν, βύρσης γλευκαγωγοὺς &c. Nunc ad vulgata. JUNG.

98 Σακχυφάντας] Sic extat apud *Demoſth.* in Olymp. pag. 692. pr. ed. σακχιφάντας. Infra libro X. extremo gravius adhuc in ea voce peccatum erat, ut videbis. Cæterum σακχυφάντης eſt ὁ σάκκων ὑφάντης, *textor ſaccorum* vel *ciliciorum*; in hac enim ſignificatione *ſaccus*, ὁ σάκκος paſſim legitur in SS. literis. *Gen.* XXXVII, 33. 3 *Reg.* XXI, 27. 1 *Paral.* XXI, 17. *Pſal.* XXXIV, 15. LXVIII, 14. & alibi. *Nazianz.* carm. περὶ σαρκὸς

Καὶ τρηχὺς ἁπαλοῖσι περὶ ῥεθέεσσι τετάσθω
Σάκκος

quod σάκκινον ἔσθος vocat carm. εἰς ἐπιπλάστως μονάζοντας, verſ. 33. & πένθιμον ἔσθος, carm. περὶ τῶν τῆς αὐτοῦ ψυχῆς παθῶν, verſ. 128. Is eſt σάκκος τρίχινος *Apocal.* VI, 12. quod etiam ἔσθημα τρύχινον (παρὰ τὸ τρύχος) dicitur eidem *Nazianz. Homil.* εἰς ἑαυτὸν pag. 171. & ῥάκος τρύχινον (niſi legendum ſit τρίχινον, veluti ῥάκη ἀσθενῆ καὶ τρύχινα apud *Max. Tyr.* λογ. ιωʹ) *Hom.* περὶ φιλοπτωχίας pag. 134. & carm. ad *Hellenium* verſ. 310. τρυχίνη ἐσθής. *Joſeph.* pag. 122. D. H. SEB.

Σακχυφάντας] *Gl.* σακκοπλόκος, *ſaccarius.* KÜHN.

Σακχυφάντας] Huic lectioni, quam bene repoſuit *Seberus*, favet & MS. qui σακκυφάντας habet. *Leopardus* quoque II. Emend. 3. hoc loco agnoſcit σακχυφάντας· quum tamen prius editi, Baſileenſes quidem, nam aliæ editiones nullæ ad manus, σακκιφάντας habuerint. Verba autem *Demoſthenis* ipſa profert *Noſter* infra IX, 39. JUNG.

99 Σάκκον] De hujus nominis variante ſcriptura modo cum uno, modo cum duobus κκ, vide *Nunneſ.* in *Phrynich.* Eclog. I. in voce σάκκος. JUNG.

100 Σακκίον] Ita etiam *Suidas* in σάκκος, profertque teſtimonium e *Geneſi.* MS. ut dixi hic proparoxytone σάκκιον habet. infra vero X, 152. bis σακίον, cum uno κ paroxytone. JUNG.

Σακκίον] *Falckenburgii* Codex σ. ι. ἢ κ. σάκκον, qua voce ſuperflua nobis non eſt opus: reperio σακκίον apud *Plutarch.* περὶ δεισιδαιμ. ἔξω κάθηται σακκίον ἔχων, ἢ περιεζωσμένος ῥάκεσι ῥυπαροῖς, de homine ſuperſtitioſo, qui hoc habitu ſe Deos iratos placaturum ſibi perſuadebat.

1 Ὑπὲρ Μηκάλου] Hunc titulum orationis Hyperidis forte falſi convincam, verum tamen ego non eruo. Infra enim, ubi eadem quæ hic *Pollux* citat, eſt, ὑπὲρ μιμικῆς, & in MS. noſtro ὑπὲρ μικας ibi: quæ me ex incerto incertiorem faciunt. JUNG.

Ὑπὲρ Μηκάλου] Μυκάλου cum Cl. *Kuhnio* eſt a me reſtitutum.

2 Τυληφάντας.] Sc. τυλυφάντας. *H. Steph.* SEB.

Τυληφάντας.] Τυλυφάντης eſt *inculcator tomenti*, *qui conſuit culcitam. Gl.* τύλη, *Culcitra.* KÜHN.

Τυληφάντας.] Scribendum cum *H. Stephano* (monente & *Sebero* noſtro) omnino τυλυφάντας, ut infra X, 39. in hoc eodem loco *Hyperidis* MS. noſter diſerte ait. carptim hæc profert hinc & *Nunneſ.* ad *Phrynich.* Eclog. I. in τύλην. apud quem pariter vitioſe τυληφάντας legas. JUNG.

Τυλεφάντας.] In textu emendavi, præeunte Eruditiſſ. *Kuhnio*, τυλυφάντας.

3 * Λινοῤῥαφὶς τυλία.] Ita hic & infra X, 39. factum monitu *Sylb.* cum alias hic quidem legeretur κλινοῤῥαφὶς, illic λινογράφος. ſed *Caſaub.* utrobique legendum ait, λινογραφὴς τυλεῖα, Animadv. in *Athen.* lib. VII. fol. 306. SEB.

* Λινοῤῥαφὶς τυλία.] Λινοῤῥαφὶς τυλία, *culcita ex lino conſuta.* λινοῦφης in *Gl.* λίνυφος, *lintes*, leg. *lintex.* λινοῦφος, *linteator*, *lini textor* &c. KÜHN.

* Λινοῤῥαφὶς τυλία.] Deſunt iſta in MS. noſtro, ut indicavi. infra X, 39. ubi eadem ex *Sophoclis loco* adferuntur, MS. noſter λινοῤῥαφῆ. unde forte verius λινοῤῥαφὴς, quam λινοῤῥαφὶς, quod monitu *Sylburgii* optimus editor in textum recepit: quodque *H. Stephano* adeo in Theſauro placuit, qui hic nihil addidit, niſi locum ſimilem eſſe infra lib. X. ubi addam quæ ibi *H. Stephanus. Caſaubonus* noſter VII. *Athen.* 4. ſcribendum ait λινογραφής. JUNG.

* Λινοῤῥαφὶς τυλία.] Non muto lectionem: MSS. tamen λυνοῤῥάφη vel λινοῤῥαφῆ τυλία, & X, 39. τυλεῖα· ego certe improbam non cenſuerim hanc lectionem, λινοῤῥαφῆ τύλεια vel τύλια, a τύλιον, quæ vox in uſu: *Ælian.* de Anim. libr. II. cap. 11. εἶτα ἐδέξατο τύλια, καὶ ἐπὶ τούτοις στρωμνὴν ποικίλην· τύλια, *culcitas*, quibus ſuppoſitis precioſæ veſtes ſtragulæ inſterni ſolebant: inferius autem loco citato apud *Pollucem* eſt τυλεῖα, tu modo ſcribas, τύλεια. ſed vero needum res eſt confecta: in *Eupolidis* loco cum hic ſit τύλη, infra l. d. ex eo adducitur τύλεια; me auctore utroque loco ſcribe τυλῆα, *Ionice*: niſi τύλη *Ionice* a τύλος dixiſſe mavelis: ſed de *Eupolidis* loco infra. Eſt itaque τύλεια a τύλειον, non τυλεῖα, tanquam in numero, ut loquuntur Grammatici ſingulari poſitum fuerit: tu, lector, judica. Stellulam delevi in textu.

4 Κεκρύφαλοί τε, κ. τ.] Pro τύλη, pariter plurali legere malo, τύλαι in his Comici verbis. & favet certe MS. noſter, qui τύλαι habet, ut antea adſcripſi. infra tamen X, 39. MS. ut hic: καὶ τύλη δὲ παρὰ Εὐπόλιδι ἐστὶν ἰάζοντι ἐν τοῖς κόλαξι. Ergo nil muto. MS. in τύλαι poterit reſpexiſſe ad *Antiphanis* verba, vel volens ita plurali poſuiſſe, ut & alterum τυλεῖα. Vereor vero valde ne hic κεκρύφαλοί τε, quod in MS. omiſſum, nobis lateant κνέφαλα. & forte ſcripſerit Comicus, καὶ κνέφαλά τε καὶ τύλη. certe κνέφαλα καὶ τυλεῖα ita infra juncta X, 38, 39. Fabulæ *Eupolidis* me-

Sed in Phaone Antiphanes, Strata, lectos, novaſque culcitras. Præterea & Putearius, artis nomen fuerit. Phillylii enim Comœdia quædam, Putearius inſcripta extat. Putteariorum autem inſtrumentum apud eundem, Pala nominatur. Tum & utrem, muſtigerum dices. Muſtum enim, plauſtris ad forum devectum
193 vendebant. * Et Pherecrates in Agricolis dixit, Utres muſtigeros. Cæterum Tabernarii, non permutatores modo, ſed & vini mixtores dicuntur. Unde & Pla-

Ἀντιφάνης δὲ ἐν Φάωνι, [5] στρώματα, κλίνας, καινὰς τύλας. καὶ Φρεωρύχος δὲ εἴη ἂν τέχνης εἶδος. [6] Φιλυλλίῳ γὰρ δρᾶμά τι ὁ Φρεωρύχος. τὸ δὲ Φρεωρύχων ἐργαλεῖον, παρ' αὐτοῦ καλεῖται [7] τορεύς. ἴσως δ' ἂν καὶ βύρσαν [8] γλευκαγωγόν τινα φαίης· ἐπίπρασκον δ' οὗτοι τὸ γλεῦκος, ἐφ' ἁμαξῶν εἰς τὴν ἀγορὰν κομίζοντες. * Φερε- 193
κράτης δ' εἴρηκεν ἐν Ἀγρίοις [9] Βύρσας γλευκαγωγούς. [10] κάπηλοι δὲ, οὐ μόνον οἱ μεταβολεῖς, ἀλλὰ καὶ οἱ τὸν οἶνον [11] κεραννύντες. [12] ὅθεν καὶ Σα-

minit hinc *Caſaubonus* noſter ad Charact. *Theophraſti*, cap. extremo περὶ κολακείας. Jung.

5 Στρώματα, κλίνας κενὰς τύλας.] Κλίνας abeſt a C. V dein, καὶ νεστύλας, leg. καινὰς τύλας. Kühn.

Στρώματα, κλίνας κενὰς τύλας.] MS. ut dixi ſaltem καὶ νεστύλας, quaſi καινὰς τύλας ſcripſiſſet, ut etiam ſcripſiſſe puto. infra ubi eadem X, 40. MS. ita: ἐν δὲ Ἀντιφάνους Φάωνι κατὰ τὴν κοινὴν χρῆσιν ἔστιν εὑρεῖν τὰς τύλας, στρώματα, κλίνας. Ego me non ſatis extrico, nec morari lubet. *Nunneſ.* ad *Phrynich.* in τύλην, ita de loco hujus libri: *Antiphanes* τύλας κενὰς, culcitas inanes, *apud eundem* (Pollucem) *appellavit, ut ſit* τύλη *non tomentum, ſed culcita.* &c. quæ ipſe videas, quod culcitam potius ſignificet, ut & κνέφαλον. Jung.

Στρώματα, κλίνας κενὰς τύλας.] *Kühnius* ad oram ſui Codicis καινὰς reſtituit in textu, quem ſum ſecutus: καινὰς mutatum in κενὰς ex vulgari Græcorum recentiorum pronuntiatione, in qua αι & ε affinem, quin potius ſimilem omnino ſonum habent. Idem vitii eſt apud *Ælian.* de Animal. lib. X. c. 16.

6 Φιλλυλίῳ] Scribe Φιλυλλίῳ, nomen nunquam non corrupti Comici, ut etiam ſcribit *Caſaubonus* noſter XIV. *Athen.* 11. ubi & ab *Athenæo* citatum hoc drama habes. Lubet apud *Ariſtoph. Scholiaſtem* quoque reſtituere Comici nomen, ubi adhuc corruptius ad Ὄρνιθας non longe a fine legitur: Φιλύριος δὲ ἐν ταῖς πλυντησίαις. ſcribe Φιλύλλιος. forte & πλυντρίαις melius: recenſetur enim in *Philyllii* dramatum catalogo apud *Suidam*, Πλύντρια ἢ Ναυσικάα. ubi quoque forte Πλύντριαι ſcribendum. Jung.

Φιλλυλλίῳ] Nullibi non corruptum Comici nomen hic, ut alibi ſæpe, reſtituimus: patiaris, æque lector, ut obiter in hac eadem voce medelam adferam *Scholiaſtæ Ariſtophanis* ad *Plut.* verſ. 179. verba ſunt hæc de illo in comœdiis celebratiſſimo *Philonide*: περὶ δὲ τοῦ μεγέθους Φύλλιός φησιν· ὥς τις κάμηλος ἔτεκε τὸν Φιλωνίδην· lege Φιλύλλιος, quæ emendatio extra omnem dubitationis aleam eſt.

7 * Τίρευσις.] *H. Stephan.* reponendum cenſet τορεὺς, quod infra X, 149. aut certe ex *Euſtathio* τόρος, quod *Sylb.* quoque magis probat. Seb.

* Τίρευσις.] C. V. τόρευσις. *Heſych.* τόρος, ἐργαλεῖον φρεωρυχικόν. Kühn.

* Τίρευσις.] *Caſaubonus* noſter loco dicto, τορεὺς ſcribit: & addit: *ita ſcribendum, non* τόρευσις. *aliis hoc inſtrumentum vocatur* τόρος. *at vide ejuſdem Pollucis lib.* X. *cap.* 31. Idem viſum primum *H. Stephano*, qui ita ad ſuum Codicem hic adnotavit: τορεύς. Sed addidit: *Euſtath. habet* τόρος, *quod magis probo. vide in Theſ.* Et in Theſauro quidem ſuo profert locum *Euſtathii*. Cujus locum ex παρεκβολ. ad Ὀδυσσ. ε. & hic lubet adſcribere, quum *Philyllii* verſum contineat: εὕρηται δὲ καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ὁ τόρος, καὶ ἐργαλεῖον φρεωρυχικὸν, ἢ λιθοκοπικόν φασι σκεῦος. καὶ προάγουσι καὶ χρῆσιν Φιλυλλίου τινὸς ταύτην·

Παρέδωκεν αὐτὸν ὁ τόρος· ἦν γὰρ χοθινής.

ubi ſane verſus admittere τορεὺς non videtur. MS. noſter hic pro vulgato τίρευσις (quod retinuit, ut & alia menda, *Rhodiginus* X. ant. lect. 16.) habet τόρευσις clare. infra tamen X, 149. idem MS. noſter habet juxta *Caſauboni* emendationem: ὁ δὲ τορεὺς, φρεωρύχων ἐργαλεῖον, quamvis ibi quiſpiam emendavit φρεατωρύχων, ut hodie vulgo. Vitii vero originem tibi in illo τόρευσις explicabo amplius, & locum reſtituam amplius. Ipſe enim vides illud ὡς δ' ἂν &c. non ita bene conſtituere ſequentem orationem. nempe ſyllaba ις male adhæſit voculæ τορεὺς, vi abſciſſa a ſequente ſua voce ὡς, cui reſtitui debet, & legi ἴσως· ſic, inquam, confidenter mecum emenda, τορεύς· (ſive adeo τόρος cum *Euſtathio* malis. alterum tamen MS. hic & infra habet ut dixi) ἴσως δ' ἂν καὶ βύρσαν &c. quod ἴσως cum φαίης aptiſſime cohæret. Ut porro tamen quid mihi videatur indicem, arbitrer locum adhuc melius habiturum, ſi vox βύρσαν mox abſit, ut ibi non de βύρσα γλευκαγωγῷ, ſed de ipſo homine γλευκαγωγῷ ſit ſermo; quendam nempe inter τεχνίτας dicere te poſſe, ait *Pollux*, γλευκαγωγόν· quod ne abſque auctoritate facias, in eam rem vocabuli ſimilem χρῆσιν ex *Pherecrate* profert. Et noſtram ſententiam videtur confirmare MS. qui habet ut ſupra dixi, γλευκαγωγὸς ὁ τὸ γλεῦκος ἐπ' ἁμάξης ἄγων καὶ πιπράσκων. Jung.

* Τίρευσις.] Codex Eruditiſſ. *Falckenburgii*, τοξεὺς, male, pro τορεύς· ſimile vitium ſuperius in *Tyrio* obſervabamus, apud quem ἅμαξα fuit exaratum pro σφαῖρα. Cl. *Kühnius* τόρευσις emendat in textu: hæc tamen vox ad linguæ Græcæ analogiam exacta an ἐργαλεῖον φρεωρυχικὸν denotare poſſit valde addubito: ego interim MSS. ſecutus reſtitui, deleta quam *Seberus* habuit ſtellula, τορεύς· τόρος magis eſt vulgare, & ita quoque eſt apud *Etymologum*, qui hoc inſtrumenti σκαφείῳ perquam ſimile eſſe adfirmat: aliquando τορός· & ita apud *Heſych.* Τορὸν, λιθικὸν σκεῦος, ἢ μεγαλόφωνον· quin tu potius ex *Euſtathio* λιθοκοπικὸν lege. Idem: Τορέω, ἐργαλείῳ, ὀξεῖ, ἀκριβεῖ &c. malim legere: τορῷ. Mox ἴσως reſtitui, ſenſu commodo hanc emendationem poſtulante. Deleſſem quoque βύρσαν, ſi per MSS. licuiſſet; ſed cum ii non faveant, patiamur inutilem vocem in textu remanere: Ita vero ſequentia legerem: ἴσως δ' ἂν κ. γλ. τ. φ. ἐπ. δ. οὗ. τ. γλ. ἐ. ἁμ. βύρσαις εἰς τ. ἀ. κ.

8 Γλευκαγωγόν τινα] Leg. γλευκαγωγὸν τινα. ſequitur κ. οὗτοι. *Pherecrates* vero ipſam βύρσαν dixit, γλευκαγωγὸν, *utrem muſto vehendo aptum.* Kühn.

9 Βύρσας γλευκ.] MS. βύρσης γλ. Jung.

10 Κάπηλοι δὲ] In MS. deeſt δὲ. Jung.

11 Κεραννύντες.] Aqua ſcilicet ita ut vini generoſi vis, aqua modica admixta, temperaretur. quique hoc temperamentum accurate obſervabat, ne ὑδαρὴς fieret potus, ἐπ' οἰνουργίᾳ, *propter vinum rite factum*, laudabatur. quia vero κάπηλοι modum fere excedebant in miſcenda aqua vino, hinc male vulgo audiebant, ut & ob iniquas menſuras. Poteſt & locus *Pollucis* ita intelligi, ut vox κάπηλος notet non tantum vini alieni venditorem, ſed illum qui vinum conficit ipſe & vendit, αὐτοπώλης & οἰνουργὸς ſimul. Kühn.

Κεραννύντες.] MS. κεραννύντες, uno ν. Jung.

12 Ὅθεν καὶ Σαράβωνα &c.] Etiam Σάραβος & Σά-

ῥάβωνα ὁ Πλάτων κάπηλον ὠνόμασεν, ἐπαινῶν αὐτὸν ἐπ' οἰνουργίᾳ. Τὸ δὲ τῶν καπήλων ἐργαστήριον, [13] καπηλεῖον εἰρήκασιν οἱ [14] κωμῳδοδιδάσκαλοι, καὶ τὸ κωμῳδούμενον ἐν Σοφοκλέους Φινεῖ,

[15] Βλέφαρον κέκλεισταί γ' ὡς καπηλείου θύραι.

194 * Ἕρμιππος δὲ ἐπὶ τοῦ [16] προπιστευθέντος ἄνευ ἀργυρίου πίνειν, ἐκ καπηλείου [17] προδόσει πίνειν εἴρηκε. [18] κάπηλιν δ' ἔλεγον, ὡς Ἀριστοφάνης,

ton Sarabonem, ob vini adminiſtrationem laudans, Tabernarium eum vocat. Tabernarii autem officinam, Tabernam vocaverunt legum Doctores. Et ſuggillata illa in Sophoclis Phineo,

Palpebra, ut tabernæ janua eſſe dicitur.

* Sed Hermippus de eo cui permiſſum ſine pecunia bibere, E tabernæ προδόσει bibere dicit. Cauponariam autem dixerunt, ſecundum Ariſtophanem: 194

ραμβος reperitur: vide *Caſaub.* in *Athen.* lib. III. cap. 29. *H. Stephan. Platonem* Comicum intelligi arbitratur. SEB.

Ὅθεν καὶ Σαράβωνα &c.] In *Platone* ſimpliciter laudatur Sarambus, ὅτι θαυμαστῶς παρεσκεύαζε τὸν οἶνον. KÜHN.

Ὅθεν καὶ Σαράβωνα &c.] Deeſt in MS. periodus hæc: ὅθεν καὶ Σαράβωνα &c. οἰνουργίᾳ. *Platonis* verba recitat *Athenæus*, ad quem vid. *Caſaubonum* noſtrum III. *Athen.* 29. qui hunc *Sarambum*, etiam *Sarabum* nominatum oſtendit. *Pollux*, ait, *neque hoc, neque illud, ſed Sarabonem: ſi modo ita ſcripſit lib. VII.* &c. Et ſane in noſtro MS. ea deſunt, ut nihil de genuina ſcriptura adfirmare poſſim. Ait tamen pleroſque *Sarambum* hunc indigitaſſe *Caſaubonus* noſter, ut & in *Platonis* loco ſit. Locus *Platonis* eſt in *Gorgia*, quem & hic totum lubet adſcribere: Θεαρίων ὁ ἀρτοποιὸς, καὶ Μίθαικος ὁ τὴν ὀψοποιΐαν συγγεγραφὼς τὴν Σικελικὴν, καὶ Σάραμβος ὁ κάπηλος· ὅτι οὗτοι θαυμάσιοι γεγόνασι σωμάτων θεραπευταὶ, ὁ μὲν ἄρτους θαυμαστοὺς παρασκευάζων· ὁ δὲ, ὄψον· ὁ δὲ, οἶνον. Ecce, ὁ δὲ οἶνον, quod ait *Pollux* ἐπ' οἰνουργίᾳ cum laudari a *Platone*, cujus hunc locum *Noſtrum* reſpexiſſe nullus dubito, non *Platonis* Comici vero aliquem, ut putarunt quidam homines doctiſſimi; adeo ut fere geſtiam Σάραμβον *Polluci* quoque reponere, quo pacto eum etiam nominat *Ariſtides* aliquoties, pariter ſine dubio *Platonis* locum in mente habens. ſic in ea πρὸς Πλάτωνα ὑπὲρ τῶν τεσσάρων ille *Adrianæus* Orator, poſtquam dixerat τοῦτον ἡμεῖς Θεαρίωνι καὶ Μιθαίκῳ, καὶ οὐκ οἶδ' ὅτῳ τῷ τρίτῳ γραφώμεθα τῆς αὐτῆς, oblitum ſe nominis *Sarambi* fingens, ita inferius iterum: ἔπου σοι Μίθαικος ὁ τὴν Σικελικὴν ὀψοποιΐαν συγγεγραφὼς, ἢ Σάραμβος ὁ κάπηλος (νῦν γὰρ ἀνεμνήσθην τοὔνομα) ταῦτα συγγράψασθαι δοκεῖ; & eadem longiſſima oratione ſive libro, inferius: ἀλλ' οὐ Πλάτων οὕτως. ἀλλ' ἀντὶ τοῦ Διὶ τὴν γνώμην ὅμοιον καὶ θεῖον προσειπεῖν, Σαράμβῳ καὶ τοῖς καπήλοις εἰκάζει πᾶσι, ubi *inſtitor* & *inſtitoribus* a doctiſſimo interprete redditur κάπηλος & καπήλοις, neſcio an ad *Pollucis* noſtri ſententiam, qui hic potius τὸν τὸν οἶνον κεραννύντα, quam μεταβολέα exponat, ac ſi credo cum *Plauto vinarium* diceremus: in mentem enim locus *Plauti* mihi ex *Aſinaria*, ubi ſimile talis hominis nomen, venit;

Sed vina heri quæ vendidi vinario Exararabo.

De quo vocabulo in hacſignificatione addo alium locum *Plauti*, Scena: *Satis ſpectatum eſt* &c. *Ita vinariorum habemus noſtræ delectum domi.* ad hunc locum, ut hoc obiter adſpergam, quod locum *Aurel. Victoris* Critici elegantiores adducunt iſtum de *Gallieno Imp. Inter hæc ipſe popinas, ganeaſque obiens, lenonum ac vinariorum amicitiis hærebat &c.* non poſſum non indicare illius loci emendationem elegantem, quam mecum communicavit vir amicus juxta ac doctus, Clariſſ. *Fridericus Lindenbrogius*, ſe cenſere legendum: *lenonum ac ninnariorum.* & Illuſtrem *Scaligerum* eam lectionem pro veriſſima amplexum fuiſſe, quum eam ipſi ante decennium indicaret. additque *Gloſſas Vett. Iſidori: Ninnarius cujus uxor mœchatur & tacet.* & videndum *Feſtum* ait. Alias verbum *vinarius* probum, & quod etiam aliis locis auctorum confirmes. ut *Suetonii* in *Claudio* cap. 40. *Cum de laniis ac vinariis ageretur.* Et in *Saluſtii* fragmento e lib. I. hiſtor. apud *Chariſium*: *Quin lenones & vinarii, laniique.* ubi ſane eodem modo, ut apud *S. Aurel. Victorem*, cum *lenonibus* junguntur. JUNG.

13 Καπηλεῖον] MS. καπηλεῖον καὶ κάπηλιν δὲ ἔλεγον, ὡς Ἀριστοφάνης. omittitque reliqua ad *Ariſtophanis* locum uſque omnia. JUNG.

14 Νομοδιδάσκαλοι] Nonne ridiculum illud νομοδιδάσκαλοι; ſimile vitium adnotare memini ſupra Segm. 132. ubi MS. etiam νομοδιδάσκαλοι habebat, pro κωμῳδοδιδάσκαλοι; Eodem modo puto hic vulgatis accidiſſe, & non dubito emendare κωμῳδοδιδάσκαλοι, καὶ τὸ &c. vel propter illa, quæ ſequuntur, καὶ τὸ κωμῳδούμενον, *& ab iiſdem Comicis exagitatum illud*, ait *Pollux*, *in tragœdia Sophoclis, qua Phineus indigitatur*, de qua *Caſaubonum* noſtrum VII. *Athen.* 4. ubi tamen ita citat vulgata: Φινεῖ Βλέφαρον, κέκληται δ' ὡς καπηλείου πύλας. iſtaque depravatiſſima ſe emendare vere ait, Φινεῖ, Βλέφαρον κέκλεισταί γ' ὡς καπηλείου πύλαι. Ita inquam hinc citat & emendat. Explicationem quoque nolo prætermittere viri incomparabilis. *Ait Pollux, comparaſſe Sophoclem clauſuram oculorum cæci hominis, occluſis cauponis foribus. quod ſimile, ſane quam frigidum & longe petitum, exagitatum fuerit a Comicis, ſicut alia multa ejus Poëtæ.* Non tamen diſplicere mihi poteſt καπηλείου θύραι, ut *Seberus* noſter edidit: & vulgatum θύρας etiam commode explicari poſſe forte alicui videatur. quod quidem cum venia dictum velim a me. JUNG.

Νομοδιδάσκαλοι] Κωμῳδοδιδάσκαλοι emendavi cum Cl. *Kühnio.*

15 Βλέφαρον &c.] Pr. ed. Βλέφαρον, κέκληται δ' ὡς καπ. θύρας. Vid. *Caſaub.* ibid. fol. 311. SEB.

Βλέφαρον &c.] *Palpebra clauſa eſt, ut tabernæ janua*, id eſt, *ſemper aperta eſt, nunquam dormit.* tabernæ enim nocte dieque patebant velut *atri janua Ditis.* KÜHN.

Βλέφαρον &c.] *Kühnius* ad ſui Codicis oram pro θύρας, ita enim habebant edit. ante *Seberum*, θύρα emendarat: ſed θύραι bene habet. Ex κέκληται vero pr. edit. commode formaveris κέκλειται· ita enim *Attici.*

16 Προπιστευθέντος] *Cui creditur, antequam perſolvat præſentem pecuniam pro vino hauſto, e taberna* ille πίνει προδόσει. datur enim vinum, antequam accepit pecuniam tabernarius. KÜHN.

17 Προδόσει πίνειν] De uſu verbi προδιδόναι ut in *Hermippi* χρήσει debes accipere, vide τὸν πάνυ *Caſaubonum* ſine Comm. ad Charact. *Theophr.* περὶ ἀπιστίας. unde lubet hæc illuſtrandi *Pollucis* adſcribere: *Hermippus Vetus Comicus, ut ait Pollux, eum qui vinum de cupa ſumſerat, nec ſolverat,* προδόσει πίνειν εἴρηκε, *venuſtiſſimo joco.* JUNG.

18 * Καπηλεῖον] Adfuit jam tum paulo ſuperius. apud *Ariſtoph.* vero, ut apparet, κάπηλις habetur: vid. cum *Schol.* fol. 25. SEB.

Eſt ſane cauponaria quædam
Vicina quæ cotylis ſemper me deſtruit.

Cotylizare porro, etiam de aliis dicitur particulariter venditis, & non ſimul, fortaſſis autem abuſive id dicitur. Quemadmodum & cauponari, pro vendere dicunt, cum revera vini venditoribus ſit
195 proprium. * Pherecrates quidem dixit, Nihil cotylizare, ſed fuſim infundere. Sed Ariſtophanes,

Noſtrum nobis potum infundentes, pauperibus iſtis cotylizare.

Cæterum quod Cotyla liquidorum, aridorumque ſimul menſura fuerit, Thucydides arguit dicens, Cotylam aquæ,

[19] Ἄρ' ἔστιν ἡ καπῆλις ἡ ἐκ τῶν γειτόνων,
Ἣ ταῖς κοτύλαις ἀεί με διαλυμαίνεται.

[20] καὶ τὸ κοτυλίζειν, εἴρηται μὲν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ μέρος πιπρασκομένων, ἀλλ' οὐκ ἀθρόως. ἴσως δὲ καταχρωμένων τῶν λεγόντων, ὥσπερ [21] καὶ τὸ καπηλεύειν, καὶ τὸ πιπράσκειν λέγουσιν. ἴδιον δ' ἂν εἴη τῶν [22] τὸν οἶνον πιπρασκόντων. * [23] καὶ Φερεκράτης μὲν εἴρηκε, Μηδὲν κοτυλίζειν, ἀλλὰ [24] καταπλάττειν χύδην. Ἀριστοφάνης δὲ, 195

Κιρνάντες γὰρ τὴν πόλιν ἡμῶν, κοτυλίζετε τοῖσι πένησιν.

[25] ὅτι μέντοι ἡ κοτύλη καὶ ὑγρῶν ἦν μέτρον καὶ ξηρῶν, [26] Θουκυδίδης ἀρκεῖ εἰπὼν κοτύλην ὕδατος,

* Καπηλεῖον] Bene vidit *Seberus* noſter non recte repeti καπηλεῖον, antea jam poſitum. Nec dubites itaque hic legere: καὶ κάπηλιν δ' ὀλίγον &c. ut ſupra ad καπηλεῖον εἴρ. fuiſſe dixi in MS. noſtro. confirmat & *Ariſtophanis* χρῆσις ſubjecta. in qua forte κάπηλις quoque paroxytone *Noſter* ſcripſit. MS. ea non habet. κάπηλις a κάπηλος, ut κυνηγις a κυνηγός. Nec aliter de copa ibi *Scholiaſtes* agnoſcit: qui tamen miram adfert differentiam: κάπηλις, ait, προπαροξυτόνως, ἡ τὸν οἶνον πιπράσκουσα. καπηλὶς δὲ ὀξυτόνως ὑποκοριστικῶς, ἡ ταύτης ὑπηρέτις τῆς καπήλεως. quaſi in verſu *Ariſtophanis:* Ἄρ' ἔστιν ἡ καπηλὶς &c. etiam oxytone agnoſcat. An hæc differentia proba, judicent alii: mihi ea auctoritate aliqua nondum niti videtur. Et alibi vero apud *Comicum* etiam occurrit, ut in *Theſmophoriazuſis:*

Κεἴτις κάπηλος, ἢ καπηλὶς τοῦ χοὸς,
Ἢ τῶν κοτυλῶν τὸ νόμισμα διαλυμαίνεται &c.

Quæ prioribus e *Pluto* ſimilia fere. JUNG.

* Καπηλεῖον] Reſtitui MSS. Codices & *Jungermannum* ſequtus κάπηλιν, in qua emendatione tam clara ſtabiliunda verba non prodigam: *Gloſſæ:* καπηλὶς, *Caupona.* καπηλίδες, *ſtabulariæ.* Doctiſſ. *Canterus* adſcripſerat ad marginem, ἐν Πλούτῳ, *Ariſtophanis* locum indicans.

19 Ἄρ' ἔστιν &c.] *Ariſtoph.* in *Pluto.* Ἄρ' ἔστιν ἡ καπηλὶς ἡ 'κ τῶν γειτόνων &c. ſive malis ſervare ſenarium cum interrogationis nota:

Eſtne ea cauponaria e proximo,
Quæ me perditum ſuis ſemper cupit cotylis?

ubi *Scholiaſtes* diſtinguit inter κάπηλις & καπηλὶς, quod videatur. KÜHN.

Ἄρ' ἔστιν &c.] Deſunt in MS. duo hi verſus, ut modo dixi. In primo pro ἡ ἐκ ſcribe ἡ 'κ, metri cauſa, & quod ita ſit apud *Ariſtophanem.* dicit ea in ejus *Pluto* *Blepſidemus* de *Penia.* JUNG.

20 Καὶ τὸ κοτυλίζειν, εἴρ.] MS. ita: εἴρηται δὲ τὸ κοτυλίζειν καὶ ἐπὶ ἄλλων μὲν τῶν πιπρασκομένων ἴσως καταχρωμένων. JUNG.

Καὶ τὸ κοτυλίζειν, εἴρ.] Hinc κατὰ κοτύλας πωλεῖν, *minutatim, minutis partibus vendere:* tales μεταβολεῖς· unde apud *Schol. Ariſtoph.* ad *Plut.* μεταβολεὺς, ὁ κατὰ τὴν κοτύλην πωλῶν.

21 Καὶ τὸ καπηλεύειν] Poſt καπηλεύειν forte punctum inducas rectius. eſt enim ſenſus, *verbo* καπηλεύειν *eos uti & pro* πιπράσκειν. Sic *Heſychius:* καπηλεύει, μεταπωλεῖ, οἰνοπωλεῖ καὶ τὰ πρὸς τὰς τροφὰς καὶ πόσεις. κάπηλος, μεταπράτης, ὁ τὰ πρὸς τὴν κάπην πιπράσκων. κάπη δὲ ἡ τροφή. nec tantum ad cibum, potum, ſed & alia quoque πιπρασκόμενα. hinc ἀσπίδων κάπηλος apud *Suidam.* & unde alias, quæ vel e *Noſtro* in mentem veniunt, ἀνδραποδοκάπηλος, ὀρνιθοκάπηλοι, βουκάπηλοι, & ipſum κάπηλοι ſupra Segm. 8. inter πρατῆρας & μεταβολεῖς. quod vel ideo monendum fuit, ne ex iis quæ hic ſequuntur, cum viro doctiſſimo, ubi vocabulum κάπηλος exponit, verbum καπηλεύειν hic ad οἴνου πρᾶσιν adſtringamus, quaſi dixerit hic *Pollux* iſtud καπηλεύειν ſcilicet eſſe ἴδιον τῶν οἶνον πιπρασκόντων. Non enim hoc dicit *Pollux*, ſed poſtquam monuit verbum κοτυλίζειν etiam dici ἐπὶ ἄλλων πιπρασκομένων, abuſu nimirum quodam καὶ καταχρήσει, quæ etiam in καπηλεύειν advertatur, cum id pro πιπράσκειν dicant: at proprium, ait, iſtud κοτυλίζειν eorum qui vinum vendere ſolent. tum ejus verbi e *Pherecrate* & *Ariſtophane* τινὰς χρήσεις ſubjicit. Hic ad illa ἴδιον &c. hæc ſaltem *H. Stephanus* in ſuo Codice adſcripſit: *ſit proprium. Ideo dicit* καταχρ. JUNG.

22 Τὸν οἶνον πιπρ.] Habet MS. alio ordine, τῶν πιπρασκόντων τὸν οἶνον. JUNG.

23 Καὶ Φερεκρ. μὲν εἴρ.] Hoc, uſque ad ὅτι μέντοι ἡ κοτ. &c. deeſt in MS. JUNG.

24 Καταπλάττειν] *Salmaſ.* mendoſum eſſe monet τὸ καταπλάττειν, pro καταπράττειν, *magna copia vendere.* KÜHN.

Καταπλάττειν] Verbum καταπλάττειν parum capio, nec jejunas tamen conjecturas meas indicare opus. JUNG.

Καταπλάττειν] *Falckenburgii* Codex καταπάττειν· non tamen damnem καταπλάττειν χύδην, id eſt, ἀθρόως πιπράσκειν· Comica locutio.

25 Ὅτι μέντοι ἡ κοτ. καὶ ὑγρ. ἦν μ. καὶ ξ.] MS. hoc ordine, ἦν καὶ ξηρῶν μέτρον. dixit item ſupra IV, 168. JUNG.

26 Θουκυδίδης] Lib. VII. Hiſt. in fine. quem locum etiam *Athenæus* laudat libr. XI. cap. 8. quod autem h. l. ante lectum ſit κ. δ. οἴνου, id factum ex eo, quod duo diverſa *Thucydidis* loca in unum confuſa fuerint. nam lib. IV. *Thucyd.* pag. 262. extat utique δύο κοτύλας οἴνου. ſed huc non pertinet, a re, de qua agitur alienus. KÜHN.

Θουκυδίδης] Locus *Thucydidis*, qui eſt extremo lib. VII. Ξυγγραφῆς, a *Sebero* noſtro emendate editus eſt, ut & apud *Athenæum* extat lib. XI. ad quem *Caſaubonus* noſter de menda vulgata, *Pollucem* quæ obſedit, monuit. Habet autem & MS. καὶ δύο κοτύλας σίτου· non ut falſo vulgati antea, καὶ κοτύλας δύο οἴνου. & infra X, 113. ubi idem locus adducitur, eſt σίτου· quamvis male τρεῖς ſit ibi. ſed fere oblitus, quamvis leve eſt, poſt ξηρῶν tamen ſolum comma pone, deleto puncto, pendet enim adhuc oratio. JUNG.

καὶ [27] δύο κοτύλας σίτου. [28] Εἶεν δ' ἄν τινες καὶ [29] νεκροφόροι, καὶ ταφεῖς. [30] Τὰ δ' ἐπὶ τοῦ πιπράσκειν, ἔστιν εἰπεῖν ἐπ' αὐτῶν τὸ [31] τιμιοπῶλαι, [32] εἰρηκότος Φρυνίχου ἐν Τραγῳδοῖς,

[33] Σὺ δὲ τιμιοπώλης ὡς Ἀχιλλεύς, οὐδὲ εἷς.

196 * καὶ ἡ παμπρασία δὲ, ἐπὶ τῶν πάντα πωλούντων λέγεται. [34] τὰ δὲ ἐφεξῆς, τὰ μὲν πλεῖστα Κριτίας λέγει. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν μᾶλλον αὐτῷ κεκριμένων, τὴν εὐωνίαν. Χαλκοπῶλαι, [35] σιδηροπῶλαι, λαχανοπῶλαι, [36] λαχανῆται, τυρο-

& duas frumenti cotylas. Sint & quidam libitinarii, & Sepultores. Quæ autem a vendendo dicuntur, de iis dicere poſſumus, * pollinctores, Phrynicho in Tragœdis dicente,

Tu vero quaſi pollinctor Achilles, neque unus.

* Et omnium proſtitutio, de omnium rerum venditoribus dicitur. 196
Sed eorum quæ ſequuntur, quam plurima dicit Critias. & multi probatiores ipſi Authores, Vilitatem dicunt. Æris venditores, Ferrarii, olerum venditores, olitores, caſeorum

27 Δύο κοτύλας σίτου.] Vid. *Caſaub.* in *Athen.* XI, 8. pr. ed. κοτ. δύο οἴνου. Seb.

Δύο κοτύλας σίτου.] Ita quoque *Falckenburgius* pro οἴνου, quod in *Baſileenſi* editione & iis, quæ illam antecedunt, erat.

28 Εἶεν δ' ἄν &c.] C. A. titulum apponit: περὶ νεκροφόρων, παντοπώλων καὶ ἕτερα διάφορα ἀποπιπρασκόμενα. περὶ ἐργαζομένων, καὶ τοῦ ἐκδόντος, καὶ τοῦ λαβόντος. Kühn.

Εἶεν δ' ἄν &c.] Cum εἶεν in MS. novum caput, cum hoc titulo: περὶ νεκροφόρων, καὶ παντοπώλων, καὶ ἕτερα διάφορα πιπρασκόντων· περὶ τοῦ ἐργαζομένου καὶ τοῦ ἐνδιδόντος, (ſcribe ἐκδιδόντος) καὶ τοῦ λαμβάνοντος. περὶ ψηφοπαίκτου καὶ τεχνῶν αἰσχίστων, καὶ τῶν περὶ αὐτάς. καὶ περὶ παιγνίων καὶ τῶν περὶ αὐτά. Jung.

29 Νεκροφόροι, καὶ ταφεῖς.] De his *Brodæus* X. Miſcell. 9. dein ita MS. τὰ δὲ ἐπὶ τούτοις ἀποπιπράσκειν· ἔστιν δὲ εἰπεῖν ἐπ' αὐτῶν τομιοπῶλαι. Sequentibus εἰρηκ. Φ. ἐ. Τ. cum verſu *Phrynichi* omiſſis. Jung.

30 Τὰ δ' ἐπὶ τοῦ π. &c.] C. V. τὰ δ' ἐπὶ τούτοις ἀποπιπράσκειν, ἔστιν δὲ εἰπεῖν ἐπ' αὐτῶν (ita & *Salm.*) τομιοπῶλαι &c. C. A. τὰ δ' ἐπὶ τούτοις ἀπὸ τοῦ πιπράσκειν &c. *& hæc dici poſſunt deſumpta a vendendo,* τὸ τιμιοπῶλαι &c. Kühn.

31 * *Pollinctores*] *H. Steph.* de hoc loco. Τιμιοπώλης, qui mortuorum cadavera redimentibus pretio vendit: *veluti ſi quis hoſtis a ſe perempti cadaver vendat memorato redemptionis pretio, quemadmodum Achilles Hectoris. Generaliter tamen* τιμιοπῶλαι *nominari poſſunt*, qui τίμιον πωλοῦσι, id eſt, care vendunt, & precio magno. *Iſ. Caſaub.* in *Athen.* VI, 3. verſus *Phrynichi* ſic interpretatur: *Carius vendis, quam ullus Achilles.* Virgilius:

Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.

Æneid. I, 488. vid. Il. ω, non adeo longe a fine. Seb. 2.

32 Εἰρηκότος Φρυνίχου &c.] Abſunt iſta a C. A. uſque ad, οὐδὲ εἷς. dictum Comici perſtringit avaritiam *Achillis*, qui apud *Homerum* corpus *Hectoris* auro contra redimendum dedit. *Tu vero care vendis, ut nullus Achilles. Diphilus* apud *Athenæum* lib. VI. cap. 2. *Deipnoſoph.*

--- ὥσπερ ὁ Πρίαμος τὸν Ἕκτορα,
Ὅσον εἵλκυσεν, τοσοῦτον καταθεὶς ἐπριάμην.

--- uti Priamus Hectorem,
Quantum pependit, tantum ſolvi pretium, emens.

Unde recte τιμιοπώλης dicitur *Achilles.* honeſtius regi corpus exanimum ſine lytro reddidiſſet. *Salm.* legit, τυμβοπώλης. Kühn.

Εἰρηκότος Φρυνίχου &c.] De *Phrynichi Tragœdis* & ejus verſu *Caſaubonus* noſter videndus VI. *Athen.* 3. ubi verſum elegantiſſimum, ut ait, ita interpretatur: *Carius vendis quam ullus Achilles*: nec audiendos ait qui vocem τιμιοπώλης aliter interpretantur. deque hoc genere venditionis etiam ex *Diphilo* meminit extremo cap. 2. libri ejuſdem ſexti. Amiciſſimus *Salmaſius* τυμβοπῶλαι mavult emendare, ingenioſa perquam conjectura & vero ſimili: ejus verba ad me recito: *Video facile, quales poſſint eſſe* τιμιοπῶλαι, *& quinam ſint: qui care vendunt ſcilicet ita poſſunt vocari.* χρῆσις *tamen in verſu qui adducitur in teſtimonium, alio me vocat & ſuadet ut legam* τυμβοπῶλαι, *pro* τιμιοπῶλαι. *verſus Phrynichi ita concipiendus:*

Σὺ δὲ τυμβοπώλης, ὡς Ἀχιλλεὺς οὐδὲ εἷς.

Planus inde ſenſus ex noſtra correctione. quare Achilles τυμβοπώλης *dicatur, eruditis notum eſſe poteſt ex fabulis. Is enim Hectoris tumulum vendidit. &c.* Hæc ille. vide vero ne MS. noſter ſolus veram lectionem ſervaverit, qui τομιοπῶλαι habet: quod ſi & in *Phrynicheo* τομιοπώλης ſcribas, non dubito quin verſus ſibi conſtet. Et ſuccurrit opportune *Heſychius*: τόμια, exponens, τὰ ἀποτμήματα καὶ ἀκρωτηριάσματα τοῦ νεκροῦ. Viri docti MS. noſtri lectionem, quam antea adſcripſimus, conſiderabunt denuo, & omnia nobis reddent plana. Jung.

Εἰρηκότος Φρυνίχου &c.] Τιμιοπῶλαι recte ſe habere mihi videntur: non tamen *Salmaſii* τυμβοπώλας damnem, cujus ipſe lectionis rationes adfert in illa, quam hic *Jungermannus* noſter habet, epiſtola: ſed adverte, quæſo, lector: *Euſtath. Swartius* Analect. lib. III. cap. 13. eandem adfert emendationem hujus loci: & ipſi quoque τυμβοπώλης placet: ponerem verba, ni ea integra in literis *Cl. Salmaſii* legerentur: unde hoc? inquis: mihi certe videtur *Swartius Salmaſii* ad *Jungermannum* epiſtolas, earumve ſaltem quaſdam habuiſſe, e quibus haud bona fide ac peſſimo certe exemplo ſublegit pluſcula, ac verbo tenus deſcripta in lucem dedit: nec te huic ſoli ſpecimini fidem habere velim: conſule quoque III, 92. de equo βαδισματίᾳ, & 103. de γυμνατίᾳ fluvio: confer, neque amplius dubitabis. ſed tamen ne nihil attuliſſe videatur, quod de propria penu ſit promptum, ita extrema verſiculi verba emendat: οὐδὲν εἶς & exponit:

Tu buſtipola, novus Achilles, es nihil.

de qua emendatione tanto minus judicare licet, quanto minus de dicti occaſione novimus. Et hæc quidem obiter.

33 Σὺ δὲ τιμιοπ.] Proverbii ſpeciem habet. *Caſaub.* in *Athen.* VI. cap. 3. Seb.

34 Τὰ δὲ ἐφεξῆς &c.] Abſunt a C. A. uſque ad εὐωνίαν. dein leg. μᾶλλον αὐτοῦ κ. cæterum multa ex ſequentibus ſua facit *Phavor.* in λιβανοπῶλαι. Kühn.

Τὰ δὲ ἐφεξῆς &c.] Τὰ δὲ ἐφ. &c. εὐωνίαν. hæc duo cola deſunt in MS. Jung.

Τὰ δὲ ἐφεξῆς &c.] *Falckenburgii* Codex mox pro εὐωνίαν, εὐφωνίαν.

35 Σιδηροπῶλαι.] In C. A. excipit, λαχανῆται, στυππειοπῶλαι, (C. V. στυππυοπῶλαι) ἐριοπῶλαι, λ. λαχανοπῶλαι, ῥιζοπῶλαι, σ. σχοινοπῶλαι. Kühn.

36 Λαχανῆται] In MS. deſunt λαχανῆται, τυροπ. cum ſequentibus & verbo ἐκεῖσθ. Jung.

proſtitutores. Moris autem erat, quanti venderent, inquirere, mordere, & deguſtare. Stupparum venditores, lanivendæ. Thus vendentes, thuris venditores. Thus vendere, dixit Ariſtopha-
197 nes. Radicum venditores, * balſamivendæ, caulii venditores, armivendæ, ſeminum collectores, ſeminum mercatores, aulularii. Æginam vero, chytropolin vocarunt. Pharmacopolæ. Et verbum, pharmaca vendere. Et Pharmacofrangentes, apud Demoſthenem. Acuum venditores, acuum venditrices. Lanciven-

πῶλαι. ἔθος ἦν ἐπερωτᾶν, [37] πότερα κνῆν, ἢ ἐπεσθίειν. συρμαισπῶλαι, [38] στυππειοπῶλαι, ἐριοπῶλαι, [39] λιβανωτοπῶλαι, λιβανοπῶλαι. λιβανωτοπωλεῖν δὲ Ἀριστοφάνης ἔφη. ῥιζοπῶλαι, * σιλφιοπῶλαι, [40] καυλοπῶλαι, σκευοπῶλαι, 197
[41] σπερμολόγοι, σπερματολόγοι, σπερματοπῶλαι, [42] χυτροπῶλαι. τὴν δὲ Αἴγιναν, [43] χυτρόπωλιν ἐκάλουν. φαρμακοπῶλαι· καὶ τὸ ῥῆμα, [44] φαρμακοπωλεῖν. καὶ [45] φαρμακοτρίβαι [46] παρὰ Δημοσθένει. βελονοπῶλαι, βελονοπώλιδες. [47] πινακοπῶ-

Λαχανῆται] *Gloſſ.* λαχανοπώλης, *Holerator*, *oleator*: leg. *olerator*, & λαχανοπωλεῖον, in iiſdem. Mox poſt ἐπερωτᾶν commaticam diſtinctionem poſui.

37 Πότερα κνῆν] Moris erat, ut venditor caſei ſciſcitaretur ex emptore, utrum radere vellet caſeum, an vero edere integrum cum pane? & prout reſpondit, ita dabat vel raſilem, vel aliter cum pane edendum. *ferrum, quo radebant caſeum*, κνῆστις, vel τυροκνῆστις, *radula*, dicebatur. KUHN.

Πότερα κνῆν] Quod ad morem iſtum quærendi πότερα κνῆν ἢ ἐπεσθίειν, an is ad olera pertinet, legimus enim λάχανα κνηστά; an ad caſeum? ut in cyceone *Homeri* Ἰλ. λ.

--- ἐπὶ δ' αἴγειον κνῆ τυρόν.

quæ & *Schol. Græc.* ad *Ariſtoph. Pacem* ad verbum διακναισθήσεται adfert, & κναίειν γὰρ, ait, ἐστὶ κυρίως, τὸ τὸν τυρὸν ξύειν τῇ κνήστει. unde τυρόκνηστις inſtrumentum. & ipſe caſeus κνηστός. Sic enim *Euſtathius* ad illa Ἰλιάδος λ. παρ' ᾧ (Ἀθηναίῳ) καὶ ὁ κοπτὸς τυρὸς καὶ ὁ τμητὸς, ὁ αὐτὸς εἴη τῷ κνηστῷ. An itaque emptores quærebant, num caſeus qui proſtabat eſui inſerviret ſimpliciter, an potius radendus foret ad aliorum ciborum uſus? Sane & hodie talem diſtinctionem apud τυροπώλας videmus, ut alios habent *cibarios*, alios qui *raſi* miſcentur placentis vel aliis cibis, prout cuivis lubet. JUNG.

38 Στυππειοπῶλαι] MS. συρμ. στιππυοπῶλαι. JUNG.

Στυππειοπῶλαι] Supra I, 84. hæc vox eſt ſcripta στυπειοπῶλαι· præſtat tamen illa, quam heic habemus ſcriptura: nam στυππὴ, στυππεῖον & στύππιον ſcribitur: hinc Romanorum *ſtuppa*: vid. *Feſtum*: hoc autem impolito lino rimæ navium reſarciebantur, docente *Iſidoro Orig.* lib. XIX. cap. 27. hinc στυππειοπώλης, *qui reſarciendis navium rimis ſtuppas vendit*. Præcellere συρμαιοπῶλαι, quod idem vocabulum & mox Segm. 199. occurrit, ibique exponam, quomodo eo loco intellectum velim: hic vero non ſine ratione mendum in hac voce hærere puto: nimirum ſcribendum eſt, me judice, γρυμαιοπῶλαι· illa corruptela eſt in proclivi ac facili: γρυμαιοπώλης autem dicitur *ſcrutarius*, *qui viles venum proponit merces*, eſtque idem qui γρυτοπώλης· alii tamen Grammatici potius exponunt, ὁ τὰς εὐτελεῖς ὀπώρας πιπράσκων, *qui viliora fructuum genera vendit*: occurrit hæc vox in *Luciani Lexiphane* haud procul ab initio: ὃν εἰκὸς παρὰ τῷ γρυμαιοπώλῃ με πεπρᾶσθαι· parum appoſite *Benedictus*, *qui ſacculos vendit*: melius *Scholia Vetera*, quæ conſule. Γρυμαία vero idem eſt quod γρύτη, ῥῶπες, *ſcruta*, eaque notione hac voce utuntur *Themiſtius* in Βασανιστῇ, & *Sotades* apud *Athen.* libr. VII. pag. 293. ubi eruditionis ſummæ virum *Iſ. Caſaubonum* adi: eſt quoque hæc vox, ſed corrupta apud *Heſychium*: ſed eam docti viri feliciter jam emacularunt. Hoc autem *Pollucis* noſtri loco apprime γρυμαιοπῶλαι conveniunt, ſiquidem mox ſequantur στυππειοπ. ἐριοπ. λιβανοπ. qui omnes γρυμαιοπωλῶν nomine continentur. Mox pr. ed. λιβανοτοπ. & λιβανοτοπ.

39 Λιβανοτοπῶλαι] Scr. λιβανωτοπῶλαι vel λιβανοπῶλαι· ſed pro priori ſcriptura facit MS. SEB.

Horum autem verſuum ignoratione tota via erravit Joannes Meurſius, *qui eos omnes inter jactus medios recenſet. Nempe non* Eubuli *verba, ſed* Pollucis, & *quia Μίδας eſſet τῶν μέσων βόλων, itidem & ſequentes arbitratus eſt. Sed parum eſt dubitationis, quin boni fuerint εὐδαίμων & ἅρμ᾽ ὑπερβάλλον πόδας, qui nimirum aliis jactibus tanto anteiret, quanto qui pedibus iter faceret a curru vinceretur; πεζὸς, ut aiunt, ὁδεύων παρὰ Λυδὸν ἅρμα. Δάκνων autem, & σφάλλων, & ἐλλείπων merito opinor ſuo pro infelicibus haberi poſſunt.* Hæc ſunt quæ ingenioſe *Bentlejus* de loco *Eubuli*, ejuſque ad metri legem redigendi modo diſſerit. Pauca addere lubet: *βόλος* Romanis *jactus: bolum jacere* Latine dixit *Plautus: Nimis lepide jeciſti bolum* ---- hinc *μέσοι βόλοι*, qui nec detrimenti tantum nec quoque compendii aleatori concinnant: talem jactum eſſe Midam ex ſolo, ut quidem puto, *Polluce* novimus: pergit *Pollux: ſunt & alii plures*, non, *medii jactus*, ſed ſimpliciter *jactus*, quos ex *Eubulo* enumerat: primum eſſe infelicem ipſum mihi nomen indicare videtur, cujus tamen infortunium ſecundus *ἱερὸς* compenſat: tertius eſt *ἅρμα ὑπερβάλλον πόδας*; ita quidem vulgo; ſed meliora nos MSS. docent: verum eſt Præſtantiſſ. *Bentlejum* communem in his retinuiſſe lectionem; ſed in hujus modi rebus, quippe difficillimis, ſine MSS. adjumento ſcopum ſemper & ubique ferire nemini certe datum eſt: nos nulli dubitamus quin tria jactuum nomina in his lateant: *ἅρμα* conſtanter MSS. per quos ſi liceret conjectarem Ἑρμῆς, qui inter jactus felices eſſet reponendus: & in fortibus Ἑρμοῦ κλῆρος auſpicatus. Ὑπερβάλλων vero, ſeu *ὑπερβαλὼν* mavelis, ut *ὑπτιάζων, σφάλλων*, aliique jactus; eamque vocem in textu *Kühnium* ſecutus, reſtitui: *ὑπερβάλλων* autem *excellens, exſuperans* forſan *τοὺς μέσους βόλους*, ut inter felices primi ordinis ſit cenſendus. Ποδίας quoque pro *πόδας* repoſui, MSS. & *Kuhnii* præeuntis veſtigia ſecutus: ad eam formam habuimus *τραχίας*, & forſan mox *ἁρματίας*. De *κηρύνῳ* non definio: *Kühnius κήδρυνος* vel *κήδριος* in textu emendat: ego intactam liqui vulgatam lectionem. Qui ſequitur *εὐδαίμων*, ſuo ſe nomine prodit, cui, ni fallor, *κυνῶτας* plane eſt contrarius; ſed malo *κυνωτὸς* cum doctiſſ. *Jungermanno*: neutrum forſitan verum fuerit, meliuſque legas *κυνορχίας*, ex qua voce male ſcripta *κυνῶτας* eſt ortum: *Heſych.* Κυνορχίας, *βόλου ὄνομα*· Ἄρτια facile crediderim ex ſequenti voce natum eſſe: ſequuntur *ἁρματίαι*· ſi quid in his eſſet emendandum, mallem cum *Junio ἁρματίας*· ſed altius forſitan vitium hæret: illi qui antiquos Codices vel inſpexerunt, noverint quam facile *ἀβραμίας* poſſit degenerare in *ἁρματίαι*· at vero apud *Heſychium* Ἀβραμίας eſt *ὄνομα βόλου κυβευτικοῦ*, qua propter illam vocem hic reſtituendam ferme non dubitem. Mox *ἀντίτυχος* a MSS. abeſt: prætulit itaque quod deterius erat Eruditiſſ. *Bentlejus*: infelicem autem fuiſſe jactum ex nomine paret: *ἀντιτύποις, σκληροῖς, Heſych.* Pro *ἀργεῖος* apud *Heſychium* eſt *ἀργείης*· An pro *πυαλίτης* melius non ſcribes *πυελίτης*, quaſi a *πύελος*, vel *ὑαλίτης*? Ἐπίθετον, ut monui, felicem, tres mali ſequuntur jactus; ex iis *ἀγύρτην* quoque habet *Etymologus*: ſed male apud eum ſcriptum eſt *εἶδος βόλου*· repone *βόλου*, quale vitium & in *Heſychio* voce *ἀργείης* eruditi viri emaculaturunt. Pro *ἀνακάμπτων Falckenburgii* quoque Codex habet *ἀνακαλύπτων*· *λάμπων* indubie fuit felix, ita & *ἐπιφέρων*, ſed ſcribo, *ἐπιφαίνων*, videturque medii fuiſſe inter felices ordinis, & ita dictus quod aliquam ſpei lucem victis adfunderet. De ceteris non judico, niſi quod *Solon* nomen habere videatur a *Solone* notiſſimo Athenienſium legiſlatore, prout *Μίδας* haud dubie a *Mida* rege Phrygiæ fuit appellatus. Atque ita moleſtis *Eubuli* verſiculis ſumus defuncti, quos ſi aliqua luce perfuderimus, operæ fuit pretium. De his & ſimilibus videndus tibi vir multæ lectionis *Joh. Meurſius* de Lud. Græc.

21 *Μέσων βόλων*] C. A. *μεσιβόλων*. C. V. *τῶν μεσοβόλων ἦν* &c. conſentit *Salm.* KÜHN.

Μέσων βόλων] MS. *τῶν μεσοβόλων* una voce. & mox *πολλοί εἰσιν*. Ait vero *Pollux*, *καὶ ἄλλοι πολλοί εἰσιν*, ſcilicet alios multos jactus fuiſſe, tum bonos nimirum, tum malos, quos nominet *Eubulus* ille Comicus. Quibus verbis ſubjicit nuda nomina, non indicans qui felices, qui infelices: nec noſtro ingenio fruſtra abuti volumus in illis diſtinguendis, quorum adeo obſcura notitia. *H. Junius* tamen II. Animadv. 4. ex ſubjectis aliquot refert in felicium numerum, ut qui dicebantur *εὐδαίμων, ἱερὸς, λάμπων, ἁρματίας, κεντρωτὸς, ἐπίθετος, & quæ alia*, ait, *recenſet ex Eubulo Pollux.* In iis tamen multos *δυσβόλους* fuiſſe, ex nominibus quorundam quis facile conjicere videatur, ut *ἐλλείποντα*, ut *σφάλλοντα*, ut *ἀγύρτην*, & neſcio quos alios. JUNG.

22 Ἱερὸς] C. A. *κήδρυνος, εὐδαίμων λάκκων ἀντίτυπος ἀ. δ. τ. ἐπίθετος σ. ἀ. οἱ. ἀ. δ. λ. κ.* Ἐ. *σάλων Σίμων.* C. V. ita: *κ. ἱ. ἅρμα ὑπερβάλλων ποδίας κ. εὐ. κυνωτὸς ἁρμάτια λάκωνες ἀντίτυπος ἀ. δ. τ. ἐ. πυαλίτης ἐπίθετος* &c. KÜHN.

23 *Ἅρμα ὑπερβάλλον πόδας*] MS. *ἅρμα, ὑπερβαλὼν ποδίας*· unde tamen tres jactus quis reſtituat & diſtinguat recte ita, ni fallor: *ἅρμα, ὑπερβαλὼν*, (ſive *ὑπερβάλλων*) *ποδίας*. JUNG.

[24] κήρυνος, εὐδαίμων, [25] κυνῶτας, [26] ἄρτια, [27] ἁρματίαι, [28] λάκων, [29] ἀντίτευχος, ἀντίτυπος, ἀργεῖος, δάκνων, τιμόκριτος, ἐλλείπων, πυαλίτης, ἐπίθετος, σφάλλων, [30] ἀγύρτης, οἶστρος, [31] ἀνακάμπτων, [32] δορεὺς, λάμπων, Κύκλωπες, [33] ἐπιφενὼν, ἐπιφόρων, Σόλων, Σίμων.

cerynus, fœlix, cynotes, paria, harmatiæ, Lacon, contrarius, reſultans, proſper, mordax, precioſus, deficiens, pyalites, conveniens, lubricus, agyrtes, œſtrum, reflexus, Doricus, Lampon; Cyclopes, Epiphenon, Epiphorus, Solon, Simon.

206 • [34] Κυβείας εἴδη, καὶ ἄλλαι τέχναι, καὶ [35] τὰ ἀπ' αὐτῶν ὀνόματα. ι'.

• *Aleæ ſpecies, artes aliæ, & horum nomina.* 10. 206

Κυβείας δὲ εἴδη καὶ ἡ [36] πλειστοβόλινδα [37] παιδιὰ, καὶ τὸ ἀρτιάζειν, καὶ διαγραμμίζειν, καὶ διαγραμμισμὸς, καὶ χαλκίζειν, [38] καὶ χαλκισμὸς, καὶ ἱμαντελιγμὸς, καὶ ναυμαχία. [39] ἔνι τις καὶ ἱερὰ γραμμὴ, ἀφ' ἧς ἡ παροιμία, [40] Κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς. Δύναιτο δ' ἄν τις, εἰ βούλοιτο, καὶ τὰς ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος ὀνομασθείσας τέχνας [41] ταύτας ἐπαριθμεῖν, καὶ τὰ σὺν αὐταῖς

Aleæ porro ſpecies, ludus teſſerarum, ludere par impar, diagrammiſſare, diagrammiſſatio. Chalciſſare, & Chalciſſatio. Himantelegmus, & navalis pugna. Inter has erat & linea quædam ſacra, unde proverbium demanavit, Movebo hunc a ſacra. Poterit quis præterea, ſi libuerit, etiam illas a Platone nominatas artes iſtis adnumerare, & earum ſimul

24 Κήρυνος] Pro κήρυνος, MS. duplici ν habet κήρυννος. JUNG.

25 Κυνῶτας] *Florentina* editio, ut modo vidi, κυνῶτις habet. ambobus præferam noſtri MS. ſcripturam, quæ eſt κυνωτὸς, ut κεντρωτὸς nimirum paulo ante poſitus. JUNG.

26 Ἄρτια] Ἄρτια in MS. noſtro deeſt. JUNG.

27 Ἁρματίαι] Pro ἁρματίαι, MS. noſter ἁρμάτια. *H. Junius* habet II. Animadv. 4. Ἁρματίας. JUNG.

28 Λάκων] MS. λάκωνες. SEB.

Λάκων] Pro λάκων, MS. habet λάκωνες plurali, ut & *Seberi Auguſtanus*. JUNG.

29 Ἀντίτευχος] Ἀντίτευχος deeſt in MS. JUNG.

30 Ἀγύρτης] Hujus meminit quoque *Heſychius* in ἀγύρτης. καὶ ὄνομα βόλου, ait, κυβευτικοῦ. JUNG.

31 Ἀνακάμπτων] C. V. ἀνακαλύπτων. KÜHN.

Ἀνακάμπτων] Pro ἀνακάμπτων vulgato, MS. noſter ἀνακαλύπτων habet. JUNG.

32 Δορεὺς] Ita & MS. credo quaſi *excoriator*. κύκλωπες *ab uno oculo monadi reſpondente*, ait, *H. Junius* in Nomenclatore. JUNG.

33 Ἐπιφενὼν] A C. V. ἐπιφενὼν abeſt. mox ἐπιφέρων &c. *Salm.* ad κεντρωτὸς, ἱερὸς &c. *hi*, inquit, *ſunt verſus iambici, quos alibi digerimus. Eubuli* verſus poſſent ita digeri ope MSStorum:

Κεντρωτὸς, ἱερὸς, ἅλμα, ὑπερβαλὼν,
Πεδίας, κήρυνες, εὐδαίμων, κυνώπας,
Ἁρμάτια, οἱ λάκωνες, ἀντίτυπος,
Ἀργεῖος, δάκνων, τιμόκριτος, ἐλλείπων,
Πυαλίτης, ἐπίθετος, σφάλλων, ἀγύρτης,
Οἶστρος, ὁ ἀνακαλύπτων, λάμπων, δορεὺς,
Κύκλωπες, ἐπιφαινὼν, ἐπιφέρων, Σόλων vel Σίμων.

Idem e MSS. pro ἀνακ. leg. ἀναλύπτων, & mox Ἐπιφαινὼν at Ἐπιφέρων & Σίμων delet ex MSStis. pro ἀργεῖος *Heſych.* habet ἀχαιὸς, quem oppoſitum dicit οἰνάδι in οἰνάς. KÜHN.

Ἐπιφενὼν] Pro ἐπιφενὼν MS. noſter habet ἐπιφέρων. quod videtur rectius. Sequens ἐπιφέρων in MS. omiſſum: quod forte potius, ſi vulgatum non fruſtra fuit, Ἐπιφορῶν ſcribi debebat. JUNG.

34 Κυβείας εἴδη &c.] Integer titulus abeſt a C. A. KÜHN.

35 Τὰ ἀπ' αὐτῶν &c.] MS. τὰ ἐπ' αὐτῶν ὀν. cetera titulus idem cum vulgato. JUNG.

36 Πλειστοβόλινδα] Πλειστοβολίνδα infra IX, 117. SEB.

Πλειστοβόλινδα] C. A. πλειστοβαλίνδα, non vero retracto accentu ad antepenultimam. vid. infra lib. IX. cap. 8. de hoc & aliis quæ ſequuntur. KÜHN.

Πλειστοβόλινδα] Hic itaque luſus inter τὰ κυβείας εἴδη, ſiquidem κυβεία denotare ſoleat *quemvis luſum, in quo fortuna dominatur*, ut erudite docet vir Orientalis literaturæ peritiſſimus *Thom. Hyde* in præcellenti Commentario de Ludis Orientalium lib. II. pag. 105. ibidemque vir eruditus miratur, cur a *Polluce diagrammiſmus ſortis luſibus annumeretur, cum mera peritia conſtet, nec ſorti aut fortunæ ſubjectus ſit.*

37 Παιδιὰ] MS. vitioſo accentu παιδία. mox, καὶ τὸ διαγραμίζειν. mox tamen καὶ διαγραμμισμὸς, binis μμ. JUNG.

38 Καὶ χαλκισμὸς] Hæc in MS. hoc ordine ſunt: καὶ ναυμαχία, καὶ χαλκισμὸς, καὶ ἱμαντελιγμός· omiſſis καὶ χαλκίζειν. quod tamen & ſupra habebas Segm. 105. ubi quid fuerit, docebunt te notæ noſtræ. Ceterum de ναυμαχίᾳ quærendum quale luſus genus fuerit. Nec enim id infra lib. IX. *Noſter* attingit, ubi alii ludi hic memorati explicantur. JUNG.

39 Ἔνι τις] C. V. ἐνή τις, leg. ἐνῆν τις, *inerat & quadam ſacra linea.* KÜHN.

Ἔνι τις] Pro ἔνι τις, MS. ἐνῆτις. infra IX, 99. vocatur hæc μέση τις, ſed τῶν πέντε τῶν ἑκατέρωθεν γραμμῶν ſcilicet. JUNG.

40 Κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς.] Proverb. *Movebo talum a ſacra linea:* repetit infra IX, 98. SEB.

Κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς.] Notare hæc jubet pro *Theocrito Schottus* noſter in ſuis obſervationibus hic: & adnotat etiam locum qui infra IX. 98. *Theocriti* locum nimirum intelligit ex Idyll. VI. ſive *Bucoliaſtis:*

Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον ---

ubi inter alia quædam φλυαρήματα ſane ad hunc locum *Scholia* & iſtud habent, quod ad noſtrum luſum ſpectat propius: ἡ δὲ λέξις μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν παιζόντων τὸ κονδολίκτως λεγόμενον Ζατρίκιον. ἐκεῖνοι γὰρ ὅταν πολλὰ ποιήσαντες οὐ δύνανται ἑτέρως νικῆσαι τὸν ὅμοιον παίκτορα, κινοῦσι καὶ τὸν ἀπὸ γραμμῆς λίθον, τὸν οὕτω βασιλέα καλούμενον. JUNG.

41 Ταύταις] C. V. ταύτας. KÜHN.

Ταύταις] MS. ταύτας, pro ταύταις. Et rectum id puto. reſpicit enim ad ea quæ ſequuntur. Alias credo potius τούτοις ſcripturum fuiſſe. JUNG.

Ταύταις] Ταύτας ex MSS. reſtitui.

no-

207 nomina: quamvis non numerem, propter uſum nonnullorum vocabulorum minus receptum. • Dijudicatoria, comparativa: comparativus, dijudicativus: comparative, dijudicative. Dijudicare, diſtrahere, diſſecare, dividere, ſecernere, dirimere, ſeparare, dimovere, diſtendere, dimetiri, diſjungere, tollere, & ſufferre, comparare, conjungere, conſtipare, miſcere, commiſcere, complicare. Et ars ipſa, non plicatoria modo, ſed & complicatoria dicitur. Propugnatoria,
208 propugnaculorum extructor: • propugnacula, munitiones, munimenta, fulcra, armamenta, prætextus, fulcra, tegumen-

ὀνόματα, εἴτε σπουδάζων ἐχρῆτο τοῖς ὀνόμασιν, [42] εἴτε καὶ μή. λέγω δὲ, διὰ τὸ ἐν ἐνίοις τῶν ὀνομάτων [43] βιαιότερον χρῆσθαι. • διακριτική, συγκριτική, [44] συγκριτικὸς, διακριτικὸς, συγκριτικῶς, διακριτικῶς, διακρῖναι, διελεῖν, διατεμεῖν, διχοτομεῖν, χωρίσαι, διαχωρίσαι, ἀποχωρίσαι, [45] ἀποστῆναι, διαστῆναι, [46] διαμετρῆσαι, διαλαβεῖν, ἀφαιρεῖν, καὶ [47] ἀφαιρεῖσθαι, συγκρῖναι, συστῆσαι, συναγαγεῖν, μίξαι, συμμίξαι, [48] συμπλέξαι. καὶ τέχνη οὐ πλεκτικὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ συμπλεκτική. [49] προβληματουργική, [50] προβληματουργικός. • προβλήματα, προσκεπάσματα, [51] παρασκεπάσματα, στεγάσματα, ὁπλίσματα, παραπετάσμα- 207 208

42 Εἴτε καὶ μή.] C. V. εἴτε σπουδάζων ἐχρῆτο τοῖς ὀνόμασιν, εἴτε καὶ μή. λέγω δὲ &c. & ita omnino legendum, ut expleatur oratio. C. A. hæc verba plane omittit, & poſt ὀνόματα ſtatim habet, διακριτική. ſumpta autem ſunt hæc quæ ſequuntur ex *Platonis* Politico, in quo *Plato* quibuſdam nominibus videtur uti variis modis, &, ut *Noſter* loquitur, ἀβιβαιότερον. Kühn.

Εἴτε καὶ μή.] Hic egregie noſter MS. *Pollucem* demeretur. Eſt enim is vulgo mutilus integra linea in omnibus hactenus editionibus, quam ſupplet optimus MS. *Palatinus*, qui totum locum ita habet: ὀνόματα εἴτε σπουδάζων ἐχρῆτο τοῖς ὀνόμασιν, εἴτε καὶ μή. λέγω δὲ διὰ τὸ ἐν ἐνίοις τῶν ὀνομάτων βιαιότερον. καὶ διακριτικὴ &c. Et ſic totus locus reſtituendus itaque. nam iſtud βιαιότερον, quo in his talibus, quæ non prorſus probat, ſæpius utitur *Noſter*, quam rectius etiam vulgato ἀβιβαιότερον. ſolum καὶ ante διακριτικὴ malim abeſſe. Niſi quis putet utrumque *Pollucem* ita ſcripſiſſe, βιαιότερον καὶ ἀβιβαιότερον. διακριτικὴ &c. quod *Plato* quibuſdam violentius, quibuſdam inconſtantius utatur. ſed abſque MS. non facile quid tale ſuſpicari velim: nec opus eſt hercle. Alias non ſemper σπουδάζων uſus fuiſſe, ita ipſe *Plato* in Politico ait, quæ inſignia & adſcribi merentur: καλῶς γε, ὦ Σώκρατες. κἂν διαφυλάξῃς τὸ μὴ σπουδάζειν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι, πλουσιώτερος εἰς τὸ γῆρας ἀναφανήσῃ φρονήσεως. Potuitque & *Pollux* ad hunc locum reſpexiſſe. certe ex eo dialogo pleraque hoc capite adfert, in quo & ἡ συγκριτική τε καὶ διακριτικὴ legitur, ubi μέρη ὑφάνσεως exſequitur: &, διακριτικῷ καὶ συγκριτικῷ τμήματι. Jung.

Εἴτε καὶ μή.] Egregio heic *Pollucem* auctario locupletiorem fecimus: heic enim εἴτε σπουδ. ἐχρ. τ. ὀνόμ. in prior. edit. non ſine ſenſus haud levi detrimento defuere. Conſentit in eaſdem voces *Falckenburgii* Codex.

43 Ἀβιβαιότερον] C. V. βιαιότερον χ. καὶ διακριτικὴ &c. Kühn.

Ἀβιβαιότερον] In Codice *Falckenburgiano* eſt ἀβιαιότερον, haud dubie pro βιαιότερον, & ita in textu cum *Kühnio* noſtro reſtitui.

44 Συγκριτικὸς &c.] Deſunt in MS. συγκριτικὸς & συγκριτικῶς, hic quidem: & mox infra in MS. redduntur, longe aptiore, ni fallor, loco. Jung.

45 Ἀποστῆναι &c.] MSS. ἀποστῆσαι, διαστῆσαι. dein C. V. διαμετρῆσαι, διαλαβεῖν, διχατεμεῖν, (leg. δίχα τεμεῖν) ἀφαιρεῖν, καὶ ἀφαιρετά, συγκριτικὸς, καὶ συγκριτικῶς, συγκρῖναι &c. Kühn.

Ἀποστῆναι &c.] MS. ἀποστῆσαι, διαστῆσαι. non ut vulgo primum ἀποστῆναι. In *Platone* qui verſatus diligenter, quid melius nobis facile indicabit. nos interim id putabimus, quod hic MS. noſter. Jung.

46 Διαμετρῆσαι] MS. διαμετρῆσαι. & deinde auctius: διαλ. διχατεμεῖν, ἀφ. ſed ſcribendum itaque, δίχα τεμεῖν, quod in *Platone* occurrat. neſcio tamen an non ita reſtituendus locus & diſtinguendus, διαλαβεῖν δίχα, τεμεῖν &c. Invenio enim in Politico *Philoſophi*: καὶ μὴν τά γε γιγνόμενα πάντα δίχα διαλαβεῖν οὐ παντάπασι χαλεπόν. Et ſtatim ſequitur: τούτοις δέ γε αὐτοῖς τὸ τοῦ γνωστικοῦ μέρους ἐπιτακτικὸν ὄν, εἴπερ βουλόμεθα τέμνειν, τεμοῦμεν. & dein etiam alio verbo: πᾶν οὕτως ἤδη διαιρέσεται δίχα. & paulo poſt, δίχα διελέσθαι, & διχάζειν· alia quæ colligere non vacat. Pleraque vero horum verborum in illo dialogo a me indicato habes, quæ ipſe te legiſſe ibi jucundum fuerit. Nec forte emendare opus, habes enim δίχα τέμνοντες ibidem aliquoties. Jung.

47 Ἀφαιρεῖσθαι] Pro ἀφαιρεῖσθαι, MS. ἀφαιρετά habet. ſed legendum puto ἀφαίρετα· quod ſane apud *Platonem* in eodem Politico extat, paulo longius a fine, ſi modo is locus, quem *Pollux* reſpexit: μετὰ δὲ τοῦτο λείπεται ξυμμεμιγμένα τὰ ξυγγενῆ τοῦ χρυσοῦ, τίμια καὶ πυρὶ μόνον ἀφαίρετα, χαλκὸς καὶ ἄργυρος. Poſt hoc ἀφαιρετά, ut ſcribendum duco, MS. ita: συγκριτικὸς, καὶ συγκριτικῶς, συγκρῖναι &c. quæ modo ſupra vulgo: hic vero mehercle non inepte reponantur cum MS. Jung.

48 Συμπλέξαι] Pro συμπλέξαι C. A. συμπλῆξαι. Kühn.

49 Προβληματουργική] Προβληματουργικὴ ars eſt, quæ προβλήματα, *veſtes* ſc. *arma*, *domos* & alia quibus munimur adverſus aëris injuriam, & vim externam, efficere ſolet. *Plato dialogo laudato*. διακριτικὴ & συγκριτικὴ facit hic *phyſicam* vel *artificialem conjunctionem* vel *ſeparationem*. Kühn.

Προβληματουργική] *Plato* Politico, unde hæc fere deſumpta dixi. Jung.

50 Προβληματουργικὸς &c.] Non habet C. A. nec παραπετάσματα, nec ὁπλίσματα, nec quæ recenſentur poſt ὑποστεγάσματα uſque ad τρητά. habet tamen *Plato* in Politico pag. 125. quæ ibi videantur. ipſe enim melius quam *Interpres* iſta explicat. Kühn.

51 Παρασκεπάσματα &c.] Deſunt in MS. παρασκεπάσματα & ὁπλίσματα. cetera hoc ordine MS. παραπετάσματα, στεγάσμ. ὑποστεγάσμ. deeſt iterum dein ἀμφιέσμ. cum tribus ſequentibus φράγμ. περικ. ὑποπετάσματα. Sunt autem iſta omnia ex *Platonis* Politico, unde totum locum quamvis prolixiorem adſcribo, ut in rem præſentem ire poſſis: ἔστι τοίνυν πάντα ἡμῖν ὁπόσα δημιουργοῦμεν καὶ κτώμεθα, τὰ μὲν ἕνεκα τοῦ ποιεῖν τι, τὰ δὲ τοῦ μὴ πάσχειν ἀμυντήρια· καὶ τῶν ἀμυντηρίων τὰ μὲν ἀλεξιφάρμακα καὶ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα, τὰ δὲ προβλήματα· τῶν δ᾽ αὖ γε προβλημάτων τὰ μὲν πρὸς τὸν πόλεμον ὁπλίσματα, τὰ δὲ φράγματα· καὶ τῶν φραγμάτων τὰ μὲν παραπετάσματα, τὰ δὲ πρὸς χειμῶνας καὶ καύματα ἀλεξιτήρια· τῶν δὲ ἀλεξιτηρίων τὰ μὲν στεγάσματα, τὰ δὲ σκεπάσματα· καὶ τῶν σκεπασμάτων, ὑποπετάσματα

τα, ὑπεστεγάσματα, ἀμφιέσματα, φράγματα, περικαλύμματα, ὑποπετάσματα. [52] Τρητὰ, ἄτρητα, σύνθετα, σύνδετα, [53] νεύρινα, τρίχινα, [54] περιβολὴ, [55] ὑποβολὴ, ἐπιβολὴ, ἱματουργικὴ, [56] πιλητικὴ, [57] τρῆσις, ῥαφὴ, [58] ὁλοσχίστων δερματουργικὴ, [59] ῥευμάτων σταλ-

ta, præmunitiones, contegumenta, & contextus. Perforata, non perforata, compoſita, colligata, nervoſa, piloſa. Circuitus, inſidiæ, irruptio. Veſtiaria, potatoria,, perforatio, ſutela, tunica inconſutilis. Corii adminiſtratio, pel-

μὲν ἄλλα, περικαλύμματα δὲ ἕτερα· τῶν περικαλυμμάτων δὲ, τὰ μὲν ὁλόσχιστα, σύνθετα δὲ ἕτερα· τῶν δὲ συνθέτων τὰ μὲν τρητὰ, τὰ δὲ ἄνευ τρήσεως ξύνδετα· καὶ τῶν ἀτρήτων τὰ μὲν νεύρινα φυτῶν ἐκ γῆς, τὰ δὲ τρίχινα· τῶν δὲ τριχίνων τὰ μὲν ὕδατι καὶ γῇ κολλητὰ, τὰ δὲ αὐτὰ αὐτοῖς σύνδετα. τούτοισι δὴ τοῖς ἐκ τῶν αὐτῶν συνδουμένοις ἐργασθεῖσιν ἀμυντηρίοις καὶ σκεπάσμασι, τὸ μὲν ὄνομα ἱμάτια ἐκαλέσαμεν· τὴν δὲ τῶν ἱματίων &c. quæ ſtatim ad vocabulum ἱματουργικὴ reddam. ſic autem τέμνων μέρη μερῶν exſequitur ibi τὴν ὑφαντικὴν *Plato.* Vides autem in *Polluce* noſtro omiſſam vocem σκεπάσματα, vel a librario potius: *Pollucem* enim tam illam, quam στεγάσματα poſuiſſe credo. ἀμφιέσματα habes apud *Platonem* inferius: καὶ ἔπειτα ἄλλα ὄργανα τῆς περὶ τὰ ἀμφιέσματα γενέσεως κοινωνεῖ. JUNG.

Παρασκεπάσματα &c.] In recenſendis hiſce *Pollucem* ſequtum crediderim ordinem a *Platone* obſervatum, prout in ſequentibus facit: ſed librariorum ſeu incuria ſeu licentia, quæ amat eſſe maxima, illum vario modo interpolavit, quin etiam quibuſdam vocabulis auxit, quæ apud *Platonem* non apparent, ut παρασκεπάσματα, ὑποστεγάσματα &c. pro qua tamen poſteriori voce lubens reſtituerim ὑποπετάσματα, quibus nimirum εἰς τὴν ὑποβολὴν utebantur, ea conditione ut inferius mox deleatur.

52 Τρητὰ] *Calicem diatretum* habet *ICtus* ad *legem Aquiliam.* ubi etiam *margaritas extricatas* legimus, id eſt, *nondum lineæ inſertas*, ita enim quaſi intricatæ fiunt. ex quo colligitur, quod ſint ἄτρητοι, *nondum perforatæ*, ut eorum uſus ſit in *linea. Plato* l. c. τῶν περικαλυμμάτων τὰ μὲν ὁλόσχιστα, σύνθετα δὲ ἕτερα· τῶν δὲ συνθέτων τὰ μὲν τρητὰ, τὰ δὲ ἄνευ τρήσεως ξύνδετα &c. ex quo loco patet hic legendum ξύνδετα. KÜHN.

53 Νεύρινα, τρίχινα] *Plato* νεύρινα vocat, *tegumenta linea & ſpartea*. *linum* enim & *ſpartum* φυτῶν νεῦρα, *plantarum nervos* appellat. τρίχινα fiunt ex pilis, ut τὰ συμπεπιλημένα, *coactilia. Salm.* leg. τρύχινα, & ad νεύρινα monet, *hinc veſtem neurinam dici in Cypriani Cœna Domini.* KÜHN.

54 Περιβολὴ] C. A. ἱματουργικὴ στρατικὴ ἐπιθυματουργία &c. KÜHN.

55 Ὑποβολὴ] *Plato*, τὴν τῶν στρωμάτων σύνθεσιν περιβολῇ χωρίζοντες καὶ ὑποβολῇ. exinde C. V. ἱματουργικὴ, & ita etiam *Plato.* KÜHN.

Ὑποβολὴ] In MS. deſunt ὑποβολὴ, ἐπιβολὴ, & πινιτικὴ, τρῆσις, cum ῥ. ὁ. χ. δ. δ. στ. Pro ἱματιουργικὴ vero, MS. habet ἱματουργική· recte. Ita enim in *Platonis* Politico: τὴν δὲ ἱματίων μάλιστα ἐπιμελουμένην τέχνην, ὥσπερ τότε τὴν τῆς πόλεως πολιτικὴν εἴπομεν, οὕτω καὶ νῦν ταύτην προσείπωμεν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἱματουργικήν. Ceterum περιβολὴν & ὑποβολὴν eodem loco *Platonis* mox ſubjecta habes: τὴν τῶν στρωμάτων σύνθεσιν περιβολῇ χωρίζοντες καὶ ὑποβολῇ. ſane ſi hæc omnia plenius intelligere vis, ille ipſe dialogus *Platonis* tibi percurrendus eſt. nos ſparſim aliquid inde, ubi feſtinantibus videtur, & paſſim inſerimus, præſertim ad loca quædam reſtituenda. Ut ſtatim illa vulgata πινιτικὴ, quam cum ſuis ſequentibus in MS. omiſſam dixi. legendum enim πιλητική. unde ſupra Segm. 171. πιλητικῆς in *Polluce*: &, vel valde fallor, etiam hæc ipſa πιλητικὴ, pro πιλωτικὴ ibi reponenda, ut recte ibi *H. Stephano* viſum fuit. Nondum tamen hic vulgata adhuc ſana, ſed adhuc monſtroſum vitium alunt in ὅλος χιτὼν, legendum enim ὁλόσχιστα, ut in præcedenti loco *Platonis* habuiſti. Sic itaque vulgata reſtitue mecum: ἱματουργικὴ, πιλητικὴ, τρῆσις, ῥαφὴ, ὁλοσχίστων (ita enim minimum abibimus a vulgata ſcriptura, vix literam addentes: nec aliter ſcripſiſſe etiam *Pollucem* putamus) δερματουργική. Et ne vel tantillum dubites, en ex eodem *Platonis* dialogo, unde hæc *Neſter* deſcripſit: καὶ μὴν τὴν ἐκ τῶν λίνων καὶ σπάρτων, καὶ πάντων ὅσα φυτῶν ἄρτι νεῦρα κατὰ λόγον εἴπομεν δημιουργίαν, πᾶσαν ἀφείλομεν. τήν τ' αὖ πιλητικὴν ἀφωρισάμεθα, καὶ τὴν τρήσει καὶ ῥαφῇ χρωμένην σύνθεσιν, ἧς ἡ πλείστη σκυτοτομική. Et: καὶ τοίνυν τὴν τῶν ὁλοσχίστων σκεπασμάτων θεραπείαν δερματουργικήν, &c. JUNG.

56 Πινιτικὴ] Leg. πηνητική· apud *Platonem* corruptius, πολιτικὴ pag. 125. *ars panicularia* quæ glomum ſubteminis radio textorio involvit. vid. *Salm.* in *Capitolini Pertinacem* cap. 8. KÜHN.

Πινιτικὴ] De hac voce emendanda deliberantem me in dubium *Commentatores* noſtri trahunt: Præſtantiſſ. *Kühnius* πηνητικὴν reſtituebat in textu; & certe nihil in MSS. familiarius uſu venit, quam literarum ι & η confuſio ex recentiorum *Græcorum* pronunciatione orta. ſed alia omnia ſuadent *Plato* & Codex *Falckenburgii*, in quibus utriſque eſt πιλητικὴ, quod mihi vocis his auctoribus tuto reponere liceat: & *Jungermannum* noſtrum habeo adſtipulantem. At vero *Kuhnius* non tantum apud *Pollucem*, ſed & apud *Platonem* eo loco, ex quo emendationi noſtræ auctoritatem petimus, πηνητικὴν reſtituere conatur: ſequatur eruditiſſimi viri emendationem, qui volet: nobis tamen illius nulla conſtat ratio; quin potius receptam lectionem pluribus adſeri poſſe putamus.

57 Τρῆσις, ῥαφὴ] *Plato*: τήν τ' αὖ πηνητικὴν ἀφωρισάμεθα, καὶ τὴν τρήσει καὶ ῥαφῇ χρωμένην σύνθεσιν, *compoſitionem ſutoriam & ſartoriam*, ut quæ utuntur τρήσει & ῥαφῇ. KÜHN.

58 Ὅλος χιτών.] *Interpr. tunica inconſutilis*, quaſi hic agatur de tunica ἀῤῥαφῳ, qualis illa Salvatoris noſtri. verum enim vero, quicunque *Platonem* ſaltem inſpexerit, facile deprehendet vitium textus: καὶ τοίνυν, inquit *Plato*, τὴν τῶν ὁλοσχίστων σκεπασμάτων θεραπείαν δερματουργικὴν, ſcil. ἀφωρισάμεθα. unde h. l. legendum, ὁλοσχίστων δερματουργικὴ, *tegumentorum illorum*, quæ ὁλόσχιστα, id eſt, ſciſſa in ſolidas, ſimplices & bene magnas partes, dicuntur, & *ars conficiendis pellibus inventa.* Ita & *Salmaſius* legit. σύνθετα, *quæ ex multis diverſis minutisque componuntur partibus*, opponuntur ὁλοσχίστοις. poſt ῥαφὴ eſſe debet punctum. KÜHN.

Ὅλος χιτών. δερματ.] Ὁλοσχίστων δερματουργικὴν in textum recepi, abolita, quæ poſt ὅλος χιτὼν in prior. erat edit. minoris diſtinctionis nota.

59 Δερμάτων σταλτικὴ] Lege iterum ex *Platone*, ῥευμάτων στεκτικὴ a στέγω. verba *Platonis* ſunt: καὶ τὰς τῶν στεγασμάτων, ὅσαι τε ἐν οἰκοδομικῇ καὶ ὅλῃ τεκτονικῇ καὶ ἄλλαις τέχναις ῥευμάτων στεκτικαὶ γίνονται. quamvis vox σταλτικὴ a στέλλω non male etiam quadraverit, *quæ enim pluviam arcent*, aut alia incommoda ex τοῦ περιέχοντος prohibent, recte etiam σταλτικὰ ῥευμάτων dixeris. στατικὴν habet *Plato* in *Charmide*. C. A. male στρατικὴ. KÜHN.

Δερμάτων σταλτικὴ] MS. δερμάτων, στατικὴ, ἐπιθυματουργία. omiſſis σταλτικὴ & ἐπιθυματικὴ. Ego ſane non libenter quid calide velim. ſed quid ſi tamen

lium conſtrictio. Ponderativa, operculorum confectio. • Opera conglutinata, compactoria, armorum confectio. Incantatoria, vindicativa, tempeſtatis concitatrix. Tinctoria, tinctores, fullonaria. Textores, texta, tela, plica- 209

τικὴ, στατικὴ, [60] ἐπιθηματικὴ, καὶ ἐπιθηματουργία. • [61] Διακωλυτικὰ ἔργα, γομφωτικὴ, 209
[62] ὁπλοποιητικὴ, [63] μαγγανευτικὴ, [64] ἀμυντικὴ χειμῶνος, ἐργαστικὴ, [65] ξαντικὴ, ξάντης, [66] κναφευτικὴ, ὑφάντης, ὑφάσματα, ὑφὴ, πλυν-

Pollux ſcripſerit ῥευμάτων στεκτικὴ, ἐπιθ. quæ ſane ob inſolentiam eo corrupta magis fuere. In *Platone* enim ſtatim poſt modo allatum locum, vocabulo ἐπιθηματουργικὴν hæc adnectuntur: καὶ τὰς τῶν στεγασμάτων, ὅσαι τε ἐν οἰκοδομικῇ καὶ ὅλῃ τεκτονικῇ, καὶ ἐν ἄλλαις τέχναις, ῥευμάτων στεκτικαὶ γίγνονται, συμπάσας ἀφέλωμεν· ὅσαι (addo reliqua, ne ita particulatim dein ſcindenda) τε περὶ τὰς πλοκὰς καὶ τὰς βίᾳ πράξεις διακωλυτικὰ ἔργα παρέχονται τέχναι φραγμάτων· περί τε γένεσιν ἐπιθηματουργίας οὖσαι, καὶ τὰς τῶν θυρωμάτων πήξεις, γομφωτικῆς ἀπονεμηθεῖσαι μόρια τέχνης· τήν τε ὁπλοποιητικὴν ἀπετεμόμεθα, μεγάλης καὶ παντοίας τῆς προβληματουργικῆς τμῆμα οὖσαν δυνάμεως· καὶ δὴ καὶ τὴν μαγευτικὴν τὴν περὶ τὰ ἀλεξιφάρμακα κατ' ἀρχὰς εὐθὺς διωρισάμεθα ξύμπασαν, καὶ λελοίπαμεν, ὡς δόξαιμεν ἄν, αὐτὴν τὴν ζητηθεῖσαν ἀμυντικὴν χειμώνων, ἐρίου προβλήματος ἐργαστικὴν, ὄνομα δὲ ὑφαντικὴν λεχθεῖσαν. Unde itaque in vulgatis jam ſecure emenda ἐπιθηματικὴ & ἐπιθηματουργία, quod poſtremum ita & MS. noſter habet, & loco præcedenti *Plato*. στατικὴν hic puto a librario intruſam: nihil tamen adfirmo. de ea habuiſti ſupra libr. IV. cap. 24. nec illa ſe ὑφαντικῆς partibus hic apte immiſceat, nec *Platone* favente. JUNG.

Δερμάτων σταλτικὴ, στατικὴ] Corrupta plane lectio, in eaque retinenda pertinaces MSS. haud dubie tamen ῥευμάτων pro δερμάτων erit reponendum, vitiique origo a præcedenti voce manavit: σταλτικὴν retinui: legerit ita forſitan in *Platone Pollux*, nam ſenſui vox ſatisfacit. de στατικῇ deliberabunt eruditiores; ego cum acutiſſimo *Jungermanno* exturbandum cenſuero.

60 Ἐπιθυματικὴ] Leg. ἐπιθηματουργικὴ, uti C. V. ſtatim, ἐπιθηματουργία. περὶ γένεσιν ἐπιθηματουργίας, inquit *Plato*. dicitur autem ἐπιθηματουργικὴ, ars quæ conficit ἐπιθήματα, januas ſc. & tecta, parietes & alia operimenta. KÜHN.

Ἐπιθυματικὴ, καὶ ἐπιθυμ.] Præeuntem ſequuti Clar. *Kuhnium* in textu emendavimus ἐπιθηματικὴ & ἐπιθηματουργία.

61 Διακολλητικὰ ἔργα] MS. διακωλυτ. SEB.

Διακολλητικὰ ἔργα] C. V. recte διακωλυτικὰ, *Platone* ſuffragante. Idem l. c. γομφωτικὴ περὶ τὰς τῶν θυρωμάτων πήξεις verſatur. KÜHN.

Διακολλητικὰ ἔργα] MS. noſter & *Seberi*, διακωλυτικὰ ἔργα. quomodo jam reſtitues, quantum poteſt, niſi *Platonis* verbis præſcriptis non habes fidem etiam. JUNG.

Διακολλητικὰ ἔργα] Διακωλυτικὰ in textu a nobis eſt emendatum: mendæ cauſa fuit veterum ſcribendi conſuetudo vocalem longam haud raro reſolventium in brevem & ſequentem conſonam. illa ſcriptura in MSS. frequens. Διακωλυτικὰ autem ἔργα ſunt *hujuſmodi opera, quibus injuria aut aëris aliarumve rerum defenditur.*

62 Ὁπλοποιητικὴ] C. V. ὁπλοποιϊκὴ, & ita etiam in *Platone* legendum, qui habet ὁπλοποιητικήν. ita etiam in μαγευτικὴ corrigendus *Plato* ex *Noſtro*, qui recte μαγγανευτικὴ. KÜHN.

Ὁπλοποιητικὴ] MS. ὁπλοποιϊκή. Sed ὁπλοποιητικὴν in *Platonis* loco modo adſcripto habuiſti. JUNG.

Ὁπλοποιητικὴ] Ita & hæc vox apud *Platonem* extat, me quidem judice, recte, nec quicquam mutabis: habet eam *Ammonius* in *Ariſtot.* aliique: ſuperius Segm. 154. apud *Noſtrum* fuit, ὁπλοποιὸς, ὁπλοποιΐα.

63 Μαγγανευτικὴ] Μαγγανευτικὴ etiam in MS. ita eſt. *Plato*, ut vidiſti, μαγευτικὴν habet. Ego meum judicium non interpono: ſane tamen ſi recte capio, ait ſe ſtatim ab initio διωρίσασθαι τὴν μαγευτικὴν τὴν περὶ ἀλεξιφάρμακα. quæ ſupra, ubi ejus verba tibi dabamus, καὶ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα vocat: quæ μαγείας videntur fuiſſe. JUNG.

Μαγγανευτικὴ] Apud *Platonem* eſt μαγευτικὴ, quæ certe τῇ φαρμακευτικῇ aut eſt affinis aut eadem: μαγεύειν enim aliquando ſimpliciter *pharmaca miſcere* denotat, ac in bonam partem intelligitur: utra tamen lectio ſit præferenda non decerno, ſi quidem apud *Heſychium* legam, Μάγγανα, φάρμακα, unde μαγγανεύειν, & μαγγανευτικὴ eſt ἡ φαρμακευτική. ſed illam vocem μαγευτικὴ *Platoni* ſartam tectam malim, quam mutatam.

64 Ἀμυντικὴ,] Conjungendum cum ſequenti χειμῶνος. *Plato*: ἀμυντικὴν χειμώνων, ἐρίου προβλήματος ἐργαστικὴν, ὄνομα δὲ ὑφαντικὴν λεχθεῖσαν. qui locus ſimul indigitat, quid hic deſit textui, nempe προβλήματος vel στήμονος ἐργαστική. ſic integra ſibi conſtat oratio. *Interpr.* ridiculus eſt & hic & alibi. Supra aliquid de χειμάμυνα in fine cap. 13. lib. VII. *concitatrix tempeſtatis Interpretis* ablegauda eſt ad aniculas, quæ ita vulgo audiunt. KUHN.

Ἀμυντικὴ,] Ἀμυντικὴ, χειμῶνος ἐργαστική. ita ridicule hæc diſtincta & in MS. quum tamen ſit diſtinguendum, ἀμυντικὴ χειμῶνος, ἐργαστικὴ, ut in eo loco *Platonis* ſupra legere potes, niſi ut ibi ſupplendum inſuper ἐρίου προβλήματος ἐργαστική. ſed non eſt opus: & alia enim huic verbo addita apud eundem *Platonem* ibi, ut mox dicitur στήμονος ἐργαστική. & inferius etiam κρόκης. JUNG.

Ἀμυντικὴ, χειμῶνος ἐργ.] Eam in textum retuli auctore *Kühnio*, quæ jam comparet diſtinctionem: futilis erat vulgata prior. edit.

65 Ξαντικὴ] C. A. non habet, uti nec ξαντεῖς. C. V. ξαντικὴ ξάντης. quod firmat *Plato*. verbum enim eſt ξαίνειν, *carminare*, *carminator*, *carminatoria lana.* κναφευτικὴ, *fullonia.* KÜHN.

Ξαντικὴ] MS. ξαντικὴ, ξάντης. recte, non ut vulgo ξαντεῖς. *Plato* eodem Politico: ἢ τὴν ξαντικὴν τολμήσομεν ὑφαντικὴν, καὶ τὸν ξάντην ὡς ὄντα ὑφάντην καλεῖν; Οὐδαμῶς. JUNG.

Ξαντικὴ, ξαντεῖς,] Ξάντης emendatum eſt a nobis, & mox cum præſtantiſſimo *Kühnio* ὑφάντης· pr. enim ed. ὑφάντεις. Ita mox πλεκτικὴ erat in vulgatis, ſed Clariſſ. *Kuhnius* πλυντικὴν reſtituit, cumque nos ſumus ſequuti.

66 Κναφευτικὴ, ὑφάντεις &c.] C. V. ὑφάντης. *Plato* ὑφάντην. etiam *Salm.* leg. ὑφάντης. pro πλεκτικὴ C. A. leg. πληθυντική. leg. ex *Platone*, πλυντικὴ, *ars lavandi, miniſtra textoriæ.* KÜHN.

Κναφευτικὴ, ὑφάντεις &c.] MS. κναφευτικὴ, ὑφάντης, ὑφὴ, ὑφάσματα. omiſſo πλεκτική. Emenda itaque ὑφάντης in vulgatis, ubi ὑφάντεις, quod editio *Florentina* incorruptius retinuit, ὑφάντις habens. *Platonis* verba illud ajunt rectum: ὑφὴν, ὕφασμα habes ibidem: & cum κναφευτικῇ etiam junctam ἀκεστικήν. πλεκτικὴν, quam hic omittit MS. etiam ſupra Segm. 172. habes pariter ab MS. omiſſam. ſed ibi nollem: hic ſane recte omittit: non recte, & *Platonicum* vocabulum pro eo ſubſtituendum. πλυντικὴ enim hic emendandum ajo. quippe ita jungit has *Plato* ibidem: τῶν αἰτιῶν δὲ, πλυντικὴν μὲν καὶ ἀκεστικὴν, καὶ πᾶσαν τὴν περὶ ταῦτα θεραπευτικὴν, πολλῆς οὔσης τῆς κοσμητικῆς &c. πλεκτικὴ vero etſi antea Segm. 207. fuerit, ei tamen mox erit ſuus locus. JUNG.

τικὴ, θεραπευτικὴ, κοσμητικὴ, [67] προηκτικὴ, [68] νηστικὴ, [69] στρεπτικὴ, στρεπτικὸν, συμπλεκτικὸν, ἄστροφον, [70] κάταγμα, [71] στημονητικὴ, [72] κροκονητικὴ, [73] στημονονητικὴ, πλεκτικὴ, ἐμπλέξαι, νῆμα, εὐθυπλοκία. [74] χαλκοτυπικὴ, κεραμικὴ, [75] φλοιστικὴ, [76] φελλοὶ, βίβλοι, πρωτογονὲς,

toria. Famulatoria, ornatoria, conductoria. Ars nendi, ars flectendi, flexile, complicatum, rigidum, glomus. Staminis operatio, filatio, textio, formativa, implicare filum, complicandi facilitas. Æris formatio, figulina. Decorticatio, cortices, primogeniti,

67 Προηκτικὴ] Cum προηκτικὴ nullum ſuppeditet ſenſum, forte ποικιλτικὴ poſſet ſubſtitui. D. H. SEB.

Προηκτικὴ] Non habet C. A. nec *Plato*, niſi κερκιστικὴν inde feceris, vel ποιητικὴν, quam ita circumſcribit: πάντα τὰ περὶ τὴν ποίησιν αὐτὴν τῆς ἐσθῆτος ἃς λέγομεν μέρη &c. *Salm.* προϊκτικὴ, id eſt, *ars quæ conficit clypeos, galeas & alia quæ projicimus defendendi corporis cauſa.* KÜHN.

Προηκτικὴ] Προηκτικὴ in noſtro MS. omittitur, & forte recte. ſane hoc loco ποικιλτικὴ mihi nondum arridere poteſt, ſicut eruditiſſimus amicus conjiciebat. Apud *Platonem* ſane, ut hic, poſt κοσμητικὴν mox nominatur νηστική. Si quis tamen pro illo προηκτικὴ ex *Platone* quid aptius hic exſculpat, ei non refragabor. κερκιστικὴν *Plato* quoque nominat, quæ in *Polluce*, ut & ἀκεστικὴ non adparet, nec ille ſe adſtrinxit ſcilicet omnia velle adferre. JUNG.

Προηκτικὴ] Potueram malam vocem auctoritate MSS. deleſſe: ſed ſupereſſe ſum paſſus in acutiorum gratiam, qui forſitan aliquid ex ea, quod ad rem faciat, exſculpent: nobis ἀκεστικὴ non diſplicet.

68 Νηστρικὴ] Leg. ex *Platone*, νηστικὴ vel νητικὴ, στρεπτικὴ, στρεπτικόν. C. A. τρεπτικὸν, male. δοκεῖς γάρ μοι τὸ περὶ τὴν τοῦ στήμονος ἐργασίαν λέγειν στρεπτικόν; Οὐ μόνον γε, ἀλλὰ καὶ κρόκης· ἢ γένεσιν ἄστροφόν τινα αὐτῆς εὑρήσομεν; Οὐδαμῶς. inquit *Plato* l. c. KÜHN.

Νηστρικὴ] Ita etiam MS. Sed νηστικὴ malim, ut eſt apud *Platonem*: καὶ μὴν ξαντική γε καὶ νηστικὴ, καὶ πάντα αὖ τὰ περὶ τὴν ποίησιν αὐτὴν τῆς ἐσθῆτος &c. JUNG.

Νηστρικὴ] Auctore *Kuhnio* νηστικὴ reſtitui.

69 Στρεπτικὴ &c.] *Platonis verba*: καὶ λέγωμέν γε αὐτῆς (συγκριτικῆς) τὸ μὲν εἶναι στρεπτικὸν, τὸ δὲ συμπλεκτικόν. Et Socrates: δοκεῖς γάρ μοι τὸ περὶ τὴν τοῦ στήμονος ἐργασίαν λέγειν στρεπτικόν; reſpondetque alter: Οὐ μόνον γε, ἀλλὰ καὶ κρόκης· ἢ γένεσιν ἄστροφόν τινα αὐτῆς εὑρήσομεν; JUNG.

70 Κάταγμα] C. A. κράγμα· male. τῶν περὶ ξαντικὴν ἔργων μηκυνθὲν τε καὶ σχὸν πλάτος, λέγομεν εἶναι κάταγμά τι. *Plato.* Id eſt, *lanæ filum tractum, deductum*, μήρυγμα. KÜHN.

71 Στημονητικὴ] Στημονητικὴ, *ars netrix ſtaminis.* στήμονα φασὶ τὸ νῆμα. KÜHN.

Στημονητικὴ] MS. στημονικὴ, omiſſo κροκονον. cum verſu ſequenti, niſi quod νῆμα, ἔμπλεξα habet MS. quibus ſtatim ſubjicit εὐθυπλοκ. *H. Stephanus* ad vulgatum κροκονονητικὴ emendavit ad oram κροκονητική. *Platonis* verba ſunt: τῇ δὲ, τῶν περὶ ξαντικὴν ἔργων μηκυνθέν τε καὶ σχὸν πλάτος λέγομεν εἶναι κάταγμά τι. Et: τούτου δὴ τὸ μὲν ἀτράκτῳ τε στραφὲν καὶ στερεὸν νῆμα γενόμενον, στήμονα μὲν φασὶ τὸ νῆμα· τὴν δ' ἀπευθύνουσαν αὐτὸ τέχνην, εἶναι στημονικήν. Et: ὅσα δέ γε αὖ τὴν μὲν συστροφὴν χαύνην λαμβάνει, τῇ δὲ τοῦ στήμονος ἐμπλέξει, πρὸς τὴν τῆς γνάψεως ὁλκὴν ἐμμέτρως τὴν μαλακότητα ἴσχει, ταῦτ' ἄρα κρόκην μὲν τὰ νηθέντα, τὴν δὲ ἐπιτεταγμένην αὐτοῖς εἶναι τέχνην, κροκονητικὴν φῶμεν. quæ & ſupra ad cap. 10. attuli, dixique potius cum *Caſaubono* noſtro στημονονητικὴν legendum. An itaque *Pollucis* locus ita ſcribendus? κάταγμα, στημονονητικὴ, κροκονητικὴ, στήμονος ἐμπλέξει, νῆμα &c. ſed quid ſit vocabulo πλαστική? Et mehercle male fere ejus obliti ſumus. Hic enim nimirum illa πλεκτικὴ, quæ paulo ante vulgo erat, ubi πλυντικὴν repoſuimus, hic inquam πλεκτικὴ pro πλαστικὴ emendandum. Docuit nos id *Plato* in Politico, qui paulo ante allatis a me verbis paulo poſt hæc ſubjicit: τί δέ ποτε οὖν οὐκ εὐθὺς ἀπεκρινάμεθα πλεκτικὴν εἶναι κρόκης καὶ στήμονος ὑφαντικήν; Præceſſerunt autem iſta: τὸ γὰρ συγκριτικῆς τῆς ἐν ταλασιουργίᾳ μόριον, ὅταν εὐθυπλοκίᾳ κρόκης καὶ στήμονος ἀπεργάζηται πλέγμα, τὸ μὲν πλεχθὲν σύμπαν, ἐσθῆτα ἐρίαν· τὴν δ' ἐπὶ τούτῳ τέχνην οὖσαν, προσαγορεύομεν ὑφαντικήν. An itaque locus totus *Pollucis* ita reſcribendus? κάταγμα, στημονονητικὴ, κροκονητικὴ, πλεκτικὴ, νῆμα, ἔμπλεξις, εὐθυπλοκία &c. Eſt enim ἔμπλεξα in MS. JUNG.

Στημονητικὴ] Ego malim στημονικὴ, quod vocis eſt in *Platone*, nam mox στημονονητική.

72 * Κροκονονητικὴ] C. A. non habet uſque ad ἐμπλέξαι. *Plato* κροκονητικὴ, *ars quæ ſubtemen dirigit, netque.* quam etiam deſcribit ibidem Philoſophus. Deinde legerem ex eodem, πλεκτικὴ, ἐμπλέξει, νῆμα, εὐθυπλοκία, *ſtaminis plicatrix, implicatione, netum, directa complicatio.* πλαστικὴν laudat *Plato* lib. III. de LL. KÜHN.

* Κροκονονητικὴ] Delevi cum *Kuhnio* noſtro ſuperfluam ſyllabam νο, quæ forſitan ex ſequenti voce male adhæſerat. mox πλαστικὴ erat in vulgatis, ſed certo certius eſt legendum πλεκτική; id itaque repoſui in textu: præterea meliori diſtinctione locum inſignivi.

73 Στημονονητικὴ] *Plato* τέχνην κροκονητικὴν appellat in Politico, cui affinis, quæ ibidem στημονικὴ dicitur, vel potius στημονονητική. *Caſaub.* in *Jul. Capitol.* pag. 234. E *Luciano* dicas τέχνην τοῦ κλώθειν στήμονα. D. H. SEB.

74 Χαλκοτ. κεραμικὴ] *Ars fabri ærarii, figuli.* KÜHN.

Χαλκοτ. κεραμικὴ] *Plato* eodem dialogo, qui Πολιτικὸς inſcribitur, inferius: ὄχημα αὐτό που λεγόμενον, οὐ πάνυ πολιτικῆς ἔργον, ἀλλὰ μᾶλλον πολὺ τεκτονικῆς καὶ κεραμικῆς καὶ χαλκοτυπικῆς. JUNG.

75 Φλοιστικὴ] Φλοιστικὴ, *ars ex cortice & ſubere aliquid conficiendi, libros puta, tabellas ſcriptorias, veſtes* &c. C. A. φλοιστικὴ non habet. KÜHN.

Φλοιστικὴ] Deeſt φλοιστικὴ in MS. ſed non ideo deeſſe debet *Polluci* noſtro, qui ex eodem *Platone* decerpſit, cujus locum mox adſcribam. JUNG.

76 Φελλοὶ, πρωτόγ.] C. V. φελλοὶ βίβλοι, πρωτόγενες. C. A. φ. βίβλοι· *Plato* φελλῶν καὶ βίβλων καὶ δεσμῶν ἐργαστικαὶ παρέσχον δημιουργεῖν σύνθετα ἐκ μὴ συνθέτων. deinde: πᾶν τὸ πρωτογενὲς ἀνθρώποις κτῆμα καὶ ἀξύνθετον &c. *omne bonum nativum primogenium & ſimplex quod homo poſſidet.* *Salmaſ.* ex MSS. πρωτογενεῖς. KÜHN.

Φελλοὶ, πρωτόγ.] MS. auctius: φελλοὶ, βίβλοι, πρωτόγενες, ἀσυνθ. recte omnia, niſi quod πρωτογενὲς ſcribe. Verba *Platonis* ex laudato tam ſæpe Politico: χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, καὶ πάνθ' ὁπόσα μεταλλεύεται, καὶ ὅσα δρυοτομικὴ καὶ κουρὰ ξύμπαντα τέμνουσα παρέχει τεκτονικῇ καὶ πλεκτικῇ καὶ ἔτι φλοιστικῇ, φυτῶν τε καὶ ἐμψύχων δέρματα σωμάτων περιαιροῦσα σκυτοτομικὴ, καὶ ὅσαι περὶ τοιαῦτ' εἰσὶ τέχναι, καὶ φελλῶν καὶ βίβλων καὶ δεσμῶν ἐργαστικαὶ, παρέσχον δημιουργεῖν σύνθετα ἐκ μὴ συντιθεμένων εἴδη γενῶν· ἓν δὲ αὐτὸ προσαγορεύομεν πᾶν τὸ πρωτογενὲς ἀνθρώποις κτῆμα καὶ ἀξύνθετον, καὶ βασιλικῆς ἐπιστήμης οὐδαμῶς ἔργον ὄν. Sic itaque in *Polluce* noſtro ſupple & emenda: φλοιστικὴ, φελλοὶ, βίβλοι, πρωτογενὲς, ἀσύνθετον. JUNG.

Φελλοὶ, πρωτόγ.] Quid dubitamus voce βίβλοι *Pol-*

incompoſitum. Sculptoria ſigillorum, arborum ſectio, nutritoria, converſiva, paſtiva armentorum, armentorum tractatio. Subminiſtratoria, numularia, numularius, itinerarii. Omne præconum genus,
210 Interpretes. * Sacrificatoria, judicatoria, præfectura, præparatoria, præparatio, inſtructor. Equorum paſtio, adminiſtratoria. Talorum ludus, aleatoria, aleatorium,

ἀσύνθετον, [77] γλυπτικὴ σφραγίδων, δρυοτομικὴ, [78] τροφικὴ, [79] ἀγελαιοκομικὴ, ἀγελαιοτροφικὴ, [80] ὑπηρετικὴ, [81] ἀργυραμοιβικὴ, [82] ἀργυραμοιβὸς, [83] ἐμπορευτικοί. [84] κηρυκικὸν πᾶν γένος, ἑρμηνευταί. * [85] ἱερωτικὴ, 210
[86] κριτικὴ, ἐπιστατικὴ, σκευουργικὴ, [87] σκευουργία, σκευουργικός. [88] ἱπποφορβία, διακονικὴ, [89] πεττεία, [90] πεττικὴ, πεττικὸν,

lucem augere? conſentiunt MSS. noſtri omnes. Mox φωτόγονις pr. edit. male habebant.

77 Γλυπτικὴ] Γλυπτικὴν non ita invenio in *Platone* ibi, ſed hæc tantum: οἷον ἡ τοῦ νομίσματος ἰδέα, καὶ σφραγίδων καὶ παντὸς χαρακτῆρος. Jung.

78 Τροφικὴ, στροφικὴ] Leg. ex *Platone* τροφικὴ, ἀγελαιονομικὴ, ἀγελαιοτροφική. C. A. cum *Platone* leg. ἀγελαιοκομικὴ, nec habet τροφική. circumſcribit autem *Plato*: λεκτέον, ἔβδομον ὀνομάσαντας αὐτὸ ξύμπαν ἡμῶν εἶναι τροφόν. *Salm.* delet, ἀγελαιοτροφική. Kühn.

Τροφικὴ, στροφικὴ] Deeſt τροφικὴ in MS. nec id in *Platone* ibi adverto, apud quem iſta quidem de hoc genere lego: τὴν δὴ τῆς τροφῆς κτῆσιν, καὶ ὅσα εἰς τὸ σῶμα ξυγκαταμιγνύμενα ἑαυτῶν μέρεσι μέρη σώματος, εἰς τὸ θεραπεῦσαι τινὰ δύναμιν εἴληχε λεκτέον, ἔβδομον ὀνομάσαντας αὐτὸ ξύμπαν ἡμῶν εἶναι τροφόν· εἰ μή τι κάλλιον ἔχομεν ἄλλο θέσθαι. στροφικὴ etiam MS. de ea nihil habeo quod ex *Platone*, eo quidem loci, dicam. Jung.

Τροφικὴ,] Hæc vox pepererat aliam στροφικὴ, eaque extitit in prior. edit. at nos, præeunte Præſtantiſſ. *Kuhnio*, hunc abortum exterminavimus.

79 Ἀγελαιονομικὴ, ἀγελαιοτρ.] Pro ἀγελαιονομικὴ, MS. rectiſſime, ἀγελαιοκομικὴ, ut & *Plato*. ἀγελαιοστροφικὴ eſt omiſſa in MS. tu lege ἀγελαιοτροφική. nihil certius. ſæpius *Plato* eo dialogo: locum tantum unum & alterum adſcribo: ἡ πρότερον ἀγελαιοτροφικὴ, ait, διαμερισθεῖσα. Et ſupra: κατὰ ταῦτα καθάπερ ἔμπροσθεν διῃρούμεθα τὴν ἀγελαιοτροφικὴν, πεζοῖς τε καὶ ἀπτῆσι, καὶ ἀμίκτοις τε καὶ ἀκεράτοις, τοῖς αὐτοῖς ἂν που τούτοις διαιρούμενοι καὶ τὴν ἀγελαιοκομικήν. & paulo ante: καὶ ἄλλην δέ τινα ἀγελαιοκομικήν. Poſſet & quis ſuſpicari pro illis τροφικὴ & στροφικὴ alia deeſſe, quæ ſupra cum ἀγελαιοτροφικῇ *Plato* in iſto dialogo poſuerat, ut κοινοτροφικὴν, ut ζῳοτροφικήν. ſed alii hæc nobis dicent rectius: nec ego hic moror. Jung.

Ἀγελαιονομικὴ, ἀγελαιοτρ.] Ad normam MSS. emendavi in textu ἀγελαιοκομικὴ & ἀγελαιοτροφικὴ· utrique voci fidem conciliat ipſe *Plato*: in poſteriori *Kuhnii* præeuntis veſtigia ſum ſequtus.

80 Ὑπηρετικὴ] Ὑπηρετικὴ quoque omiſſa in MS. non recte. *Plato* ibidem: τῶν ἐλευθέρων ὅσοι τοῖς νῦν δὴ ῥηθεῖσιν εἰς ὑπηρετικὴν ἑκόντες αὐτοὺς τάττουσι. & inferius paulo: ἐν ὑπηρετικῇ μοίρᾳ τινί. Jung.

81 Ἀργυραμοιβικὴ] C. V. ἀργυραμοιβή. *Plato* ἀργυραμοιβοὺς καὶ ἐμπόρους &c. ἐμπορευτικῶν. *Salm.* modo ὑπηρετικὸν, dein mox ἐμπορευτικόν. Kühn.

Ἀργυραμοιβικὴ] Pro ἀργυραμοιβικὴ MS. habet ἀργυραμοιβή. neutrum invenio illo dialogo. ἀργυραμοιβικὴν alias & ſupra habuiſti Segm. 170. Jung.

82 Ἀργυραμοιβὸς] Ita & MS. forte ſcripſit ἀργυραμοιβοὶ, plurali quo cetera hic, & ut in *Platonis* loco ejuſdem Politici: οὓς ἀργυραμοιβούς τε καὶ ἐμπόρους, καὶ ναυκλήρους, καὶ καπήλους ἐπωνομάκαμεν. Jung.

83 Ἐμπορευτικοί.] MS. ἐμπορευτικὸν τὸ κηρυκτικὸν, πᾶν γένος ἑρμηνεύεται. mendoſe. Tu locum ita lege totum: ἐμπορευτικοί, κηρυκικὸν πᾶν γένος, ἑρμηνευταὶ &c. Nominat ἐμπορευτικοὺς ſtatim *Plato* poſt locum modo allatum, ita: τάχ᾽ ἂν ἴσως τῆς γε τῶν ἐμπορευτικῶν. Et pauciſſimis interjectis de κηρυκικῷ γένει, ait: ὧν τὸ κηρυκικὸν ἔθνος, ὅσοι τε περὶ γράμματα σοφοί. Et ſupra: οὐκ οὖν καὶ τὸ κηρυκικὸν φῦλον ἐπιταχθέν. ubi & ſtatim: εἰς ταὐτὸν μίξομεν βασιλικὴν ἑρμηνευτικῇ, κελευστικῇ, μαντικῇ, κηρυκικῇ. Sed ad locum, quem *Noſter* reſpexit, quique paulo in *Platone* ſequitur poſt illum, in quo ἐμπορευτικῶν mentio: εἰσὶ δέ εἰσι περὶ μαντικὴν ἔχοντες τινὸς ἐπιστήμης διακόνου μόριον· ἑρμηνευταὶ γάρ που νομίζονται παρὰ θεῶν ἀνθρώποις. Jung.

84 Κηρύκειον] MS. κηρυκτικὸν π. γ. Seb.

Κηρύκειον] C. A. κηρυκτικόν. C. V. & *Salm.* τὸ κηρυκτικόν. *Plato*, τὸ κηρυκικὸν ἔθνος &c. ἑρμηνευταί που νομίζονται παρὰ θεῶν ἀνθρώποις &c. Kühn.

Κηρύκειον &c.] Ea lectio, quæ in textu extat, ad *Kühnii* mentem a nobis eſt reſtituta: affinis eſt *Falckenburgiani* Codicis: τὸ κηρυκτικὸν πᾶν γένος, ſcribe, τὸ κηρυκικὸν, quod rectum.

85 Ἱερωτικὴ] Pro ἱερωτικὴ *Plato* leg. ἱερατικὴ, κριτικὴ, ἐπιστατικὴ, ſcil. ἐπιστήμη. *Platoni* eſt *ſcientia quæ aliis præſcribit facienda & alias omnes judicat.* σκευουργικὴ *ars eſt manuaria, intenta variæ ſupellectili conficiendæ.* σκευουργία, σκευουργικὸς non habet C. A. at *Plato* habet. Kühn.

Ἱερωτικὴ] Sic & MS. ſed malim ex *Platone* emendare ἱερατική. Verba illius ſunt dicto jam ſæpe dialogo: ὥστε περὶ μὲν Αἴγυπτον οὐδ᾽ ἔξεστι βασιλέα χωρὶς ἱερατικῆς ἄρχειν. Jung.

86 Κριτικὴ, &c.] *Plato* eodem dialogo inferius: τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν, τῶν ἐπιστημῶν εἶναί τινα ἔφαμεν, οἶμαι· καὶ τούτων γε οὐχ ἁπασῶν, ἀλλὰ κριτικὴν δήπου τινὰ καὶ ἐπιστατικὴν ἐκ τῶν ἄλλων προειλόμεθα· κἀκ τῆς ἐπιστατικῆς &c. Supra hanc vocavit ἐπιτακτικὴν aliquoties *Plato*, ut & in ea diviſione, quam illis verbis reſpexit: φέρε δὴ, ταύταιν ταῖν τέχναιν ἡμῖν τὸν βασιλικὸν ἐν ποτέρᾳ θετέον; ἆρ᾽ ἐν τῇ κριτικῇ, καθάπερ τινὰ θεατήν; ἢ μᾶλλον τῆς ἐπιτακτικῆς ὡς ὄντα αὐτὸν τέχνης θήσομεν, δεσπόζοντά γε; Jung.

87 Σκευουργία, &c.] Deſunt in MS. σκευουργία, σκευουργικός. Sed non probo. *Plato* inferius in Politico ſuo: καὶ τεκτονικῆς, καὶ ξυνόλης ὁποιασοῦν σκευουργίας, ἢ καὶ γεωργίας, καὶ τῆς περὶ τὰ φυτὰ ξυνόλης τέχνης. Jung.

88 Ἱπποφορβία] Ita & MS. & ſupra Segm. 185. Apud *Platonem* tamen poſt illa verba quæ adſcripſi proxime, continuo hæc ſequuntur: ἢ καί τινα ἱπποφορβίαν αὖ κατὰ συγγράμματα θεασαίμεθα γιγνομένην, ἢ σύμπασαν ἀγελαιοκομικὴν, ἢ (addo enim & hæc, propter ea quæ apud *Pollucem* ſequuntur) μαντικὴν, ἢ πᾶν ὅ, τι μέρος διακονικὴ περιείληφεν, ἢ πεττείαν, ἢ ξύμπασαν ἀριθμητικὴν ψιλὴν, εἴτε ἐπίπεδον, εἴτε ἐν βάθεσιν, εἴτε ἐν τάχεσιν οὖσάν που. In quo loco ἱπποφορβίαν habes: pro qua ἱπποφορβίαν e noſtro *Polluce* reponendam dubitare non poſſum. habuiſti vero ibi & διακονικήν. Jung.

89 Πεττεία] Deeſt πεττεία in MS. Sed in *Platonis* verbis eam videre potuiſti. Jung.

90 Πεττικὴ] C. A. πεττική. *aleatoria.* Kühn.

Πεττικὴ] Pro πεττικὴ, MS. πεττικὴ, ut nempe ſequens πεττικὸν ab eodem nomine deductum. Alias quis ſuſpicetur tamen πεττευτικὴ & πεττευτικὸν legendum. Illud enim ex *Platonis Phædro* adfertur, & πεττευτικὸς ex lib. I. & II. de Legibus. Jung.

Πεττικὴ] Clariſſ. *Kuhnius* πεττικὴ, quod probo.

[91] πειστική, πειστικὸν, [92] ἀρκτική, μισθαρνική, [93] ἀγκιστρεία, ἀγκιστρευτική, [94] ἁλιευτική, τριοδοντία, πληκτική, [95] πυριευτική, ἀσπαλιευτική, καὶ πολλὰ ἄλλα σὺν τούτοις ὀνόματα. Ὡς δὲ μηδὲ τῶν βιβλίων ἀμελεῖν δοκοῖμεν, εἴποις ἂν, [96] βίβλοι, βιβλίον, [97] βιβλάριον. παρὰ δὲ Ἀριστοφάνει, βιβλιδάριον. καὶ [98] χάρτας δὲ τοὺς γεγραμμένους Πλάτων εἴρηκεν ὁ Κωμικὸς,

Τὰ [99] γραμματεῖα, τούς τε χάρτας ἐκφέρων.

211 * ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων, [100] ἐπὶ ἀγράφου τὸ βιβλίον εἴρηκεν Ἡρόδοτος, εἰπὼν, Γράψας ἐν βιβλίῳ. καὶ βιβλιοπώλην μὲν παρὰ Ἀριστομένει εὑρήσεις ἐν [1] Γόησι. [2] βιβλιογράφον δὲ, παρὰ Κρατίνῳ

creditoria, creditorium. Venatoria, mercenaria; hami, hamatio, piſcatoria, tridentis uſus, plicatoria, piſcatio igne adminiſtrata, calamorum uſurpatio. & multa alia, his communia nomina. Ne vero libros negligere videamur, dices: libri, libellus, libellulus. Et apud Ariſtophanem, Codicillus. Et Chartas, pro ſcriptis dixit Plato Comicus:

Scripta, & chartas efferens.

* Contra vero de non ſcriptis, Libri nomine uſus eſt Herodotus, Libro inſcribens. Atque Bibliopolam, apud Ariſtomenem invenies in Luctibus, & Librorum Scriptorem. apud Cratinum in 211

91 Πιστική, πιστικὸν,] Pro πιστικὴ & πιστικὸν leg. πειστική, πειστικὸν, quæ *Plato* tribuit *Rhetoricæ*. C. A. non agnoſcit πιστικὸν uſque ad μισθαρνική. KÜHN.

Πιστική, πιστικὸν,] Deſunt in MS. πιστική, πιστικόν. Pro iis legendum puto πειστική, πειστικόν. *Plato* eodem Politico inferius: τίνι τὸ πειστικὸν οὖν ἀποδώσομεν ἐπιστήμῃ πλήθους τε καὶ ὄχλου. & ſtatim: τῇ τῆς πειστικῆς ἀρχούσῃ καὶ λεκτικῆς. JUNG.

Πιστική, πιστικὸν,] Perpetuus errorum fons recentiorum *Græcorum* pronunciandi modus: ſæpius de ea re monui: iterum in hiſce eſt exemplum: legendum enim πειστική, πειστικόν· ea *Græci* ſequioris ævi efferunt tanquam ſi πιστική &c. ſcriptum eſſet.

92 Ἀρκτική] C. V. ἀρυτική. ſed nolim τὸ ἀρκτικὴ mutare, quia hac voce innuitur *ſcientia quæ πειστικῇ & λεκτικῇ leges præſcribit*. KÜHN.

Ἀρκτική] Pro ἀρκτική, MS. ἀρυτική habet, omiſſo μισθαρνική. Et ἀρκτική ſane neſcio quid cum ἄρκτῳ vel urſo homonymiæ habet. Alterum ἀρυτική, an rectum, & ubi in *Platone*, ſino indicare alios. μισθαρνική cum multis aliis, quæ *Noſter* inſuper habet, extat in *Platonis Sophiſta*, ubi & ſequentia piſcatoria pleraque, quæ & ſupra Segm. 139. &c. in *Polluce* noſtro, ubi locos *Platonis* indicavi. JUNG.

93 Ἀγκιστρεία] E MS. prior. edit. ἀγγίστρια, ἀγγιστρευτική. SEB.

Ἀγκιστρεία] C. A. ἀγκιστρία. de hac & ſequent. jam dictum aliquid ad lib. I. c. 9. ſect. 6. KÜHN.

Ἀγκιστρεία] Pro ἀγκιστρ. MS. hoc ordine & ita: ἀγκιστρευτική, ἀγκιστρία, ut etiam ſupra Segm. 139. hoc alterum ſcribebat. ſed ἀγκιστρείας ex *Platone* de Legibus attuli ſupra. JUNG.

Ἀγκιστρεία &c.] Priores *Seberianæ* editiones: ἀγγιστρία, ἀγγιστρευτική, quod vitii *Kuhnius* emaculaverat ad oram edit. *Baſileenſis*.

94 Ἁλιευτική] Omiſſa in MS. ἁλιευτ. & τριοδ. ſunt. non vero & πληκτική, quod eodem modo in MS. Sed falſo: & illud vocabulum nobis hac pagina ſat negotii faceſſit. emenda ſecure πληκτική, ut ſupra Segm. 139. recte tam vulgati quam MS. habebant. Extat in hac re piſcatorum apud *Platonem* in Sophiſta non ſemel, ut ſupra ad *Pollucem* docui. JUNG.

Ἁλιευτική &c.] Mox πληκτική vulgo legebatur: ego πληκτικὴν emendavi cum *Kühnio* noſtro.

95 Πυριευτική] Sic & ſupra Segm. 139. Apud *Platonem* eſſe πυρευτικὴν ſupra quoque monui. Gaudeo me enataſſe fere hoc mendorum mare. JUNG.

96 Βίβλοι, βιβλίον] Abeſt a C. A. KÜHN.

Βίβλοι, βιβλίον] MS. βύβλοι, βιβλίον. JUNG.

Βίβλοι, &c.] Paulo ante pro, ὡς δὲ μὴ δὲ cum Clar. *Kühnio* reſtitui μηδὲ, junctis particulis. Mox pro βιβλάριον *Kuhnius* noſter βιβλιάριον, & inde eſt βιβλιαρίδιον· ſed nihil muto, nam a βιβλάριον eſt βιβλαρίδιον *Apoc.* X. v. 2.

97 Βιβλάριον] Abeſt a C. A. βιβλάριον. dein C. V. Ἀριστοφάνους δὲ κυβλιδάριον. male. KÜHN.

Βιβλάριον] Omiſſum eſt βιβλάριον in MS. iſque deinde ita habet: παρὰ δὲ Ἀριστοφάνους καὶ βυβλιδάριον. JUNG.

98 Χάρτας] Χάρτης legitur etiam in ſacris, ut *Jer.* XXXVI. 23. & 2 *Johan.* 12. SEB.

Χάρτας] Vid. *Salm.* de *modo Uſurarum* pag. 401. & *Menag.* ad *Laërt.* lib. III. Segm. 61. KÜHN.

99 Γραμματεῖα] *Tabulas ceræ inductas* intelligit *Salmaſ.* l. c. KÜHN.

100 Ἐπὶ ἀγράφου &c.] *De non ſcripto.* C. A. ἐπὶ ἀγράφῳ. C. V. ἐπιγράφου. *Herod.* in *Thalia*: γράψας ἐς βιβλίον, τάδε ἐπέστειλε ἐς Σάμον. cætera quæ ſequuntur non extant in C. A. KÜHN.

Ἐπὶ ἀγράφου &c.]. His verbis in MS. clauditur, & ſubjicitur, τέλος τοῦ ζ βιβλίου. In cæteris itaque nihil nos juvat. Sed de *Herodoti* hoc loco, anquirendum ubi in noſtro Hiſtorico extet. An hic *Clione* cap. 125. de *Cyro*? γράψας ἐς βιβλίον τὰ ἐβούλετο. Sed ita apud noſtrum *Pollucem* pro ἐν βιβλίῳ, quod & MS. habet, ſcribendum fuerit ἐς βιβλίον. vix enim puto eum reſpexiſſe ad paulo præcedentem in eadem prima *Muſa* locum de *Harpago* cap. 123. ἐπιθεὶς βιβλίον, τά οἱ ἐδόκεε ἐγγράψας. JUNG.

Ἐπὶ ἀγράφου &c.] Diſtinguunt *Grammatici* inter βύβλιον & βιβλίον, quorum prius ἐπὶ ἀγράφου dici affirmant, poſterius ἐπὶ γεγραμμένου· ſed hoc, per me licet, recenſeas inter Grammatica titivillitia.

1 Γόησι] Hujus fabulæ & *Athenæus* meminit. vide *Leopard.* VI. Emend. 20. & *Caſaubonum* noſtrum VII. *Athen.* 9. JUNG.

31 * Cratinus vero etiam Mendax teſtimonium dixit. Nomenque, ſycophanta, calumniator, obtrectator, falſa teſtatus, & falſis teſtimoniis utens. Tum & curioſus, & participia, pro nominibus. Et privatorum judiciorum nomina ſunt, actio

[79] ἐπαναγαγεῖν, [80] ἀπαγγεῖλαι. ἀποθέμενος, ἀπενεγκὼν, ἀπαγγείλας, ἀπενέγκας, [81] ἐπαναγαγὼν, ἐπενεγκάμενος, γραψάμενος. κοινῇ δὲ ταῦτα πάντα φαίης ἂν ἐγκλήματα.
30 * καὶ ὡς Πλάτων, ἐπικλήματα. καὶ ἐγκαλεῖν, καὶ ἐπικαλεῖν. [82] κατηγορία δ' ἂν εἴη [83] ταυτὸ τοῦτο, καὶ αἰτία. καὶ ὡς Πλάτων, αἰτιάσεις, καὶ διώξεις. κατηγορεῖν, αἰτιάσασθαι, διώκειν. καὶ εὐθύνειν δὲ, καὶ [84] εὐθύνας. τῶν δὲ ἐκ δικαστηρίου ὀνομάτων, καὶ τὸ συκοφαντεῖν, [85] ἐργολαβεῖν, ἐνεργολαβεῖν, ἐπηρεάζειν, ἐνεπηρεάζειν, καταψεύδεσθαι, καταψευδομαρτυρεῖν. [86] Δημοσθένης γὰρ ἔφη, [87] καταψευδομαρτυρεῖσθαι.
31 * [88] Ὑπερίδης δὲ, ἐπισυκοφαντεῖν ἔφη. καὶ τὸ πρᾶγμα, συκοφαντία, ἐπηρεασμὸς, ἐπήρεια, ψευδολογία, ψευδομαρτυρία. * Κρατῖνος δὲ, καὶ ψευδομαρτύριον εἴρηκε. καὶ τὸ ὄνομα, συκοφάντης, καὶ [89] ἐργολαβῶν, καὶ ἐπηρεάζων, καὶ ὁ τὰ ψευδῆ μαρτυρῶν, ἢ καταμαρτυρῶν, τάχα δὲ καὶ πολυπραγμονῶν, [90] ἀντὶ ὀνομάτων φαύλων ὄντων μετοχαί. Καὶ ἰδιωτικὰ μὲν δικῶν ὀνόματα, αἰ-

79 Ἐπαναγαγεῖν] Pro ἐπαναγαγεῖν MS. ἐπαγαγεῖν, ut & mox: ſed illud ἐπαγαγεῖν & ſupra fuit Segm. præc. ex MS. allatum. Nec id obſtat tamen, utrumque enim recte dicitur, ut ex loco *Demoſthenis* a *Budæo* allato ex ea περὶ στεφάνου cognoſcas licet: καὶ γραφὰς, εὐθύνας, ἐπαγγελίας ἐπαγόντων μοι. Jung.

80 Ἀπαγγεῖλαι] MS. ἐπαγγεῖλαι, non ἀπαγγεῖλαι· & mox omiſſo ἀπαγγείλας, ita MS. noſter: ἀπενέγκας, ἐπαγαγὼν, γραψάμενος, ἐπαγγείλας κοινῇ &c. omiſſo ἐπενεγκάμενος. Nec dubito quin verius illud ἐπαγγεῖλαι & ἐπαγγείλας in re judiciaria, quam vulgata. Vide *Budæum*. Et hinc ſane ἐπαγγελία· de qua *Harpocratio*: & *Noſter* infra Segm. 43 & 44. qui & Segm. 67. γραφὴν & ἐπαγγελίαν jungit. Jung.

81 Ἐπαναγαγὼν] Pro ἐπαναγ. MS. ἐπαγαγὼν· ut paulo ante ἐπαγαγεῖν habebat. Jung.

82 Κατηγορία δ' ἂν] MS. καὶ κατηγορία δ' ἂν &c. Jung.

83 Ταυτὸ τοῦτο, &c.] MS. ταυτὸν, τοῦτο καὶ αἰτία. Jung.

84 Εὐθύνας.] MS. εὐθυνα, ſine accentu, pro vulgato εὐθύνας, ut ſupra Segm. 21. Sed & hic vel εὐθύνας ſcribendum, vel vulgatum εὐθύνας retinendum putem: niſi aliter videatur viris doctis. Ceterum ubi αἰτιάσεις καὶ διώξεις ita apud *Platonem*, indicare mihi non in promptu. Alterum verbum quidem de militari perſecutione ſcio legiſſe lib. I. Νόμων· πολλαὶ γὰρ δὴ φυγαὶ καὶ διώξεις ἀτέκμαρτοι γεγόνασί τε καὶ ἔσονται. Jung.

85 Ἐργολαβεῖν] *Cauſas ſuſcipere agendas lucri gratia*, uti redemptores opera; *calumnias ſtruere*, *prævaricari*, &c. vid. ſupra VII, 183. Kühn.

Ἐργολαβεῖν] Supra VII, 182. Jung.

Ἐργολαβεῖν, &c.] Pertinet huc, quod eſt apud *Etymologum*: Ἐργολάβος, ὁ φλαύροις πράγμασι χρώμενος, παρὰ τοῖς ῥήτορσι. Ἐργολαβεῖν in ea, quam *Pollux* ait, notione eſt apud *Platonem*. Paulo poſt præſtantiſſimus *Falckenburgii* Codex locupletiorem nobis exhibet *Pollucem*, cujus nos præeuntis veſtigia ſequuti textui inſeruimus vocem ἐπήρεια, quam ſi hic non nominarit *Pollux* noſter, toto non nominaverit Onomaſtico, quod quidem minime credo: utuntur iſthac voce *Demoſthenes*, *Iſæus*, *Lyſias*, *Athenagoras*, aliique, quos ne nomino quidem.

86 Δημοσθένης] C. A. ὡς Δ. καταψευδομαρτυρεῖσθαι Ὑπερίδης δὲ ἐπὶ τοῦ συκοφαντεῖν ἔφη. de καταψευδομαρτυροῦμαι ſupra lib. VI. cap. 36. Kühn.

87 Καταψευδομαρτυρεῖσθαι.] Pro καταψευδομαρτυρεῖσθαι, MS. habet καταψευδομαρτυροῦμαι· & ſic reſtitue. Voluit *Noſter*, ut ſolet, id verbi adferre eo quo apud *Demoſthenem* reperitur modo. Eſt enim ille, credo, locus, quem & *Budæus* adfert ex ea κατὰ Μειδίου, καταψευδομαρτυροῦμαι τὰ τοιαῦτα. Et noſter *Pollux* pari modo jam ſupra attulit VI, 153. ne de MS. lectione dubites amplius. Jung.

Καταψευδομαρτυρεῖσθαι.] Καταψευδομαρτυρηθέντος apud *Demoſth.* ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου· Vid. *Harpocrat.* Mox ψευδομαρτυρία, unde ψευδομαρτυριῶν δίκη, quæ etiam ψευδομαρτύρων, apud *Iſæum* pro *Pyrrhi* ſorte, *actio, qua teſtes falſi teſtimonii convincuntur*, ac talis eſt illa *Demoſthenis* Oratio adverſus *Evergum* & *Mneſibulum*: ψευδομαρτυριῶντες, *falſa teſtantes* eſt apud *Iſæum*.

88 Ὑπερίδης] MS. Ὑπερείδης. Jung.

89 Ἐργολαβῶν] MS. ἐργολαβῶν, ἐπηρεάζων, ἀντὶ τῶν ὀνομάτων φαύλων ὄντων μετοχαί, καὶ ὁ τὰ &c. tota linea ut vides plenius, quæ in vulgatis mox ita, ἀντὶ ὀνομάτων μετοχαί: ſed hæ tres voces nunc in MS. deſunt. Jung.

90 Ἀντὶ ὀνομάτων μετοχαί.] Abſunt a C. A. ἀντὶ ὀνομάτων μετοχαί. Kühn.

Ἀντὶ ὀνομάτων μετοχαί.] Ego ex *Jungermanni* MS. inſerui φαύλων ὄντων, quæ addita plenum efficiunt vacillantem alias hujus loci ſenſum. *Falckenburgii* Codex integram lineam, qua vulgati ceterique MSS. carent, his verbis ſubjicit ita: λογογράφος, δικογράφος, καὶ παρ' Ὑπερίδῃ κακοπράγμων· quæ mihi, quin genuina *Pollucea* eſſe credam, nemo extorquebit; δικογράφον ſuperius quoque *Onomaſticographus* noſter habet lib. IV. Segm. 30. ibidemque eſt: κακοπράγμων, ὡς Ὑπερίδης ἔφη, quæ plane ſtabiliunt hanc Codicis *Falckenburgiani* non ſpernendam mantiſſam.

κίας, [91] κακηγορίας, [92] βλάβης, παρακαταθήκης, [93] ἀποπομπῆς. καὶ ὡς Λυσίας, ἀποπέμψεως, [94] κακώσεως, [95] κλοπῆς, [96] χρέους, συμβολαίων, συνθηκῶν παραβάσεως, [97] διαδικασίας, καὶ ἐπιδικασίας, μισθώσεως οἴκου, ἐπιτροπῆς, ἀχαριστίας, σίτου, καρποῦ, ἐνοικίου, [98] ἀδικίου, [99] φορᾶς ἀφανοῦς, μεθημερινῆς. [100] ἀμφισβητήσεως, [1] παρακαταβολὴ, διαμαρτυρία, [2] ἐπίσκηψις.

verberum, convicii, injuriarum, depoſiti, repudii. & Repulſionis, ſecundum Lyſiam, afflictionis, furti, debiti, contractus, pactorum transgreſſionis, reſtitutionis judicii, hæreditatis, domus locationis, tutelæ, ingratitudinis, frumenti, fructuum, mercedis domus, injuriæ, caſus clancularii, diei conſtituti transgreſſionis, controverſiæ. Stipulatio, proteſtatio, conſideratio.

91 Κατηγορίας] Leg. κακηγορίας. *Plato* lib. XI. εἰς δὴ περὶ κακουργίας ἔστω νόμος περὶ πάντας ὅδε, μηδένα κακηγορείτω μηδείς. &c. videtur etiam *Interpr.* ita legiſſe, dum vertit, *convitii.* Νόμον κακηγορίας vid. apud *Iſocrat.* contra *Lochitem*, & *Demoſth.* contra *Midiam*: δίκην τούτῳ λαχὼν ὕστερον τῆς κακηγορίας. KUHN.

Κατηγορίας] Sic & MS. ſed ego κακηγορίας reponendum credo. non enim hic de κατηγορίᾳ agitur, ſed de maledicentiæ crimine. MS. noſter in eo vocabulo peccat non raro, ut ſupra 3. & infra Segm. 80. pari mendo ſcatet. Lubet has privatas actiones ſub unum conſpectum ex *Sigonio*, cum eruditiſſ. illius viri interpretatione ſubjicere omnes, libr. III. de Rep. Athen. cap. 1. *Privatæ autem* (actiones) *fuerunt*, κακηγορία, αἰκία, βία, παροινία, βλάβη, κάκωσις, ἀποπομπὴ, κλοπὴ, παρακαταθήκη, χρέος, συμβόλαια, συνθῆκαι, εἰς δατητῶν αἵρεσιν, μίσθωσις οἴκου, ἐνοίκιον, σῖτος, καρπὸς, ἐξούλη, οὐσία, φορὰ ἀφανὴς, μεθημερινὴ, βεβαίωσις, εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν, ἐξαίρεσις, ἀποστάσιον, ἀπροστάσιον, ἐπιτροπὴ, κλῆρος, ψευδομαρτυρία & λιποματρύριον. Id eſt, *convicium, verberatio, vis, ebrietas, damnum, mala tractatio, repudium, furtum, depoſitum, debitum, commercia, pacta, diviſorum electio, domus locatio, inhabitatio, victus, fructus, dejectio, expertatio occulta, diurna, præſtita venditio, manifeſtatio, vindicatio, violatum patrocinium, neglectum patrocinium, tutela, hæreditas, falſum & deſertum teſtimonium.* Et de κακηγορίᾳ idem ibidem: Κακηγορίας *meminit* Iſocrates *in Oratione contra* Lochitam, *cum dixit, leges jubere, ut ſi quis in alterum non dicenda dixiſſet, quingentas drachmas deberet.* Vide ibidem & de αἰκίας, βλάβης, κακώσεως, & de cæteris: quando *Pollucem* noſtrum nominatim adducit vel illuſtrat, ſingulis locis indicabo. JUNG.

Κατηγορίας] Κακηγορίας præeunte Doctiſſ. *Kühnio* in textu exhibui.

92 Βλάβης.] *Damni dati*, in *Gloſſis* βασιλικῶν, *damni injuria.* KÜHN.

93 Ἀποπομπῆς.] *Divortii*, quamvis etiam in *Gloſſis*, *repudium* reddatur, id eſt, ἀπόπεμψις, recentiores tamen diſtinguunt inter διαζύγιον, *divortium*, & διαζύγιον, *repudium.* vid. *Gloſſas* Βασιλικῶν. ἀποπομπὴ dicitur *divortium, quo maritus uxorem domo ejicit.* ἀπόλειψις, *cum uxor a viro divortium facit.* KÜHN.

Ἀποπομπῆς.] Poſt ἀποπομπῆς pro puncto potius comma ſubſtitue. JUNG.

94 Κακώσεως] *Malæ tractationis*, quando uxor maritum accuſat, quod indignis modis ab eo tractetur. KÜHN.

Κακώσεως, κλοπῆς] Ita ταῖς ἰδιωτικαῖς δίκαις *Pollux* noſter δίκην κακώσεως & κλοπῆς accenſet, qua quidem in re falli eum putat *Cl. Salmaſius* de Modo Uſurar. pag. 130. ubi ex *Demoſthene*, & *Harpocratione* adſerit judicium hoc fuiſſe publicum. Mox pro συμβολαίου vulgato reſtitui συμβολαίων.

95 Κλοπῆς] C. A. κλοπῶν. dein ſine diſtinctione, ita & *Salmaſ.* συνθηκῶν παραβάσεως. διαδικασίας inter alia eſt *actio inſtituta de eo, uter duorum actor an reus muneribus publicis fungi magis ſit idoneus.* ἐπιδικασία, *petitio vendicans hæreditatem vel ex aſſe, vel ex parte aliqua.* μισθώσεως οἴκου, *locationis & conductionis domicilii.* ἐπιτροπῆς, *tutelæ male adminiſtratæ.* ἀχαριστίας, (C. A. autem habet eraſum ab initio) σίτου, alimentorum cauſa inſtituebatur actio ab uxore in maritum qui eam res ſuas ſibi habere juſſerat; καρποῦ, *vindicatio agri fructuumque perceptorum.* ἐνοικίου, *penſionis pro domo inhabitata.* ἀδικίου, *injuriarum.* vid. *Harpocr.* in h. v. KÜHN.

96 Χρέους, συμβολαίου] MS. χρέως, συμβολαίων. Et rectius συμβολαίων numero multitudinis, de quibus plura *Sigonius* libr. III. de Rep. Athen. cap. 1. Sic mox & συνθηκῶν. Emenda itaque συμβολαίων, pro vulgato συμβολαίου, MS. noſtro jubente. JUNG.

97 Διαδικασίας] MS. διαδικασία, ἐπιδικασία, μισθώσεως, οἴκου; quaſi diverſæ eſſent μισθώσεως, & οἴκου. Sed *Noſter* & ſupra VI, 178. μίσθωσις οἴκου. JUNG.

Διαδικασίας, καὶ ἐπιδικασίας] Utraque vox ſæpius repetitur in *Iſæi* Oratione ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου κλήρου. Vide & *Heſychium* in διαδικασία.

98 Ἀδικίου] Quid fuerit, indicat nobis *Harpocratio*: ἀδικίου· οἷον ἀδικήματος. ἔστι δὲ ὄνομα δίκης. ἀποτίνυται δὲ τοῦτο ἁπλοῦν, ἐὰν πρὸ τῆς ἐνάτης πρυτανείας ἀποδοθῇ· εἰ δὲ μὴ, διπλοῦν καταβάλλεται. quæ exſcripſit & *Suidas.* *Heſychius* ſaltem meminit: ἀδικίου, εἶδος δίκης Ἀθήνησι. *Etymologicon*: ἀδικίου, ὄνομα δίκης κατὰ τῶν ὅπωσοῦν ἀδικούντων. τῆς δὲ δίκης τὸ τίμημα, ἀργύριόν ἐστιν ἀποτινύμενον ἁπλοῦν. JUNG.

99 Φορᾶς ἀφανοῦς] *Actio in ſervos operarios*, qui non præſtabant domino φορὰν ἀφανοῦς. *penſionem*, mercedes de operis quæ erant ἀφανῆ, id eſt, *non incurrebant in oculos*, uti facultates & opes manifeſtæ. erat & φορὰ μεθημερινὴ, *mercedes diurnæ.* φορὰν illam *Gl.* appellant *laturam*, quia afferebatur domino a ſervis, vel conductor ferebat conductis operariis, dicitur & ἀποφορά. vid. *Thomæ Eclogas.* φορᾶς ἀφανοῦς accuſabantur etiam qui legebant opes ut inde nihil conferrent in functiones publicas. KÜHN.

100 Ἀμφισβητήσεως] MS. ἀμφισβήτησις, caſu recto, & recte. Sic & quæ ſequuntur: eaque ita ab iſto ἀμφισβήτησις incipiens *Noſter* ordine explicat. JUNG.

1 Παρακαταβολὴ] C. A. παρακαταβολῆς, διαμαρτυρίας, ἐπισκήψεως. ἀμφισβήτησις μὲν εἴ τις ἀντιλέγει, ὡς αὐτὸς δικαιότερος ὢν &c. omiſſis omnibus, quæ intercedunt in vulgatis. videtur huic loco gemina obrepſiſſe explicatio ἀμφισβητήσεως. KÜHN.

2 Ἐπίσκηψις.] E not. *Sylb.* pr. ed. ἐπίσκεψις. Sed mox tamen Segm. ſeq. ἐπισκῆψαι, & ἐπίσκημμαι, ſimiliterque & aliquanto inferius etiam ed. *H. Stephan.* probat inſuper τὸ η ex ordine etiam alphabetico apud *Heſychium.* SEB.

Conſideratio.] Pr. edit. ἐπίσκεψις. Mox Segm. ſeq. ἐπίσκηψις deſcribitur, quod ſit *actio illa judiciaria, qua teſti falſi teſtimonii crimen intendere inſiſtimus* &c. De ἐπισκήπτομαι quod Segm. 33. item Segm. 36 & 54. vid. *Bud.* Comm. Græc. l. col. 167. & ſeq. SEB. 2.

Ἐπίσκηψις.] Priores editiones ἐπίσκεψις. Sed ἐπίσκηψις clare MS. & *H. Stephanus* infra Segm. ſequenti, ita in ſuo Codice correxerat, ubi vulgo etiam ε erat. Probat id etiam præteritum ἐπίσκημμαι Segm. ſeq. nam ſi ab ἐπισκέπτομαι eſſet, credo *Iſæus* dixiſ-

32 * Controverſia quidem, cum quis controvertitur. Hæreditatis ſponſio, veluti ſine Filio decedente mortuo. Sponſio vero, cum quis contradicit, tanquam ipſi ad obtinendam hæreditatem, vel affinitatis, aut pactorum ratione ſit proximior: ſpondebat autem ſortis partem decimam, eam ſcilicet, ſi vinceretur, perſoluturus. Sed proteſtatio, cum quis ceu Filio ſuperſtite proteſtatur, hæreditatem eſſe controverſam.
33 * Conſideratio vero, cum quis proteſtationem hanc veluti falſam criſet ἐπίσκημμαι. ſic & *Demoſthenes* πρὸς Ἄφοβον· οὐδενὶ τῶν ψευδομαρτύρων ἐπισκημμένος. Recte itaque *Seberus* noſter edidit hic & infra. JUNG.

32 * [3] Ἀμφισβήτησις μὲν, ὅς τις [4] ἀμφισβητοῖ κλήρου [5] κατὰ γένος, ὡς οὐκ ὄντος υἱοῦ τῷ τεθνεῶτι. Παρακαταβολὴ δὲ, ὅς τις [6] ἀντιλέγοι, ὡς αὐτὸς δικαιότερος ὢν ἔχειν τὸν κλῆρον ἐξ ἀγχιστείας, ἢ διαθηκῶν. [7] παρακατέβαλε δὲ τῆς οὐσίας τὸ δέκατον, [8] ὡς προσεισοίσων, ἂν ἡττηθῇ. Διαμαρτυρία δὲ, [9] ὅς τις διαμαρτύροιτο μὴ ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον, ὡς ὄντος υἱοῦ. * [10] Ἐπί- 33
σκηψις δὲ, εἴ τις τὴν διαμαρτυρίαν ὡς ψευδῆ αἰ-

Ἐπίσκηψις.] *Iſæus*, οὐ γὰρ ἂν ἦσαν ψευδομαρτυριῶν ἐπισκήψεις· apud eundem alicubi ἐπισκήψασθαι eſt pro ἐπισκήψασθαι de ἀμφισβητήσει idem tibi videndus eſt: loquendi formula in nullo quam in hoc Oratore frequentior, ἀμφισβητεῖν κληρονομίας.

3 Ἀμφισβήτησις] Mutilus forſan hic aut corruptus locus. Vid. igitur *Suidam* in ἀμφισβητεῖν καὶ παρακαταβάλλειν, quæ verbis leguntur totidem in *Harpocrationis* Lexico; & huc lucem adferunt. D. H. SEB.

4 Ἀμφισβητεῖ] MS. ἀμφισβητοῖ, κλήρου κατὰ γένος, ὡς &c. Egregie noſter MS. ſic enim credo hunc locum jam reſtitutum: ἀμφισβήτησις μὲν ὅστις ἀμφισβητοῖ κλήρου κατὰ γένος, ὡς οὐκ ὄντος υἱοῦ τῷ τεθνεῶτι. Hanc δίκην, ait *Pollux*, habet ſcilicet, vel ea experiri licet, ſive ἀμφισβήτησις datur illi, qui contendit vel controvertitur de hæreditate mortui propinquitate, ut proximus vel agnatus vel συγγενὴς, ut *Harpocratio* ait, quod non ſuperſit filius defuncti. Ei ſimilis ſequens δίκη παρακαταβολή· quare conjungit *Harpocratio*, cujus verba, ut res omnis dilucidior fiat, adſcribo: ἀμφισβητεῖν καὶ παρακαταβάλλειν, οἱ τὸν κλῆρον ἐπιδικαζόμενοι ἀμφισβητεῖν, ἢ παρακαταβάλλειν λέγονται· οἱ μὲν φάσκοντες ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον, ὡς ὄντος παιδὸς τῷ τετελευτηκότι, ἢ γόνῳ, ἢ ποιήσει· οἱ δὲ, ὡς ἄπαιδος τελευτήσαντος, δικαιότερον λέγοντες ἔχειν αὐτοὺς τὸν κλῆρον λαβόντες· ἢ συγγενεῖς ὄντες, ἢ κατὰ διαθήκας κληρονόμοι· οὕτω Δημοσθένης, καὶ Ὑπερίδης περὶ τοῦ καταβάλλειν διεσάφησαν. Lego vero ibi περὶ τοῦ παρακαταβάλλειν διεσ. quomodo & apud *Suidam*, qui hæc more ſuo exſcripſit, emendandum eſt. Ad *Pollucem* itaque noſtrum. Ejus locus jam integer eſt, nec alia oratione in ſequentibus utitur, παρακαταβολὴ ὅστις ἀντιλέγοι. (ſic enim MS. modo optativo, ut & antea ἀμφισβητοῖ habebat) &: διαμαρτυρία, ὅστις διαμαρτύροιτο. quod perinde eſt ac mox dicit, εἴ τις αἰτιῷτο· ἀμφισβητεῖν κλήρου ἢ ἐπικλήρου & infra habes Segm. 62. JUNG.

5 Κατέγγυος] C. V. κατὰ γένος, *ſecundum genus*, propinquius ſcilicet, vel, ut ſequitur, ἐξ ἀγχιστείας, niſi prius cognationis lineam rectam, poſterius tantum affinitatem ſignificaverit, quod tamen non videtur: ἐκ γένους γὰρ ἡ ἀγχιστεία. KUHN.

Κατέγγυος] *Falckenburgii* Codex κατὰ γένος, atque ita duce *Kühnio* reſtitui: plura habet *Iſæus*, quæ hanc rem mire illuſtrant: illa colligere noſtri non eſt otii. Modo ἀμφισβητεῖ vulgati Codices habebant, & mox ἀντιλέγει.

6 Ἀντιλέγει] MS. ἀντιλέγοι, ut modo dixi: & ita emendandum. Vides vero *Pollucem* noſtrum diſtinguere, quæ *Harpocratio* ob exiguum diſcrimen confundit. Dicebatur vero παρακαταβολὴ potiſſimum a ſponſione, quod pecunia deponebatur, nempe decima pars bonorum puta, multa inferenda ei qui cauſa decidiſſet, ut mox habes. JUNG.

7 Παρακατέβαλε] C. A. παρακατέβαλε δὲ &c. C. V. προσεισοίσειν, leg. προσεισοίσων· *deponebat* autem *decimam partem facultatum, tanquam collaturus, ſi vinceretur.* victus enim mulctabatur pignore depoſito. KÜHN.

8 Ὡς προσοίσων, &c.] MS. ὡς προσεισοίσων, ἐὰν ἡττηθῇ. nec dubitabis mecum ita corrigere. προσεισφέρειν de inferenda multa hic aptius quam προσφέρειν· quaſi dicat, ultra id quod victus ſit judicio, inſuper pecuniam, quam ſpoſpondit, illaturus. Profecto MS. ſe egregie hic gerit, & politos ℈. *Cenſ.* etiam demeretur, quibus hæc quoque cognoſcere non videtur nullius momenti, quid nimirum forum *Græciæ* litigabat: nam illi qui ſaltem clamant cum ſuo vexillifero, *Græca* ſunt, legi non poſſunt, eos, vel nos, qui infra *Grammaticos* ab illis detrudimur, nequidem Latinum forum ſatis notum habere, perſæpe mihi notavi. Sed reſtituamus cum MS. noſtro alium ſtatim locum. JUNG.

Ὡς προσοίσων] Cum *Kühnio* noſtro reſtitui προσεισοίσων.

9 Ὅς τις διαμαρτύρ. &c.] C. A. ὡς εἴ τις διαμαρτύροιτο οὐκ ἐπίδικον, ſuperſcripto οὐκ. C. V. μὴ ἐπίδικον &c. quæ lectio omnino admittenda. hæreditas enim nullo jure peti poteſt, filio legitimo ſuperſtite, ab ipſis cognatis. KÜHN.

Ὡς τις διαμαρτύρ. &c.] MS. διαμαρτύροιτο μὴ ἐπίδικον &c. inſerta particula negativa: quæ male in vulgatis omiſſa. Laudat enim *Harpocratio* in διαμαρτυρία *Dinarchum*, ἐν τῇ διαμαρτυρίᾳ περὶ τοῦ μὴ ἐπίδικον εἶναι τὴν Ἀριστοφῶντος θυγατέρα. Ut omnia tibi clara, hæc ex *Budæi* Comm. ling. Græc. addo quoque: Locus *Iſæi* περὶ Φιλοκτήμονος κλήρου eſt initio orationis: λαχόντος δὲ τοῦ Χαιρεστράτου, κατὰ τὸν νόμον τοῦ κλήρου, ἐξῆν ἀμφισβητῆσαι τῶν Ἀθηναίων τῷ βουλομένῳ. &c. διεμαρτύρησεν Ἀνδροκλῆς οὑτοσὶ μὴ ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον, ἀποστερῶν τοῦτον τῆς ἀμφισβητήσεως &c. quæ *Budæus* ita exponit: *Cum enim Chareſtratus bonorum poſſeſſionem jure legitimo peteret, (erat enim teſtamento adoptatus) licebat cui viſum eſſet Athenienſi homini de hæreditate certare*, &c. *At hic Androcles conteſtari maluit, bonorum poſſeſſionem nullam eſſe, ut hujus actionem hac via excluderet. Ajebat enim filium naturalem legitimumque teſtatoris extare.* Unde vides ut hæ actiones omnes inter ſe quaſi connexæ fuerint, & altera alteram plerumque exceperit. JUNG.

Ὅς τις διαμαρτυρ. &c.] Subjecimus particulam μὴ, quam MSS. noſtri & Doctiſſ. *Kühnius* adſerunt: *Iſæus*: καὶ οὐκ ἂν διαμαρτυρῆσαι οὐκ ἐπίδικον τῷ Ἐνδίῳ τὸν ἐκείνης πατρῷον κλῆρον εἶναι.

10 Ἐπίσκηψις] Hoc & alia foro Attico propria vocabula erant in verſione Latina retinenda. explicatur enim h. l. quid ſit ἐπίσκηψις. exempla ἐπισκήψεως dabit *Iſæus* Orat. II. σκήπτεσθαι ſimplex ſignificat, *teſtimonio alicujus niti*. *Budæus* in Comment. L. G. & *Valeſius* in notis MSStis: *Demoſth.* ad *Phormionem*: σὺ δ' ἐπισκήπτῃ μάρτυρι αὐτῷ τῷ συναδικοῦντι· ubi *Valeſius* ex MSS. legit, σκήπτῃ, ut in fine ejuſdem Orationis. Λάμπις, ᾧ οὗτος σκήπτεται· *Lampis, cujus teſtimonio hic nititur.* compoſitum ἐπισκήπτομαι ibidem uſurpatur hoc modo: εἰ μὲν ἡ μαρτυρία ἡ τοῦ Λάμ-

τιῷτο. Ἰσαῖος δὲ, καὶ [11] τὸ ἐπὶ φόνῳ προειπεῖν, εἰς ἄρειον πάγον ἐπισκῆψαι ἔφη, Εἰς ἄρειον πάγον αὐτῷ ἐπέσκημμαι. [12] Ἀντιγραφὴ δὲ ἐκαλεῖτο ἐπὶ τῶν κατὰ γένος ἀμφισβητούντων. Τὰς δὲ ἐπὶ τῷ σίτῳ δίκας [13] ἐν Ὠ,δείῳ ἐδίκαζον. σῖτος δέ ἐστιν αἱ ὀφειλόμεναι τροφαί. ἦν δὲ δίκη καὶ [14] εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν καλουμένη, ὁπότε τὶς ἐγγυήσαιτο, [15] ἢ αὐτόν τινα, ἢ τὰ χρήματα, οἷον τὰ κλοπαῖα, ἃ καὶ κλέμματα, καὶ

minatur. Cæterum Iſæus, de cæde exordiis uti, In Areopagum * inſpicere dixit. In Areopagum ipſi * inſpexi. Verum recriminatio, dicitur de genere contendentium. Frumenti autem judicia * palam judicabant. Frumentum autem * dicebatur debitus alicubi cibus. Erat quoque judicium quoddam in manifeſtorum conſtitutionem vocatum, cum quis ſpondebat aut ſeipſum, aut res ipſas: utpote furta, quæ & furata, &

πίδος κατεβάλλετο ἐνταῦθα, ἴσως ἂν ἔφασαν αὐτοί, δίκαιον εἶναι, ἐπισκήπτεσθαί με ἐκείνῳ; *me illum in jus vocare falſi teſtimonii nomine.* KÜHN.

Ἐπίσκηψις] Ἐπίσκηψις etiam MS. noſter, & ita *H. Stephanus* repoſuerat pro vulgato antea ἐπίσκεψις. *Suidas*: ἐπίσκηψις, δίκη κατὰ τῶν ψευδομαρτυρησάντων. JUNG.

11 Τὸ ἐπὶ φόνῳ &c.] C. A. τῷ ἐπὶ φόνῳ προειπεῖν, ὡς ἄρειον πάγον ἔφη αὐτῷ ἐπίσκημμαι. C. V. καὶ τῷ ἐπιφόνῳ, τῷ pro τινὶ, & *aliquem cædis accuſare*, vel, *in jus vocare cædis nomine apud Areopagitas* vocavit *Iſæus*, ὡς A. π. α. ε. adeoque ἐπίσκημμαι non tantum adhibetur de falſi teſtimonii reo ejuſque delatione, verum etiam de homicidæ accuſatione. *Meurſ.* in *Areopago* cap. 7. circa finem abutitur hoc *Iſæi* loco. KÜHN.

Τὸ ἐπὶ φόνῳ &c.] MS. ita: καὶ τῷ ἐπὶ φόνῳ προειπεῖν εἰς ἄρειον πάγον ἐπίσκημμαι· interjectis omiſſis, in quibus antea male ἐπισκέψαι legebatur, etiam ab *H. Stephano* correctum ſuo in Codice. Et apud *Heſychium* quoque adhuc id verbum menda occupant. Habes enim: ἐπισκεπτέτω, ἐπιμεμφέσθω. emenda cum *Sylburgio* ἐπισκηπτέτω, quod & ſeries literarum docet. Subjiciuntur enim iſta his: ἐπισκήπτει, σημειοῦται, μέμφεται. mox: ἐπισκεψάμενος, ἐπισημειωσάμενος apud eundem *Heſychium*, ubi pariter emenda cum *Sylburgio* ἐπισκηψάμενος· quod explicat vero per ἐπισημειωσάμενος, id ſimile eſt ei, quod ante fuit, ἐπισκήπτει, σημειοῦται. Sed ad *Pollucem* noſtrum. Ille hujus ἐπισκήψεως ἐπὶ φόνῳ etiam meminit infra Segm. 118. JUNG.

Τὸ ἐπὶ φόνῳ] Φώνῳ male edit. *Seberiana* priores.

12 Ἀντιγραφὴ] *Actio erat contra eos qui hæreditatem ſibi vindicabant ex jure cognationis proxima vel alio titulo*: quique inſtituit hanc actionem, dicitur ἀντιγράφεσθαι τὴν ἀμφισβήτησιν. *Harpocr.* voce ἀντιγραφὴ notat ſpeciatim ita dictam eſſe *actionem in hæreditatem vacuam*, qua ſibi vendicat illam propterea, quod liberi genuini non adſint, ideoque ſibi eam deberi κατὰ γένους δόσιν, quæ verba ultima ſe invicem deſtruunt: cui enim κατὰ γένος, *ex jure cognationis* competit hæreditas, ille per δόσιν eam non habet: & vice verſa, qui ut δόσει ſibi vindicat hæreditatem, non κατὰ γένος eandem petit; quid enim opus eſt δόσει, ubi ipſa lex liberis deficientibus dat hæreditatem cognatis proximis? ſcribendum itaque in *Harpocratione*, κατὰ γένος ἢ κατὰ δόσιν· ita *Demoſth.* Orat. II. contra *Stephanum*, εἴτε κατὰ δόσιν αὐτῷ προσήκει, εἴτε κατὰ γένος· & *Iſæus* Orat. de Hæredit. φιλοκτήμονος· τοῖς φύσει υἱέσιν (ita & συγγενέσι) αὐτοῦ οὐδεὶς οὐδὲν ἐν διαθήκῃ γράφει δόσιν οὐδεμίαν, διότι ὁ νόμος αὐτοῖς ἀποδίδωσι &c. KÜHN.

Ἀντιγραφὴ] MS. καὶ ἀντιγραφὴ &c. De ea *Harpocratio*: ἀντιγραφή· ἰδίως μὲν ἐπὶ ταῖς τῶν κλήρων διαδικασίαις ἀντιγραφὴ καλεῖται, ὅταν τις, ὡς ἄπαιδος ὄντος τοῦ τετελευτηκότος, ἑαυτῷ φάσκῃ προσήκειν τὸν κλῆρον κατὰ γένους δόσιν· κοινῶς δ' &c. *Sigonius* libr. III. de Rep. *Athen.* cap. 1. παρακαταβολὴν modo a *Polluce* dictam, hanc eandem dici quoque ἀντιγραφὴν ex his *Harpocrationis* verbis colligit. *Pollux* tamen noſter videtur aliquid diſcriminis ſtatuiſſe. JUNG.

13 Ἐνωδίῳ] Leg. ἐν Ὠιδείῳ. *Caſaub.* in *Theophr.* Charact. pag. 131. SEB.

Palam judicabant.] Ita redditum ἐνωδίῳ ἐδίκαζον. Sed legendum ἐν Ὠιδείῳ, in *Odeo*, quod *Plutarcho* auctore in *Pericle* fol. 115. τῇ ἐντὸς διαθέσει πολύεδρον καὶ πολύστυλον. Ibidem muſici aliique id genus in arte ſua ſe exercebant, & ſpectatores oblectabant, maxime ante extructum theatrum, ut annotat *Heſychius.* Sed & frumenta ibi ſolita vendi, & tempore caritatis pauperioribus dividi, ex *Demoſthenis* Oratione contra *Phormionem* didicimus: quare etiam controverſiæ omnes ad rem frumentariam, itemque ad debita quacunque ex cauſa alimenta pertinentes, ibidem diſceptabantur. *Iſ. Caſaub.* ad *Theophr.* Charact. pag. 131. SEB. 2.

Ἐνωδίῳ] C. A. ἐν ᾠδείῳ, *in Odeo. Ariſtoph.* Veſpis: οἱ δ' ἐν Ὠ,δείῳ δικάζουσ' -- ubi male *Scholiaſtes*, hæc non dici ex vero. male *Interpr. palam*, δημοσίᾳ. vid. *Suid.* in Ὠ,δεῖον. KÜHN.

Ἐνωδίῳ] Sic & MS. Error hic inde natus, quod hæc talia una voce in MS. plerumque ſcribuntur, præpoſitiones inquam adglutinantur ipſi caſui quem regunt: ut modo ἐπιφόνῳ & καταγένος in *Noſtro* erat. Legendum itaque ἐν Ὠ,δείῳ, imo ἐν Ὠ,δείῳ, ut *Caſaubonus* noſter hunc locum profert ad Charact. *Theophr.* περὶ ἀδολεσχ. cujus Comm. ibi vide, ſi hæc tibi planiora reddi velis. Vidit hanc lectionem veram & *Sigonius*; nam ita libr. IV. de Rep. *Athen.* cap. 3. ſcribit: *Odeum autem locus fuit in theatri ſimilitudinem a* Pericle *conſtructus: ita dictus, quod ibi Muſici Artifices inter ſe cantibus decertarent, ut* Plutarchus *ſcriptum reliquit. Quo eodem in loco cum farina dimetirentur, ut in Oratione ad* Phormionem *ſcribit* Demoſthenes, *factum eſt, ut Archon ibi forum habuerit, in quo cauſas de victu cognovit, quemadmodum* Suidas *&* Pollux *memoria prodiderunt.* JUNG.

Ἐνωδίῳ] Legis jam ex reſtitutione noſtra ἐν Ὠ,δείῳ, ita & *Kühnius* ad Codicis ſui oram.

14 Εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν] *Ad exhibendum. Iſæus* Orat. VI. φανερὰ τὰ ὄντα καταστήσας ἡμῖν· contrarium ἀποκρύπτεσθαι τὴν οὐσίαν, quod faciebant qui publicis oneribus defungi nolebant, paupertatem cauſati &c. KÜHN.

Εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν] *Lis erat, qua ob id intendebatur, ut ea de quibus eſſet controverſia, in apertum producerentur. cujus meminit* Demoſthenes *adverſus* Nicoſtratum: Idem *Sigonius*, nobis ad hunc librum ſæpius laudandus, lib. III. de Rep. *Athen.* c. 1. vide & *Harpocrationem* in εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν, qui ait ὄνομα δίκης eſſe ὑπὲρ τοῦ τὰ ἀμφισβητήσιμα ποιεῖσθαι (ſic epitome MS. & *Suidas*, pro nota illa in *Aldina* editione, quæ videtur εἶναι ſignificare) ἐν φανερῷ. &c. Noſtri *Pollucis* verba obſcuriora vel minus plena videntur. JUNG.

15 Ἢ αὐτόν τινα, ἢ τὰ χρήμ.] C. A. ἢ αὐτὸν ἢ τὰ χ. C. V. τῶν χρημάτων. KÜHN.

Ἢ αὐτόν τινα, ἢ τὰ χρήμ.] MS. ἢ τῶν χρημάτων, οἷον &c. JUNG.

34 furto ablata nominarunt. • Apud Pla-
tonem autem, Κλεμμάδια dicunt. So-
lon vero, rem furto ablatam, in Legi-
bus Κλέπος nominavit. Sed furem, eti-
am Furacem appellabis, ut Eupolis.
Pherecrates autem, Compilator dixit.
Cæterum confirmationis actio habetur,
cum quis domo aliqua, aut agro em-
pto, alio quodam controvertente, rem
omnem ad forum refert. hunc vero con-
firmare oportet; vel non confirmantem,
35 confirmationis reum eſſe. • Sed ſi is
qui ad forum refert, victus fuerit, res
de qua contenditur, Victoris fuerit: vi-
ctuſque precium ab eo, qui fefellit,

κλοπιμαῖα, [16] καὶ φώρια. • παρὰ δὲ Πλάτω- 34
νι, καὶ [17] κλεμμάδια. [18] Σόλων μέντοι τὸ κλέμ-
μα ἐν τοῖς νόμοις ὠνόμασε [19] κλέπος. τὸν δὲ κλέ-
πτην, εἴποις ἂν καὶ [20] κλεπτίστατον, ὡς Εὔπο-
λις. [21] Φερεκράτης δ' εἴρηκε καὶ κλεπτίδης. [22] Ἡ
δὲ βεβαιώσεως δίκη, [23] ὁπότ' ἂν [24] τὶς πριάμενος
οἰκίαν, ἢ χωρίον, ἀμφισβητοῦντός τινος, [25] ἀνά-
γῃ ἐπὶ τὸν πρατῆρα. τὸν δὲ προσήκει βεβαιοῦν,
ἢ μὴ βεβαιοῦντα ὑπεύθυνον εἶναι τῆς βεβαιώσεως.
• εἰ δὲ ὁ ἀνάγων ἐπὶ τὸν πρατῆρα ἡττηθείη, τὸ μὲν 35
ἀμφισβητηθὲν τοῦ κρατήσαντος ἐγίγνετο· ὁ δὲ
ἡττηθεὶς, τὴν τιμὴν [26] παρὰ τοῦ συκοφαντήσαντος

16 Καὶ φώρια.] MS. καὶ φωρία προσήκει καλεῖν· πασῶν δὲ &c. auctius. Et apud *Heſychium* etiam tali accentu φωρίον, κλέμμα καὶ θρόνου εἶδος. Sed *Suidas*, ut vulgati, φώρια, λαθραῖα, ληστήρια, ἢ κλοπιμαῖα πράγματα. Et: καὶ φωρία· ἐπὶ τῆς ληστείας ταῦτα εἴληπται. καὶ φώριον, τὸ κλέμμα. Notæ ſunt manuſcriptorum in ejuſmodi variationes & ἀμφοτερισμοί· retineamus itaque vulgatum, cum auctario MS. ſi lubet. JUNG.

Καὶ φώρια.] Locupletius *Falckenburgii* Codex, καὶ φώρια προσήκει καλεῖν· ſæpius ita loquitur *Pollux*. Κλέμματα frequens eſt apud *Platonem* de Leg. libr. IX. Apud *Heſychium* male eſt κλεμμάδιον, κλοπαῖον. Idem: Κλέπος, φώριον, κλέμμα. vid. *Suid.*

17 Κλεμμάδια.] Locum in *Platonis* libr. XII. de Legibus invenio talem: ἐάν τε τις κλεμμάδιον ὁτιοῦν ὑποδέχηται γιγνώσκων, τὴν αὐτὴν ὑπεχέτω δίκην τῷ κλέψαντι. An itaque *Noſter* κλεμμάδιον potius ſcripſit, vel debuit ſcribere? JUNG.

18 Σόλων μέντοι] C. A. μὲν omiſit. KÜHN.

Σόλων μέντοι] MS. Σόλων δὲ τὸ κλ. JUNG.

19 Κλέπος.] De hoc ita *Th. Marcilius* interpretament. leg. XII. tab. 56. extremum: *Ex fonte autem Attico, & hic rivulus Decemviris de furto manifeſto & nec manifeſto.* Solonis *nempe ea de re verbum* ἐπ' αὐτῷ φώρῳ, *aut* ἐπαυτοφώρῳ· *&* κλέπος *ibi fuiſſe, non* κλέμμα, Jul. Poll. *notat cap.* 1. *lib. VIII. Tamen etſi in* Demoſthenis *contra* Timocratem *lex* Solonia *dixit* κλέμμα. Sed *Pollux* noſter hoc ſerio egit ut talia verba excerperet: *Demoſthenem* vero illas leges patet interdum ſuo ſibi modo περιφράζεσθαι, & verbis uſitatis mutare, ſi quid fuerit nimis priſcum vel inſolens viſum. Potuit & *Solon* utroque vocabulo uſus eſſe in ſuis legibus. Adnotavit illud κλέπος & *Heſychius*, exponens φώριον, κλέμμα. JUNG.

20 Κλεπτίστατον] Sic & *Ariſtophan.* ſtatim initio, Πλούτῳ· τῶν ἐμῶν γὰρ οἰκετῶν πιστότατον ἡγοῦμαί σε καὶ κλεπτίστατον. JUNG.

Κλεπτίστατον] Non damno hanc vocem: interim *Falckenburgiani* Codicis lectionem præferre liceat, qui habet κλεπτίσκον· illaque vox ipſiſſimam mediam redolet comœdiam.

21 Φερεκ. δ. &c.] Κλεπίδης C. V. KÜHN.

Φερεκ. δ. &c.] MS. Φερεκράτης δὲ εἴρ. κ. κλεπίδης· quod conſiderandum an pro vulgato κλεπτίδης præſtet. JUNG.

22 Ἡ δὲ βεβαιώσεως &c.] Vide *Salmaſium* de Modo Uſurar. pag. 728.

23 Ὁπότε τις] MS. ὁπότ' ἂν τις πρ. De βεβαιώσεως δίκη vid. *Sigonium* libr. III. de Rep. *Athen.* cap. 1. JUNG.

24 Τὶς πριάμενος] MS. τις, rejecto accentu in præcedens ὁπότ' ἂν, ut dixi. JUNG.

25 Ἀνάγει] C. A. ἀπάγει ἐπὶ τὴν δίκην, omiſſo πρατῆρα, quod ſi addideris, plenus erit ſenſus, nempe *actio de præſtanda evictione, cum quis emit domum aut agrum, & de eo cum ſibi movetur controverſia, venditorem ducit in jus, ut vel auctoritatem, vel evictionem ſua ſponte præſtet, aut pronuncietur reus præſtandæ evictionis.* εἰ δὲ ὁ ἀπάγων ἐπὶ τὴν δίκην τὸν πρατῆρα &c. *ſi vero emptor, qui in jus iterum vocavit venditorem, cauſa ceciderit, evincentis quidem eſt res controverſa, victus tamen aufert ſolutum pretium iterum ab eo, qui per ſycophantiam vendiderat rem alienam.* KÜHN.

Ἀνάγει] MS. ἀνάγῃ. rectius: ut mox Segm. ſeq. ὅταν μαρτυρῇ, λέγῃ. JUNG.

Ἀνάγει] In textum retuli ἀνάγῃ ex *Jungermanni* MS. quod elegantius eſt ac melius, ut & ὁπότ' ἂν· eoque modo & *Harpocratio* in αὐτομαχεῖν· ἐάν τις εἰς πρατῆρα ἀνάγῃ. Illam vero C. A. lectionem ſciolus confinxit librarius, qui ſibi ſupra ſe ſapere fuit viſus; nimirum quam reperiebat non intellexit, adeoque id ſibi juris concedendum putavit, ut eam veram & concinnam in pejorem longe & ineptam mutaret: ſic certe ſolent hoc hominum genus, quo nihil eſt ad corrumpendos bonos auctores audacius, ita omnia involant, præcipue ſi quid Grammaticæ acceſſerit peritiæ, tum demum nil ſibi non licere opinantur, ac per hos eſt quod mutilos cogamur ac mendoſos legere ſcriptores veteres. Miror itaque *Kühnium* noſtrum laborare in adſignando hiſce verbis bono ſenſu, cum contraria plane dicant & veterum teſtimoniis & ipſius actionis naturæ, ſiquidem actio confirmandæ venditionis non competebat in venditorem niſi μὴ βεβαιοῦντα· prius itaque quam lis venditori poterat intendi, fieri debuit ἡ ἀναγωγὴ τοῦ ἀμφισβητοῦντος ἐπὶ τὸν πρατῆρα, ſeu repræſentari, qui controverſiam movebat, venditori; eſt itaque illud ἀπάγει &c. haud bonæ notæ.

26 Παρὰ τοῦ συκοφαντήσαντος] Pro συκοφαντήσαντος leg. *Salm.* αὐτὸ πράσαντος. KÜHN.

Παρὰ τοῦ συκοφαντήσαντος] *Cl. Salmaſio* refingi placet αὐτὸ πράσαντος, & ita quoque hunc locum legi jubet de Modo Uſurarum pag. 729. retinetur ab aliis ac commoda juvatur expoſitione vulgata lectio: vir eruditiſſimus *Jac. Mauſſacus* ad *Harpocrationem* pag. 136. poſitis his *Pollucis* noſtri verbis ſubjicit; *quæ referenda ſunt ad venditores fallaces:* a quo non abludit *Kuhnius* noſter, qui etiam apertius: *qui per ſycophantiam vendiderat rem alienam:* ut e. g. pignus, depoſitum, aliasve res quovis modo alteri obnoxias: neque vero ab hac expoſitione ipſius abhorream, ſiquidem συκοφαντεῖν dicatur, *qui ſubdole, dolove malo aliquid agit*: at vero mendi ſuſpicionem auget *Falckenburgii* Codex; in eo enim eſt pro συκοφαντήσαντος, συστήσαντος, quod non temere nec immerito meo quidem judicio contemnas: tu vero, lector erudite, arbitrabere. De βεβαιώσεως vero δίκῃ porro videndus tibi eſt vir prolixæ lectionis *Meurſius* Attic. Lect. lib. VI. c.

ἐκομίζετο. [27] Ἀποστασίου δὲ δίκη, κατὰ τῶν ἀφισταμένων ἀπελευθέρων. [28] Ἀπροστασίου δὲ, κατὰ τῶν [29] οὐ νεμόντων προστάτην μετοίκων. ἀλλ' αὐτὴ μὲν δημοσία, ὥσπερ καὶ ἡ τῆς ἐπιτροπῆς. ἐξῆν γὰρ τῷ βουλομένῳ [30] γράφεσθαι τὸν
36 ἐπίτροπον, ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων ὀρφανῶν. * Μαρτυρία δὲ καλεῖται, [31] ὅταν τὶς αὐτὸς [32] ἰδὼν [33] μαρτυρῇ. Ἐκμαρτυρία δὲ, ὅταν τὶς παρὰ τοῦ ἰδόντος [34] ἀκοῦσαι λέγῃ. [35] Κατὰ τῶν μὲν ψευδῆ μαρτυρούντων, δίκη ψευδομαρτυριῶν, ὃ καὶ

aufert. Defectionis porro judicium, de libertinis deficientibus. Sed immunitionis judicium, contra Inquilinos nullo Tutore utentes. hoc autem judicium publicum eſt: quemadmodum & tutelæ, quod huic concedebatur, qui Tutorem reum agere volebat, ob injuria affe-
ctos Clientes. * Teſtimonium præterea dicitur, cum quis oculatus Teſtis teſtatur. Conteſtatio, cum quis a vidente ſe audiviſſe dicit. Sed contra falſos Teſtes judicium extat: quod & falſum 36

70. ubi *Harpocrationem* emendat, eumque, ſed innominato auctore, ſecutus eſt laudato jam loco *Salmaſius.*

27 Ἀποστασίου δὲ δ.] De ἀποστασίου δίκῃ, & ἀπροστασίου, & μετοίκοις, vid. plura in *H. Stephani* Dialogo, qui inſcriptus ab eo *Dicæarchi ſympractor*, vel *de Græcorum moribus, præſertimque Athenienſium ſupplementum.* Breviter de utraque actione *Sigonius* lib. III. de Rep. *Athen.* c. 1. JUNG.

Ἀποστασίου δὲ δ.] De hac ſequentique actione, pluribuſque quæ hoc capite occurrunt aliis, diſſerit breviter *Joachim. Stephan.* de Juriſd. Vet. *Græc.* cap. 14 & 15. Videndus præterea *Harpocratio*, & ad eum quæ docte diſputat *Mauſſacus*, quem *Harpocrationis* locum ſimili plane modo, quo *Kuhnius* noſter emendaſſe reperies, & *Etymologus.*

28 Ἀπροστασίου] *Suid.* male ἀποστασίου, quæ erat longe alia actio. *Harpocrat.* melius in ἀποστασίου recenſet ex *Ariſtotele* δικάστασι (leg. δίκας τι) τοῦ ἀποστασίου καὶ προστασίου (leg. ἀπροστασίου) καὶ κλήρων καὶ ἐπικλήρων. *Demoſth.* ἀποστασίου γε καὶ ἀπροστασίου &c. KÜHN.

Ἀπροστασίου δὲ &c.] *Heſych.* Ἀπροστασίου δίκη, κατὰ τῶν προστάτην μὴ ἀπογραψαμένων μετοίκων. Habet & hanc vocem ac explicat *Harpocratio*, ex quo ſua deſcripſit *Etymologus*, plenius tamen aliquantulum ac ſignantius apud hunc reperies. Vide *Petit.* ad Leges Att. pag. 173 & 181. ubi *Petito* quidem pluſcula e *Mauſſaco* ſunt petita.

29 Οὐ νεμόντων] Οὐκ ἐχόντων C. A. ex correctione qua quidem opus non fuit. vid. *Suid.* in νέμειν προστάτην. *Gl.* προστάτης, *patronus*: προστασία, *patrocinium.* τὸ ἔχειν explicat hoc loco, quid ſit νέμειν π. KÜHN.

30 Γράφεσθαι] C. A. γράψασθαι· *licebat unicuique qui volebat, Tutorem reum facere pro pupillis injuria affectis.* Idem juris erat ei qui volebat uxoris κακουμένης cauſam ſuſcipere: *Iſæus* Orat. II. vid. *Harpocr.* in κακώσεως. JUNG.

31 Ὅταν τὶς] MS. ὅτ' ἂν τις. & eodem modo mox habet. KÜHN.

32 Ἰδὼν] C. A. εἰδὼν. male. KÜHN.

33 Μαρτυρῇ.] MS. μαρτυρεῖ. SEB.

34 Ἀκοῦσαι λέγῃ.] Melius C. A. ἀκούσας λέγῃ, *Iſæus*, ἀκοὴν μαρτυρῶν. vid. *Harpocrat.* in ἐκμαρτυρία. KÜHN.

Ἀκοῦσαι λέγῃ.] Ad marginem Codicis ſui Erudit. *Kühnius* ἀκούσας λέγῃ, qua quidem non eſt opus lectione, etenim vulgata eundem reddit ſenſum: de ἐκμαρτυρίᾳ ejuſque a μαρτυρίᾳ diverſitate dixit *Ammonius*, & ex eo *Thomas*, cum quibus *Harpocration* facit: *Polluci* noſtro μαρτυρία eſt *teſtis oculati teſtimonium*, ἐκμαρτυρία vero *teſtimonium, quo quis teſtatur, quæ ab homine, qui rem ipſus ſpectaverat, audiit*: & ita quoque *Etymologus*: at vero iſtis, quos dixi, auctoribus, μαρτυρία præſentis, ἐκμαρτυρία abſentis eſt teſtimonium: utrumque fuerit verum, & utramque notionem reperies apud Oratores & Rhetores.

35 Κατὰ τῶν μὲν] MS. κατὰ μὲν τῶν τὰ ψ. SEB.

Κατὰ τῶν μὲν] MS. καὶ κατὰ μὲν τῶν τὰ ψευδῆ μ. δ. ὃ καὶ ἐπισκήψασθαι ψευδομαρτυριῶν ἐλέγ. Et verbum quidem ἐπισκήψασθαι bene *Seberus* noſter edidit, quum priores editiones iterum illud mendoſum ἐπισκέψασθαι præferrent. Sed & cætera juxta MS. noſtrum, ut ex eo deſcripſi, emendanda vix dubito. Erat enim hæc ἐπίσκηψις, ut ſupra ex *Suida* dixi, δίκη κατὰ τῶν ψευδομαρτυρησάντων, apud *Budæum* Comm. Et de hoc verbo *Budæum* ex *Demoſthene* &c. latius videre potes: ubi ex *Demoſth.* κατὰ Εὐέργου· καὶ Θεόφημος αὐτοῖς ὡς ἀληθῆ μεμαρτυρηκόσιν οὐκ ἐπεσκήψατο, οὐδ' ἐπεξέρχεται τῶν ψευδομαρτυριῶν. Et ex *Platone* libr. XI. de Leg. ἐὰν ἐπισκηφθῇ τὰ ψευδῆ μαρτυρῆσαι &c. Sed eandem phraſin vis. En ubi primum mihi occurrit: *Demoſthenes* πρὸς Τιμόθεον περὶ χρέους· φοβούμενος, ἂν μὲν μαρτυρίαν παράσχηται, ὡς ἐλευθέρου ὄντος· μὴ ἐπισκηψάμενος ἐγὼ αὐτῷ τῶν ψευδομαρτυριῶν, καὶ ἐξελέγξας τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκότα Αἰσχρίωνα, ἐπὶ τὸν δὲ τῶν κακοτεχνιῶν ἔλθοιμι κατὰ τὸν νόμον. Idem contra *Evergum* & *Mneſib.* τῆτε ἐπισκήψει τῶν ψευδομαρτυριῶν. Et alter orator *Æſchines* contra *Timarch.* εἰ δὲ τὸν θεὸν μάρτυρα παρέχομαι, οὐ πιστεύσεις; ἢ οὐδὲ ψευδομαρτυριῶν θέμις ἐστὶν ἐπισκῆψαι; Et ut magis confirmentur quæ dixi, eandem lectionem ſcias me inveniſſe in obſervationibus *Schotti* noſtri, imo adhuc auctiorem. Ita enim ibi eſt ad hunc locum: κατὰ τῶν· *lege*: καὶ κατὰ μὲν τῶν τὰ ψευδῆ μαρτυρούντων, ψευδομαρτυριῶν δίκη, καὶ ἐπισκήψασθαι ψευδομαρτυριῶν ἐλέγετο. Et ſane ſic dicebatur iſta δίκη. *Iſæi* περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου locus a *Budæo* allatus: μελλόντων δ' ἡμῶν ἀντόμνυσθαι, διεμαρτύρησε Λεωχάρης οὑτοσὶ μὴ ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον ἡμῖν. ἐπισκηψαμένων δ' ἡμῶν, ἡ μὲν λῆξις τοῦ κλήρου διεγράφη, ἡ δὲ τῶν ψευδομαρτυριῶν δίκη εἰσῄει. *falſi judicium conſtitutum eſt*, ut *Budæus* interpretatur. Sic & non longe ab initio ὑπὲρ τοῦ Πύρρου κλήρου idem *Iſæus*: περὶ γὰρ αὐτοῦ τούτου διαμαρτυρήσας τὴν τῶν ψευδομαρτυριῶν δίκην ἠγωνίζετο. vid. & *Sigon.* lib. III. de Rep. *Athen.* cap. 1. Ut vero hic in vulgatis vox ψευδομαρτύριον mendum in fine alebat: ſic ſtatim aliud tale ſequitur mendum in parile voce. paulo enim poſt pro λειπομαρτύριον, legendum eſt ut MS. noſter habet, λειπομαρτυρίου· ſcilicet δίκη, ut infinita hic talia: facili errore ου in ον locus maculatus fuit. Nec aliter legiſſe puto *Sigonium*, quum ita ſcribat lib. III. de Rep. *Athen.* cap. 1. *Quin etiam tantam in hoc toto dicendi teſtimonii genere diligentiam poſuerunt, ut ſi quis de re, cui gerendæ affuiſſet, ſe teſtimonium dicturum profeſſus, fidem feſelliſſet, ei quoque*, Polluce *teſte*, λειπομαρτυρίου *litem intendi poſſe ſtatuerint.* JUNG.

Κατὰ τῶν μὲν ψευδῆ &c.] Cum *Kühnio* noſtro locupletiorem feci textum inſerendo poſt δίκη, ψευδομαρτυριῶν, quam eandem vocem reſtitui pro vulgato ἐπισκήψασθαι ψευδομαρτύριον· de ἐπισκήψει ſuperius. Καλῶς μοι δοκοῦσιν οἱ νόμοι ἔχειν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὑπόλειπον ἀγῶνα διδόντες ταῖς δίκαις τῶν ψευδομαρτυριῶν· ita *Demoſthenes*, ſeu quiſquis alius Orationis in *Evergum* eſt auctor: ibidem διώκειν ψευδομαρτυριῶν videndus dicto ſuperius loco *Joach. Stephanus.* Mox

teſtimonium * inquirere vocatur. Teſtimonii deſertio, de illis qui viderunt, & teſtaturos ſeſe polliciti ſunt, in ipſo autem actionis articulo teſtimonium denegant. Eum vero qui teſtimonium negabat, obteſtabantur, teſtimonii neceſſitatem proponentes.
37 * Cogebatur autem vel teſtari, vel ſe non vidiſſe jurare, aut non interfuiſſe, aut mille drachmas perſolvere. Obteſtari enim, eſt in teſtimonium vocare. Sed ἐκκλητεύεσθαι, eſt reum fieri de mille drachmarum perſolutione. Lyſias vero, Maleficii cauſam eſſe ait. Sunt præterea judicia convivalia, conviviorum lex, & Convivatorum communio. Erat porro in-

ἐπισκήψασθαι [36] ψευδομαρτυριῶν ἐλέγετο. Λειπομαρτυρίου δὲ, [37] κατὰ τῶν ἰδόντων μὲν, καὶ μαρτυρήσειν ὁμολογησάντων, ἐν δὲ τῷ καιρῷ τὴν μαρτυρίαν [38] ἐκλειπόντων. Τὸν δὲ οὐ βουλόμενον μαρτυρεῖν [39] ἐκλήτευον, ἀνάγκην τοῦ μαρτυρῆσαι προστιθέντες.
* ἔδει δὲ αὐτὸν ἢ μαρτυρεῖν, ἢ ἐξομόσασθαι, ὡς οὐκ εἰδείη, ἢ μὴ παρείη, [40] ἢ χιλίας ἀποτίνειν. [41] Κλητεύεσθαι μὲν οὖν ἐστι τὸ καλεῖσθαι εἰς μαρτυρίαν. [42] ἐκκλητεύεσθαι δὲ, τὸ δίκην ὀφείλειν, [43] ἐπὶ τῷ τὰς χιλίας καταβαλεῖν. Λυσίας δὲ [44] κακοτεχνίου δίκην φησὶν εἶναι. καὶ μὴν καὶ [45] ἐρανικαὶ δίκαι, καὶ νόμος ἐρανικὸς, καὶ [46] κοινὸν ἐρανιστῶν. [47] ἦν δέ τις καὶ 37

λειπομαρτυρίου cum *Jungermanno* noſtro reſtitui, vulgo erat λειπομαρτύριον. De κλητεύειν obiter *Poſtell.* de Rep. *Athen.* cap. 27.

36 Ψευδομαρτύριον] C. V. recte ψευδομαρτυριῶν, uti apud *Iſæum* Orat. II. ἀγὼν ψευδομαρτυριῶν· δίκη ψευδομαρτυριῶν, ὃ καὶ ἐπισκήψασθαι. C. A. male, ἐπισκέψασθαι. *Iſæus* Orat. II. non ſemel ἐπισκηψαμένου εἰσὶ ταῖς τούτου μαρτυρίαις. τῷ μεμαρτυρηκότι ἐπισκήψασθαι, *ob dictum falſum teſtimonium alicui litem denuntiare.* poſſet & legi ψευδομαρτυρίου. *Phavor.* ita legit: ἐκμ. ὅ. τ. π. τ. ἰ. ἀκούσας λέγη. Κατὰ τ. ψ. μ. ἐν δίκη, ὃ κ. ἐπισκήψ. ψ. λ. in voce ἐκμαρτυρία. KÜHN.

37 Κατὰ τῶν ἰδόντων] C. A. non habet κατά. ſolebant autem teſtes defugere teſtimonium, ſi reus potentior & factioſus eſſet, de quo conqueritur *Demoſth.* Orat. contra *Midiam.* KÜHN.

38 Ἐκλειπόντων.] MS. ἐκλιπόντων. JUNG.

39 Ἐκλήτευον] Κλητεύειν, *denunciare teſtimonium.* Reſpondet ei *anteſtari*, quo *Horatius* uſus Serm. I. Sat. 9. vid. *Budæi* Annot. poſt in *Pandectas* pag. 27. & *Gyrald.* dialogiſm. 9. SEB.

Ἐκλήτευον] Ἐκκλητεύειν eſt per præconem publice *citare, appellare, evocare teſtem* invitum. KÜHN.

40 Ἢ χιλίας ἀποτίνειν.] MSS. omittunt hæc verba. KÜHN.

Ἢ χιλίας ἀποτίνειν.] Deſunt in MS. ἢ χιλίας ἀποτίνειν. Sed id nimirum erat quod ſupra κεχιλιῶσθαι dicebat. Vide hæc, ut & quæ mox ſequuntur de ἐκκλητεύεσθαι, confirmantem igitur e priſcis oratoribus *Sigonium* lib. III. de Rep. *Athenienſ.* cap. 4. ubi de teſtimoniorum ratione diſſerit. Et *H. Stephanus* hic adnotavit. vide *Harpocr.* in κλητεύειν, vel potius in κλητεῦσαι· & hæc noſtri *Pollucis* etiam adeunda ait *Brodæus* VII. Miſcell. 7. ad illa *Æſchinis* contra *Timarch.* οὐδ' ἀπ' ἄλλου γινωσκόμενον ἐκκλητευθῆναι. & χιλίας δραχμὰς, *quibus*, ait, *mulctabatur qui teſtificari nollet.* Et *Th. Marcilius* interpretamento leg. XII. cap. 6. *quoi teſtimonium defugerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito.* ad *obvagulatum ito hoc*, ait, κλητεύειν *Athenis. Plane pleneque hoc* Jul. Pollux *cap.* 1. lib. VIII. JUNG.

41 Κλητεύεσθαι] Ἐκκλητεύεσθαι C. A. KÜHN.

42 Ἐκκλητεύεσθαι] C. A. ἐκκλητεύεσθαι. *Salm.* Cod. ἐκκλήτευεσθαι. KÜHN.

43 Ἐπὶ τὸ τὰς &c.] MS. ἐπὶ τῷ τάς. SEB.

Ἐπὶ τὸ τὰς &c.] C. V. ἐπὶ τῷ τ. χ. κ. KÜHN.

Ἐπὶ τὸ τὰς &c.] MS. ἐπὶ τῷ τὰς &c. ut & *Seberi* MS. recte, & ſic emenda: quamvis alias in iſta articulorum ſcriptura *Noſter* exerret non raro. hic perſpicue vero melius ἐπὶ τῷ, quam vulgatum ἐπὶ τό· *in quantum mille drachmas ſolvere cogitur.* JUNG.

Ἐπὶ τὸ] Reſtitui cum *Kühnio* ἐπὶ τῷ.

44 Κακοτεχνίου] *Harpocr.* κακοτεχνιῶν, δίκης ὄνομα. erat actio contra eum qui malis artibus & technis uſus fuerat in ſubornando teſte, *ſtellionatus*, &c. KÜHN.

Κακοτεχνίου] Apud *Harpocrationem* eſt: κακοτεχνιῶν δίκης ὄνομα, ἣν οἱ ἑλόντες τινὰ ψευδομαρτυριῶν κατὰ τοῦ παρασχομένου αὐτοῦ εἰσῆεσαν. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοθέου τίσεως, εἰ γνήσιος, καὶ ἐν τῷ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου. Sed non dubito quin κακοτεχνιῶν legendum, ut & apud *Suidam* remanſit, ut ita hæc δίκη οἱ κακοτεχνιῶν, quæ *Lyſiæ* κακοτεχνίου, dicta fuerit. Utraque Oratio *Demoſthenis* extat. In ea πρὸς Τιμόθεον περὶ χρέους, quam εἰ γνήσιος *Harpocratio* noſter dubitat, eſt; ἐπὶ τούτῳ τῶν κακοτεχνιῶν ἔλθοιμι κατὰ τὸν νόμον. Totum locum paulo ante attuli. Alter locus ex ea κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου ψευδομαρτυριῶν ſtatim initio Orationis extat: ἀλλ' ἐπισκηψάμενος ταῖς μαρτυρίαις ὁ ἀδικηθεὶς, καὶ εἰσελθὼν εἰς ὑμᾶς, καὶ ἐπιδείξας περὶ τοῦ πράγματος τοὺς μάρτυρας τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκότας, παρά τε τούτων δίκην λάβῃ, καὶ τὸν προβαλόμενον ὑπόδικον ἔχῃ τῶν κακοτεχνιῶν. JUNG.

Κακοτεχνίου] Ex quanam *Harpocrationis* editione illud κακοτεχνιῶν petierit *Jungermannus* noſter, equidem neſcio: certe antiquiſſima *Aldina* κακοτεχνιῶν habet.

45 Ἐρανικαὶ δίκαι] *Actiones de collatitia pecunia.* ἔρανος *Athenis* erat *privatus*, cui amicus amico indigenti ſubveniebat de ſuo, ea lege, ut, ſi res ita ferret, paria ſibi faceret: *publicus* autem erat, cum ſodalitates quædam coibant, & ſingulis menſibus certam pecuniam conferebant in commune, quæ ſodalitii neceſſitatibus vel gaudiis impendebatur. In eum qui plane non dabat ſuam portionem menſtruam pecuniæ, aut ſegnior erat in dando, lege agebat ſingulis menſibus eraniſtarum communitas. Ideoque *de peſſimo reliquatore & ære alieno obruto* dicebatur, ἐράνους λέλοιπε πλείστους καὶ ὑπερχρέως γέγονε, *quod moriens plurimos eranos reliquerit ſolvendos* &c. eo reſpexit *Gloſſar.* cum ait: ἔρανος, *ſtipes ſodalium.* quod immerito reprehendit *Petitus* in LL. *Atticas*, pag. 429. ubi *eranum privatum* cum *erano publico Societatis* perpetuo confundit. De quo *Valeſium* in *Mauſſac.* vide 515. KÜHN.

Ἐρανικαὶ δίκαι] Vid. de his *Caſaubon.* noſtrum ad *Theophr.* Charact. περὶ αὐθαδείας. JUNG.

46 Κοινὸν ἐρανιστῶν.] MS. καὶ κοινῶν ἐρανιστῶν. unde ſuſpicari quis poſſet legendum, κοινὸς ἐρανιστῶν, *particeps ejus Societatis*, idque firmare *Pollux* videtur Segm. 134. εἰ γὰρ κοινῶνες, ξυνοφῶντες ἰδίαν. ſed vulgatum tamen ego non ſolicitem: quod habet & infra Segm. 144. quamvis ibi MS. noſter λείπει. JUNG.

47 Ἦν δέ τις καὶ παράστασις] C. A. καὶ παράστασις ἦν τις πρ. παρ. infra Segm. 127. διάστασις, male. *Harpocrat.* drachmam eſſe ait ſolutam ab actore, cum actionis ſuæ formulam apud Judicem, vel judicii admiſſionalem profiteretur, unde apud *Iſæum* dicitur: οὔτε πρυτανεῖα, οὔτε παράστασις μηδεμία τίθεται τῶν εἰσαγ-

παράστασις, ἐπωβελία, [48] πρυτανεῖα, παρα-
38 καταβολή. * Τὰ μὲν πρυτανεῖα ὡρισμένα, [49] ὅ, τι ἔδει καταβαλεῖν πρὸ τῆς δίκης τὸν διώκοντα, καὶ τὸν διωκόμενον. εἰ δὲ μὴ, [50] διέγραφον τὴν δίκην οἱ εἰσαγωγεῖς. ὁ δὲ ἡττηθεὶς, ἀπεδίδου τὸ [51] παρ' ἀμφοτέρων δοθέν. ἐλάμβανον δὲ αὐτὸ οἱ δικασταί. [52] καὶ οἱ μὲν ἀπὸ ἑκατὸν δραχμῶν ἄχρι χιλίων δικαζόμενοι, τρεῖς δραχμὰς κατετίθεντο· οἱ δὲ ἀπὸ χιλίων [53] μέχρι μυρίων, τριάκοντα. οἱ δὲ οἴονται [54] πρυτανεῖα εἶναι, τὸ ἐπιδέκατον τοῦ τιμήματος· κατατίθεσθαι δ' αὐτὸ τοὺς γραψαμένους, ἐπὶ [55] μισθοδοσίᾳ τῶν δικαστῶν.
39 * [56] Παρακαταβολὴ δ' ἦν, ἐπὶ μὲν τῶν πρὸς τὸ

terceſſionis exhibitio, ſponſionis pecunia, & ſtipulatio. * Sponſionis autem pecunia, definita erat: quæ ante actionem ab Accuſatore, & Reo deponenda erat. quod ſi non fieret, actionem hanc Introductores cauſſarum delebant: victus vero, utrorumque depoſitum perſolvebat, eoque fruebantur Judices. Porro a centum drachmarum mulcta uſque ad mille damnati, tres drachmas deponebant: qui autem a mille uſque ad decem millia, triginta. Nonnulli tamen Prytaneam pecuniam, decimas mulctæ eſſe arbitrantur: & hanc a judicium ſubituris; 38
in Judicum mercedem deponi. * Stipulatio vero erat, eorum quidem qui de 39

γιλιῶν· nomen habet ἀπὸ τοῦ παραστήσασθαι εἰς κρίσιν, *a vocando, citando in judicium.* vid. *Suidam* in παραστησόμεθα. C. V. legit παράστασις, ἐπωβελία, πρυτανεῖα. KÜHN.

Ἦν δέ τις καὶ παράστασις] Poſt παράστασις, MS. noſter auctior: ἐπωβελία, πρυτανεῖα, παρακ. Et recte: ut prave id in vulgatis omiſſum; clarum enim ex ſequentibus, ubi ſigillatim hæc exponuntur. ſuppleamus itaque illud ἐπωβελία. Quod vero ad πρυτανεῖα, hic & mox MS. iterum πρυτανεία· ubi tamen illud ὡρισμένα adjectum, πρυτανεῖα vulgatum facile ſtabilit. Neſcio tamen an πρυτανεία prorſus rejicienda: nam & mox habes Segm. ſequ. πρυτανείας, etiam in MS. ubi tamen *Seberus* noſter in Notis ſuis legere vult πρυτανεῖα. Et ſane *Harpocratio* ait, τὸ ἀργύριον τοῦτο, ὅπερ κατετίθεσαν οἱ δικαζόμενοι ἀμφότεροι, eſſe καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις (*Iſocratem* enim adduxerat) Ἀττικοῖς τὰ πρυτανεῖα. Nil itaque in vulgatis temere mutandum cenſeo, dum certius aliquid habeamus: præſertim quum πρυτανεῖα in Atticis ſcriptoribus ubivis obvium ſit & frequens. alterum πρυτανεία de χρόνῳ τῆς πρυτανευούσης φυλῆς potius dicatur apud alios, & *Noſtrum* infra Segm. 115. JUNG.

Ἦν δέ τις καὶ παράστασις] Subjecimus ad fidem MSS. ἐπωβελία.

48 Πρυτανεῖα] In *Gl.* βασιλικῶν· σπόρτουλα, δῶρα ἐπὶ πάντων διδόμενα πάρρησία, ἔτι δὲ καὶ τὰ παρ' Ἀθηναίοις καλούμενα πρυτανεῖα· quæ ita intelligenda ſunt, ut *ſportulæ judiciales* non quidem per omnia conveniant cum *Prytaneis* Athenienſium, ſed tantum in locum eorum ſucceſſerint, & quandam cognationem cum iiſdem habeant; ubi vero ſportulæ publico ærario maxima ex parte vindicantur a magiſtratu, ibi *ſportulæ* quin certo modo πρυτανεῖα ſint, non dubitem. *Gloſſæ: ſportulæ*, τὰ δημόσια. vid. *Valeſ.* in Notas *Mauſſaci.* KÜHN.

49 Ὅτι] Pro ὅτι, quod ita & MS. mihi omnino legendum videtur καθ' ὑποδιαστολὴν, ὅ, τι. nec aliter credo *Pollucem* ſcripſiſſe, ὅ, τι ἔδει. nimirum *prytanea erant certa, quodnam deponendum eſſet pecuniæ: ſin id eſſet omiſſum, tum εἰσαγωγεῖς &c.* JUNG.

Ὅτι] *Jungermannum* in emendando textu ſum ſecutus.

50 Διέγραφον] Pro διέγραφον *C. Salm.* διαγράφειν δίκην, male. KÜHN.

51 Παρ' ἀμφοτέρων &c.] MS. παρὰ ἀμφ. δοθέν. ἐλάμβανον οἱ δικασταὶ δ' αὐτὸ, καὶ οἱ μὲν ἀπ' ἑκ. &c. & certe καὶ οἱ μὲν, ut & *Seberi* MS. habebat, potius *Pollux* ſcripſit, quam ut vulgo οἱ μὲν καὶ transjecerunt. de his πρυτανείοις, & quod diſcrimen fuerit inter ea & ſportulas, vide *Caſaubonum* noſtrum lib. VI. *Athen.* c. 8. extremo. JUNG.

52 Οἱ μὲν καὶ &c.] MS. καὶ οἱ μ. SEB.

Οἱ μὲν καὶ &c.] C. A. καὶ οἱ μὲν &c. πρὸς τρεῖς δ. κ. οἱ δὲ ἀπὸ χιλίων τριάκοντα. C. V. omittit etiam, μυρίων. KÜHN.

Οἱ μὲν καὶ] Ita vulgo: nos unanimem MSS. conſenſum ſequti, καὶ οἱ μὲν repoſuimus.

53 Μέχρι μυρίων] Deſunt in MS. JUNG.

54 Πρυτανείας] Πρυτανεῖα. *Schol. Ariſtoph.* Νεφέλ. fol. 115. πρυτανεῖα δὲ τὰ νῦν παρὰ Ῥωμαίοις σπόρτουλα. ἦν δὲ ἀργύριόν τι, ὅπερ κατετίθεσαν οἱ δικαζόμενοι ἀμφότεροι, καὶ ὁ φεύγων καὶ ὁ διώκων. vid. & Σφαξίτum *Bud.* Comm. Gr. l. col. 22. & *Caſaub.* in *Athen.* lib. VI. c. 8. SEB.

Πρυτανείας] Πρυτανεῖα *Seberus* noſter, ut dixi, nec aliter legiſſe videtur *Sigonius* lib. III. de Rep. *Athen.* cap. 4. Hæc enim *Pollucis* interpretans ibi, ait: *alios autem exiſtimaſſe, prytanea æſtimatæ litis partem decimam fuiſſe, eamque pro ſportulis judicum ab actoribus eſſe depoſitam.* MS. tamen noſter, ut dixi, pariter πρυτανείας, ut vulgati, habet quoque. JUNG.

Πρυτανείας] Ego cum Doctiſſ. *Kühnio* πρυτανεῖα reſtitui in textu. Eadem ferme, quæ e *Gloſſis Baſilicis* adfert *Kuhnius* noſter, eadem, inquam, habet *Scholiaſtes Ariſtophanis* ad *Nubes*, qua de re conſules *Mauſſacum* ad *Harpocrationem* in πρυτανεῖα, & quos ille adducit. Præterea ut conſtet eam quam in textum repoſuimus lectionem eſſe veram, en tibi *Thomæ* verba; πρυτανεῖα δὲ πληθυντικῶς, τὰ καταβαλλόμενα ὑπὸ τῶν διωκόντων δίκην· (*Ammonius*, ex quo *Thomas* hæc hauſit, τὴν δίκην) ἦν δὲ ἐπιδέκατα τοῦ τιμήματος· addit *Ammonius* & rectius, τῆς δίκης· plura ſunt apud *Ammonium* ex quibus *Thomam*, apud *Thomam* ex quibus *Ammonium* emendes: qui utrumque conferre non dedignabitur, mutuam ſibi in vices opem præſtare reperiet.

55 Μισθαποδοσίᾳ] MS. μισθοδοσίᾳ. SEB.

Μισθαποδοσίᾳ] MSS. μισθοδοσίᾳ τ. δ. a μισθοδοτῶ. *Gl.* tamen etiam μισθαποδοσία, *mercedis retributio*, utrumque enim in uſu eſt. KÜHN.

Μισθαποδοσίᾳ] Μισθοδοσίᾳ tam MS. noſter, quam *Seberi*, ſimplicius. JUNG.

Μισθαποδοσίᾳ] Cum omnibus MSS. noſtris μισθοδοσίᾳ lego.

56 Παρακαταβολὴ] *Iſocr.* contra *Lochit.* ait, quod actiones ὑπὲρ σωμάτων, *de injuriis corporibus illatis*, ſint ἄνευ παρακαταβολῆς, id eſt, οὔτε πρυτανεῖα, οὔτε παράστασις οὐδεμία τίθεται τῆς εἰσαγγελίας ταύτης. KÜHN.

Παρακαταβολὴ] De hac vid. *Sigon.* lib. III. de Rep. *Athen.* cap. 4. παρακαταβολὴ autem iſta alia, vel certe latior, quam illa de qua paulo ante, quæ tantum in hereditariis controverſiis *Polluci* noſtro definitur. JUNG.

Παρακαταβολὴ] *Pollucis* noſtri hunc locum adducit & illuſtrat *Mauſſacus* ad *Harpocrationem*, p. 239.

pu-

publicis controvertebantur, quinta pars: ſed illorum qui de privatis, decima. Epobolia autem, ſexta erat mulctæ pars, quam victus ſolvebat: ſic dicta, quod obolus, ſexta drachmæ pars eſt. *Παράστασις*, drachma erat, quam apud Arbitros Reus factus deponebat. Unde nimirum Plato, Siſtere in judicium dixit: id quod Rhetores, Vocare dicunt. * Actiones præterea ſunt, cædis, vulneris, ex cauſa, ex præmeditatione, incendii, veneficii, adulterii, injuriarum, ſacrilegii, impietatis, proditionis, munerum, corruptelæ, defectionis,

δημόσιον ἀμφισβητημάτων, τὸ πέμπτον. ἐπὶ δὲ τῶν ἰδιωτικῶν, τὸ δέκατον. [57] Ἐπωβελία δ' ἦν, τὸ ἕκτον τοῦ τιμήματος [58] μέρος, ὃ ὤφειλεν ὁ [59] αἱρεθείς. ὠνόμασται δὲ, ὅτι [60] ὀβολὸς ἦν τὸ ἕκτον τῆς δραχμῆς. Ἡ δὲ [61] παράστασις, δραχμὴ ἦν, ἣν ὁ διώκων [62] παρὰ διαιτητῇ προσεισέφερεν· ἀφ' ἧς ἴσως καὶ Πλάτων παραστήσασθαι εἰς κρίσιν εἴρηκεν, ὃ [63] προσκαλέσασθαι οἱ ῥήτορες. * [64] Γραφαὶ δὲ, φόνου καὶ [65] τραύματος ἐκ προνοίας, καὶ πυρκαϊᾶς, καὶ φαρμάκων, καὶ μοιχείας, ὕβρεως, ἱεροσυλίας, ἀσεβείας, προδοσίας, δώρων, δεκασμοῦ, [66] λειποστρατίου,

57 Ἐπωβελία] De ἐπωβελία vide *Sigonium* dicto loco. Hinc vero *Brodæus* IX. Miſcell. 24. emendat *Heſychium* in ἐπωβελία, apud quem mendoſe eſt: ἔστι δὲ τὸ ἀκόλουθον τὸ τῆς καταδίκης, τίμημά τι * ὄλημα ὡς εἴδομεν. &c. & ſcribit: ἀκολ. τῷ τῆς καταδίκης τιμήματι ὄφλημα &c. ſed & priora *Heſychii* emaculanda: ita enim apud illum eſt: ἐπωβελία, περιβόλιον τῆς δίκης ἐστι. &c. quid eſt περιβόλιον? non dubito emendare παραβόλιον, id eſt pignus enim, in quod ſponſio fit. docet hanc ſignificationem vocabuli ad *Phrynichum* in παραβόλιον Vir illuſtris in notis ſuis. Priores autem editiones *Pollucis* ἐπωβολία habent. ἐπωβελία quoque hinc citat *Hoſtus* lib. III. rei numm. vet. c. 4. n. 14. vid. & infra Segm. 48. ἐπωβελίαν etiam vulgo antea erat. & Segm. 158. ἐπωβελίαν recte remanſit in prima editione. JUNG.

Ἐπωβελία] *Æſchines* κατὰ Τιμάρχου· καὶ προσόφλων ἀπιέναι ἐκ τοῦ δικαστηρίου οὐ τὴν ἐπωβελίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην ὕβριν. ἐπωβολίαν in *Baſileenſi* editione *Kühnius* noſter emendaverat.

58 Μέρος] Abeſt a C. A. KÜHN.

59 Αἱρεθείς.] MS. mendoſe ὁ ἱρεθείς. JUNG.

60 Ὀβολὸς ἦν] *Hoſtus* lib. III. rei numm. vet. cap. 4. n. 14. JUNG.

61 Παράστασις] Proprie *exhibitio eſt ejus, pro quo fidejuſſor in judicio promittendo interceſſit.* Hic autem pro drachma ſumitur, quæ a judicium ſubituris in apparitorum mercedem ſolvebatur. Aſtabant enim judiciis *apparitores*, qui reos in judicio ſiſtebant, h. e. evocabant. *Gu.* e *Bud.* Comment. Gr. l. col. 302. SEB. 2.

62 Παρὰ διαιτητῶν προσεισέφερεν.] C. A. προσέφερεν. *Heſych.* εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν, ἣν ἡμεῖς καλοῦμεν ἐμφανείας ἐγγύην. ὁ διώκων non eſt *reus*, ſed *actor*: ille enim deponebat drachmam παρὰ διαιτηταῖς. (ita enim legerem.) *Platonis* locus eſt lib. IV. de Republ. KÜHN.

Παρὰ διαιτητῶν προσεισέφερεν.] MS. παρὰ διαιτητῇ προσέφερεν. JUNG.

Παρὰ διαιτητῶν] *Kühnius* διαιτηταῖς, quod idem eſt cum ea emendatione quam textui inſerui e Codice *Jungermanni.* προσεισέφερεν mox edit. prior. habebant.

63 Προσκαλέσασθαι] C. A. προσεκαλέσαντο οἱ ῥ. vide *Harpocr.* in πρόσκλησις, ubi explicat & τὸ προσκαλέσασθαι. KÜHN.

Προσκαλέσασθαι] Προσκαλέσασθαι, τὸ παραγγέλλειν εἰς δίκην, ait *Harpocratio*, & teſtes citat *Demoſthenem* ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἁγνίου κλήρου· & *Hyperidem* ἐν τῷ πρὸς Δάμιππον· & infra Segm. 68. de accuſante: παριστήσει τοῖς δικάζουσιν. JUNG.

64 Γραφαὶ δὲ φόνου] C. A. φόνων καὶ τραύματος ἐκ προνοίας &c. confer cap. 10. in initio. KÜHN.

Γραφαὶ δὲ φόνου] Lubet & hæc tibi ut ſupra in privatis actionibus ſub unum aſpectum ex *Sigonii* libr. III. de Rep. *Athen.* c. 1. deſcribere: *Crimina vero*, ait, *de quibus γραφὴ ſcribi per leges potuit, hæc fuerunt:* φόνος, τραῦμα ἐκ προνοίας, πυρκαϊά, φάρμακον, βούλευσις, ἱεροσυλία, ἀσέβεια, προδοσία, ἑταίρησις, φθορά, μοιχεία, ἀγάμιον, ἀστρατεία, λειποστράτιον, λειποτάξιον, δειλία, λειποναύτιον, ἀναυμάχιον, τὸ ῥῖψαι τὴν ἀσπίδα, ψευδεγγραφή, συκοφαντία, ψευδοκλητεία, δῶρα, δεκασμός, ξενία, δωροξενία, ὕβρις, ἀγράφιον, ἄγραφον μέταλλον, ἀλόγιον, παρανόμων, δοκιμασία, εὔθυνα, προβολή, ἀπογραφή, ἀπόφασις. Id eſt: *cædes, vulnus de induſtria, incendium, venenum, inſidiæ, ſacrilegium, impietas, proditio, impudicitia, corruptela, adulterium, neglectæ nuptiæ, neglecta militia, deſerta militia, deſertus ordo, timiditas, deſerta navis, neglecta pugna navalis, abjectum ſcutum, falſa relatio, calumniatio, ementita citatio, dona, munera, peregrinitas, peregrinitas dono tentata, contumelia, deletum nomen, improfeſſum metallum, non redditæ rationes, violatæ leges, probatio, repetundæ, probola, apographe, & apophaſis*: de quibus apud eum plura: nos tantum monebimus, ubi *Polluci* noſtro ſymbolum confert. JUNG.

65 Τραύματος, ἐκ προνοίας] Delendum itaque comma poſt τραύματος, ut intelligas de vulnere conſilio inflicto, non invito: & ſcribendum: φόνου καὶ τραύματος ἐκ προνοίας, ut & infra admonebo Segm. 117. JUNG.

Καὶ τραύματος, ἐκ προνοίας] Delevi cum *Kühnio* noſtro commaticam diſtinctionem: *actio vulneris deliberato conſilio illati:* extat hodieque *Lyſiæ* περὶ τραύματος ἐκ προνοίας Oratio, quam adibis. Ut τραῦμα ἐκ προνοίας, ita & φόνος ἐκ προνοίας: *Conſtantini Porphyrog.* Nov. 12. περὶ τῶν φονευόντων μετὰ ξίφους ἢ ξύλων μεγάλων ἢ λίθων ἐκ προνοίας. In jure autem Græco omnia quæ fiunt deliberato conſilio, fieri dicuntur ἐκ προνοίας· ſolent alias Græci ἐκ προαιρέσεως. Sed ut hæc magis fiant illuſtria, adpone verba legis, quam *Demoſthenes* adverſus *Ariſtocr.* pag. 728. recitat: Δικάζειν δὲ τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ φόνου καὶ τραύματος ἐκ προνοίας καὶ πυρκαϊᾶς καὶ φαρμάκων, ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς· quem legis ordinem ſecutus eſt *Pollux* noſter: eademque legis verba non ſemel repetit in ſequentibus *Demoſthenes.* Ita & apud *Athenienſes* lex erat τὸν ἐκ προνοίας ἀποκτείναντα θανάτῳ ζημιοῦσθαι.

66 Λειποστρατίου, &c.] *Fuga militiæ* eſt λειποστράτιον, cum ſcilicet quis jam miles militiam detrectat, deſerit. λειποτάξιον, *deſertio ordinis* in acie. ἀστρατεία, *crimen militiæ nunquam ſuſceptæ*, vel *ejus, qui nunquam inſertus eſt catalogo militari.* λειποναύτιον, *fuga e navibus.* ἀναυμάχιον· qui pugnæ navalis diſcrimen nunquam ſubierat, is ἀναυμαχίου accuſabatur. KÜHN.

Λειποστρατίου, &c.] MS. λειποστασίου, ἀστρατίας, pro vulgatis λειποταξίου, ἀστρατείας. Sed illud λειποταξίου tamen MS. infra habet Segm. 92. JUNG.

Λειποστρατίου, &c.] De δίκη λειποστρατίου nihil inferius *Pollux* noſter, ut de aliis. De ἀστρατείας & λειποταξίου δίκῃ vide, ſis, *Demoſthenem* adverſus *Bœo-*

λειποταξίου, ἀστρατείας, λειποναυτίου, ἀναυμαχίου, [67] τοῦ ῥίψαι τὴν ἀσπίδα, [68] ἀφ᾽ οὗ ῥίψασπις Κλεώνυμος, ἀγαμίου· παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις, καὶ ὀψιγαμίου, [69] καὶ κακογαμίου· [70] ἀργίας, [71] ἑταιρήσεως, [72] ψευδεγγραφῆς, [73] ψευδοκλητείας, [74] ξενίας, δωροξενίας, [75] παρανόμων, [76] δοκιμασίας,

ordinis relictionis, a militia vacationis, navis derelictionis, navalis pugnæ detrectationis, clypei projectionis, cœlibatus: apud Lacedæmonios vero, etiam Serotini nimis matrimonii, & inhoneſti ocii, ſcortationis, falſæ inſcriptionis, falſæ vocationis, inquilinorum, munerum peregrinorum, iniquitatis, cenſus,

tum de nomine: habemus quoque binas *Lyſiæ* Orationes, alteram κατὰ Ἀλκιβιάδου λιποταξίου, alteram vero κατὰ Ἀλκιβιάδου ἀστρατείας· in iis utriſque plura ſunt quæ hanc rem illuſtrant, quæ heic congerere inſtituti noſtri ratio vetat. Erant autem οἱ ἀστρατευτοὶ & λιποτακτοῦντες infames, neque quicquam publicarum rerum, publicique honoris capeſſere iis licebat; id lege fuit cautum, de qua *Petitum* vide Comm. Leg. Attic. 557. memini apud *Dionem Chryſoſtomum* legiſſe, ubi illam legem adludit.

67 Τοῦ ῥίψαι τὴν ἀσπίδα] C. A. τοῦ non habet. C. V. poſt ἀσπίδα, ἀφ᾽ οὗ ῥίψασπις Κλεώνυμος. ἀγαμίου &c. C. A. non habet ἀγαμίου π. δ. Λ. nec, καὶ κακογαμίου. ῥίψασπις Κλεώνυμος, quod addit C. V. eſt ex *Ariſtophanis* Pace, ubi tangit *Cleonymum* ἐπὶ ἀποῤῥίψει τῆς ἀσπίδος. vid. Notas in V. H. *Æliani.* KÜHN.

Τοῦ ῥίψαι τὴν ἀσπίδα] MS. noſter auctior, ἀναυμαχίου, ῥίψαι (ſine τοῦ) τὴν ἀσπίδα, ἀφ᾽ οὗ ῥίψασπις Κλεώνυμος, ἀγαμίου &c. inſigniter ni fallor iterum loco, qui vulgo mutilus, ſuppleto, allata nimirum obiter *Ariſtophanea* χρήσει a noſtro *Polluce. Suidas*: Κλεώνυμος· οὗτος ῥίψασπις ἐγένετο. Ἀριστοφάνης·

Εἴ τις ἐπιθυμεῖ ταξιαρχεῖν ἐν ταῖς μάχαις,
Πάσχει γε τοιοῦθ᾽, οἷάπερ Κλεώνυμος.

Καὶ παροιμία, Κλεωνύμου δειλότερος. Ἀριστοφάνης·

--- Κλεώνυμον αὗται τὸν ῥίψασπιν χθὲς ἰδοῦσαι,
Ἔλαφοι διὰ τοῦτ᾽ ἐγένοντο. ---

δειλὸς γὰρ ἦν. &c. ita omnia apud *Suidam* reconcinnanda. Alter hic locus eſt ex Νεφέλαις *Comici*, verſuſque ſecundus ita plenus ibi legitur:

Ὅτι δειλότατον τοῦτον ἑώρων, ἔλαφοι δ. τ. ἐ.

Eum locum reſpexit & *Noſter* ſupra VI, 151. ubi ait *Ariſtophanem* dixiſſe ῥίψασπιν. *Cleonymum* hunc nominat *Ariſtophanes* ſæpius non honoris cauſa. JUNG.

Τοῦ ῥίψαι τὴν ἀσπίδα] Eleganti auctario e MSS. *Pollucem* hic pleniorem fecimus: conſentit optimus *Falckenburgii* Codex. *Ælianus*: Κλεώνυμος ὁ ῥίψας τὴν ἀσπίδα· ſummum vero fuiſſe dedecus abjecto fugere clypeo nemo eſt qui neſciat, ita quidem ut de eo qui ſummi rem dedecoris patravit dicatur, cum ῥίψαι τὴν ἀσπίδα.

68 Ἀγαμίου.] Vid. ſupra III, 48. & inſuper *Athen.* lib. XIII. princ. SEB.

Ἀγαμίου.] Supra libr. I. cap. 3. ſect. 5. *Lacones* imitatus *Plato* lib. IV. & lib. VI. de LL. multam dixit ἀγάμοις quotannis pendendam. vocat autem vitam ſolitariam μοναυλίαν, alii μονοδιαιτησίαν. adde, quod & μονογαμίου erat viduis ſtatuta pœna; *Clemens Strom.* XI. KÜHN.

Ἀγαμίου.] Augendæ reipublicæ maximam habuere curam Veteres, eaque de cauſa, qui cœlibem ducebat vitam, actione in eum inſtituta mulctabatur: id apud *Athenienſes*, id apud *Laconas* obtinuit, apud hos quidem rigide: Ἀγαμίου, ζημία παρὰ Σπαρτιάταις. *Heſych.* meminit & *Plutarchus* non uno in loco, aliique haud pauci.

69 Καὶ κακογαμίου.] Deſunt καὶ κακογαμίου in MS. ſed non deerat ſupra III, 48. JUNG.

70 Ἀργίας] *Ælian.* V. H. libr. IV. cap. 1. apud *Lacones* otioſi verberibus afficiebantur ab *Ephoris. Lyſias* Oratione *Niciam* quendam accuſavit ἀργίας, quam *Harpocr.* laudat in vocibus, κηττοὶ & ποταμός. KÜHN.

71 Ἑταιρήσεως] Ἑταίρησις erat, cum adoleſcens corporis ſui florem amori Venereo prodiderat ἡταιρηκόσι· hos lex *Solonis* omnibus arcebat honoribus, imprimis Rhetorum ſuggeſtu & tribunali. vid. Orat. *Æſchin.* contra *Timarchum*, *Demoſth.* contra *Androtion.* KÜHN.

Ἑταιρήσεως] *Diogen. Laërt.* in Vita *Solon.* Segm. 55. τόν τε ἡταιρηκότα εἴργειν τοῦ βήματος, ad quem locum Eruditiſſimo *Menagio* merito ſuo vapulant *Meurſius* & *Aldobrandinus*, qui ἡταιρηκότα exponebant *ſcortatorem*: melius ipſe *muliebria paſſum*, eaque notione apud *Xenophontem* extat.

72 Ψευδεγγραφῆς] Actionem hanc inſtituebat, qui ſe per fraudem dicebat relatum in tabulas, quaſi debitorem Reipublicæ, cum nihil omnino deberet, ideoque hanc dicam impingebat inſcriptori ſuo & actori, tanquam falſario & ſycophantæ. vid. *Harpocr.* h. v. KÜHN.

73 Ψευδοκλητείας] Actio hæc movebatur contra eum, qui ſubornaverat falſos teſtes, iiſque reum perculerat, ut referretur inter ærarii debitores. vide infra Segm. 44. ubi hujus criminis accuſari is dicitur, qui teſtem coëgit teſtari contra jus faſque. KÜHN.

74 Ξενίας] Peregrinitatis actio erat in peregrinos, qui ſe gerebant pro civibus. δωροξενίας *dica* cadebat etiam in peregrinos, qui datis muneribus peregrinitatis accuſatione ſe liberaverant: peregrinitatis rei manebant in carcere, uſque ad tempus judicii ſubeundi, & peregrinitatis convicti vendebantur publice. KÜHN.

75 Παρανόμων] Παρανόμων actio feriebat eos, qui nova lege aliis jam latis derogabant, & propterea legum violatarum accuſabantur. vid. Orat. *Demoſthen.* contra *Leptin.* & II. contra *Ariſtogit.* durabat autem actio legum violatarum unum tantum annum, ita ut, ſi convictus eſſet auctor legis, criminis pœnas daret; elapſo autem anno adhuc quidem ipſa actio nondum expiraverat, expiraverat vero mulcta; cæterum ſi actor reum non vicerat, ipſe mulctam mille drachmarum ſolvebat. Ordinarii judices hujus criminis erant *Theſmothetæ*, quanquam extra ordinem & alius Archon eandem cauſam cognoſceret, ſi ſcilicet legi derogatum eſſet, cujus tutela ad ipſum pertinebat. Qui ter convictus erat legum violatarum, infamis pronunciabatur, & ſi Rhetor erat, non amplius habebat poteſtatem pro concione dicendi. Actio παρανόμων cadebat etiam in auctores ψηφισμάτων ἀνεπιτηδείων. KÜHN.

76 Δοκιμασίας, &c.] Probationis actio movebatur Rhetoribus, ducibus, aliiſque magiſtratibus, & in ea vita anteacta rei examinandi ſub acumen cenſuræ veniebat, ut liqueret, utrum dignus eſſet hoc vel illo honore, necne. Ita *Æſchines Timarcho* ἐπήγγειλε δοκιμασίαν, *denuntiavit probationis litem*, an ſcilicet reſpectu vitæ turpiter actæ in aliquam adminiſtrandæ Reipublicæ partem admittendus eſſet. *Noſter* infra docet, actionem ἑταιρήσεως etiam dici δοκιμασίαν ἢ ἐπαγγελίαν. KÜHN.

Δοκιμασίας, &c.] MS. alio caſu δοκιμασία, εὐθύνα, deinde ut vulgo παραπρεσβείας, tum iterum varians, προβολὴ, φάσις &c. Et recte, puto, legamuſque ita: δοκιμασία, εὐθύνα, παραπρεσβείας, προβολὴ, φάσις. ſic enim & mox habebis, ut δοκιμασία mox Segm. 44. ubi

examinis, male adminiſtratæ legationis,
41 intentionis. • Accuſatio, delatio, deductio in jus: deducere; Virorum ſcrutatio. Has itaque actiones, aut quotquot tales ſunt (cauſſæ enim, etiam actiones, non autem actiones, cauſſæ dicuntur) cuicunque volenti intendere licebat. In his vero omnibus, niſi quis quintam ſuffragiorum partem ſibi aſtipulantem haberet, mille drachmarum mulctam dabat. Sed impietatis reum agens, nec convin-
42 cens, morte mulctabatur. • Injuriarum autem mulcta, non injuriam paſſi erat, ſed publica. Munerum autem actio;

[77] εὐθύνης, παραπρεσβείας, [78] προβολῆς, • φάσις, ἔνδειξις, ἀπαγωγὴ, [79] ἐφηγεῖσθαι, [80] ἀνδρολήψιον, [81] εἰσαγγελία. Ταύτας τὰς δίκας, 41
ἢ ὅσαι τοιαῦται ([82] ἐκαλοῦντο γὰρ αἱ γραφαὶ καὶ δίκαι, οὐ μέντοι καὶ αἱ δίκαι, γραφαὶ) ἐξῆν τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι. [83] καὶ ἐκ πασῶν τούτων, ὁ [84] μὴ μεταλαβὼν τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, προσωφλίσκανε [85] χιλίας. Ὁ δὲ τῆς ἀσεβείας γραψάμενος, [86] καὶ οὐχ ἑλὼν, ἐθανατοῦτο. • [87] Καὶ τῆς μὲν ὕβρεως τὸ τίμημα, οὐκ 42
ἦν τοῦ παθόντος, ἀλλὰ δημόσιον. [88] δώρων δὲ,

hæc ſingula explicat. & ibidem Segm. 45. εὐθύνα ut hic, quod eo modo MS. noſter conſtanter ſervat, ut ſupra Segm. 22. & Segm. 30. dixique & apud *Heſychium* eſſe: εὐθύνα, δικαία διερεύνησις, ἐξέτασις. tertium παραπρεσβείας, Segm. 46. in MS. quidem. προβολὴ ibid. male vero hic ediderunt antea πρεσβολῆς· quum tamen Segm. 46. προβολὴ etiam antea haberent: noſterque *Seberus* cum ſuo etiam MS. recte illud σ e vocula ſuſtulit: nec aliter ſupra *Sigonius* habebat, & *Noſter* VI, 176. προβολὴ ἀδικήματος· φάσις autem, quod nota, non littera initiali majori abjungendum, ut vulgo habent, ſed προβολὴ, φάσις &c. ſcribendum & diſtinguendum eſt: hæc omnia dein *Noſter* ſigillatim exponit, ut poſt προβολὴν ſtatim φάσιν Segm. 47. &c. JUNG.

77 Εὐθύνης] C. V. εὐθυνα, id eſt, ratio reddenda de bene geſto magiſtratu, de legationibus, de ſacerdotiis, & id genus aliis, quique hanc rationem nondum reddiderat, ὑπεύθυνος dicebatur, & dicam εὐθύνης ſubibat, ſi ſcilicet rationibus nondum redditis ſe ingereret aliis honoribus novis, muneribuſque publicis. KÜHN.

78 Προβολῆς.] Προβολῆς e MS. & quia non aliter Segm. 46. Hic pr. ed. πρεσβολ. SEB.

Προβολῆς.] C. V. προβολή. C. A. προσβολῆς. *actio injuriarum*, vel *petitoria actio*. vid. *Budæi* Comment. KÜHN.

Προβολῆς.] Delevi τελείαν στιγμὴν, quæ erat in vulgatis, adſentiente *Jungermanno* noſtro: in ceteris, quamvis ejus lectio mihi præferenda videatur, nihil mutavi.

79 Ἀφηγεῖσθαι] MS. noſter ἐφηγεῖσθαι, ſicut & infra Segm. 50. ubi hoc explicatur. Et ſic emenda. ἐφήγησις enim illa κατηγορία dicta. vid. *Suidam* in ἐφήγησις, & *Sigonium* lib. III. de Rep. *Athen.* cap. 1. qui & φάσεις & ἐφηγήσεις jungit libr. IV. cap. 3. adeo ut mirer eum ſcripſiſſe lib. III. de Rep. *Athen.* cap. 1. in principio: *Fuerunt enim* κατηγοριῶν *genera multa*, γραφή, φάσις, ἔνδειξις, ἀπαγωγή, ἀφήγησις, ἀνδρολήψια & εἰσαγγελία. *Id ita eſſe, non ſolum* Pollux, *qui hæc ipſa libro eſt octavo de induſtria perſequutus, ſed* Demoſthenes *quoque declarat, qui in* Androtiana, &c. Nihili enim iſta ἀφήγησις· & forte vitium librarii ipſius vel typographi, ut & ἀνδρολήψια, pro ἀνδρολήψιον, ſi ex *Polluce*, ut ait, hæc depromſit: quamvis potius ἀνδροληψία eo loco *Sigonii* corrigendum, quum & ad *Harpocrationem* & *Noſtrum* infra Segm. 51. ita habentem reſpicere potuerit. Lubet & particulam ex illa *Demoſthenis* κατὰ Ἀνδροτίωνος, ubi eo verbo, quod noſtro *Polluci* ex MS. reſtitui, utitur, hic etiam adſcribere, ubi Orator ait, *Solonem* multifariam rationem exigendi pœnas a facinoroſis legibus ſuis oſtendiſſe: οἷον τῆς κλοπῆς, ἔῤῥωσαι καὶ σαυτῷ πιστεύεις; ἄπαγε· ἐν χιλίαις δὲ ὁ κίνδυνος· ἀσθενέστερος εἶ; τοῖς ἄρχουσιν ἐφηγοῦ· τοῦτο ποιήσουσιν ἐκεῖνοι· φοβῇ καὶ τοῦτο; γράφου· Ubi & quaſi rationem habes iſtius verbi. ἐφηγεῖσθαι τοῖς ἄρχουσι, *ducere magiſtratus* vel *prætorem ad ædes ejus quem reum facere cupis*, ut *Noſter* ipſe infra Segm. 50. explicat. JUNG.

Ἀφηγεῖσθαι] Emendavi ἐφηγεῖσθαι, nec enim ἐφήγησις MSS. non faventibus placuit. Ceterum & *Ubbo Emmius* vir eruditionis non vulgaris ἀφήγησις e *Sigonio* retinuit in ſuo de Republ. *Athen.* libello commentatio.

80 *Virorum ſcrutatio.*] Ἀνδρολήψιον & ἀνδροληψία *Demoſth.* adv. *Ariſtocr.* fol. 440. & de cor. præf. navalis fol. 717. *corporum pigneratio*, quæ & ἐνεχυρασμός. *Bud.* Comm. col. 28. vid. infra Segm. 50. ubi mox deſcribitur & εἰσαγγελία, quam hic *Interpr.* præteriit. SEB. 2.

Ἀνδρολήψιον] Ἀνδρολήψιον, *clarigatio* in *Gloſſis*. Lex de ἀνδροληψίᾳ extat apud *Demoſthenem* contra *Ariſtocratem*. KÜHN.

81 Εἰσαγγελία.] *Delatio*, uti in *Gloſſis*, εἰσαγγελεύς, *delator*. competebat hoc nomen in eos, qui accuſabantur, quod ſtatum popularem perditum irent. εἰσαγγελία ὄνομα δίκης κατὰ τῶν καταλυόντων τὴν δημοκρατίαν. νόμου εἰσαγγελικοῦ mentio fit apud *Demoſth.* Orat. contra *Timocratem*. KÜHN.

82 Ἐκαλοῦντο γὰρ γραφαὶ &c.] *Ulpian.* in *Demoſth.* Orat. contra *Leptin.* γραφὴ κυρίως ἡ κατὰ τὸν νόμον κατηγορία, adde, δημοσίου ἐγκλήματος, uti δίκη ἰδίως dicitur, περὶ τῶν ἰδιωτικῶν ἐγκλημάτων. KÜHN.

Ἐκαλοῦντο γὰρ γραφαὶ &c.] Plenius MS. ἐκαλ. γὰρ αἱ γραφαὶ καὶ δ. bene: ut mox καὶ αἱ δίκαι, γρ. de diſcrimine vero δίκης & γραφῆς ex *Herodiano*, *Thoma Magiſtro*, *Harpocratione*, *Suida*, vid. doctiſſ. *Nunneſium* Notis ad *Herodiani* fragment. de Diction. Attic. *Phrynichi* Eclogis additum in δίκη. JUNG.

Ἐκαλοῦντο γὰρ] Subjeci αἱ e MSS. & firmant ſequentia.

83 Καὶ ἐκ πασῶν &c.] C. V. modo αὐτῷ β. & hic, ἐπὶ πασῶν τ. KÜHN.

Καὶ ἐκ πασῶν &c.] MS. καὶ ἐπὶ μὲν πασῶν &c. rectius. JUNG.

84 Μὴ μεταλαβὼν] Ita loquitur & mox Segm. 48. Et eadem quoque infra Segm. 53. vide de hac lege *Sigonium* lib. III. de Rep. *Athen.* c. 1. JUNG.

85 Χιλίας.] Ἐν χιλίαις ὁ κίνδυνος, ſæpius inquit *Demoſth.* in Oratt. vid. Segm. 50. KÜHN.

86 Καὶ οὐχ ἑλὼν] Καὶ non habet C. A. nec C. V. KÜHN.

Καὶ οὐχ ἑλὼν] MS. οὐχ ἑλ. ſine præcedenti καί. JUNG.

87 Καὶ τῆς μὲν ὕβρεως &c.] Dicitur, mulctam ὕβρεως publicam fuiſſe; ſed illud intelligendum eſt ita, ſi alius accuſaverit reum: ſi enim ipſe, qui contumeliam paſſus erat, nomen detulerat, illi mulcta addicebatur. KÜHN.

88 Δώρων δὲ] MS. δώρων δὲ &c. ſed δώρων vulgatum placet, ut etiam ſupra Segm. 40. MS. habebat: ſci-

κατὰ τοῦ ἐπὶ δώροις δικάσαντος ἦν ἡ γραφή· δεκασμοῦ δὲ, κατὰ τοῦ διαφθείραντος· καὶ ὁ μὲν δεκάζεσθαι, ὁ δὲ δεκάζειν ἐλέγετο. [89] Τῆς δὲ ἀργίας, ἐπὶ μὲν Δράκοντος, [90] ἀτιμία ἦν τὸ τίμημα· ἐπὶ δὲ Σόλωνος, [91] εἰ τρίς τις ἁλῴη, ἠτιμοῦτο. [92] Λειποναυτίου μὲν ἐκρίνετο, ὁ τὴν ναῦν [93] ἐκλείπων, ὥσπερ ὁ τὴν τάξιν, λειποταξίου.
43 * Ἀναυμαχίου δὲ, [94] ὁ τὴν ναῦν μὴ λιπὼν, [95] μὴ μέν τοι ναυμαχήσας. [96] ἑταιρήσεως δ' ἦν ἡ γραφὴ, καὶ δοκιμασία, καὶ ἐπαγγελία. καὶ ταῦτα τῆς κατὰ τῶν [97] ἡταιρηκότων κατηγορίας τὰ ὀνόματα. Ψευδεγγραφῆς δ' ἦν δίκη, κατὰ τῶν [98] ὡς ὀφείλοντάς τινας ἐνδειξαμένων, εἰ ψευδῶς σεσυκοφαντηκότες ἁλῶεν. [99] κατὰ δὲ τούτου ἦν καὶ [100] ἐπιβουλεύσεως γραφή.
44 * [1] Ψευδοκλητείας δὲ, κατὰ τῶν οὐ δικαίως [2] κεκλητευκότων. Δωροξενίας δὲ, εἴ τις ξενίας κρινόμενος,

contra illum erat, qui in munerum gratiam judicarat. Sed corruptelæ actio, contra corruptorem ipſum. Et ille quidem corrumpi, hic vero corrumpere dicitur. Ocii porro pœna erat, ſecundum Dracontem, Infamia. Secundum Solonem vero, Qui tertio ocii reus convincebatur, mulctabatur honoribus. Sed navium derelictionis actionem ſubibat, qui navim reliquerat: quemadmodum qui aciem deſeruit, aciei defectionis. * Præterea vacationis a pugna militari reus eſt, qui navim quidem non relinquit, non tamen pugnam capeſſit. Sed ſcortationis erat actio, cenſura, & delatio. & hæc ſunt ſcortatorum accuſationis nomina. Falſæ inſcriptionis judicium, contra eos, qui falſo aliquot veluti nocentes detulerant, ſi falſo calumniantes judicio viciſſent: contra quem, & inſidiarum actio 43
habebatur. * Falſæ vocationis, contra 44
non legitime vocatos. Munerum peregrinorum, ſi quis falſæ civitatis uſucapionis Reus,

licet γραφή· de qua vid. & *R. Forner.* II. Rer. quotid. 15. qui cum Rom. legib. confert. JUNG.

89 Τῆς δὲ ἀργίας] *Laert.* in *Solone* pag. 37. ὁ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔστω παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι. Λυσίας δ' ἐν τῷ κατὰ Νικίου Δράκοντά φησι γεγραφέναι τὸν νόμον, Σόλωνα δὲ τεθεικέναι. *Plutarchus* autem in Vit. *Sol.* circa fin. ὡς δὲ Θεόφραστος ἱστόρηκε, καὶ τὸν τῆς ἀργίας νόμον οὐ Σόλων ἔθηκεν, ἀλλὰ Πεισίστρατος. SEB.

Τῆς δὲ ἀργίας] Id eſt, *inertiæ & lenitudinis*, ut interpretatur *Cujacius* expoſit. Novellæ 80. ubi de hac actione: de qua vide omnino Clariſſ. *Caſaubonum* Notis ad *Laertii Solonem*. JUNG.

Τῆς δὲ ἀργίας, &c.] Ad *Diogenis* in *Solone* locum, ex quo τῆς ἀργίας δίκην δημοσίαν fuiſſe patet, vide *Menagium* & præter hunc ab eoque citatos auctores, *Nicolaum* de Moribus gentium apud *Stobenſem*.

90 Ἀτιμία] *Plutarchus* in *Solon.* capitale fuiſſe crimen otii ſecundum *Draconis* ſtatuta ait, ſi ſcilicet reus ter accuſatus convictuſque ſegnis otii fuerat. *Solon* autem infamia notatum voluit eundem, & *Plutarchi* τὸ ὀλίγου δεῖν, arguit, non omnes *Draconis* leges intentaſſe mortem delinquentibus. KÜHN.

91 Εἰ τρὶς &c.] MS. ἢν τρὶς, pro εἰ τρ. JUNG.

92 Λειποναυτίου μὲν] MS. καὶ λειπον. JUNG.

Λειποναυτίου &c.] Vide, ſis, *Petitum* Commentario ad Leges Att. pag. 558. ubi hunc ipſum *Pollucis* noſtri locum adfert.

93 Ἐλλείπων] Ἐκλείπων. SEB.

Ἐλλείπων] Melius C. A. ἐκλείπων· τὸ ἐλλείπειν fere ſine caſu eſt. KÜHN.

Ἐλλείπων] MS. ναῦν ἐκλείπων. ut & *Seberi* MS. nec id vulgato non prætulerim. JUNG.

Ἐλλείπων] Emendavi e MSS. ἐκλείπων.

94 Ὁ τὴν ναῦν μὴ &c.] MS. ναῦν μὲν μὴ λ. JUNG.

95 Μὴ μέν τοι ναυμαχήσας] MS. ναυμαχήσας. JUNG.

96 Ἑταιρήσεως δ' ἦν ἡ γραφὴ] *Laert.* in *Solone*: τὸν δὲ ἡταιρηκότα εἴργειν τοῦ βήματος. SEB.

Ἑταιρήσεως δ' ἦν ἡ γραφὴ] Ἡ omittit C. A. KÜHN.

Ἑταιρήσεως δ' ἦν ἡ γραφὴ] MS. ἑταιρ. δὲ ἦν γραφή. & vulgatum ἡ abundare videtur. JUNG.

97 Ἡταιρηκότων] MS. mendoſe ἑταιρηκότων, ut & paulo poſt σεσυκοφαντικότες. JUNG.

98 Ὡς ὀφείλοντας] MS. ὡς ὠφειλοντας. de ψευδεγγραφῇ hinc *Sigonius* lib. III. de Rep. *Athen.* cap. 1. ψευδεγγραφὴ, ait, Polluce *teſte fuit, non ſi quis alterum falſo debitorem ad ærarium retuliſſet: quod* Harpocratio *cenſuit, ſed ſi falſo debitorem magiſtratui aliquem indicaſſet.* Neſcio tamen an inter ſe pugnent, & an non *Harpocratio* id quod *Pollux* in genere dixit, explicet ſpecialius. Verba ejus ſunt: Ψευδεγγραφὴ ὄνομα δίκης ἐστὶν, ἣν εἰσίασιν οἱ γεγραμμένοι ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ, ὡς καταψευσαμένου αὐτῶν τοῦ ἐγγράψαντος ἐν τῇ σανίδι παρὰ τῇ Θεῷ κειμένῃ, ὡς ἀδίκως ἐγγραφέντες ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ. JUNG.

99 Κατὰ δὲ τούτου] Κατὰ τούτων C. A. ſed ex correctione. KÜHN.

100 Ἐπιβουλεύσεως] Pro ἐπιβουλεύσεως, leg. *Valeſius* Notis in *Harpocr.* βουλεύσεως, ſed nihil opus eſt correctione, ſi rem ipſam reſpiciamus, ſi vero ſtilum fori Attici, βουλεύσεως legendum erit. KÜHN.

Ἐπιβουλεύσεως] Dicitur βουλεύσεως ſaltem apud *Harpocrationem* in βουλεύσεως, & *Noſtro* etiam infra Segm. 88. quid vero differret a ψευδεγγραφῇ, habes apud *Suidam* in ψευδὴς ἐγγραφή. JUNG.

1 *Falſæ vocationis*] Ψευδοκλητεία eſt *accuſatio apparitoris, qui renunciavit ſe quempiam in jus vocaſſe*: ob eamque renunciationem is, qui vocatus eſſe dicitur, in fraudem deſerti vadimonii incidit. ἔστι δὲ κατηγορία κατὰ τοῦ κλητῆρος κεκλητευκέναι ἐψευσαμένου. *Bud.* Comm. col. 204. vid. & 14. SEB. 2.

Ψευδοκλητείας δὲ, &c.] Sic & ſupra Segm. 4. Infra 88. ψευδοκλητίας. JUNG.

Ψευδοκλητείας] Ψευδοκλησία tritum magis eſt, & ita quoque *Ariſtoteles* in *Athenienſium Politia*; cujus tibi verba, quia & hanc actionem aliaſque plures a *Polluce* noſtro memoratas illuſtrant, adponam: Εἰσὶ δὲ γραφαὶ πρὸς αὐτοὺς (Θεσμοθέτας) ὧν παράστασις τίθεται, ξενίας καὶ δωροξενίας, ἄν τις δῶρα δοὺς ἀποφύγῃ τὴν ξενίαν, καὶ ψευδεγγραφῆς καὶ ψευδοκλησίας, καὶ βουλεύσεως καὶ ἀγραφίου καὶ μοιχείας· deſcripſi ex *Harpocratione* in παράστασις, eademque ferme apud *Pollucem* noſtrum inferius Segm. 88. reperies.

2 Κεκλητευκότων.] MS. κεκλιτευκότων. quo modo non raro peccat. *Sigonius* lib. III. de Rep. *Athen.* c. 1. ψευδοκλητεία Polluci *fuit, ſi quis ſe alterum in jus citaſſe ementiretur*: Harpocrationi vero, *ſi quis falſo, ut debitorem, in jus vocaſſet.* ſed *Harpocratio* pluribus exponit, quod *Pollux* breviter dixit. *Harpocrationis* verba ſunt: Ψευδοκλησία (ſic enim ille) ὄνομα

muneribus datis liberatur. Iniquitatis, cum quis calculum dat, aut legem ſancit iniquam. Jurejurando enim quiſpiam hoc, quod decretum eſt ſuggillans, cujus accuſatio, ὑπομοσία vocatur, redarguit; quod hoc eſt aut iniquum, aut injuſtum, aut inutile. Cenſura Præſidibus habebatur, illiſque qui vel ſorte, vel ſuffragiis electi erant, num ad imperandum idonei eſſent, minuſve. * Præterea Concionatores, ſi ſcortatores erant, aut patrimonii dilapidatores, aut Parentum mali tractatores, & alias vitæ reprehenſibilis, infames erant, & concionibus arcebantur. Examen porro, contra Præſides erat; aut Legatos: eratque de pecuniis apud Rectores, Cenſoreſque, qui decem erant. Erat porro injuriarum, apud Judices actio. Examini autem,

δῶρα δοὺς ἀποφύγοι. Παρανόμων δὲ, εἴ τις ψήφισμα [3] γράφοι, ἢ νόμον παράνομον. ὑπομοσάμενος γάρ τις τὸ γραφὲν, οὗ ἡ κατηγορία [4] ὑπωμοσία ἐκαλεῖτο, διήλεγχεν ὅτι ἐστὶ παράνομον, ἢ ἄδικον, ἢ [5] ἀσύμφορον. [6] Δοκιμασία δὲ, τοῖς ἄρχουσιν [7] ἐπηγγείλετο, [8] καὶ τοῖς κληρωτοῖς, καὶ τοῖς αἱρετοῖς, εἴτ' ἐπιτήδειοι εἰσὶν ἄρχειν, εἴτε καὶ μή. * [9] καὶ τοῖς δημαγωγοῖς, εἰ ἡταιρηκότες εἶεν, ἢ τὰ πατρῷα [10] κατεδηδοκότες, [11] ἢ τοὺς γονέας κεκακωκότες, ἢ ἄλλως κακῶς βεβιωκότες, [12] ἀτίμους αὐτοὺς ἐχρῆν εἶναι, καὶ μὴ λέγειν. [13] Εὐθύνη δὲ, κατὰ τῶν ἀρξάντων, ἢ πρεσβευσάντων. [14] ἣν μὲν περὶ χρημάτων πρὸς τοὺς εὐθύνους, καὶ [15] λογιστάς. [16] οἱ δ' ἦσαν δέκα. ἣν δὲ περὶ ἀδικημάτων, πρὸς δικαστάς. Ἡ δὲ [17] εὐθύνη

δίκης ἐστὶν, ἣν εἰσίασιν οἱ ἐγγεγραμμένοι ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ, ἐπειδὰν αἰτιῶνταί τινας ψευδῶς κατεσκευάσθαι κλητῆρας καθ' ἑαυτῶν, πρὸς τὴν (*Suidas* & epitome MS. ὡς τὴν) δίκην ἀφ' ἧς ὦφλον. Jung.

3 Γράφοι] MS. γράψαι. Seb.

Γράφοι] C. A. γράψαι. Kühn.

Γράφοι] MS. noſter, ut & *Seberi*, γράψαι, pro γράφοι. Jung.

4 Ὑπομοσία] Ὑπωμοσία MS. Seb.

Ὑπομοσία] MS. noſter ὑπομωσία. *Seberi* ὑπωμοσία habet: ut & infra Segm. 54 & 56. eſt, ubi MS. noſter λείπει; quo modo & hic cum *Sebero* ſcriberem. Jung.

Ὑπομοσία] Reſtitui ὑπωμοσία, quæ recta eſt hujus vocis ac uſitata ſcriptio.

5 Ἀσύμφορον.] Infra Segm. 56. ait ἀνεπιτήδειον. Segm. 88. μὴ ἐπιτήδειον. Jung.

6 Δοκιμασία] *Brodæus* VII. Miſcel. 7. ad locum *Æſchinis* contra *Timarchum*: ἐπήγγειλα αὐτῷ τὴν δοκιμασίαν. Jung.

Δοκιμασία &c.] Δοκιμασίαν ἐπαγγέλλειν τινὶ, *inquiſitionem* vel *probationem denunciare alicui*, vel, *intendere actionem vitæ anteactæ*: Ita *Wolfius*, & recte, ad argumentum Orationis *Æſchineæ* in *Timarchum*: utitur in illa Oratione haud raro *Æſchines*: ille autem, qui vitæ anteactæ rationem reddiderat, & objecta ſibi crimina diluerat, δοκιμασθεὶς dicebatur; qui vero cauſa ceciderat, ἀποδοκιμασθείς· utrumque eſt apud *Lyſiam* περὶ τῆς Εὐάνδρου δοκιμασίας, & in eadem oratione εἰς τὴν ἀρχὴν ἀδοκίμαστοι καταστήσειν· pertinent huc iſta *Heſychiana*: Δοκιμασία, ἡ ἐξέτασις τῶν ἀρχόντων. Nec diſſimilem verbi hujus notionem apud Eccleſiaſticos reperio ſcriptores, apud quos δοκιμασθῆναι dici ſolet, in cujus vitam moreſque inquiritur. Fuit & alia apud *Athenienſes* παίδων δοκιμασία, cujus meminere *Harpocratio* & *Scholiaſt. Ariſtophan.* in Veſpis.

7 Ἐπηγγείλετο] MS. ἐπηγγέλετο. edit. *Florent.* ἐπηγγείλλατο. Jung.

8 Καὶ τοῖς κληρ. καὶ τοῖς αἱρ.] De his duobus magiſtratuum generibus *Sigonius* lib. IV. de Rep. *Athen.* c. 1. Jung.

Καὶ τοῖς κληρωτοῖς, &c.] De utroque magiſtratuum genere conſule *Sam. Petitum* in præloquio ad *Leges Atticas*.

9 Καὶ τοῖς &c.] Καὶ τοῖς &c. ſcribe mutato magno K in parvum: pertinent enim & ad δοκιμασίαν, ut vel ex Segm. 43. videre potuiſti. Jung.

10 Κατεδηδοκότες] MS. κατεδιδοκότες, male. Jung.

11 Ἢ τοὺς γονέας κεκακωκότες] E MS. prior. edit. κεκακότες. *Laërt.* in *Sol.* ἐάν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονέας, ἄτιμος ἔστω. Seb.

Ἢ τοὺς γονέας κεκακωκότες] Abeſt a C. A. ἢ τοὺς γονέας κεκακωκότες. Kühn.

Ἢ τοὺς γονέας κεκακωκότες] Bene MS. κεκακωκότες, ut & *Seberus* noſter edidit, & *H. Stephanus* ita in ſuo Codice correxit, pro vulgato κεκακότες. Hæc verba vero citat *Brodæus* ad initium *Æſchinis* Orat. contra *Timarchum*, ubi δημηγοροῦντες παρὰ τοὺς νόμους, in ſua commentatione in iſtam orationem, quæ extat VII. Miſcell. 7. ubi pariter illud vitioſum κεκακότες habet. Jung.

Κεκακωκότες] Editio *Baſileenſis*, ad cujus oram id vitii *Kuhnius* noſter emendarat, ceteræque, quæ eam anteceſſerunt, κεκακότες. Eſt autem τὸ κακοῦν hac in re proprium ferme: *Lyſias* κατὰ Ἀγορ. Ἐνδειξ. eleganter hoc modo: τὸν δὲ δῆμον, ὃν αὐτός φησι πατέρα αὐτοῦ εἶναι, φαίνεται κακώσας &c. pleraque autem, quorum heic *Pollux* noſter meminit, habet & de Rhetoribus, ii enim *Onomaſticographo* noſtro ſunt δημαγωγοί, *Æſchines* in *Timarchum*, & ex eo *Petitus* ad *Leg. Att.* pag. 260. citat & hunc *Pollucis* locum: ἡταιρηκότας dici non *ſcortatores*, ſed *muliebria paſſos* ſuperius eſt monitum.

12 Ἀτίμους αὐτοὺς ἐχρῆν εἶναι] C. A. ἀτίμους γάρ. Kühn.

Ἀτίμους αὐτοὺς ἐχρῆν εἶναι] MS. noſter pleniore & aptiore ſtructura: βεβιωκότες, ἀτίμους γὰρ αὐτοὺς &c. Jung.

13 Εὐθύνη] Attice προπαροξυτόνως, εὔθυνα, ut ſupra Segm. 40. tempus autem εὐθύναις definitum προθεσμία dicitur. Kühn.

Εὐθύνη] MS. εὐθύνα. ut ſupra Segm. 40. & mox, & infra 67. diximus ſupra ita & apud *Heſychium* eſſe. Hunc locum nos adire jubet *Brodæus* VII. Miſcell. 7. ad ipſum initium orationis dictæ contra *Timarchum*: οὐδένα πώποτε τῶν πολιτῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὔτε γραφὴν γραψάμενος, οὔτ' ἐν εὐθύναις λυπήσας. Jung.

Εὐθύνη] Vide, ſis, *Lyſiæ* εὐθυνῶν κατηγορίαν in *Nicomachum*; in ea reperio εὐθύνας ὑπέχειν, διδόναι, aliaque quæ huc ſpectant. *Heſych.* in Εὐθύνα.

14 Ἣν μὲν περὶ χρ. &c.] C. A. ἡ μὲν περὶ χ. &c. ἡ δὲ περὶ ἀδικ. &c. Kühn.

15 Λογιστάς.] De λογιστῶν & εὐθύνων diſcrimine laborat *Sigonius* libr. IV. de Republ. *Athen.* cap. 3. Jung.

16 Οἱ δ'] MS. antea editi: εἰδ'. Jung.

17 Εὐθύνη] Εὐθύναις erant conſtituti triginta dies a depoſito magiſtratu, quibus elapſis expirabat actio. Kühn.

χρόνον εἶχεν [18] ὡρισμένον, [19] μεθ' ὃν οὐκ ἔτ' ἐξὸν ἦν
46 ἐγκαλεῖν. • ἰδίως δὲ, ἡ κατὰ τῶν [20] πρεσβευτῶν γραφὴ, παραπρεσβείας ἐλέγετο. [21] Προβολὴ δὲ, ἡ κλῆσις εἰς δίκην κατὰ τῶν κακόνως πρὸς τὸν δῆμον διακειμένων. [22] προβολαὶ δὲ γίγνονται, τοῦ δήμου ψηφισαμένου, καὶ τῶν ευνουστάτων τῇ πόλει, ὡς Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Θεοσδοτίδου [23] περὶ ἀμφοῖν. προβολαὶ δὲ ἦσαν καὶ αἱ τῆς συκοφαντίας γραφαὶ, [24] Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἱπποκράτην [25] αἰκίας. ἐγίνοντο δὲ καὶ περὶ τῶν ἐξυβρισάντων, [26] ἢ ἀδικησάντων, ἢ ἀσεβησάντων [27] περὶ τὰς ἑορτὰς, ὡς ἡ κατὰ [28] Μειδίου προβο-
47 λή. • [29] Φάσις δὲ ἦν, τὸ φαίνειν τοὺς περὶ τὰ [30] μέταλλα ἀδικοῦντας, ἢ [31] περὶ τὸ ἐμπόριον κακουργοῦντας, [32] ἢ περὶ τὰ τέλη ἢ τῶν δημοσίων τὶ

tempus definitum conſtitutum erat, quo elapſo, examinis cauſam intendere non licebat. • Proprie tamen judicium con- 46
tra Legatos, perperam adminiſtratæ legationis actio dicitur. Intentio porro, actio eſt contra male affectos erga Populum. Intentioneſque non niſi ſuffragante Populo, & civitatis amatoribus parantur, ut tradit Lyſias in Libro contra Theoſdotidum: de utriſque intentiones porro, etiam Sycophantiæ actiones erant. & Flagrorum quoque, ſecundum Lyſiam in Libro ad Hippocratem. Intendebantur quoque injurioſis, delinquentibus, & irreligioſis circa feſta: qualis eſt contra Midiam intentio. • Delatio erat, 47
deferre eos, qui in metallis peccabant, aut circa emporium male res tractabant, aut publicarum rerum tributa

Εὐθύνη] MS. εὐθύνα, ut modo ante. Jung.

18 Ὡρισμένον] Poſt ὡρισμένον, in C. A. deeſt quicquid ſequitur, uſque ad εἰ φάσκοιεν μηδὲν &c. Segm. 55. Kuhn.

19 Μεθ' ὃν οὐκ ἔτ' ἐξὸν] MS. monſtroſe, μεθὼν οὐκετεξεῖν ἐγκαλεῖν· ſcripſit forte *Pollux* ſaltem: μεθ' ὃν οὐκέτ' ἐξῆν ἐγκ. Jung.

20 Πρεσβευτῶν γραφὴ] MS. πρεσβευτῶν ἐγγραφὴ, παραπρεσβείας ἐλέγ. Et de παραπρεσβείας non dubito adfirmare ſic ſcripſiſſe *Pollucem*, ut & ſupra Segm. 40. vulgati recte habebant. nec aliter hic legiſſe *Sigonium* autumo. Ait enim lib. III. de Rep. *Athen.* cap. 1. *Quæ vero actio legatis eſt intentata, ea proprium nomen παραπρεσβείας obtinuit.* Jung.

Πρεσβευτῶν γρ.] Mox παραπρεσβείας reſtitui, de qua quidem emendatione nemo erit qui lites moveat.

21 Προβολὴ δὲ, ἡ κλῆσις &c.] MS. προβολὴ δὲ ἦν κλ. quod placet. ſic mox φάσις δὲ ἦν, & ἔνδειξις δὲ ἦν Segm. 49. Turpis vero menda in *Sigonii* editione pro hoc vocabulo locum occupavit lib. III. de Rep. *Athen.* cap. 1. ibi enim recentiores Codices ita habent: ἀπογραφὴ, *inquit* Pollux, *adverſus eos fuit, qui male erga populum affecti eſſent, qui Sycophantæ eſſent* &c. Scripſit enim ſine dubio eruditiſſ. *Sigonius*: προβολὴ, *inquit* Pollux &c. vide eum & lib. II. de Rep. *Athen.* cap. 4. Jung.

22 Προβολαὶ δὲ γ. τοῦ δ. ψηφ. &c.] Προβολαὶ fiebant in concione populi, reuſque ab actore populo proponebatur, & ſi populus eum ſuo præjudicio damnarat, tum demum cauſa ad *Theſmothetas* deferebatur, qui eam in judicium adducebant, poſtquam actorem interrogaſſent, βούλει κατηγορῆσαι, ἢ μάρτυρας ἔχεις εἰς τὰς ἀποδείξεις ἑτοίμους; *vin' tu accuſare? habeſne teſtes paratos ad probandum?* &c. Kühn.

Προβολαὶ δὲ γ. τοῦ δ. ψηφ. &c.] MS. προβ. δὲ ἐγίγνοντο. & hoc aptius: ſic & mox loquitur. Jung.

23 Περὶ ἀμφοῖν] Hic mendum videtur latere; niſi ἀμφοῖν referatur ad duo quæ præcedunt, nempe *quid ſit* προβολή, & *ubi proponatur*; & de utroque egiſſe *Lyſiam* in Orat. adverſus *Theoſdotidem*. Kühn.

Περὶ ἀμφοῖν.] Ἀμφοῖν λέγων. πρ. MS. auctius. Jung.

24 Λυσίας ἐν τῷ] An? Λυσίᾳ δ' ἐν τῷ. Seb.

Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἱππ. &c.] MS. iterum priora repetendo: Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Θεοδοτίδου (ſic enim jam habet) περὶ ἀμφοῖν λέγων, πρὸς Ἱπποκράτην αἰκ. ſed illa κατὰ Θεοδ. π. ἀμφ. λ. puto errore librarii non recte repetita. ſed nondum tamen locus mendo videtur carere διὰ τὴν ἀσυνταξίαν. *Sebero* noſtro videtur legendum Λυσίᾳ δ' ἐν τῷ. mihi olim viſum fuit, nec jam diſplicet *Pollucem* ſcripſiſſe: ὡς Λυσίας ἐν &c. ut ante, quæ particula ὡς a negligenti ſcriba omiſſa fuerit. Jung.

25 Αἰκίας.] *In Oratione contra* Hippocratem *de contumelia. Interpr.* aliter. Kühn.

26 Ἢ ἀδικησάντων] Deſunt in MS. ἢ ἀδικησάντων. dein MS. habet ἀσεβησάντων π. variatione crebertima ea. Jung.

Ἢ ἀδικησάντων] Vide *Sam. Petitum* ad Leg. Attic. pag. 49.

27 Περὶ τὰς ἑορτὰς] *Ulpian.* in Orat. *Dem.* contra *Midiam* fol. 151. προβολὴ γάρ ἐστιν ὄνομα δίκης κατὰ τῶν περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικούντων. Seb.

28 Μειδίου] MS. Μηδίου. ſed extat oratio κατὰ Μειδίου. Jung.

29 Φάσις] De phaſi hinc & *Rhodiginus* XX. antiq. lect. 7. tu vide *Sigonium* lib. III. de Rep. *Athen.* cap. 1. Jung.

30 Μέταλλα &c.] MS. μέταλλα & ἐμπόριον. Jung.

31 Περὶ τὸ ἐμπόριον] Si ſcilicet mercator Atticus alios in portus navem frumentariam appelleret, nec frumentum importaret Athenas, quæ utebantur plurimo frumento aliunde ſubvecto; qui hujuſmodi mercatorem deferebat, dimidium indicati auferebat pro præmio. *Demoſth.* κατὰ Θεοκρίνου. de aliis modis κακουργίας jam non dico. Kühn.

32 Ἢ περὶ τὰ τέλη &c.] Abeſſe debet περὶ ante τὰ τέλη. C. V. περὶ τὰ τέλη ἢ δημοσίων τι νενοσφισμένους ἢ συκοφαντοῦντας, ἢ περὶ τοὺς ὀρφανοὺς ἐξαμαρτάνοντας ἐφαίνετο &c. Kühn.

Ἢ περὶ τὰ τέλη &c.] MS. ἢ π. τ. τέλη ἢ τῶν δημοσίων τινενοσφισμένους, ἢ συκ. totus locus ita reſtituendus ſcilicet eſt: ἢ περὶ τὰ τέλη, ἢ τῶν δημοσίων τι νενοσφισμένους, ἢ συκ. egregie. nec ulli, ne *Sigonio* quidem oboluit hæc menda in vulgatis, *qui vectigalia publica averſiſſent* interpretanti lib. III. de Rep. *Athen.* cap. 1. Noſter MS. *Pollucem* ad omnia publica recte extendiſſe φάσιν oſtendit. Sic & apud *Suidam*, quæ in Epitome MS. *Harpocrationis* quoque leguntur: φάσις, λέγεται μὲν καὶ ἐπὶ δημοσίου ἐγκλήματος, ὅτ' ἄν τις ἀποφαίνῃ τι τῶν δημοσίων ἔχοντά τινα μὴ πριάμενον· λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὀρφανικῶν οἴκων· ὅτι γὰρ μὴ ἐκμισθώσαιεν οἱ ἐπίτροποι τὸν οἶκον τῶν ἐπιτροπευομένων, ἔφαινεν αὐτὸν ὁ βουλόμενος πρὸς τὸν ἄρχοντα ἵνα μισθωθῇ· ἔφαινε δὲ καὶ εἰ ἐλάττονος ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν μεμίσθωται (epitome MS. μεμίσθωντο) τοῦ μὲν οὖν προτέρου μαρτυρία (τὰ μαρτύρια ἔνεστιν. epitome MS.) ἐστὶν εὑρεῖν παρὰ τῷ (epitome MS. παρά τι) Δεινάρχῳ καὶ Δημοσθένει· τῆς δὲ περὶ τῶν ὀρφανικῶν οἴκων φάσεως παρὰ Λυσίᾳ (ſcr. Λυσίου, ut in MS. epit.) πρὸς τὴν φάσιν τοῦ ὀρφανικοῦ οἴκου. Quæ fere & in *Etymologi-*

appropriantes, aut ſycophantiis vendicantes: deferebantur autem apud Principem. Communiter tamen delationes dicuntur, omnes latentium criminum indicationes. Delationem vero tabellæ inſcriptam dabant, propria ipſorum, & rei nomina, tum & mulctam adſcribentes,
48 * Princepſque judicium foro permittebat. Mulcta vero delinquentibus ſtatuebatur: ſi etiam alius de illis teſtaretur. Qui autem non quinta potiebatur ſuffragiorum parte, epoboliam perſolvebat, quæ erat Sexta mulctæ pars, ut Iſæus in Libro ad Euclidem de Loco tradit. Sed quæ minus quam mille drachmarum numero conſtabant, ducentis, & una notabantur: quæ porro ultra mille aſcendebant, una & qua-
49 dringentis. * Oportet autem & apparitores delatorem adnotare, ſi Teſtes fuiſſent. Revelatio vero, apud Principem fiebat, criminis confeſſi, non judicio, ſed mulcta indigentis. Et revelator ipſe, in tabu-

νενοσφισμένους, ἢ συκοφαντοῦντας, ἢ περὶ τοὺς ὀρφανοὺς ἐξαμαρτάνοντας. [33] ἐφαίνοντο δὲ πρὸς τὸν ἄρχοντα. κοινῶς δὲ φάσεις ἐκαλοῦντο, πᾶσαι αἱ μηνύσεις τῶν λανθανόντων ἀδικημάτων. [34] ἐδίδοσαν δὲ ἐν γραμματείῳ γράψαντες τὴν φάσιν, [35] τά θ' ἑαυτῶν, καὶ τὰ τοῦ κρινομένου ὀνόματα προσγράψαντες, καὶ τίμημα ἐπιγραψάμενοι. * ὁ δὲ ἄρχων [36] παρεδίδου τὴν κρίσιν δι- 48
καστηρίῳ. καὶ τὸ μὲν τιμηθὲν, ἐγίγνετο τῶν ἀδικουμένων, [37] εἰ καὶ ἄλλος ὑπὲρ αὐτῶν φήνειεν. ὁ δὲ μὴ μεταλαβὼν τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, τὴν [38] ἐπωβελίαν προσωφλίσκανε. [39] ἦν δὲ ἕκτον τοῦ τιμήματος, ὡς Ἰσαῖος ἐν τῷ [40] πρὸς Εὐκλείδην περὶ χωρίου. εἰσήγετο δὲ τὰ μὲν ἐντὸς χιλίων, [41] εἰς ἕνα καὶ διακοσίους· τὰ δὲ ὑπὲρ χιλίας, εἰς ἕνα καὶ τετρακοσίους. * ἔδει δὲ καὶ κλητῆρας 49
προσεπιγράφεσθαι τὸν φαίνοντα, [42] εἰ εἰσὶ μάρτυρες. Ἔνδειξις δὲ ἦν πρὸς τὸν ἄρχοντα, ὁμολογουμένου [43] ἀδικήματος, οὐ κρίσεως, ἀλλὰ τιμωρίας δεομένου. [44] ὁ δὲ ἐνδεικνύμενος, ἐν γραμ-

co Maguo habes: ego ideo omnia adſcripſi, ut intelligas quæ MS. noſter in *Polluce* ſupplet: qui in vulgatis non tantum mendoſus, ſed & mutilus fuit. tu itaque hoc loco ita ex MS. noſtro auctius ſcribe: *ἢ συκοφαντοῦντας, ἢ περὶ τοὺς ὀρφανοὺς ἐξαμαρτάνοντας.* JUNG.

Ἢ περὶ τὰ τέλη &c.] Ante nos vulgo legebatur *ἢ π. τ. τ. τῶν δημ. τινὰς νενοσφισμένους*, nullo ſenſu: deerat quoque integra periodus illa, *ἢ περὶ τ. ὀρφ. ἐξαμ.* quam MSS. adjuvantibus *Polluci* reſtituimus, quorum ope & cetera a nobis ſunt emaculata.

33 Ἐφαίνοντο δὲ] Pro *ἐφαίνοντο δὲ* &c. MS habet: *ἐφαίνετο δὲ* &c. quod an eſt? *φάσις fiebat, inſtituebatur.* Alias hæc & ſeqq. ita interpretatur *Sigonius* lib. IV. de Rep. *Athen.* c. 3. *φάσιν inſtituebant apud Archontem, cum in tabula nomen & ſuum, & rei adſcriberent, & æſtimationem inſcriberent. Archon autem tradebat controverſiam foro, & æſtimatio evadebat eorum qui accepiſſent injuriam, ſi alius pro eis φάσιν inſtitueret: qui vero quintam partem ſuffragiorum non ferebat, τὴν ἐπωβελίαν debebat.* JUNG.

34 Ἐδίδοσαν] MS. *ἐδίδωσαν.* JUNG.

35 Τά θ' ἑαυτῶν, &c.] C. V. *τότε ἑ. καὶ τὸ κ. ὄνομα π.* &c. mulcta vero cedebat injuria affectis. KÜHN.

Τά θ' ἑαυτῶν, &c.] MS. *φάσιν, τό, τε ἑαυτῶν καὶ τὸ τοῦ κρινομένου ὄνομα προσγρ.* JUNG.

36 Παρεδίδου τ. κρ. δικ.] MS. alio ordine: *παρεδ. δικαστηρίῳ τὴν κρίσιν.* JUNG.

37 Εἰ καὶ ἄλλος &c.] C. V. *ἄλλως φήνειεν, quamvis temere & ſine ulla cauſa illum detuliſſent.* Lectio vulgata *ἄλλος* etiam bonum gignit ſenſum, quod ſcilicet mulcta ceſſerit injuria affectis, etiamſi alius nomine ipſorum indicium fecerit. nam quod quis per alium fecit, ipſe videtur feciſſe. contrarium in foro Attico dicebatur *αὐτομαχεῖν*, id eſt, *δι' ἑαυτοῦ δικάζεσθαι, ἀλλὰ μὴ δι' ἑτέρου, litigare per ſe ipſum, non vero per alium.* vid. *Suid.* in *αὐτομαχεῖν. φαίνειν* erat cujuſque qui voluerat, non ejus tantum, qui titulum allegare poterat. KÜHN.

Εἰ καὶ ἄλλος &c.] MS. *εἰ καὶ ἄλλως ὑπὲρ αὐτῶν φήνειεν.* male *ἄλλως*. bene *φήνειεν*, a *φαίνω, ἔφηνα.* vulgatum certe *φαίνειεν* rectum non eſt: & *φαίνοιεν* conjiciebam ante quam MS. vidiſſem. In *Sigonii* interpretatione modo allata forte ab auctore fuit ſcriptum: *ſi etiam alius*: vel, *etſi alius.* ait enim *Pollux*, *εἰ καὶ ἄλλος.* JUNG.

Εἰ καὶ ἄλλος &c.] Cum *Kühnio* noſtro *φήνειεν* reſtituimus pro *φαίνειεν*.

38 Ἐπωβελίαν] Sic & MS. antea editi *Baſil.* *ἐπωβελείαν.* editio *Florent.* *ἐποβελείας.* JUNG.

39 Ἦν δὲ ἕκτον &c.] *Μέρος* addit *Phavor.* in *ἐπωβελίᾳ.* Poteſt etiam ſubintelligi. KÜHN.

Ἦν δὲ ἕκτον &c.] MS. *ἢν δὲ ἢν ἕκτον* &c. forte ſcripſit *Pollux*: *ἢ δὲ ἦν ἕκτον* &c. JUNG.

40 Πρὸς Εὐκλείδην] Citatur hæc Oratio apud *Harpocrationem* in *Ἀγνίας, ῥητορικὴ*, & alibi. JUNG.

41 Εἰς ἓν καὶ δ.] C. V. *εἰς ἕνα καὶ διακοσίους τὰ δ. ὑ. χ. εἰς ἕνα καὶ τετρακοσίους· cauſæ, quæ intra mille drachmas cenſebatur, ad ducentos uno ſuperaddito; quæ vero ſuperabat hanc pecuniæ ſummam, ad quadringentos & unum deferebatur*: accuſator vero aſcribere habuit & *κλητῆρας*, ſi teſtes fuerint. poſſet legi etiam, *οἳ εἰσὶ μ.* vid. *Heſych.* in *κλητὴρ* & *κλητεύειν.* KÜHN.

Εἰς ἓν καὶ δ.] MS. *εἰς ἕνα καὶ διακοσίους.* & mox *εἰς ἕνα καὶ τριακοσίους.* JUNG.

Εἰς ἓν καὶ διακοσίας] *Kühnius*, quem ſumus ſequti, *εἰς ἕνα καὶ διακοσίους·* mox quoque ante nos male *εἰς ἓν καὶ τετρακοσίας.*

42 Εἰ εἰσὶ μ.] MS. *εἴ εἰσι μ.* rectius quam vulgata *εἰ*, ni fallor. de *ἐνδείξει* &c. vide *Sigon.* lib. III. de Rep. *Athen.* c. 1. JUNG.

43 Ἀδικήματος] C. V. addit *μήνυσις, οὐ κ.* &c. KÜHN.

Ἀδικήματος] MS. plenius: *ἀδικήματος μήνυσις·* & ita reſtituendum videtur. JUNG.

Ἀδικήματος] Vocula, quam MSS. adjiciunt, *μήνυσις* abeſſe poteſt ſine ſenſus detrimento, ac tum *ὁμολογουμένου ἀδικήματος* ad *ἔνδειξις* refertur. Præter *Demoſthenis* in *Ariſtogitonem* Orationes, quas quidem *τῶν ἐνδεικτικῶν* celeberrimas Grammatici ſtatuunt, eſt & *Lyſiæ κατὰ Ἀγοράτου ἔνδειξις*, in qua pluſcula ſunt quæ huic rei lucem affundunt. Videndus & *Harpocratio*, quem ex *Etymologo* ſuppleas licet: *Ἔνδειξις, εἶδος δίκης δημοσίας, ὑφ' ἣν τοὺς ἐκ τῶν νόμων εἰργομένους τινῶν ἢ τόπων ἢ πράξεων, εἰ μὴ ἀπέχοιντο αὐτῶν, ὑπῆγον.* adde *εἰς τὸ δικαστήριον.* Hunc autem *Pollucis* noſtri locum citat *Salmaſ.* de Modo Uſur. pag. 781.

44 Ὁ δὲ ἐνδ.] MS. *ἐδ' ἐνδ.* JUNG.

ματείω πρὸς τὸν ἄρχοντα τὴν ἔνδειξιν ἀποφέρει, [45] ἵνα ὑπεύθυνος ᾖ τῆς ψευδοῦς ἐνδείξεως. καὶ αὕτη μὲν [46] γίγνεται περὶ τῶν οὐ παρόντων. Ἡ δὲ ἀπαγωγὴ, [47] ὅταν τὶς ὃν ἔστιν ἐνδείξασθαι μὴ παρόντα, τοῦτον παρόντα [48] ἐπ' αὐτοφώρῳ
50 λαβὼν [49] ἀπάγῃ. * [50] ὁ δὲ κίνδυνος, ἐν χιλίαις. μάλιστα δὲ τοὺς ὀφείλοντας τῷ δημοσίῳ ἐνεδείκνυσαν, ἢ τοὺς κατιέντας, [51] ὅπει μὴ ἔξεστιν, ἢ τοὺς ἀνδροφόνους. [52] ἐφηγεῖσθαι δέ ἐστιν, [53] ὅταν τὶς δι' ἀσθένειαν ἀπάγειν οὐ θαῤῥῶν, ἐπάγῃ τὸν ἄρχοντα ἐπ' οἰκίαν [54] οὗ τις τούτων ἀποκρύπτεται. [55] Ἀνδρολήψιον δὲ, [56] ὅταν τὶς τοὺς ἀνδροφόνους [57] καταφυγόντας ὥς τινας ἀπαιτῶν, μὴ λαμβάνῃ, [58] ἔξεστιν ἐκ τῶν οὐκ ἐκ-
51 διδόντων ἄχρι [59] τῶν τριῶν ἀπαγαγεῖν. * ὁ δὲ ἀδίκως ἀνδροληψίᾳ κεχρημένος, οὐκ ἀνεύθυνος ἦν. [60] Ἡ δ' εἰσαγγελία, τέτακται ἐπὶ τῶν ἀγρά-

la revelationem ad Principem defert adeo, ut falſæ revelationis reus ſit. & hæc quidem de non præſentibus ſit. Deductio, cum quis quem abſentem prodere oportebat, præſentem in ipſo facto deprehenſum deducit : * pœna autem ; 50
mille drachmis ſtatuitur. Imprimis vero ærarii debitores revelabant, aut eo loci quo non licebat euntes, aut homicidas. Sed deducere eſt, cum quis infirmitati ſuæ diffiſus, Principem ipſum ad domum, ubi quiſpiam illorum deliteſcit, perducit. Virorum comprehenſio dicitur, cum quis homicidas fugientes veluti ad quoſpiam deſugiſſe repoſcens, non accipit : licetque tum ab illis, qui non dant, omnes uſque ad tertium quoque educere. * Immerito autem Virorum com- 51
prehenſione uſus, immunis nequaquam erat. Citatio vero, conſtituta eſt de publi-

45 Ἵνα ὑπεύθ.] Ἵν' ὑπεύθ. MS. JUNG.

46 Γίγνεται] MS. γίνεται. JUNG.

47 Ὅταν τὶς] MS. ὅτ' ἂν τις. JUNG.

48 Ἐπ' αὐτοφώρῳ] MS. ἐπαυτοφόρῳ. & infra Segm. 69. φορᾷ & ἐπαυτοφόρως. prius editi hic etiam, ἐπ' αὐτοφόρῳ habuere. & apud *Heſychium* : αὐτοφορία, τὸ ἐπὶ αὐτῇ φορᾷ. ubi tamen *Sylb.* αὐτοφωρία & φωρᾷ emendavit. Et ſane in ἐπ' αὐτόπτου apud *Heſychium* additur, ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἐπ' ὄψει. Et ſtatim apud eundem: ἐπαυτοφάδις, ἐπ' αὐτοφώρῳ. Ἐπ' αὐτοφώρῳ δὲ ὁ φανερῶς καταληφθεὶς &c. nec aliter volunt hanc vocem viri docti emendate ſcribi. JUNG.

49 Ἀπάγῃ.] C. V. ἀπαγωγὴ, leg. ἀπαγάγῃ. KÜHN.

Ἀπάγῃ.] MS. ἀπαγάγῃ. JUNG.

Ἀπάγῃ.] De hoc verbo ipſaque ἀπαγωγῇ plura ac erudita docet *Claud. Salmaſius* de Modo Uſur. pag. 779. & ſeqq. ubi & hunc *Pollucis* noſtri locum adducit.

50 Ὁ δὲ κίνδυνος, &c.] Mille drachmas ſolvebat actor, ſi delationem vel defereret, vel non probaret, & in poſterum non habebat poteſtatem dicam ſcribendi, vel adducendi in judicium, vel quocunque modo deferendi aliquem, tanquam ἄτιμος, *infamis.* KÜHN.

Ὁ δὲ κίνδυνος, &c.] Hæc, ὁ δὲ κίνδυνος ἐν χιλίαις, habuiſti & ſupra in verbis *Demoſthenis* κατὰ Ἀνδροτ. a me adductis : οἶον τοῦ κλεπτοῦ· ἔξεσται. καὶ σαυτῷ πιστεύεις; ἄπαγε· ἐν χιλίαις δὲ ὁ κίνδυνος. JUNG.

51 Ὅπει μὴν] C. V. μὴ, non μήν. *Interpres* peccat hic toties, quoties nomina Græca *actionum* mutat in mala Latina. KÜHN.

Ὅπει μὴν] Vitium manifeſtarium. ſcribe, ut in MS. eſt : ὅπει μὴ ἔξ. vidit & *H. Stephanus*, itaque in ſuo Codice correxit : quod oculos *Sylburgii* ſubterfugit. vid. & infra Segm. 86. JUNG.

Ὅπει μὴν] Cum *Kühnio* noſtro μὴ reſtitui.

52 Ἀφηγεῖσθαι] *Demoſthen.* contra *Androt.* ἐφηγεῖσθαι· κατοκνεῖς καὶ τοῦτο; ἐφηγοῦ, id eſt, ὑπόδειξον τοῖς ἄρχουσι, *demonſtra magiſtratui, ubi talis reus deliteſcat. Demoſth.* lectionem firmat C. V. legit enim ἐφηγεῖσθαι. verum Orat. II. contra *Ariſtog.* μηδ' ἀπάγειν μηδ' ἀφηγεῖσθαι extat. KÜHN.

Ἀφηγεῖσθαι] MS. ἐφηγεῖσθαι· & ſic reſtituendum ſatis probavi ſupra ad Segm. 41. ubi MS. etiam ἐφηγεῖσθαι. vide locum ibi ex *Androtiana Demoſthenis* allatum a me. JUNG.

Ἀφηγεῖσθαι] Codicum MSS. fidem ſecutus emendavi ἐφηγεῖσθαι, neque aliter legit dicto ſæpius libro *Claud. Salmaſius* pag. 777. adde *Etymologum* in ἐφήγησις.

53 Ὅταν τ. δὲ ἀσθεν. ἀπάγειν] C. V. ἀπαγαγεῖν, ut ſupra ἀπαγάγῃ. KÜHN.

Ὅταν τ. δὲ ἀσθεν. ἀπάγειν] MS. ὅτ' ἂν τις δι' ἀσθ. ἀπαγαγεῖν οὐ θ. ſic & infra mox ἀπαγαγεῖν ait. JUNG.

54 Οὗ τις] Sic & MS. male antea edebatur οὔτις. JUNG.

Οὗ] In editione *Baſileenſi* ceteriſque prioribus typi vitio οὐ legebatur.

55 Ἀνδρολήψιον] Vide paulo ante Segm. 41. SEBER. 2.

Ἀνδρολήψιον] *Demoſthen.* contra *Ariſtocr.* ἀνδροληψίας & ἀνδρολήψιον habet, ubi lex ipſa etiam extat. KÜHN.

56 Ὅταν τὶς] MS. ὅτ' ἂν τις. JUNG.

57 Καταφυγόντας, ὥς τινας] Καταφυγόντας ὥς τινας conjungendum, ſublata diſtinctione. C. V. πρὸς τ. quod eodem recidit. KÜHN.

Καταφυγόντας, ὥς τινας] Hæſi olim in illo ὥς τινας, & putabam ὡς pro πρὸς poſitum. Sed bene MS. habet: καταφυγόντας πρός τινας &c. & ita ſcribe, diſtinctione vulgata ejecta. JUNG.

Καταφυγόντας,] Commaticam diſtinctionem heic cum *Kuhnio* ſuſtuli, eamque poſt ἀπαιτῶν reddidi.

58 Ἔξεστιν &c.] MS. ἔξεστιν οὐκ ἐκ τῶν ἐκδιδόντων ἄχρι τριῶν ἀπ. JUNG.

59 Τῶν τριῶν] C. V. τῶν omittit, nec aliter *Demoſth.* conf. & *Etymol.* in voce ἀνδρειάς. KÜHN.

60 Ἡ δ' εἰσαγγελία] MS. ἡ δὲ εἰσαγγ. de εἰσαγγελίᾳ vid. *Sigon.* lib. III. de Rep. *Athen.* cap. 1. vide & lib. II. c. 3. ubi ea quæ hic leguntur ita interpretatur : *ſi quis in iis rebus, de quibus nullæ extant leges, deliquerit, aut magiſtratus, aut orator, apud ſenatum* εἰσαγγελία *adverſus eum conceditur; qui ſi leviter peccaſſe videatur, a ſenatu ipſo mulctatur; ſi vehementius, æſtimata mulcta, quam ei ſolvere aut pati oportet, tradit eum judicibus.* JUNG.

Ἡ δ' εἰσαγγελία] Adducit hunc locum varieque emendat *Cl. Salmaſius* de Modo Uſur. pag. 589. primum εἰσαγγελικὸν νόμον, non εἰσαγγελτικόν, quod ego non rejecerim, habet : tum, ἐάν τις περὶ ὧν οὐκ εἰσὶ νόμοι ἀδικῶν ἁλίσκηται, & mox, εἰσαγγελίας δίδοται κατ' αὐτοῦ, tum ζημίας ἐπιβολὴν pro vulgato ἐπιβουλὴν, tandem vero τοῦ δὲ τιμήματα· harum emendationum quaſdam fidem MSS. ſequuti textui inſeruimus, de quibus per partes monebo: περὶ ὧν in textum intuli pro περιών, & ἀδικῶν pro ἀδικῶν· in utroque *Kuhnius* præivit, ut & in hoc, quod ἐπιβολὴν textus jam habeat, de ea ſupra dictum.

cis,

cis, non tamen ſcriptis criminibus ſecundum legem citatoriam: utrinque enim loquuntur quaſi de his, de quibus leges nullæ ſunt. Si iniquitatis arguatur aut Præſes, aut Rhetor quiſpiam, contra hunc Senatui citatio committitur: quod ſi mediocriter deliquiſſe videatur, Senatus mulctæ irrogationem conſtituit:
52 ſi vero gravius, foro committit: * mulctam vero aut pati oportet, aut ſolvere. Citationes quoque fiebant contra Rhetores, Populum commoventes, aut non optima Populo conſulentes, aut ad bellum non miſſos profectos: aut contra præſidiorum, exercitus, naviumve proditores, ut Theophraſtus in Libro de Legibus docet. Quod vero citans, & non convincens, immunis fuerit, Hyperides in Libro de Lycophrone docet.
53 * Theophraſtus contra tradit, Aliarum actionum Actores

φων δημοσίων ἀδικημάτων, κατὰ τὸν νόμον τὸν [61] εἰσαγγελτικόν· [62] ἀμφοτέρως γὰρ λέγουσιν, ὡς λέγει περὶ ὧν οὐκ εἰσὶ νόμοι· ἀδικῶν δέ τις ἁλίσκεται, ἢ ἄρχων, ἢ ῥήτωρ, εἰς τὴν βουλὴν εἰσαγγελία δίδοται κατ' αὐτοῦ, κἂν μὲν μέτρια ἀδικεῖν δοκῇ, ἡ βουλὴ ποιεῖται ζημίας [63] ἐπιβολήν· [64] ἂν δὲ μείζω, παραδίδωσι δικαστηρίῳ· * [65] τὸ δὲ τίμημα, ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτί- 52
σαι· [66] ἐγίγνοντο δὲ καὶ εἰσαγγελίαι κατὰ τῶν καταλυόντων [67] τὸν δῆμον ῥητόρων, ἢ μὴ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ λεγόντων, ἢ πρὸς τοὺς [68] πολεμίους ἄνευ τοῦ πεμφθῆναι ἀπελθόντων, ἢ προδόντων φρούριον, ἢ στρατιὰν, ἢ ναῦς, ὡς Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ Νόμων. ὅτι δὲ ὁ εἰσαγγείλας καὶ οὐχ ἑλὼν ἀζήμιος ἦν, [69] Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Λυκόφρονός φησι. * καίτοι γε ὁ Θεόφρα- 53
στος, τοὺς μὲν ἄλλας γραφὰς γραψαμένους,

61 Εἰσαγγελτικόν.] Εἰς ἀγγελτικὸν MS. vitio ſolemni. JUNG.

62 Ἀμφοτέρως &c.] Locum ita legerem: ἀμφ. γ. λ. ἢ ὡς λέγει καὶ περὶ ὧν οὐκ εἰσὶ νόμοι, (ita legit & *Salmaſius*) *utroque enim modo loquuntur Rhetores*, nimirum, ut ipſe dicit, κατὰ τὸν νόμον τ. εἰ. & aliter, περὶ ὧν οὐκ εἰσὶ νόμοι. notatur diverſitas in loquendo. quidam enim dicunt εἰσαγγελίαν ſuam eſſe ſecundum legem in hunc uſum latam, quæ dicitur νόμος εἰσαγγελτικός. alii vero εἰσαγγελίαν dicunt eſſe ſibi de iis, quæ legem non habent ſcriptam. ita poſt νόμοι ponenda eſſet maxima interpunctio, & ſequeretur, ἀδικῶν δ' εἴ τις &c. ſi hæc εἰσαγγελία Rhetorem concernat, dicitur γραφὴ ῥητορική. locum facile intelliget, qui legerit utramque formulam, κατὰ νόμους εἰσαγγελτικούς, & καθ' ὧν οὐκ εἰσὶ νόμοι, in orationibus Rhetorum. KÜHN.

Ἀμφοτέρως &c.] MS. ἀμφοτέρως δὲ λέγουσιν ὡς κεῖται περὶ ὧν οὐκ εἰσὶ νόμοι, ἀδικῶν δέ τις &c. quæ profecto ſaniora vulgatis. in quibus vitium in περιὼν quaſi ſorex ſuo ſe ſibi indicio prodit. malim tamen fere ὡς vulgatum retinere, pro ὃς MS. ut non ad νόμον, ſed ad εἰσαγγελίαν referamus, quæ conſtituta ſit, utrumque enim dici de iis quæ legibus non comprehenſa ſunt: & poſt νόμοι videtur punctum ponendum: ut legamus: ἀμφοτέρως δὲ λέγουσιν, ὡς κεῖται περὶ ὧν οὐκ εἰσὶ νόμοι· ἀδικῶν &c. *Harpocratio* de hac εἰσαγγελία, quod ſit ἐπὶ δημοσίοις ἀδικήμασι μεγίστοις, καὶ ἀναβολὴν μὴ ἐπιδεχομένοις, καὶ ἐφ' οἷς μήτε ἀρχὴ καθέστηκε, μήτε νόμοι κεῖνται τοῖς ἄρχουσι, καθ' οὓς εἰσάξουσιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν βουλὴν ἢ τὸν δῆμον ἡ πρώτη κατάστασις ἔστω. &c. ſed non cohæret adhuc tamen locus, quod fieret, ſi pro δέ τις, δ' εἴ τις vel tale aliud quid orationem connecteret. Alius hæc melius reconcinnet: nos aliquid tamen ex MS. opis loco affecto attuliſſe, negabit nemo. JUNG.

63 Ἐπιβουλήν.] Leg. ἐπιβολήν. ſupra vidimus propriam eſſe locutionem in mulctæ impoſitione. KÜHN.

Ἐπιβουλήν.] MS. ζημίας ἐπιβολήν. nec aliter certe legendum. ἐπιβουλὴν vulgatum aperte falſum eſt & ineptum hoc loco. habuiſti & ſupra Segm. 21. ἐπιτίμιον, ἐπιβολή· & ibid. & ſupra VI, 176. clare ἐπιβολὴ ζημίας. *Harpocratio* hic dixit μέγισται ζημίαι ἐπίκεινται. JUNG.

64 Ἂν δὲ μείζω] MS. ὅταν δὲ μεῖζον ᾖ, παραδίδ. JUNG.

65 Τὸ δὲ τίμημα, &c.] Explicat, quid ſit τίμημα, nempe ὅ, τι χ. π. *quodcunque pœna ſufferendum aut ſolvendum eſt. Gloſſ.* τίμημα, *æſtimata pœna.* KÜHN.

Τὸ δὲ τίμημα, &c.] Formula judicialis, cujus cum alias, tum *Timocratea Demoſthenem* meminiſſe ait *Sigonius* libr. III. de Rep. *Athen.* cap. 1. extremo, ut quibus criminibus æſtimatio nulla a legibus indicta eſſet, judices æſtimarent, ὅ, τι &c. id eſt, *quid reum aut pati aut pendere oporteret*: quibus verbis omnia æſtimationum genera comprehenſa fuerint. ſcribe itaque: ὅ, τι χρὴ &c. idem vitium ex eadem vocula ſupra Segm. 38. ſuſtuli. Locus *Demoſthenis* κατὰ Τιμοκράτους eſt: Ἐὰν δ' ἁλῷ, τιμάτω ἡ Ἡλιαία περὶ αὐτοῦ, ὅ, τι ἂν δοκῇ ἄξιος εἶναι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. Et in eadem iterum: ἐὰν δὲ ἁλῷ, τιμάτω ἡ Ἡλιαία, ὅ, τι χρὴ παθεῖν αὐτὸν, ἢ ἀποτῖσαι. *Æſchines* in ea κατὰ Τιμάρχου, non longe ab initio: καὶ τίμημα ἐπέθηκεν, ὅ, τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. ſæpius occurrit apud Rhetores. Sic & *Plato* Apologia *Socr.* ubi *Socrates*: τί οὖν; τί ἄξιός εἰμι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι; & in Politico: ὧν δ' ἂν καταψηφισθῇ, τιμᾷν ὅτι χρὴ παθεῖν αὐτῶν τινάς, ἢ ἀποτίνειν. JUNG.

Τὸ δὲ τίμημα] Ὅτι· ita vulgo: nos cum *Jungermanno*, ὅ, τι.

66 Ἐγίγνοντο δὲ καὶ εἰσαγγ.] MS. ἐγίνοντο δὲ εἰσαγγελίαι καὶ κατὰ &c. quod quamvis leve, tamen hoc poſitu καὶ cum MS. mihi magis placeat. JUNG.

67 Τὸν δῆμον] Deeſt τὸν in MS. JUNG.

68 Πολέμους] Leg. πολεμίους. *Demoſth.* de falſa legatione indicat, ſi quis ad hoſtes legatus eat ſine populi ſuffragio, id capitale eſſe. KÜHN.

Πολέμους] MS. πολεμίους rectius quam vulgatum πολέμους. de oratoribus enim proficiſcentibus ad hoſtes necdum miſſis ſermo. poſt προδόντων integra pagina in membranis exſecta: quod valde ægre ferimus. non enim proletariam operam in his judiciariis a ſe dedit *Polluci* noſtro MS. *Palatinus*, multas mendas indicando, quæ vel ſagaces alias latuiſſent. deſunt itaque in eo omnia uſque ad verbum ἐπιπισκήψασθαι Segm. 61. Nos videbimus an quædam tamen qua emendatiora qua illuſtriora reddere queamus: quamvis id in paucis ſperamus a nobis fieri poſſe. JUNG.

Πολέμους] *Kühnius* noſter πολεμίους, quem ſequimur.

69 Ὑπερείδης] Scribe Ὑπερίδης. JUNG.

[70] χιλίας τ' ὀφλισκάνειν, εἰ τοῦ [71] πέμπτου τῶν ψήφων μὴ καταλάβοιεν, καὶ προσατιμοῦσθαι· τοὺς δὲ εἰσαγγέλλοντας, [72] μὴ ἀτιμοῦσθαι μὲν, ὄφλειν δὲ τὰς χιλίας. ἔοικε δὲ τοῦτο διὰ τοὺς ῥᾳδίως εἰσαγγέλλοντας ὕστερον προσγεγράφθαι. [73] Δημοσθένης δὲ [74] ἐν τῷ κατὰ Μέδοντος, καὶ κατὰ τῶν μὴ προσηκόντων τῇ ἐπικλήρῳ συνοικούντων, γίγνεσθαι τὰς εἰσαγγελίας λέγει. χίλιοι δὲ κατὰ μὲν τὸν Σόλωνα τὰς εἰσαγγελίας ἔκρινον· κατὰ δὲ τὸν Φαληρέα, καὶ [75] πρὸς πεντακο-
54 σίοι. • [76] ἀγραφίου δὲ κατηγοροῦνται, οἵ τινες

mille drachmis, & infamia mulctari, ſi non quinta ſuffragiorum parte potiantur: Citatores vero, non infamiæ, ſed mille drachmarum mulctam perſolvere: videturque hoc poſtea, propter frivole quemlibet citantes, adjunctum fuiſſe. Sed Demoſthenes contra Medontem, Etiam contra illos, qui immerito hæredi cohabitant, citationes fieri dicit. Mille autem, juxta Solonis Leges, citationes judicabant, ſed ſecundum Phalereum vero, Quingenti.
• Sed non ſcripti nominis damnantur, qui 54

70 Χιλίας τ' ὀφλισκάνειν] Supra Segm. 41. JUNG.

71 Πέμπτου] Μέρους ſupra fuit additum, idque etiam hoc loco inſerendum ex *Demoſthene*, aut ſubintelligendum. KÜHN.

72 Μὴ ἀτιμοῦσθαι] *Harpocratio*: αὗται (εἰσαγγελίαι) δὲ εἰσὶ πρὸς τὸν ἄρχοντα, καὶ τῷ διώκοντι ἀζήμιοι, κἂν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων. vide & *Sigon.* libr. III. de Republ. *Athen.* cap. 1. JUNG.

73 Δημοσθένης] Εἰσαγγελίας & in hereditate puellarum factitatas docet ex *Iſæo Sigonius* lib. IV. de Rep. *Athen.* cap. 2. eque *Polluce* addit: *Et* Demoſthenes *qui in Oratione contra* Medontem, *teſte* Polluce, εἰσαγγελίας *eſſe conceſſas inquit adverſus eos, qui alieni, non propinqui puellas hæredes duxiſſent: quas delationes* Solo *a mille judicibus*, Phalereus *a mille & quingentis judicari voluit.* Oratio iſta *Demoſthenis* citatur & ab *Harpocratione* in δικαστικόν. JUNG.

74 Ἐν τῷ] Poſterius ἐν τῷ recte omiſit *Interpres*: vult enim *Demoſthenes* εἰσαγγελίαν in eos quoque cadere, qui nullo cognationis jure nuptiis virginis obrepſerant, quæ ex aſſe hæreditatem ſortita erat. KÜHN.

Ἐν τῷ &c. κατὰ τῶν μὴ προσηκ. &c.] Nemo erit, qui non primo ſtatim intuitu deprehendat, illud ἐν τῷ librarii vitio male repetitum ex præcedentibus ἐν τῷ κατὰ &c. neque difficulter id mendi remanſit: ſolebant enim librarii, aut qui ſcriptis Codicibus emendandis curam dabant, ſuperfluas delendaſque voces uno alterove ſubnotare punctulo, quod fraudem ſæpius deſcriptoribus fecit. Non itaque dubitavi utramque voculam ſede ſua expellere. Εἰσαγγελεὺς in *Gloſſis*, *delator*, nec male: εἰσαγγελίαν itaque *delationem* dicas licet, eaque voce in reddenda Græca uſus eſt *Wolfius*. Εἰσαγγελίαν autem quidam *Grammatici* eo differre volunt a γραφῇ, quod hæc quidem minorum quoque, illa vero majorum tantum criminum eſſet poſtulatio: *Scholia* in *Cherſoneſitanam Demoſthenis* Orationem: Εἰσαγγελία, ἐμφανισμὸς, μήνυσις· ἔστι δὲ ἡ ἐπαγγελία, (εἰσαγγελία) δημοσίου δίκης ὄνομα· εἰσαγγελία δὲ καὶ γραφὴ διαφέρει· εἰσαγγελία μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν μεγάλων καὶ δημοσίων ἀδικημάτων, γραφὴ δὲ καὶ ἐπὶ μικρῶν. At enim εἰσαγγελία proprie dicitur criminum delatio, de quibus leges non ſunt latæ, adeoque in quæ ſecundum leges actio inſtitui non poteſt: γραφὴ vero dica quævis alicui ſecundum leges ſcripta: eaque vera eſt γραφῆς & εἰσαγγελίας differentia: non tamen Rhetores ſemper eo modo hac poſteriori voce utuntur, ſiquidem *Iſæum* εἰσαγγελίαν & γραφὴν pro eadem re uſurpaſſe doceat *Harpocratio*: *Heſychius* quoque ſimpliciter: Εἰσαγγελία, κατηγορία, ἐμφανισμὸς, μήνυσις· hinc εἰσαγγέλλειν δίκην, quod non raro reperias, idem eſt omnino cum hac loquendi formula, γράφειν δίκην, *litem intendere*, *dicam ſcribere*: ita & cum *Pollux* noſter εἰσαγγελίας deſignare tradat actionem κατὰ τῶν μὴ προσηκόντων τῇ ἐπικλήρῳ συνοικούντων, non aliam habet notionem ac γραφή, etenim hæc εἰσαγγελία ſecundum illam legem, qua cavebatur ἐπίκληρον debere τῷ ἐγγυτάτω γένους ſeu τῷ ἀγχιστεῖ συνοικεῖν, ut videre eſt apud *Iſæum* ἐν τῷ πρὸς Ξεναίνετον, & ex eo apud *Petitum* in LL. *Att.* p. 443. inſtitui poterat: eſt itaque & hic εἰσαγγελία *actio* ſeu *lis ſecundum leges intenta*. Hunc autem totum *Pollucis* noſtri locum de εἰσαγγελίᾳ deſcriptum habet *Petitus* Comment. in LL. *Att.* pag. 544. ibique hæc difficiliora Δημοσθένης &c. uſque ad χίλιοι δὲ omittit plane.

75 Πρὸς πεντακόσιοι.] *Interpres* πρὸς non expreſſit, quod vult, *Phalereum* mille judicibus quingentos lege ſua addidiſſe. KÜHN.

76 Ἀγραφίου] *Harpocratio*: ἀγραφίου· εἶδός τι δίκης οὕτω καλουμένης, κατὰ τῶν ὀφειλόντων μὲν τῷ δημοσίῳ, καὶ διὰ τοῦτο ἐγγραφέντων &c. εἶτα πρὶν ἐκτίσαι ἐξαλειφθέντων &c. & *Suidas* in ἀγραφίου· quem vide quoque in ἀγραφίου δίκη. *Heſychius*: ἀγραφίου δίκη, ἐπὶ τῶν καταδικασθέντων χρημάτων τῷ δημοσίῳ καὶ κατὰ χάριν μὴ ἐγγραφέντων ἐλέγετο. *Etymologicon Magnum*: ἀγραφίου, εἶδος δίκης, κατὰ τῶν ὀφειλόντων τι τῷ δημοσίῳ, καὶ ἀπογεγραμμένων μὲν, ἀπολειφθέντων δὲ πρὶν ἀποδοῦναι· ἔνιοι δὲ &c. ubi emendandum puto ἀπαλειφθέντων δὲ πρὶν &c. id quod *Harpocratio* dixit ἐξαλειφθέντων. JUNG.

Ἀγραφίου δὲ] Ὀφείλειν τῇ πόλει ſeu τῷ δημοσίῳ dicuntur aut qui ſunt in ære reipublicæ, aut qui res publicas uſui ſuo accepere commodatas: & horum quidem nomina in columnam ſeu στήλην referri mos erat: apud *Athenienſes* enim obtinuit, ut haud raro acta publica in columnas ſcriberentur: eramque hæ columnæ vel æreæ vel lapideæ, docente *Nonno* ad primam ſteliteuticam in *Julianum Nazianzeni Gregorii* Orationem: ſed quæ dixi, *Demoſthenis* auctoritate adſeram: is ita in *Evergum* inquit: γεγραμμένους οὖν αὐτοὺς ἀμφοτέρους ἐν στήλῃ ὀφείλοντας τὰ σκεύη τῇ πόλει ἡ ἀρχὴ παραλαβοῦσα παρὰ τῆς προτέρας ἀρχῆς ἡμῖν παρέδωκε κατά τε τὸν νόμον καὶ τὰ ψηφίσματα &c. eademque de cauſa antea dixerat: ἀπιστεῖς δὲ τὰς ἀρχὰς καθίστησιν ὑμῖν καὶ τὰ γράμματα τὰ ἐν ταῖς στήλαις· pluraque in illa Oratione reperies, ex quibus diſcere licebit, quo modo in eum fuerit actum, qui res reipublicæ commodatas non reſtituebat. At vero eorum, qui in ære erant reipublicæ, nomina in tabulas expenſi publicas referri ſolebant; ejuſque rei curam habebant ταμίαι, ſeu *ærarii publici procuratores*: illæ vero tabulæ παρὰ τῇ θεῷ, inquit *Harpocratio* in ψευδεγγραφή, erant depoſitæ, in ὀπισθοδόμῳ haud dubie, in quo arcis loco ærarium publicum adſervabatur: cum itaque quis debito ſe publico exſolverat, nomen ejus ab ταμίαις illis tabulis expungendum erat, quod ἐξαλείφεσθαι dicebatur; ſiquidem cera hæ tabulæ fuerint obductæ. In eum igitur, cujus non ſoluto reipublicæ debito, nomen erat expunctum, ἀγραφίου dabatur δίκη, ſeu *nominis falſo dolove malo expuncti actio*: ipſa legis verba, qua id eſt ſancitum, heic ponam: Ἐάν τις τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ μὴ ἐκτίσας τὸ ὄφλημα τῇ πόλει ἐξαλειφθῇ, εἶναι κατ' αὐτοῦ τὰς γραφὰς πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας τοῦ ἀγραφίου· ſunt ea ex *Demoſthe-*

ſeipſos delent. Et rationis omiſſæ actio contra eos, qui adminiſtratorum rationem non reddebant. Judicialia quoque nomina ſunt, juramenti proteſtatio, contrateſtatio, conteſtatio, dejeratio, deteſtatio, ſuggillatio, præſcriptio: reſortiri, judicium de vi, judicium nullum. Vadimonii deſerti Reum eſſe, inſpicere: provocatio, tranſlatio, electa judicia. De pactis, aut contractu judicari. emporiales cauſæ, inæſtimata actio, ſuf-
55 fragiorum ſcrutatio. * Proteſtatio, juramentum, quo Accuſator teſtatur, ſe vera di-

ἂν ἑαυτοὺς [77] ἐξαλείφωσι. καὶ [78] ἀλογίου δὲ δίκη ἣν κατὰ τῶν οὐκ ἀποδιδόντων λογισμοὺς, ὧν ἂν [79] διαχειρίσωσιν. Ἔστι δὲ ἐκ τῶν δικαστικῶν ὀνομάτων, [80] προομοσία, ἀντωμοσία, διωμοσία, ἐξομοσία, ἀπωμοσία, ὑπωμοσία, [81] παραγραφὴ, ἀντιλαχεῖν, ἐξούλης δίκη, μὴ οὖσα δίκη, ἐρήμην ὄφλειν, [82] ἐνεπισκήψασθαι, πρόσκλησις, ἔφεσις, ἔκκλητοι δίκαι, ἀπὸ συμβόλων δικάζεσθαι, ἐμπορικαὶ δίκαι, ἀτίμητος δί-
κη, [83] διαψήφισις. * [84] Προομοσία μὲν, ὅρκος, 55
ὃν ὁ κατήγορος προομνύει, ἦ μὴν ἀληθῆ κατη-

ne adverſus *Theocrinem* petita. Ἀγραφίου præterea δίκην & in eum valuiſſe, qui, cum eſſet ærarius, in tabulas tamen publicas non erat relatus, *Heſychius* adſerit: Ἀγραφίου, inquit, δίκη ἐπὶ τῶν καταδικασθέντων χρημάτων τῷ δημοσίῳ καὶ κατὰ χάριν μὴ ἐγγραφέντων ἐλέγετο· ſed hæc *Heſychiana* eruditis viris placere nequeunt, utpote qui putent ἀγραφίου δίκην tantum inſtitutam in eum, cujus, debito nec dum ſoluto, nomen erat expunctum: ac *Demoſthenis* quidem in illa ipſa, quam dixi, Oratione patrocinio utuntur; adſerit enim, ὅτι ὁ νόμος οὐ κατὰ τῶν ὀφειλόντων καὶ μὴ ἐγγραφέντων κελεύει τὰς γραφὰς τοῦ ἀγραφίου εἶναι, ἀλλ' οἵ τινες ἂν ἐγγραφέντες καὶ μὴ ἐκτίσαντες τῇ πόλει τὸ ὄφλημα ἐξαλειφθῶσι· & certe hic locus jam olim fraudi fuit illis, qui non animadverterunt *Demoſthenem* hæc magis, ut ſuæ inſerviret cauſæ, quam vere dixiſſe, taliaque apud *Oratorem* illum ſunt plura. Porro ἀγραφίου δίκην & illis, quorum nomina publicis tabulis non erant inſcripta, intentatam eſſe exinde patet, quod *Theocrines Epicharem* ἐνδείξει in ſe agentem roget: τί οὖν οὐκ ἀγραφίου με γράφῃ τὸν ὀφείλοντα καὶ μὴ ἐγγεγραμμένον; quam, quæſo, hujus rei rogandæ cauſam habuiſſet *Theocrines*, niſi & κατὰ τοῦ ὀφείλοντος καὶ μὴ ἐγγραφέντος hæc actio daretur? nullam utique: ſed, inquis, huic ἔνδειξις intendebatur ex lege, ſiquidem *Demoſthenes* ajat: ἀλλ' ἔνδειξιν κελεύει (ὁ νόμος) καὶ ἄλλας τιμωρίας κατ' αὐτοῦ εἶναι· equidem haud diffitear ἐνδείξει agi potuiſſe in τὸν ὀφείλοντα καὶ μὴ ἐγγραφέντα, ſi & aliorum ſimul criminum eſſet reus, ſed in hunc ſimpliciter illam valuiſſe actionem non puto; & næ *Demoſthenes* auctoritate legum hic egregie eſt abuſus, quæ ἔνδειξιν quidem ſtatuebant κατὰ τῶν ὀφειλόντων μὲν τῇ πόλει, πολιτεύεσθαι δὲ ἐγχειρούντων, docente *Libanio* ad *Oratoris Androtianam*, & *Suida* in ἐνδεικνύναι, nuſquam vero in ærarium tabulis publicis non inſcriptum; nec ullibi ἐνδείξεως in talem inſtitutæ mentionem reperies: minus itaque caute *Petitus* ex hoc *Demoſthenis* loco in leges *Atticas* hanc retuliſſe videtur: Ἔνδειξιν εἶναι κατὰ τοῦ ὀφείλοντος καὶ μὴ ἐγγεγραμμένου. hac certe lege haud inviti careamus, quæ tam debili auctoritatis tibicine nititur: pluſcula ſunt talia in iſthoc egregio opere. Addo, quod commodiſſime ἀγραφίου δίκη in τὸν μὴ ἐγγραφέντα agi potuerit, ſiquidem eadem eſt ratio τοῦ μὴ ἐγγραφέντος καὶ τοῦ ἐξαλειφθέντος· ſi huic potuit intendi, potuit & alteri, nam in utrumque eodem modo de debito reipublicæ non ſoluto agebatur: & hæc quidem obiter: tu vide, ſis, lector, diverſam opinionem tuentem *Petitum* de L. L. *Attic.* pag. 376. ubi & hunc *Pollucis* noſtri locum adducit.

77 Ἐξαλείφωσι.] Hinc corrigi poteſt *Etymol. Magnum* in voce ἀγραφίου; adi & *Demoſth.* ἔνδειξιν contra *Theocrinem*. KUHN.

78 Ἀλογίου] *Heſychius*: ἀλογίου δίκη, ἣν φεύγουσιν οἱ ἄρχοντες λόγον οὐ δόντες τῶν τῆς ἀρχῆς διοικημάτων. quæ totidem verbis & iiſdem *Suidas*: præter quod οὐ διδόντες τῶν &c. habet. JUNG.

79 Διαχειρήσωσιν.] Legendum διαχειρίσωσιν, a διαχειρίζω, *digero, rego, tracto*, in *Gloſſis*. KÜHN.

Διαχειρήσωσιν.] Legendum arbitror διαχειρίσωσιν. error ex prava pronunciatione ſæpe obvius etiam in MSS. JUNG.

Διαχειρήσωσιν.] *Kühnius* noſter διαχειρίσωσιν, quem in emendando textu ſum ſecutus. De ἀλογίου autem δίκη eadem plane iiſdem verbis quæ *Heſychius* & *Suidas*, habet *Etymologus*.

80 Προομοσία, &c.] Ad hæc nomina, puta προομοσία, διομοσία, ἐξομοσία, *H. Stephanus* hic adnotavit: *Apud* Euſtathium *per* ω *ſcribuntur*. ſi MS. hic non exſectus eſſet, διαφορότητας aliquas ſine dubio nobis imputaret. JUNG.

Προομοσία] Mox διομοσία erat vulgo, in cujus locum reddidi διωμοσία per ω, pauloque poſt eodem a me modo hæc vox eſt emendata.

81 Παραγραφὴ] Poſt παραγραφὴ, vix poſſum dubitare, quin omiſſæ ſint, ἄγραπτος δίκη, & ἀντιγραφὴ, quas habes Segm. 57. & forte & παραμαρτυρία ante has hic quoque, quæ infra cum παραγραφῇ jungitur. ſic enim totam lineam omiſſam deprehendere videor. nota tibi debent eſſe ejuſmodi librariorum flagitia. ſic ſupra Segm. 37. ἐπωβελία in alia enumeratione omiſſum indicabat MS. JUNG.

82 Ἐπισκήψασθαι] Sic edidit *Seberus* noſter. antea editi ἐπισκέψασθαι ſuum vitioſum & hic reponebant. Sed nondum locus emendatus eſt. legendum enim ἐνεπισκήψασθαι. patet id ſatis ex ſequentibus, ubi hæc ordine explicat prolixius, & in iis τὸ ἐνεπισκήψασθαι Segm. 61. de ſimplici vero ἐπισκήψασθαι ſupra egit jam Segm. 33 & 36. Needum hæc linea reſtituta eſt, præter enim menda, mutila eſt. omiſſum iterum vocabulum aliquod, nimirum πρόκλησις, quam mox Segm. 62. exponit. lapſus facilis ob ſimilitudinem alterius. Scribe itaque & ſupple: ἐνεπισκήψασθαι, πρόσκλησις, πρόκλησις, ἔφ. JUNG.

Ἐπισκήψασθαι] Reſtitui cum Doctiſſ. *Kühnio* noſtro ἐνεπισκήψασθαι, cujus ratio ex ſequentibus eſt liquida.

83 Διαψήφησις.] Mendum typographicum. corrige διαψήφισις, ut priores editiones habent, & infra eſt Segm. 64. JUNG.

84 Προομοσία &c.] De προομοσία, ἀντωμοσία, διωμοσία, vide *Sigon.* lib. III. de Rep. *Athen.* cap. 4. ἀντωμοσία habet & *Heſychius*, ordine ſuo: quamvis apud eundem in διωμοσία, ſit ἀντομοσία. de ἀντωμοσία vid. & *Harpocrationem* & *Suid.* & *Etymol.* διωμοσία per ω in ſecunda etiam *Heſych. Harpocratio*, *Suid. Etymolog.* & iidem omnes ita ἐξωμοσία. *H. Stephanus* Append. de Dial. *Attic.* cap. 16. tm. 4. ubi agit quænam actionum verba mere Attica ſint, omnia per ω in ſecunda habet, προωμοσία, ἀντωμοσία, διωμοσία &c. JUNG.

γορεῖν. Ἀντωμοσία δὲ, ὅρκος, ὃν ὁ κατηγορούμε-
νος [85] ἀντομνύει, ἦ μὴν μὴ ἀδικεῖν. [86] Διωμοσία
δὲ, ὁ παρ' ἑκατέρου ὅρκος. Ἐξωμοσία δὲ, ὅταν
τις ἢ πρεσβευτὴς αἱρεθῇ, ἢ ἐπ' ἄλλην τινὰ δη-
μοσίαν ὑπηρεσίαν, ἀῤῥωστεῖν, ἢ ἀδυνατεῖν
φάσκων, ἐξομνύηται αὐτὸς, ἢ δι' ἑτέρου. ἐξώ-
μνυντο δὲ καὶ οἱ κληθέντες μάρτυρες, εἰ φάσκοιεν
[87] μηδὲν ἐπίστασθαι τούτων, εἰς ἃ [88] προκαλοῦν-
56 ται. * Ἡ δ' [89] ἀπωμοσία ἐγίγνετο παρὰ τῶν
ἀντιλεγόντων πρὸς τοὺς ἐξομνυμένους, ἐπὶ προ-
φάσει ἀῤῥωστίας, ἢ ἀπουσίας. συνισταμένης
δὲ περὶ τούτου δίκης, [90] τὸ παρὰ τοῦ κρίνοντος ἔρ-
γον, ἀπωμοσία καλεῖται. [91] Ὑπωμοσία δέ ἐστιν,

cere. Contrateſtatio id, quod Reus con-
tra jurat, ſe non deliquiſſe. Conteſtatio,
utrumque amborum juramentum. Dejera-
tio, cum quis ad legationem, aut aliud
publicum quoddam munus electus, infir-
mitatis aut impotentiæ prætextu deje-
rat, aut ipſe, aut per alium. Deje-
rant etiam citati Teſtes, ſi nihil eorum
ad quæ vocantur, ſcire ſe affirmant.
* Deteſtatio autem, fiebat ab illis, 56
qui contradicebant dejerantibus ſub in-
firmitatis, aut abſentiæ prætextu: o-
riente autem hinc judicio, judicantis o-
pus, deteſtatio nominatur. Suggillatio eſt,

85 Ἀντομνύει] Emenda ἀντομνύει. Ita modo præcedens προομνύει. Eruditiſſ. *Q. Sept. Florens Chriſtianus* in notis ſuis ad Σφῆκας *Ariſtoph.* ad verba ἀντωμοσιῶν κηλῦφη, ex *Iſocrate*, & *Laertio* oſtendit & actorem ἀντωμόσαι dictum fuiſſe. Ejus interpretationem quoque loci hujus, *Pollucis* adſcribere placet: *Primum juſjurandum, quo adigebatur, qui litem intendebat vera ſe crimina objecturum, dicebatur* προωμοσία. *At* ἀντωμοσία, *quo reus promittebat ſe non injuria acturum.* JUNG.

Ἀντομνύει] Ita omnes editiones: cum acutiſſimo *Jungermanno* ἀντομνύει reſtitui: occurrit aliquoties id verbi hac in notione apud *Iſæum* περὶ Δικαιογένους κλήρου; ibidemque & ἀντωμοσίαν habes. Ἀντωμοσία, inquit *Aldobrandinus* ad *Laertii Socratem*, *proprie fuit juſjurandum id, quo ſe reus obſtringebat, ſe in judicio non injurioſe acturum;* προωμοσία *vero juſjurandum, quo adigebatur is qui litem intendebat*: minus recte, præcipue id, *ſe in judicio non injurioſe acturum*, quibus utique hæc *Pollucea* voluit reddere, ἦ μὴν μὴ ἀδικεῖν· ſed illa melius *Interpres* noſter expreſſit. Ἀντομόσαι dicitur tam qui litem intentat, quam qui fugit: ἀντώμνυον οἱ διώκοντες καὶ οἱ φεύγοντες. *Harpocratio*: ἑκάτεροι αὐτῶν ἀντώμνυον, *Scholiaſtes Ariſtoph.* unde ἀντωμοσία tam actori competit quam reo, eaque de cauſa dicti *Grammatici* de ἀντωμοσίᾳ inquiunt, γράμματα τινὰ γράψαντες ἀποφέρουσι πρὸς τὴν ἀρχὴν οἵ τε κατηγοροῦντες καὶ οἱ κατηγορούμενοι περὶ ὧν ἂν ᾖ δίκη· καλεῖται δὲ οὕτως ἐπειδὴ ἀντώμνυον οἱ διώκοντες καὶ οἱ φεύγοντες, οἱ μὲν ἀληθῆ κατηγορήσειν, οἱ δὲ ἀληθῆ ἀπολογήσασθαι· ſed cum proprie προωμοσία diceretur de actore, obtinuit ἀντωμοσίαν de reo κυριολέκτως uſurpari, ita tamen ut ſæpius προωμοσίας loco ponatur. Hinc vero ἀντωμοσία latius, ſcriptum forenſe, quo caput accuſationis exponitur, deſignat, eoque modo intelliges apud *Diogenem* in *Socrate*, dixit igitur, quod ἀντωμοσίαν *Laertius*, γραφὴν *Xenophon*: & ita ἀντομόσασθαι, *litem intendere*: Τάδε ἐγράψατο καὶ ἀντωμολογήσατο Μέλιτος Μελίτου Πιτθεὺς Σωκράτει Σωφρονίσκου Ἀλωπεκῆθεν· hic ἀντωμόσατο præſtantiſſimus *Menagius* legit, neque male; ſed illam emendationem olim occupavit *Chriſtianus Florens* ad Veſpas *Ariſtophanis*, & *Petitus* ad L. L. *Att.* pag. 329. De διωμοσίᾳ & ἐξωμοσίᾳ ſub unum conſpectum ponam quæ *Scholiaſtes Comici* habet ad Veſpas pag. 505. ne ſingula inferius repetere ſit opus: Διωμοσία δὲ, inquit, ὁ ἑκατέρωθεν γινόμενος ὅρκος ὑπὸ τῶν δικαζομένων, τοῦ μὲν ὡς πράξαντα διώκειν, τοῦ δὲ ὡς οὐκ ἔπραξεν ἀποφάσκειν· ἐξωμοσία δὲ ἄρνησις σὺν ὅρκῳ ὡς ἀδυνατοῦντος ἢ παρὰ καιρὸν ὄντος αὐτῷ τοῦ λειτουργεῖν· harum quoque vocum plures expoſuit, earumque diverſitatem notavit *Ammonius*, quem conſules, nobis enim hæc minutatim exequi non licet.

86 Διομοσία] Alii διωμοσία, ita &, ἐξωμοσία. vid. *Harpocr. Ulpianus* in de Falſ. Legat. de ἐξωμοσίᾳ, ὑπωμοσίᾳ & διωμοσίᾳ ita tradit: ἐξωμοσία erat omnimoda & ſimplex negatio cum juramento, vel, una voce, *ejuratio*: ὑπωμοσία, quando jurabat quis, quod nunc quidem hoc vel illud præſtare nequeat, alio autem tempore facturus ſit, adeoque dilationem petebat: διωμοσία erat, cum actor & reus juramentum calumniæ præſtabant, quæ & ἀντωμοσία dicebatur. KÜHN.

87 Μηδὲν ἐπίστασθαι] Hic iterum incipit C. A. hunc in modum: μεθ' ὃ (quod eſt librarii & ſignificat *poſtea*) μηδὲν ἐπίστασθαι, ἐφ' ὃ ἐκαλοῦντο. KÜHN.

Μηδὲν ἐπίστασθαι &c.] Cogebantur teſtes ἢ μαρτυρεῖν ἢ ἐξόμνυσθαι, *aut veritati teſtimonium adhibere, aut ejurationem facere*: *Demoſthen.* adv. *Theocrinem*: μᾶλλον δὲ ἀναγκάζοντες ἐμοῦ συναναγκάζητε ἤτοι μαρτυρεῖν ἢ ἐξόμνυσθαι· Idem in *Neæram*: καὶ ἀναγκάσω μαρτυρεῖν ἢ ἐξόμνυσθαι κατὰ τὸν νόμον ἢ κλητεύσω αὐτόν.

88 Προκαλοῦνται.] Legendum puto προσκαλοῦνται· teſtes nimirum advocantur vel citantur. JUNG.

89 Ἀπουσία] *Sylb.* ἀπωμοσία. *Heſych.* ἀπωμοσία, ὅταν τις κρινόμενος σκήπτηται μὴ εὐσχολεῖν πρὸς τοὺς δικαστὰς, ἀνθυπομνύῃ δὲ ὁ ἀντίδικος, καὶ περὶ αὐτοῦ τούτου προδικάζωνται. SEB.

Ἀπουσία] C. A. ἀπομοσία. KÜHN.

Ἀπουσία] Craſſa menda: cum ex *Pollucis* modo poſito catalogo clarum ſit legendum ἡ δ' ἀπωμοσία. ut etiam *H. Steph.* in ſuo Codice correxerat, addito *Heſychii* loco, quem inde a *Sylburgio* tranſcriptum in notis *Seberi* habes. JUNG.

Ἀπουσία] Cum MSS. & *Kühnio* noſtro ἀπωμοσία reſtitui.

90 Τὸ παρὰ τοῦ κρίν.] C. A. καὶ τὸ τ. κ. ἔ. KÜHN.

Τὸ παρὰ τοῦ κρίν.] Id eſt, κατηγόρου. infra Segm. 67. JUNG.

91 Ὑπωμοσία] C. A. ὑπομοσία. KÜHN.

Ὑπωμοσία] Longe aliud ὑπωμοσία apud *Harpocrationem*: τὸ ὑπερτίθεσθαι δίκην, προφάσει χρώμενον ἀποδημίας, ἢ νόσῳ, ἢ τινι τῶν παραπλησίων μεθ' ὅρκου οὕτως ἐλέγετο· καὶ τὸ ποιεῖν τοῦτο, ὑπόμνυσθαι· ὡς ἔκ τε ἄλλων δῆλον, καὶ ἐκ τοῦ Δημοσθένους κατὰ Ὀλυμπιοδώρου λόγου. Eadem habes in *Etymologico Magno*: præter quod *Demoſthenes* non adducatur. Quem tamen non inepte *Harpocratio* ad ſuam ſententiam advocavit. Ea enim oratione, quæ hodieque exſtat, *Calliſtratus* ſe & *Olympiodorum* dilationem cauſſæ quæſiviſſe ait πρὸς τοὺς ἀμφισβητοῦντας, & eam ſe obtuliſſe pulcherrimam, quum *Olympiodoro* in militia abeundum fuerit. ἐπειδὴ, itaque, ait, δὲ ἐκάλει ὁ ἄρχων εἰς τὸ δικαστήριον ἅπαντας τοὺς ἀμφισβητοῦντας κατὰ τὸν νόμον· ὑπωμοσάμεθα ἡμεῖς τουτονὶ Ὀλυμπιόδωρον δημοσίᾳ ἀπεῖναι στρατευόμενον· ὑπομοσθέντος δὲ τούτου ἀνθυπωμόσαντο οἱ ἀντίδικοι, καὶ διαβάλλοντες Ὀλυμπιόδωρον τουτονὶ, ὕστερον ἡμῶν λέγοντες, ἔπεισαν τοὺς δικαστὰς ψηφίσασθαι, τῆς δίκης ἕνεκα ἀπεῖναι τουτονὶ, καὶ

cum quis ſuffragium, aut legem ſancientem redarguit, tanquam inutilem: hoc enim, ſuggillare dixerunt. Et ſuggillatione facta, decretum irritum erat, do-
57 nec ratum judicaretur. * Præſcriptio, quæ eadem & tranſlatio Teſtium dicitur: cum quis judicium non ſolenne, legitimumve eſſe cauſatur, veluti jam ante judicatus, aut abſolutus: vel temporibus jam elapſis, quibus id judicandum erat: veluti non citationis, ſed iniquitatis: non publicorum, ſed privatorum: vel apud hos judicandum eſſe, utpote non in Areopago, ſed apud Palladium. Non ſcriptum judicium dicebatur, quod ob præſcriptionem ſublatum & tranſlatum erat.
58 * Recriminatio, cum quis Reus ipſe viciſſim accuſat. Et præſcriptio ſane, recriminationi ſimilis videtur, quare etiam prius abſolvitur. Recriminans porro, & non convincens, epobeliam ſolvebat.

ὅταν τὶς ἢ ψήφισμα, ἢ νόμον γράφοντα [92] γράψηται, ὡς [93] ἀνεπιτήδειον. τοῦτο γὰρ ὑπομόσασθαι λέγουσι. καὶ οὐκ ἦν μετὰ τὴν ὑπωμοσίαν τὸ
γραφὲν, [94] πρὶν κριθῆναι, κύριον. * [95] Παραγρα- 57
φὴ δ' ἦν ἡ αὐτὴ, καὶ [96] παραμαρτυρία, ὅταν τὶς μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι λέγῃ τὴν δίκην, [97] ἢ ὡς κεκριμένος, ἢ ὡς ἀφειμένος, ἢ ὡς τῶν χρόνων ἐξηκόντων, ἐν οἷς ἔδει κρίνεσθαι· [98] οἷον, οὐκ εἰσαγγελίας, ἀλλὰ παρανόμων, οὐ δημοσίᾳ, ἀλλὰ ἰδίᾳ· ἢ ὡς παρὰ τούτοις κρίνεσθαι δέον· οἷον, οὐκ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἀλλ' ἐπὶ Παλλαδίῳ. Ἄγραπτος δὲ δίκη ἐκαλεῖτο, ἡ ὑπὸ τῆς [99] παραγραφῆς ἀναιρεθεῖσα, καὶ [100] διαγραφεῖσα.
* [1] Ἀντιγραφὴ δὲ, ὅταν τὶς κρινόμενος [2] ἀντικα- 58
τηγορῇ. καὶ ἡ παραγραφὴ δὲ, ἀντιγραφῇ ἔοικε· διὸ καὶ [3] προεισέρχεται. ὁ δ' ἀντιγραψάμενος, μὴ κρατήσας, [4] τὴν ἐπωβελίαν προσωφλίσκανε.

οὐ δημοσίᾳ. ubi vides & ἀνθυπωμοσίαν fuiſſe. *Pollucis* ὑπωμοσία vero longe alia, de ſcitorum vel legum ſcriptoribus nimirum: quæ & ante dixit, Segm. 44. ne non illum ita ſentiſſe putes. de ὑπωμοσίᾳ ad *Harpocrationis* expoſitionem ex *Ulpiano Interpr. Demoſthenis* in *Midianam*, & *Demoſthenis* Oratione contra *Euergum* vid. & *Sigon.* libr. III. de Republ. *Athen.* cap. 4. JUNG.

92 Γράψηται] C. A. γράψεται. aliter ὑπωμοσίαν explicat *Ulpianus* in *Demoſth.* de Falſ. Legat. confer & *Harpocr.* h. v. KÜHN.

93 Ἀνεπιτήδειον] Supra dixit Segm. 44. ἀσύμφορον. infra Segm. 88. μὴ ἐπιτήδειον. JUNG.

94 Πρὶν κριθῆναι κύρ.] *Non erat ratum, antequam judicii aleam ſubierat.* KÜHN.

Πρὶν κριθῆναι κύρ.] Diſtingue, κριθῆναι, κύριον. ſcilicet οὐκ ἦν κύριον τὸ γραφὲν πρὶν κριθῆναι, *non auctoritatem habebat ullam niſi tale judicaretur.* JUNG.

Πρὶν κριθῆναι] Cum *Kühnio* diſtinctionis minoris notam his voculis ſubjeci. Conſule *Demoſthenem* de Corona pag. 489.

95 Παραγραφὴ] Vid. *Iſocr.* παραγραφικὸν adverſus *Callimachum*, & *Demoſthenis* multas παραγραφῶν orationes. KÜHN.

Παραγραφὴ] De hac *Sigon.* libr. III. cap. 4. *Primum autem præſidium* (reo, introducta jam actione) *fuit* παραγραφὴ, *quam nos* exceptionem *vocamus, quæ teſte* Polluce, *&* Ulpiano *erat, quoties aliquis negabat, actionem eam introduci poſſe, aut quia damnatus ante, aut quia abſolutus fuiſſet; aut quia tempus abiiſſet, quo judicari oportuiſſet; aut quia non publica actio intendenda fuiſſet, ſed privata; neque apud* Areopagum, *ſed apud* Palladium; *neque apud arbitrum, ſed apud Archontem, aut Theſmothetas, aut alios; aut non eo tempore, ſed alio.* JUNG.

Παραγραφὴ] Adducit hunc *Pollucis* locum *Petitus* ad L. L. *Att.* pag. 341. in eoque omittit καὶ παραμαρτυρία, & illis οἷον, οὐκ εἰσαγγελίας &c. aſteriſci notam apponit, quod mutila putet illa verba, nec, mea quidem opinione, immerito.

96 Παραμαρτυρία] MS. διαμαρτυρία. SEB.

Παραμαρτυρία] MS. *Seberi Auguſtanus*, διαμαρτυρία· quod credo eſſe verius: fueritque hæc alia & latior ſuperiori Segm. 32. ſane παραμαρτυρίαν temere haud invenias: διαμαρτυρίαν vero facile, & eam genus παραγραφῆς te docebit *Budæus* in Comm. ſuis. Sic *Heſychius*: διαμαρτυρία, δίκη τις ὁμοία τῇ περιγραφῇ, emenda: παραγραφῇ· conſulæ itaque ob conjunctionem interdum fuerint; & *Pollucem* credo ſcripſiſſe; παραγραφὴ δ' ἦν, ἡ αὐτὴ καὶ διαμαρτυρία. JUNG.

97 Ἢ ὡς κεκρ.] Ἢ omittit C. A. inſerit autem poſt κεκριμένος, ἢ διαίτης γεγενημένης ἢ ὡς ἀ. &c. KÜHN.

98 Οἷον, οὐκ εἰσαγγελίας, &c.] Ἢ οὐκ εἰσαγγελίας &c. ἢ ὡς οὐ π. τ. &c. οὐ ſic perſcriptum eſt in C. A. *Petitus* in L. L. *Atticas* aſteriſcum defectus indicem poſt κρίνεσθαι apponit, ſed ſine cauſa pag. 341. KÜHN.

Οἷον, οὐκ εἰσαγγελίας, &c.] Hæc quaſi exempli gratia ſubjiciuntur iſtis, ἢ ὡς τῶν χρόνων ἐξηκόντων. ſed nullam in iis video cauſſam dilationis petendæ ob elapſum tempus. an enim ideo quod publicæ vel privatæ obtineat actionis nomen? Deerit itaque aliquid; de quo ſi MS. noſter non mutilus eſſet, facile expediremus nos; forte de actionis genere non recto & conveniente cauſæ uſurpato: cujus rei exempli loco iſta ſubjiciat, οἷον &c. ſed hæc & alia, aliquis veteris *Græci* juris peritus reſtituet facilius: nos in illo foro ſumus hoſpites. JUNG.

99 Παραγραφῆς] C. A. γραφῆς. KÜHN.

100 Διαγραφεῖσα.] Διαγραφεῖσα, *inducta, cancellata.* vid. *Harpocr.* in διαγράψασθαι. KÜHN.

1 Ἀντιγραφὴ] *Recriminationem* interpretatur *Sigonius* libr. III. de Republ. *Athen.* cap. 4. quem v. JUNG.

Ἀντιγραφὴ] De hac omnino eſt videndus *Harpocratio*, & ad eum *Mauſſacus*.

2 Ἀντικατηγορῇ.] MS. ἀντικαταγορεῖ. SEB.

Ἀντικατηγορῇ.] C. A. ἀντικαταγορεῖ. KÜHN.

3 Προεισέρχεται.] *Prius abſolvitur, Interpr.* male. indigitat autor cum ἀντιγραφῇ ita comparatum eſſe, ut cum παραγραφῇ, qua qui utebatur, primus in judicium veniebat, & reus excipiens prius audiebatur, quam accuſator. φεύγων τὴν δίκην πρότερος λέγει τοῦ διώκοντος, inquit *Iſocrates* contra *Callimachum*, ubi & legem affert, qua cautum erat, ut prior cauſam diceret ὁ παραγραψάμενος. ita & res ſe habet cum ἀντιγραψαμένῳ, ex quibus patet, legendum eſſe paulo ante apud *Pollucem*, καὶ ἡ ἀντιγραφὴ δὲ παραγραφῇ ἔοικε, διὸ καὶ προεισέρχεται· ἀντιγραφὴ *vero ſimilis videtur* παραγραφῇ, *qua de cauſa etiam prior in judicium admittitur*, ex lege ſcilicet παραγραφῆς. vid. *Demoſth.* Orat. I. contra *Stephan.* παραγραφῇ opponitur εὐθυδικία, vel εὐθεῖα δίκη, *ipſa cauſa*, ſine ulla exceptione. KÜHN.

4 Τὴν ἐπωβελίαν] Supra Segm. 48. JUNG.

[5] τίθενται δὲ τὸ [6] τῆς ἀντιγραφῆς ὄνομα καὶ κατὰ τῶν [7] ἀπαντώντων πρὸς τὰς γραφάς. καί ἐστι πρὸς τὴν γραφὴν τὸ τοῦ φεύγοντος γράμμα, ἀντιγραφή· [8] οἷον, τὰ ψευδῆ μου κατεμαρτύρησε Στέφανος, γράψας τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ.
59 * Ἡ δὲ τῆς [9] ἐξούλης δίκη γίγνεται, ὅταν τις τὸν ἐκ δημοσίου πριάμενον μὴ ἐᾷ καρποῦσθαι ἃ [10] ἐπρίατο, ἢ τὸν νικήσαντα, ἃ ἐνίκησεν, ἀλλ' ἢ ἔχοντα ἐκβάλλῃ, ἢ σχεῖν κωλύσῃ, ἢ αὐτὸς ὁ ὄφλων, ἢ ἄλλος ὑπὲρ αὐτοῦ. [11] καὶ μὴν, εἰ ὁ μὲν ὡς ἐωνημένος ἀμφισβητεῖ κτήματος, ὁ δὲ ὡς
60 ὑποθήκην ἔχων, ἐξούλης ἡ δίκη. * Ἡ δὲ [12] μὴ οὖσα δίκη, οὕτως ὠνομάζετο, [13] ὁπόταν τις παρὰ διαιτηταῖς παραγραψάμενος, καὶ ὑπομοσάμενος νόσον, ἢ ἀποδημίαν, [14] εἰς τὴν κυρίαν οὐκ

Ponunt vero actionis nomen, contra tergiverſantes ſimul actiones ipſas. & rei actio actioni huic adjuncta, recriminatio eſt: utpote falſo contra me teſtatus eſt Stephanus, hæc tabellæ inſcribens. * Ju- 59
dicium de vi oritur, cum quis aliquem e publico ementem, eo quod emit, frui non patitur, aut Victorem iis quæ devicit: ſed aut obtinentem dejicit, aut obtinere vetat, vel ipſe debitor, aut alius ſuo nomine. Et ſi quidem hic, ceu emptor, de poſſeſſione contendit: ille vero ceu pignus occupat, judicium de vi conſtituitur. * Judi- 60
cium nullum nominabatur, ſi quis apud Arbitros Reus vocatus, & morbum prætexens aut peregrinationem, in diem conſtitutum

5 Τίθενται] Scribendum exiſtimo τίθεται. JUNG.

6 Τῆς γραφῆς] C. A. τῆς αὐτῆς γραφῆς, vel τῆς ἀντιγραφῆς· ἀντιγραφῆς nomen ponitur etiam, cum reſpondetur & occurritur actoris intentioni per apologiam ſubſcriptam, & hoc rei ſcriptum, accuſantis criminationibus oppoſitum, eſt ἀντιγραφή. vid. ſupra Segm. 33. KÜHN.

Τῆς γραφῆς] Ἀντιγραφῆς mox cum Doctiſſ. *Kuhnio* reſtitui.

7 Ἀπαντώντων] MS. ἀπαιτώντων. quomodo mox Segm. ſeq. editi quoque. SEB.

Ἀπαντώντων] Omnino ex *Seberi* MS. reponendum ἀπαιτώντων. nec dubitandi ratio. nec aliter *Florent.* editio, niſi quod accentus falſus, nempe ἀπαιτώντων habens. vulgati vero *Baſilea* ἀπατώντων, omiſſo ι ediderant, vocem plane corrumpentes. JUNG.

Ἀπατώντων] *Kühnius* ἀπαιτώντων, quam lectionem priſcam in textum detuli.

8 Οἷον, τὰ ψευδῆ &c.] Exemplum ἀντιγραφῆς petitum eſt ex I. Orat. *Demoſth.* contra *Stephanum*; dabo locum integrum, ut, quæ deſunt hic, inde ſuppleantur: Ἀπολλόδωρος Πασίωνος Ἀχαρνεὺς, Στεφάνῳ Μενεκλέους Ἀχαρνεῖ ψευδομαρτυριῶν· τίμημα τάλαντον· τὰ ψευδῆ μου κατεμαρτύρησε Στέφανος, μαρτυρήσας τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ γεγραμμένα. hactenus γραφή. ſequitur ἀντιγραφή· τ' ἀληθῆ ἐμαρτύρησα μαρτυρήσας τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ γεγραμμένα· hæc pars ultima deeſt in *Pollucis* textu, qua ὁ φεύγων ἀπαντᾷ πρὸς τὴν γραφήν. eadem fere habet *Petitus* in L. L. *Atticas* pag. 320. ſic duæ ſunt ἀντιγραφῆς notiones, quarum altera actorem petit recriminatione, altera tuetur reum repetita aſſeveratione. KÜHN.

Οἷον, τὰ ψευδῆ &c.] Hac ſunt ex Oratione prima *Demoſthenis* κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν. Et eſt nimirum exemplum ἀντιγραφῆς, quæ talis hæc in illa oratione: Ἀπολλόδωρος Πασίωνος Ἀχαρνεὺς, Στεφάνῳ Μενεκλέους Ἀχαρνεῖ, ψευδομαρτυριῶν· τίμημα, τάλαντον· τὰ ψευδῆ μου κατεμαρτύρησε Στέφανος, μαρτυρήσας τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ γεγραμμένα· τἀληθῆ ἐμαρτύρησα τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ γεγραμμένα. En exemplum ἀντιγραφῆς *Stephaniana*: cui ſubjicit *Demoſthenes*: ταῦτα οὕτως αὐτὸς ἀντιγράψατο ἃ χρὴ μνημονεύειν ὑμᾶς, καὶ μὴ τοὺς ἐξ ἀπάτης νῦν λόγους ὑπὸ τούτου ῥηθησομένους πιστοτέρους ποιεῖσθαι τῶν νόμων, καὶ τῶν ὑπὸ τούτου γραφέντων εἰς ἀντιγραφήν. Quid itaque? an non in vulgatis pro illo γράψας, ſcribendum μαρτυρήσας; ut apud *Demoſthenem* eſt: & forte etiam cum altera voce: μαρτυρήσας τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ γεγραμμένα. JUNG.

Οἷον &c.] Hæc ex *Demoſthene* eſſe petita docet quoque *Valeſius* ad *Harpocr.* p. 9.

9 Ἐξούλης δίκη] Deducunt ab ἐξίλλειν, quod Atticis eſt, ἐξωθεῖν, ἐκβάλλειν βίᾳ, *vi detrudere*, *expellere*. vid. *Gloſſas* βασιλικῶν in ἄλλου βίαιος. C. V. pro γίγνεται leg. ἦν. dein, οὐκ ἐᾷ· λαχὼν ἐξούλης, inquit *Demoſth.* Orat. contra *Midiam* (ubi vide *Ulpianum*) & contra *Onetorem*. vid. *Heſychium* in ἐξούλης δίκην. *Harpocr.* & *Suid.* quæ *vi poſſeſſa*, huc pertinent. in *Gloſſis* βασιλικῶν, βιπόσισα, Græcis literis. vid. *Ciceronem* pro *Cæcina*. KÜHN.

Ἐξούλης δίκη] De hac vid. *Sigon.* lib. III. de Rep. *Athen.* cap. 1. convenit hæc cum *interdicto unde vi* apud *Romanos*, ut indicavit etiam *R. Forner.* II. rer. quotid. 15. JUNG.

Ἐξούλης δίκη] Videndus eſt *Harpocratio* ac in eum *Mauſſacus*: præterea *Petitus* in L. L. *Att.* pag. 415. apud *Harpocrationem* vero lege pro ἐξίλλειν, ἐξίλλειν, prout & ἀπίλλειν· Lex. ὅστις δὲ ἀπίλλῃ τῇ θύρᾳ apud *Lyſiam* κατὰ Θεομνήστου. *Heſych.* Ἐξίλλειν, ἀπείργειν, κωλύειν, κτείνειν, ἐκβάλλειν.

10 Ἐπρίατο] MS. ἐπριᾶτο. SEB.

11 Καὶ μὴν] Abeſt μὴν a C. A. dein, ἢ καὶ ὡς ὑ. ἔ. &c. KÜHN.

12 Μὴ οὖσα δίκη] *Cauſa non Cauſa*, id eſt, quæ εἰς τὸ μὴ εἶναι πιπίπτεται, *nullitatis*, ut vocant. damnatur, ſententiamque arbitri irritam facit denuo litigando. erat igitur hæc actio reſtauratio *eremodicii*. KÜHN.

Μὴ οὖσα δίκη] *Demoſthenes* ea κατὰ Μειδίου· ἀλλὰ τὴν μὴ οὖσαν ἀντιλαχεῖν ἐξῆν αὐτῷ δή που· *at licebat illi judicium reſortiri*, *ſententiamque arbitri nullam eſſe & irritam defendere*: ita vertit *Budæus* Comm. L. G.

13 Ὁπόταν &c.] Hæc ita *Sigonius* lib. III. de Rep. *Athen.* cap. ult. interpretatur: *Quoties quis apud arbitros, tranſlato, aut dilato morbi, aut peregrinationis cauſſa arbitrio non occurrens* εἰς τὴν κυρίαν, *deſerti arbitrii damnabatur*, *licebat & intra decem dies* τὴν μὴ οὖσαν ἀντιγράφειν, *& deſertum arbitrium tollebatur*, *ut a principio veniret ad arbitrum*: *ſi autem* τὴν μὴ οὖσαν *non tolleret*, *juratus ſe invitum deſeruiſſe arbitrium*, *pro rata arbitri ſententia ducebatur*. ſed ibid. *Pollucis* ὀφθεὶς omittit *Sigonius*, & certe videtur locus non carere mendo, εἰς τὴν κυρίαν ὀφθεὶς, ἢ μὴ ἀπαντήσας· quæ inter ſe pugnare videntur. Mihi videtur negativa particula excidiſſe, & ſupplendum, εἰς τὴν κυρίαν οὐκ ὀφθεὶς &c. JUNG.

14 Εἰς τὴν κυρίαν] In C. A. ſequitur, μὴ ἀπαντήσας, ſi ſtatuto tempore non compareret, eremodicium debebat; expectabant enim arbitri uſque ad veſperam adventum rei die ſtatuto; & ſi non veniſſet, arbitrio ſuo ἐρήμην eremodicium contra deſertorem pronuntiabant. *Demoſth.* Orat. contra *Midiam*. hoc ipſum erat καταδιαιτᾷν, cui contrarium, ἀποδιαιτᾷν, *arbitrio abſolvere*. KÜHN.

viſus, aut non diem obiens, vadimonii
deſerti reus eſt: licebatque intra decem
dies judicium irritum criminari, & ſolvebatur
vadimonium, ut res denuo ad Arbitrum
referretur. quod ſi judicium irritum
eſſe non convinciſſet, jurans quod invitus
judicium reliquiſſet, rata erant;
quæ Arbitri pronunciaverant: unde & pen-
61 ſionis fidejuſſores conſtituebantur. * Reſortiri
judicium licebat, ſi quis abſens,
in foro a præcone vocatus, aut non audiens,
deſerti vadimonii Reus eſſet. Reſortiri
autem intra duos menſes fas erat:
quod ſi non faceret, mulctam ſcriptam
debebat, & ipſe infamis erat. Inſpicere
erat, cum quis inter publicata bona,
ſibi aliquid deberi, aut ad ſe ſpectare
diceret. Ipſumque opus, inſpectio no-
62 minabatur. * Denunciatio eſt de illis,
qui de Hærede, aut hæreditario contendunt:
contendens enim Reo diem ad
Prætorem denunciat: niſique denunciet,
irritum eſt judicium. & hæc, actiones
indenunciatæ dicuntur. Proteſtatio
eſt, diſſolutio judicii, propter certum
aliquod juſjurandum, teſtimonium,
aut quæſtiones, vel ob aliud tale quip-

ὀφθεὶς, ἢ μὴ ἀπαντήσας, ἐρήμην ὄφλῃ, ἐξῆν
ἐντὸς δέκα ἡμερῶν τὴν μὴ οὖσαν ἀντιγράφειν.
καὶ ἡ ἐρήμη ἐλύετο, ὡς ἐξ ἀρχῆς ἐλθεῖν ἐπὶ διαιτητήν·
εἰ δὲ μὴ ἕλῃ τὴν μὴ οὖσαν, ὀμόσας μὴ
ἑκὼν ἐκλιπεῖν τὴν δίαιταν, κύρια τὰ διαιτηθέντα
ἐγίγνετο· ὅθεν ἐγγυητὰς καθίστασαν τοῦ [15] ἐκ-
τίσματος. * [16] Ἀντιλαχεῖν δὲ δίκην ἐξῆν, ὁπό- 61
τε τις μὴ παρὼν ἐν δικαστηρίῳ κατακηρυχθεὶς,
καὶ μὴ ὑπακούων, ἐρήμην ὄφλῃ. ἀντιλαχεῖν
δὲ, ἐντὸς δύο μηνῶν ὑπῆρχεν. εἰ δὲ μὴ τοῦτο
σχοίη, τὸ ἐγγεγραμμένον ὦφλε, καὶ ἄτιμος ἦν.
[17] Ἐνεπισκήψασθαι δὲ ἦν, [18] ὁπότε τις ἐν τοῖς δημευθεῖσιν
ἑαυτῷ τι ὀφείλεσθαι ἢ προσήκειν [19] λέγῃ.
καὶ τὸ πρᾶγμα, ἐνεπίσκημμα ἐκαλεῖτο.
* Πρόσκλησις δέ ἐστιν ἐπὶ τῶν ἀμφισβητούντων 62
κλήρου, ἢ ἐπικλήρου· ὁ γὰρ ἀμφισβητῶν, προσκαλεῖται
τὸν [20] ἐπιδεδικασμένον πρὸς τὸν ἄρχοντα·
εἰ δὲ μὴ προσκαλέσοιτο, ἀτελὴς ἡ δίκη·
αὗται δὲ ἐλέγοντο [21] ἀπρόσκλητοι δίκαι. [22] Πρόκλησις
δέ ἐστι λύσις τῆς δίκης ἐπί τινι ὡρισμένῳ
ὅρκῳ, ἢ μαρτυρίᾳ, ἢ βασάνῳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ τοι-

Εἰς τὴν κυρίαν ὀφθεὶς, &c.] Lubens hic *Jungermanno* aſſentior; inſerui itaque particulam *οὐκ*, nec enim aliter ſenſus ſibi conſtat. *Ἀπαντᾷν ἐπὶ κυρίαν* eſt apud *Demoſthenem κατὰ Μειδίου*.

15 Ἐκτίσματος.] Erat mulcta mille drachmarum. *Demoſth.* l. c. KÜHN.

16 Ἀντιλαχεῖν] *Heſych.* in *ἀντιλαχεῖν* & *ἀντικαταλαβεῖν* leg. *ἀντικαταβαλεῖν*. KÜHN.

17 Ἐνεπισκήψασθαι] Supra Segm. 54. eſt ſimpl. *ἐπισκήψασθαι*. SEB.

Ἐνεπισκήψασθαι] Vid. *Harpocr.* in *ἐνεπίσκημμα καὶ ἐνεπισκήψασθαι*, & ibi notata *Valeſio*. KÜHN.

Ἐνεπισκήψασθαι] Sed ad MS. noſtrum, cum quo felicius hoc mendorum mare pernavigamus. Is hic nova pagina iterum incipit cum verbo *ἐνεπισκήψασθαι*, & adſcriptum habet, *ἐκλείπει μία σελίς*, ad oram, ab aliquo qui illum defectum vel *ἐκτομὴν σελίδος* adverterat. de *ἐνεπισκήμματι* & *Harpocrationem* vide: & notat ex noſtro *Polluce* hinc non tantum *Romæ* obtinuiſſe (L. 72. *Mulier.* de jure dot.) ſed & *Athenis* invaluiſſe, ut nempe publicatio bonorum ſic accipiatur, ut æs alienum deducatur, *G. Fornerius* ad l. XXXIX. *ſubſignatum.* §. 1. bona. D. de V. S. ubi & *Etymologici* auctorem in eam rem citat. vid. & eund. ad l. XII. *ſi cui* cod. t. JUNG.

18 Ὁπότε τις ἐν τ. δημ. &c.] Ita MS. ἦν, ἢ ἀπὸ δικαστῶν ἐπὶ ξενικὸν δικαστήριον, ὁπότε τις ἐν τ. δ. ἑ. τί. longe plura quam vulgo: ſed haud intrudenda. exerraverunt enim ſcribæ oculi in iſta quæ inferius habes fine Segm. ſequ. par *σφάλμα* notabam in MS. ſupra Segm. 46. JUNG.

19 Λέγῃ.] MS. λέγει. SEB.

Λέγῃ.] MS. λέγει τὸ πρᾶγμα &c. vid. & *Harpocrationem* in *ἐνεπίσκημμα, καὶ ἐνεπισκήψασθαι*· ex quo hæc ſaltem adſcribere lubet: *ἔστι δὲ καὶ λόγος τις ἐπιγραφόμενος· Δημοσθένης* (an Δημοσθένους, ſublato puncto præpoſito?) *πρὸς Κριτίαν περὶ τοῦ ἐνεπισκήμματος· ὃν Καλλίμαχος μὲν ἀναγράφει ὡς γνήσιον, Διονύσιος δὲ ὁ Ἁλικαρνασσεύς, ὡς ψευδεπίγραφον.* JUNG.

20 Ἐπιδεδικασμένον] *Eum, qui ſibi vindicat ἐπίκληρον, & de ea litigat cum aliis.* KÜHN.

21 Ἀπρόσκλητοι] *Demoſth.* contra *Midiam*: *τὴν μὲν κατὰ τοῦ διαιτητοῦ γνῶσιν, ἣν ἀπρόσκλητον κατεσκεύασεν, αὐτὸς κυρίαν αὐτῷ πεποίηκεν. ἣν δὲ αὐτὸς ὤφλεν ἐμοὶ, προσκληθεὶς, εἰδὼς, οὐκ ἀπαντῶν, ἄκυρον ποιεῖ·* ergo erat *πρόσκλησις, δίκης καταβολὴ*, *primum quod jaciebatur cauſæ fundamentum & initium*, ſine quo non erat *εἰσαγώγιμος* in judicium, litis ſcilicet denuntiatio per *κλητῆρα*, & ubi talis denuntiatio & vocatio ad magiſtratum non adhibita fuerat, *δίκη ἀπρόσκλητος* erat. unde ſæpe conjunguntur *προσκαλεσάμενος* & *γραψάμενος*. KÜHN.

Ἀπρόσκλητοι] MS. *πρόσκλητοι δίκαι*, pro *ἀπρόσκλητοι δ.* Verum vulgatum non mutem: reſpexit enim ad illas *δίκας ἀτελεῖς, ὅταν τις μὴ προσκαλέσοιτο*. *Demoſth.* *πρὸς Νικόστρατον* apud *Budæum*: *ὁ Ἀφιδούσιος ἀπρόσκλητόν μου δίκην δραχμῶν δίκην καταδικασάμενος, ὡς ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ κλητῆρας ἐπιγραψάμενος.* *Heſychius*: *ἀπρόσκλητος δίκη, ἡ μὴ τυχοῦσα τῶν καλουμένων κλητόρων κατὰ τὸν νόμον, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἦν εἰσαγώγιμος.* vid. & *Harpocrationem*, & *Etymologicum* in *κλητῆρες*. JUNG.

22 Πρόκλησις] C. A. *πρόσκλησις*. melius vulgatum. vid. *Suid.* in hac voce ex *Harpocratione*. *πρόκλησις* adverſario offerebat conditionem, quæ liti finem faceret, ex. gr. *torturam familiæ, juſjurandum, arbitrium*, &c. ſi ſervus poſcebatur ad quæſtionem, ſubjici ſolebat formula cautionis de præſtanda indemnitate. *ἐάν τι πηρώσω γε σοὶ τὸν παῖδα τύπτων, τἀργύριον σοὶ κείσεται. ſi qua ſervum verberando claudum, cæcum, alſove membro mutilum fecero, argentum tibi erit promptum paratum*, pretium ſcilicet ſervi. ſed ſæpe actor, non accipiente reo delatum juramentum, cauſam deſerebat. KÜHN.

Πρόκλησις] MS. mendoſe iterum *πρόσκλησις* &c. Lucide *Harpocratio*: *πρόκλησις· εἰώθεσαν, ὁπότε δικάζοιντό τινες, ἐξαιτεῖν ἐνίοτε θεράπαινας, ἢ θεράποντας εἰς βάσανον, ἢ εἰς μαρτυρίαν τοῦ πράγματος, καὶ τοῦτο ἐκαλεῖτο προκαλεῖσθαι, τὸ δὲ γραμματεῖον, τὸ περὶ τούτου γραφόμενον, ὠνομάζετο πρόκλησις, παρὰ πολλοῖς δὲ ἐστι

οὕτω. [23] Ἔφεσις δέ ἐστιν, [24] ὅταν τὶς ἀπὸ διαιτητῶν, ἢ ἀρχόντων, [25] ἢ δημοτῶν, ἐπὶ δικαστὴν ἐφῇ· ἢ ἀπὸ βουλῆς ἐπὶ δῆμον, ἢ ἀπὸ δήμου ἐπὶ δικαστήριον, ἢ ἀπὸ δικαστῶν ἐπὶ [26] ξενικὸν
63 δικαστήριον· • ἐφέσιμος δὲ ὠνομάζετο ἡ δίκη· αὗται δὲ καὶ [27] ἔκκλητοι δίκαι ἐκαλοῦντο· τὸ δὲ παρακαταβαλλόμενον ἐπὶ τῶν ἐφέσεων, ὅπερ οἱ νῦν [28] παραβόλιον καλοῦσι, παράβολον Ἀριστοτέλης λέγει. Ἐμπορικαὶ δὲ, καὶ [29] ἔμμηνοι, αἱ τῶν ἐμπόρων, [30] ἢ τῶν περὶ ἐμπορίου. [31] Ἀπὸ συμβόλων δὲ, ὅτε οἱ σύμμαχοι ἐδικάζοντο. [32] Ἀτίμητος δὲ δίκη, ἣν οὐκ ἔστιν ὑποτιμήσασθαι;

piam. Tranſlatio vero eſt, cum quis ab Arbitris, Prætoribus, Tribunis ad Judicem cauſam transfert: vel a Senatu ad Populum, aut a Populo ad forum, aut a Judicibus ad forum aliquod peregrinum:
• & tranſlatum judicium dicitur. quæ eadem, & appellationes dicuntur. Atque 63
quod in appellationibus ſpondebatur, quod nunc παραβόλιον vocant, Ariſtophanes Παράβολον nominavit. Emporalia judicia, & menſtrua, Mercatorum erant, aut de emporio. De pactis porro, ſi confœderati judicabantur. Inæſtimatum judicium, quod pluris æſtimare non licet, ſed tanti,

ῥήτορσι. Δημοσθένης δ' ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου καὶ περὶ ὧν πρόκλησις γίνεται δηλοῖ. JUNG.

Πρόκλησις] Προκλήσεις ἔγγραφοι apud *Etymologum* in ἐχῖνος, etenim in ſcripta referri ſolebant, ac tum judicibus tradi: vid. & *Harpocr.* in διαιτηταί.

23 Ἔφεσις] In *Gloſſ.* ἔφεσις, *provocatio*, *appellatio*, unde δίκη ἐφέσιμος, *cauſa, in qua ſuperiorem judicem appellare licet.* KUHN.

Ἔφεσις] MS. etiam vitioſe, ἄφεσις. vid. *Cujacium* Paratit. Digeſt. libr. XLIX. tit. 3. *Quis a quo appelletur*, ubi ait definitionem appellationis *Polluci* & *Moſchopulo* hujuſmodi eſſe: ἔφεσις ἡ μεταγωγὴ καὶ ἡ μετάβασις ἀπὸ τῶν διαιτητῶν εἰς τοὺς δικαστάς. JUNG.

Ἔφεσις] Solent & δίκης μεταγωγὴν εἰς ἕτερον δικαστήριον appellare, iiſque verbis *Grammatici* τὴν ἔφεσιν exponunt: *Gloſſæ* optimæ: Ἔφεσις, *appellacio*, *provocacio*: priori illa voce in ſermone noſtro hodieque utimur; altera apud bonos auctores uſitatiſſima: vide *Liv.* libr. I. cap. 26. ubi de jure provocationis a Duumviris ad populum leges, & *Gellium* libr. IV. cap. 14. *Mamilia ad tribunos plebei provocavit*, nimirum a populo: de ἐφέσει autem, ſi lubet, *Etymologum* conſule & *Heſychium.* Ἐφέσιμος δίκη eſt apud *Demoſthenem.*

24 Ὅταν τὶς] MS. ὅτ' ἄν τις, ut fere ſemper. JUNG.

25 Ἢ δημοτῶν] Deſunt in MS. ἢ δημοτῶν. JUNG.

26 Ξενικὸν δ.] C. A. ξεστὸν δικαστήριον, quæ lectio videtur deſignare certum dicaſterium, & politis lignis lapidibuſque extructum. forte per ξεστὸν δικαστήριον intelligit *theatrum*, ad quod provocavit *Euripides*, cum apud Judices accuſaretur propter verſum illum peſſimum, ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος, *lingua juravit, mens vero eſt injurata*, eoque alluſum a *Noſtro.* Quod ſi doctiores meliora attulerint in medium, noſtras conjecturas una litura ſanare poterit. Nec vulgata lectio mala eſt, ſi intelligatur ἔκκλητον δικαστήριον. KUHN.

27 Ἔκκλητοι] *Gloſſ.* ἔκκλητος, *appellatio*, *provocatio.* ἐκκλητὴς ὁ ἐκκαλούμενος, *appellator.* confer *Heſych.* in ἔκκλητος δίκη, & *Etymolog.* in ἔκκλητος πόλις. utrumque *Phavorin.* pro more exſcripſit. *Harpocrat.* in ἐκκλητεύειν & *Suid.* in ἔκκλητοι. ergo δίκαι ἔκκλητοι ſunt cauſæ ad peregrinum vel aliud domeſticum tribunal evocatæ. KÜHN.

Ἔκκλητοι δίκαι] *Heſych.* Ἔκκλητοι δίκαι, αἱ ἐπὶ ξένης λεγόμεναι, καὶ οὐκ ἐν τῇ πόλει. itaque, ſi *Heſychio* fidem habeamus, ἔκκλητος δίκη proprie fuerit, de qua provocatum eſt ad tribunal e. g. Atticæ juriſdictioni non obnoxium: at ceteri *Grammatici* de quavis ſimpliciter provocatione intelligunt: τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἔκκλητος καλεῖται, inquit *Etymologus* in ἔφεσις, & in Ἐφέται, ἢ ὅτι ἔφεσις παρ' αὐτῶν οὐ δύναται εἰς ἄλλο δικαστήριον γενέσθαι, τουτέστιν, ἔκκλητος· vid. & *Harpocrationem* in Ἔφεσις. *Ariſtoteles* Oeconom. libr. II. cap. 2. καὶ τὰς ἐκκλήτους μετ' ἐπιτιμίου ἐφ' αὐτὸν ποιούμενος.

28 *Quod in appellationibus ſpondeb.*] παραβόλιον proprie ſignificat *pignus, in quod ſponſio fit*, ut non ſolum e *Phrynicho* (pag. 58.) colligitur, ſed etiam ex veteri libro *Aſtrampſychi*, in quo crebro hoc iteratur, παραβόλιον θὲς, *depone pignus, in quod ſponſio fit.* Ovid.

--- *& ut credar, pignora certa dabo.*

καὶ ἵνα τοιοῦτος πιστευθῶ, παραβόλιον θήσω· e notis Viri Illuſtr. ad *Phrynichum.* SEB. 2.

Παραβόλιον] C. A. παράβολιν. *Heſych.* παραβόλιον in ἐπωβελία ex correctione *Salmaſii*, qui *Ariſtot.* locum in *Oecumenico* monet eſſe. KUHN.

Παραβόλιον] *Nunneſ.* ad *Phrynich.* Eclog. I. in hoc vocabulo ait *Polluci* id eſſe *ſportulam, quæ in provocatione ad aliud judicium ab appellatore deponebatur.* JUNG.

Muliebri mundo Præfecti erant, propter Mulierum ornatum. Et Mulieres inornatas mulctabant, earumque mulctas ſcribentes apud platanum, quæ in Ceramico eſt, exponebant.

Οἱ Εἴκοσι.

Τούτους εἵλοντο, [55] μετὰ τοὺς τριάκοντα τῆς πο-

Viginti hos eligebant, poſt triginta rei-

51 Περὶ Γυναικοκόσμων ἀρχῶν.] Abeſt titulus hic a C. V. qui pro eo habet *γυναικοκόμοι· γυναικοκόμοι δὲ ἀρχὴ τοῦ ἐπὶ τοῦ* &c. *Heſych.* etiam *γυναικοκόμοι*, quod tamen eodem recidit. *κόσμος γυναικῶν* vel *ἀκοσμοῦσαι γυναῖκες* non eſt, *ornamentum mulierum*, aut *inornatius prodeuntes fœminæ*: *κόσμος* enim eſt *εὐταξία*, & *ἀκοσμοῦσαι* ſunt *ἀτακτοῦσαι*, quæ contra bonos mores & ſtatuta agunt, nec ordinis ſui decorum obſervant, quocunque id fiat modo. de *γυναικοκόσμοις Meurſ. Lect. Att.* lib. II. c. 5. KÜHN.

Περὶ Γυναικοκόσμων ἀρχῶν.] In MS. nullus titulus, ſed ita ſtatim prioribus annectuntur hæc: *γυναικοκόμοι· γυναικονόμοι δὲ ἀρχὴ τοῦ ἐπὶ τοῦ κ.* quaſi unum ſit loco tituli: & tamen diverſa iſta. Et vulgatos quidem *γυναικοκόσμους* ſolum ex *Polluce* noſtro hinc *Sigonius* exponit lib. IV. de Rep. *Athen.* cap. 3. Sed ſi illi non alium quoque *βιβλίον* accipiant, ego cum noſtro MS. *γυναικονόμους* potius amplectar. De quorum officio ſaltem hæc *Philochori* lib. VII. *Ἀτθίδος* adſcribo: *οἱ γυναικονόμοι μετὰ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν ἐσκόπουν τὰς ἐν ταῖς οἰκίαις συνόδους, ἔν τε τοῖς γάμοις, καὶ ταῖς ἄλλαις θυσίαις.* ſunt ea apud *Athenæum* lib. VI. ubi & alia ex *Lynceo Samio* & *Timocle* atque *Menandro* Comicis. ſed dicis, illa convivalia mere: Ita ſane, quia ea de cauſſa *Athenæus* habebat mentionem facere: de mulieribus *ἀκοσμούσαις*, unde proprie illi dicti videntur, ibi locus dicendi non erat. Et etiam non mere convivale officium *Philochori* verba dicunt. Et talem *ἄρχοντα*, *γυναικονόμον* cum *παιδονόμῳ* jungit *Ariſtot.* Politic. 15. ſicut & *γυναικονομίαν* & *παιδονομίαν* extremo libr. VI. Politic. ubi &: *ἴδια δὲ ταῖς σχολαστικωτέραις καὶ μᾶλλον εὐημερούσαις πόλεσιν, ἔτι δὲ φροντιζούσαις εὐκοσμίας, γυναικονομία, νομοφυλακία, παιδονομία* &c. Et apud *Heſych.* in *πλάτανος*, hi iidem *γυναικονόμοι* adpellantur. Forte itaque & hic *περὶ γυναικονόμων* legendum, & tum *γυναικονόμοι δὲ ἀρχὴ*, (ita enim noſter MS. ut dixi) *ἐπὶ τοῦ* &c. JUNG.

Περὶ γυναικοκόσμων ἀρχῶν.] *Poſtellus* de Rep. *Ath.* cap. 32. de Gynæcocomis: *Hos*, inquit, *fuiſſe viginti numero ſcribit* Pollux: quæ falſa ſunt. Vulgatam autem lectionem non mutavi, quæ mihi præ cæteris placet: idem autem omnino ex veteri Atticiſmo *γυναικοκόσμοι* & *γυναικονόμοι*.

52 Γυναικοκόσμοι] *Laced.* *ἁρμόσυνοι*. *Heſych.* *ἁρμόσυνοι ἀρχή τις ἐν Λακεδαίμονι ἐπὶ τῆς εὐκοσμίας τῶν γυναικῶν.* vid. *Nic. Crag.* de Rep. *Laced.* lib. II. cap. 7. SEB.

53 Ἐξετίθεσαν] *Perionius* hunc locum ita accipit, quaſi mulcta illa exerrantium mulierum palam exhibita ſit *platani tabulis* perſcripta, ſed *Heſych.* clare ſatis ab ipſa platano diſtinguit *λεύκωμα*, *album*, cui inſcriptæ mulctæ proponebantur ad certam platanum in *Ceramico* ſitam, in voce *πλάτανος*. KÜHN.

54 Κεραμικῷ.] MS. Κεραμεικῷ· & ſic potius ſcribe. *Heſych.* Κεραμεικὸς, *τόπος Ἀθήνησιν ἔνθα αἱ πόρναι προεστήκεισαν· εἰσὶ δὲ δύο Κεραμεικοὶ, ὁ μὲν ἔξω τείχους, ὁ δὲ ἐντός.* De platano idem *Heſychius*: *πλάτανος, δένδρον, πρὸς ὃ οἱ γυναικονόμοι τὰς ζημίας ἐν λευκώματι ἐξετίθεσαν.* vid. & *Harpocrationem* & *Etymolog.* in *Κεραμεικοὶ* & *Pauſan. Atticis.* Poſt hoc vocabulum in MS. novum tmema, cum hoc titulo: Οἱ Εἴκοσιν. tmema incipit: *τούτους εἵλ.* JUNG.

55 Μετὰ τῶν τριάκοντα] C. V. *μετὰ τοὺς τριάκοντα τῆς πολιτείας καὶ τῶν νόμων ἐπιμελητὰς ἀριστίνδην ἐπιλεξάμενοι·* quæ lectio placet, ſi modo *ἀριστίνδην* legatur. *Illos poſt triginta* (tyrannos) *reipubl. legumque curatores ex optimatibus legerunt viginti viros. Xenophon* lib. II. *de triginta tyrannis*: *αἱρεθέντες δὲ ἐφ' ᾧτε συγγράψαι νόμους, καθ' οὕς τινας πολιτεύοιντο* &c. *Cum electi eſſent ad conſcribendas leges, ad quarum normam publice viveretur privatimque.* cæterum legi poſſet etiam *οἱ μετὰ τοὺς τριάκοντα τῆς πολιτείας καὶ νόμων ἐπιμεληταὶ* &c. ut ſenſus ſit, *elegerunt viginti viros, quibus poſt triginta tyrannos legum & reipubl. cura demandata erat.* Diſcimus id ipſum ex *Andocid.* Orat. de *Myſteriis*: *ἐπειδὴ ἐπανήλθετε*, inquit, *ἐκ Πειραιῶς, γενόμενον ἐφ' ὑμῖν τιμωρεῖσθαι, ἔγνωτε ἐᾶν τὰ γεγενημένα, καὶ περὶ πλείονος ἐποιήσασθε σώζειν τὴν πόλιν ἢ τὰς ἰδίας τιμωρίας, καὶ ἔδοξε μὴ μνησικακεῖν ἀλλήλοις τῶν γεγενημένων· δόξαντα δὲ ὑμῖν ταῦτα, εἵλεσθε ἄνδρας εἴκοσι· τούτους δὲ ἐπιμελεῖσθαι τῆς πόλεως, ἕως ἂν οἱ νόμοι τεθεῖεν· τέως δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος νόμοις, καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς·* *Poſtquam e Pyræeo rediiſtis, cum in poteſtate veſtra eſſet ulciſci injurias, præterita omittenda eſſe decreviſtis, veſtræque vindictæ urbis ſalutem prætuliſtis, viſumque eſt mutuarum injuriarum non meminiſſe. His ita decretis, viginti viros elegiſtis, qui urbis curam gererent, donec leges conderentur. interim, legibus Solonis & Draconis theſmois ſtandum eſſe.* Hinc patet, cur *Noſtro* illi viginti ſint *τῆς πολιτείας καὶ τῶν νόμων ἐπιμεληταί*. poſſet & vulgata retineri, ſi triginta, quos *Heſych.* judices nominat, curamque, ut cives conciones publicas frequentarent, illis aſſignat, & alias Reipubl. partes geſſerint. vid. eum in *τριάκοντα*. hæc ſunt Doctorum virorum judicia, quos de hoc loco per literas conſului: quibus jam ſubjiciam meam ſententiam, lector habeat de omnibus liberam *ἐπίκρισιν*. Mihi videtur Οἱ Εἴκοσι titulus eſſe, qui e margine in textum venit, turbatque ſenſum; illo vero in locum ſuum remigrare juſſo, omnia erunt facilia, hoc modo: *Viginti viri.* Hos poſt triginta tyrannos *τῆς πολιτείας καὶ τῶν νόμων ἐπιμελητὰς elegerunt* (Athenienſes) *ex optimatibus*; idque vincit locus *Andocidis* ſupra laudatus. De *Heſychii* triginta viris *Noſter* egit Sect. 17. c. 11. KÜHN.

Μετὰ τῶν τριάκοντα] MS. *μετὰ τοὺς τρ.* mox *ἐπιμελητάς.* & tum *ἀριστίνδην.* Mihi videtur MS. auxilio ita locus totus ſcribendus & diſtinguendus: *οἱ εἴκοσι· τούτους εἵλοντο, μετὰ τοὺς τριάκοντα, τῆς πολιτείας καὶ τῶν νόμων ἐπιμελητὰς, ἀριστίνδην ἐπιλ.* Ut dicat, *poſt oligarchiam illam triginta tyrannorum, viginti viros conſtitutos eſſe qui reip. & legum curam ſuſciperent, optimus quiſque delecti.* Quæ tamen ex hiſtoria tibi non deduco: ſatis mihi feſtinanti *Pollucis* verba ex MS. reconcinnaſſe. JUNG.

Μετὰ τῶν &c.] Reſtitui ducibus MSS. & *Kühnio τοὺς*, ac mox *ἐπιμελητάς·* *ἐπιμελητὰς* habet quoque *Falckenburgii* Codex. Titulus quem ex *Jungermanni*

publicæ , & legum Curatores, de optimis deligentes. Erat & Fontium cura , Magiſtratus quidem , ejuſdem nominis ſervos ad hoc operis deſtinatos ha-
113 bens. • Tum & leo quidam , Fonticuſtos appellatur , æneus : fonti cuidam, e quo aquam ad judicia , quæ aqua diſpenſantur , hauriebant , inſidens. Procurator autem quiſpiam , forte electus erat, dictus Ἐφύδωρ, clepſydræ æqualitatem cuſtodiens. Theoricæ pecuniæ ſunt, in feſta, Deorum honores, & Vulgus diſtributæ. & hoc quod dabatur, theoricum dicebatur : quemadmodum & eccleſiaſticum , & judiciale , quod &

λιτείας καὶ τῶν νόμων ἐπιμελητὰς , ἀριστίνδην ἐπιλεξάμενοι. [56] ἦν μέντοι καὶ κρηνοφυλάκιον ἀρχὴ , [57] δηλούσης τὸ ἔργον αὐτῆς τῆς ἐπικλήσεως.
• καὶ λέων δέ τις ἐκαλεῖτο , κρηνοφύλαξ , χαλ- 113
κοῦ πεποιημένος , ἐπὶ κρήνης τινὸς , [58] δι' ἧς τὸ ὕδωρ ἐφέρετο ἐν ταῖς πρὸς ὕδωρ δίκαις· [59] ἐπιμελητὴς δέ τις κληρωτὸς ἐγίγνετο , ὃς ἐκαλεῖτο [60] ἐφύδωρ , ὁ παραφυλάττων τὴν ἰσότητα τῆς κλεψύδρας. [61] Θεωρικὰ δὲ χρήματα εἰς τὰς ἑορτὰς , καὶ θεῶν τιμὰς , τῷ πλήθει νεμόμεμα· καὶ τὸ διδόμενον ἐκαλεῖτο θεωρικὸν , ὥσπερ καὶ τὸ ἐκκλησιαστικὸν , καὶ τὸ [62] δικαστικόν· ὅπερ καὶ

MS. dedi Οἱ Εἴκοσι , inficete profecto ante nos continua ſerie ipſi textui erat inſertus , quod huic loco tenebras offudit : cæſpitarunt igitur qui hæc ad gynæcocoſmos retulere. Diſtinctionem præterea ad mentem Commentatorum mutavi , neque de illius veritate quiſquam dubitet : erat vulgo *μ. τ. τ. τ. πολιτείας, καὶ* &c.

56 Ἦν μέντοι] Deinceps novis quibuſdam titulis opus erat. MS. ab articulo 35. Segm. 104. uſque ad ſeq. caput 10. prorſus tacet. SEB.

57 Δούλους τις] Κρηνοφύλακας dictos ſcil. C. V. aliam affert lectionem, nempe *δηλούσης τὸ ἔργον αὐτῆς τῆς ἐπικλήσεως* , abeſtque *ἔχουσα* ; *ipſo nomine, a quo magiſtratus ille vocatur, ſignificante, quid ejus ſit opus* , cum ſervos ad ullum magiſtratum Athenis admiſſos, nullibi dictum lectumque ſit. *Plato* lib. VI. de L. L. fontium curam demandat *ἀγορανόμοις*. conf. *Meurſ. Ath. Attic.* lib. III. cap. 10. poteſt vulgata lectio ita etiam intelligi , ut magiſtratus ille ſervos habuerit *κρηνοφύλακας* , qui curam gerebant clepſydræ. KÜHN.

Δούλους τις] Craſſum vitium in *δούλους τις* , ob quod & alterum accumulatum gloſſemate vocis *ἔχουσα*. MS. pro illo *δηλούσης* habet ; alterum non adgnoſcit : nec dubito, quin totus locus ita legendus : *ἀρχὴ , δηλούσης τὸ ἔργον αὐτῆς τῆς ἐπικλήσεως· καὶ λ.* Et *κρηνοφυλάκιον* , ait , *magiſtratus quidem , officium ejus adpellatione ipſa indicante.* Ego primum *κρηνοφυλάκων* , pro vulgato *κρηνοφυλάκιον* putavi legendum : & forte me non pœnitere debeat, quum video ſic legiſſe & *Sigonium* lib. IV. de Rep. *Athen.* cap. 3. ſcribentem , *qui fontium curam habuerunt , quos κρηνοφύλακας appellat* Pollux. *Ariſtoteles* VI. Polit. 8. *κρηνῶν ἐπιμελητὰς* vocat. *Heſychius* forte ad eandem *ἀρχὴν* adſpexerit , ſcribens , *κρηνοφύλαξ , ὁ τὴν κρήνην φυλάσσων.* ſed vulgatum MS. noſter quoque habet. JUNG.

Δούλους τις τὸ ἔ. α. τ. ἐ. ἔχουσα.] Ad fidem MSS. locum emendavi : vulgata ſunt inepta.

58 Δι' ἧς τὸ ὕδ.] C. V. *δι' οὗ* , ſcil. *λέοντος* , *per quem ſaliebat de fonte iſto.* Notum enim , quod ſalientes aquæ habere ſoleant pro *tubulis* , *Leones* , *Sylvanos* , & id genus alias figuras. *Sponius* in *Itinerario* pag. 2. refert , ſe vidiſſe Athenis in via ducente *Eleuſinem* pulchre ex marmore factum *Leonem* , primoribus incumbentem pedibus , cui caput perforatum erat , ut fontis aquas hoc quaſi rictu funderet. KÜHN.

Δι' ἧς τὸ ὕδ.] MS. *δι' οὗ τὸ ὕδ.* nempe *τοῦ λέοντος χαλκοῦ* , *leonis ærei.* JUNG.

59 Ἐπιμελητὴς δέ τις] MS. *ἐπιμελητής τις* ſine *δὲ* , & mox eſt : *ὃς καὶ ἐκαλ.* alias de horis ad dicendum clepſydra notatis vid. *Sigon.* lib. III. de Rep. *Athen.* cap. 4. JUNG.

60 Ἐφύδωρ] *Suid.* diſtinctis vocibus *ἐφ' ὕδωρ* , & *εἴ τι ἐφ' ὕδωρ κακὸς* , quod proverbialiter dici ait , de iis, quibus ſors obtigit infelicior. nam in judiciis non aliud vilius erat officium , quam ejus , qui aquam litigantibus æqualiter partiebatur , & fere *ἀπόκληροι* , id eſt , *omnis hæreditatis paternæ exſortes* erant , qui operam ſuam hac in parte commodabant. Neceſſe tamen erat conſtitui homines, qui inter actoris reique advocatos horas diſpenſarent , aqua per vaſculum inferius pertuſum ſtillatim defluente. de illa *Plato* in *Theæteto* : *οἱ δὲ ἐν ἀσχολίᾳ τε ἀεὶ λέγουσι· κατεπείγει γὰρ ὕδωρ ῥέον , καὶ οὐκ ἐγχωρεῖ περὶ οὗ ἂν ἐπιθυμήσωσι τοὺς λόγους ποιεῖσθαι·* & iterum eos inquit , *οὐ δύνασθαι πρὸς ὕδωρ σμικρὸν διδάξαι ἱκανῶς τῶν γεγενημένων ἀλήθειαν.* hoc vocat *Demoſth.* de *falſa Legat.* accuſare *πρὸς διαμεμετρημένην ἡμέραν.* *Philo* de *Legat.* ad *Caium* judicem audire cauſam *πρὸς μεμετρημένον ὕδωρ.* Ita limitibus circumſcripti Rhetores ſuæ admodum parcebant aquæ , & cum teſtes audiendos producerent , aquæ moderatorem aquam inhibere jubebant , ne caderet , dicendo : *σὺ δ' ἐπίλαβε τὸ ὕδωρ* ; quod reddit *Apuleius* : *At tu interea, dum legit, aquam ſuſtine. ἐπὶ τοῦ ἐμοῦ ὕδατος , ὅστις βούλεται, τοῦτον τἀναντία μαρτυρείτω* , inquit *Orator* , cum multum indulget parti adverſæ. Quod ſi actor vel reus ſuperfluam habebat aquam , loquendi finem faciens , miniſtro dicebat , *ἔξερα τὸ ὕδωρ* , *effunde aquam.* Nec *judiciales* tantum , ſed & *declamatoriæ* erant *clepſydræ* , de quibus *Cicero* lib. III. de Orat. *Periclem non declamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat* &c. erant & *militares. Veget.* lib. III. c. 8. *formam clepſydræ* dabit *Apuleius* lib. II. *Metamorph.* cætera videri poterunt apud *Ariſtoph.* in *Veſpis* & *Acharnenſ. Lucian.* in *Piſcat. Heſych.* in *ἀνάγκη*. *Demoſth.* de *falſa Legat.* & contra *Midiam. Æſchin.* contra *Cteſiph.* & ex recentioribus apud *Pancirollum* & ejus commentatorem. *Laurent.* Polymath. libr. VII. diſſ. 16. *Raderum* in XII. epigr. 651. *Martial. Petavium* in *Syneſ.* pag. 20. videtur autem fons ille , e quo petebatur aqua clepſydrarum , etiam *κλεψύδρα* dictus *Athenis. Appianus* de bello *Parth.* de *Antonio* : *ἐξιέναι δὲ μέλλων ἐπὶ τὸν πόλεμον, ἀπό τε τῆς ἱερᾶς ἐλαίας στέφανον ἔλαβε , καὶ κατά τι λόγιον ἀπὸ τῆς κλεψύδρας ὕδατος ἐμπλήσας ἀγγεῖον ἐκόμιζε. e clepſydra petita aqua implevit vaſculum , ſecumque tulit.* poterit tamen locus *Appiani* de *clepſydra judiciali* intelligi. C. V. *ὃς καὶ ἐκαλεῖτο* &c. KÜHN.

61 Θεωρικὰ δὲ χρ.] De his refert nonnihil *Liban.* argum. in *Olynth.* I. SEB.

Θεωρικὰ δὲ χρ.] Iterum *δὲ* deeſt in MS. de theorica pecunia *Rhodigin.* VIII. Antiq. lect. 9. ſed tu de iis eorumque præfecto potius *Sigonium* adi lib. IV. de Republ. *Athen.* c. 3. JUNG.

62 Δικαστικόν. ὅπερ καὶ τριώβ.] *Meurſ. Lect. Att.* lib. V. c. 12. docet *τριώβολον* pertinere ad *δικαστικὸν* , *διώβολον* ad *θεωρικὸν* , *ὀβολὸν* ad *ἐκκλησιαστικόν*. C. V. *διωβόλω καὶ ὀβολὸς ἦν Ἀττικός.* KÜHN.

Δικαστικόν. ὅπερ καὶ τριώβ.] Vid. ſupra Segm. 10.

τριώβολον, καὶ δυώβολον, καὶ ὀβολός· [63] ὧν ὁ
ἐπὶ τῆς διοικήσεως, αἱρετὸς ἦν ἐπὶ τῶν προσιόν-
114 των, καὶ ἀναλισκομένων. • [64] Καὶ στρατηγοὶ
δὲ ἵππαρχοι, Φύλαρχοι, λοχαγοὶ, ταξίαρχοι,
καὶ ὅσα στρατιωτικὰ ἀρχῶν ὀνόματα· καὶ [65] ἑλ-
ληνοταμίαι, οἱ τοὺς φόρους ἐκλέγοντες, [66] καὶ ἐπὶ
νήσων τὰ παρὰ τῶν νησιωτῶν εἰσπράττοντες, καὶ
τὰς πολιτείας αὐτῶν ἐφορῶντες· καὶ [67] τειχοποιοί
τε, καὶ ἱεροποιοὶ, [68] καὶ βοῶναι ὑπηρεσιῶν ὀνόματα·

triobolus erat, duo oboli, & obolus.
Quorum adminiſtrationis Præſes, forte
electus erat ſupra illos, qui novi Ci-
ves inſcribuntur, vel etiam delentur.
• Et Imperatores quidem, Magiſtrorum 114
Equitum nomina. Et Hellenotamiæi,
qui vectigalia colligentes, & in inſulis
tributa ab inſulanis exigunt, eorum-
que obſervant reſpublicas. Ædiles quo-
que & Sacrifici, officiorum nomina.

Poſtea ita MS. καὶ δυοβόλω· καὶ ὀβολὸς ἦν Ἀττικός· & ſic forte *Pollux* ſcripſit, niſi quod pro δυοβόλω, potius ſcribendum δυ᾽ ὀβολώ. alias certe & vulgatum δυώβολον falſum: quum διώβολον debuiſſet, ut infra IX, 62. &c. Hæreo autem quo hæc referam: an ad δικαστικὸν, quod & ſupra Segm. 20. τριώβολον definit: ſed non hoc nummo ſtetiſſe, ſed cum tempore variaſſe *Heſychius* ait, qui & in ὀβολοὶ ſcribit: ἐν ἄστει δικαστικοὶ μισθοί· τριώβολον quoque ἐκκλησιαστικὸν fuiſſe ex *Ariſtophane* notum eſt. Mallem ſane potiſſimum ad θεωρικὸν hæc reſtringere: ſed qui poteſt, ſi illud δυ᾽ ὀβολώ, ut emendandum duxi, non triobolum vel unus? Locus *Ariſtophanis* eſt Σφηξίν·

Ἐγὼ δὲ τεθεώρηκα πώποτ᾽ οὐδαμοῦ,
Πρὶν ἐς Πάρον· καὶ ταῦτα δυ᾽ ὀβολὼ φέρων.

Turbant tamen & hic alii qui drachmam id definiunt, ut *Philochorus* apud *Harpocrationem*, & *Heſychius*: ſicut docuit *Sigon.* loco dicto, & *Caſaubonus* noſter ad *Theophr.* Charact. περὶ βδελυρ. Ego itaque nihil definio: & nihil etiam definiat certi alius, poteſtque ut hæc ſaltem de theorico ſint intelligenda, quaſi id fuerit modo tres, modo duo, modo unicus obolus Atticus. Nam id variaſſe, ut alia talia, & vero non abſimile eſt, & clare *Harpocratio* in θεωρικά· ἄλλοτε, ait, μέν τοι ἄλλως ὡρίσθη τὸ διδόμενον εἴς τε τὰς θέας, καὶ εἰς τὰς θυσίας καὶ ἑορτὰς, ὡς ἔστι δῆλον ἔκ τε τοῦ ἐν πρώτῳ Φιλιππικῶν Δημοσθένους. Et de hoc docebunt nos planiora viri docti. Jung.

63 Ὧν ὁ ἐφεστηκὼς &c.] *Qui huic adminiſtrationi præpoſitus, ſuffragiis electus erat ad accepta & expenſa* reipubl. *diſpenſanda. Valeſ.* in Notis in *Polyb.* Quæſtorem dici poſſe ait τὸν ἐπὶ τῆς διοικήσεως. *Cicero* Orat. pro *Rabirio diœceten* appellatum notat, qui Alexandriæ pecuniæ curationem & quaſi regiam diſpenſationem ſuſceperat. C. V. ὁ δὲ ἐπὶ τῆς διοικήσεως legit, quod non ſpernendum. Kühn.

Ὧν ὁ ἐφεστηκὼς &c.] His ὧν ὁ ἐφεστηκὼς omiſſis, MS. noſter habet: ὁ δὲ ἐπὶ τῆς διοικήσεως &c. nec neceſſe eſt addere ἐφεστηκώς. ſic enim & ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως apud *Laërtium* exſtat: ut adnotavit *Sigonius* lib. IV. de Rep. *Athen.* cap. 3. ubi plura de hoc ταμίᾳ τῆς διοικήσεως, vel τῶν κοινῶν προσόδων· ubi ex veteribus oratoribus etiam oſtendit, hunc curaſſe eam pecuniam quæ concioni & judicibus etiam debebatur, ut hic *Pollux* ſcribit Jung.

Ὧν ὁ ἐφεστηκὼς] Ἐφεστηκὼς eſt a mala manu: delevi itaque cum *Kühnio.*

64 Καὶ στρατηγοὶ δὲ &c.] Plenius C. V. καὶ στρατηγοὶ δὲ ἵππαρχοι, φύλαρχοι, λοχαγοὶ, ταξίαρχοι, καὶ ὅσα στρατιωτικὰ ἀρχῶν ὀνόματα καὶ ἑλληνοταμίαι οἱ &c. *qui colligebant tributa.* De illis Græciæ Quæſtoribus videatur *Thucydid.* lib. VIII. pag. 64. *Plutarch.* &c. Kühn.

Καὶ στρατηγοὶ δὲ &c.] MS. noſter longe plura: καὶ στρατηγοὶ δὲ, ἵππαρχοι, φύλαρχοι, λοχαγοὶ, ταξίαρχοι, καὶ ὅσα στρατιωτικῶν ἀρχῶν ὀνόματα· καὶ ἑλλ. vulgata itaque mutila. recenſet præfectos militares, fere & ſupra nominatos, de quibus integro capite 5. libr. IV. de Rep. *Athen.* agit *Sigonius*, quamvis, ni fallor, λοχαγοὺς non nominarit. λοχαγοὶ, ait *Heſych.* ἡγεμόνες, στρατηγοὶ, ταξίαρχαι ἄρχοντες τῆς ἐνέδρας, οἱ συνάγοντες τοὺς στρατιώτας. *Ariſtoteles* lib. VI. Politic. c. ult. ἀρχαὶ, αἳ καλοῦνται ναυαρχίαι, καὶ ἱππαρχίαι, καὶ ταξιαρχίαι· καὶ κατὰ μέρος δὲ αἱ ὑπὸ ταύτας τριηραρχίαι, καὶ λοχαγίαι, καὶ φυλαρχίαι, καὶ ὅσα τούτων μόρια· &c. ubi bellicas præfecturas exſequitur. Jung.

Καὶ στρατηγοὶ δὲ] Sequebatur vulgo ἱππάρχων ὀνόματα· nos præeunte *Kühnio* faventibuſque MSS. *Pollucis* textum locupletavimus.

65 Ἑλληνοταμιαῖοι] Leg. ἑλληνοταμίαι. diphthongus οι in fine inanis iteratio eſt ſequentis articuli. Seb.

Ἑλληνοταμιαῖοι] Vitioſe, ut bene notavit *Seberus* noſter, & mox aliud tale mendum ejiciemus. Notavit hic & *H. Stephanus* pro illo vulgato, ad oram ἑλληνοταμίαι, ut & MS. noſter clare habet. De eo magiſtratu *Sigon.* libr. IV. de Rep. *Athen.* c. 3. ex *Harpocratione* ſcilicet, quem in ἑλληνοταμίαι videre potes. *Heſychius*: ἑλληνοταμίαι, οἱ τοῦ κομιζομένου φόρου παρὰ Ἀθηναίοις ταμίαι. Jung.

Ἑλληνοταμιαῖοι] Inepte prorſus: nos cum *Kühnio* Ἑλληνοταμίαι, & vide ſis, de hiſce *Etymologum* & *Suidam.*

66 Καὶ ἐπὶ νήσων &c.] MS. καὶ ἐπὶ νήσων οἱ τὰ παρὰ &c. Fuere itaque & Magiſtratus peculiare Ἀθήνησι genus οἱ ἐπὶ νήσων conſtituti. non enim puto hæc ad ἑλληνοταμίας pertinere. Jung.

Καὶ ἐπὶ νήσων] *Falckenburgii* Codex: οἱ παρὰ τῶν ν. &c.

67 Τειχοποιοί τε] C. V. καὶ τειχοποιοὶ δὲ, καὶ ἱεροποιοὶ &c. ἱεροποιὸς ſecundum *Ulpianum* in *Midianam* erat, ὁ ἐπισκοπῶν τὰ θύματα, μὴ ἀδόκιμα καὶ πηρὰ εἴη, *qui victimas inſpiciebat, num reprobæ & mutilatæ eſſent.* Kühn.

Τειχοποιοί τε] MS. καὶ τειχοποιοὶ δὲ, καὶ ἱ. rectius. τειχοποιοὺς enim hos & apud *Ariſtotelem*, libr. VI. Politic. cap 8. *Æſchin.* in *Cteſiph. Demoſth.* pro *Cteſiph.* habemus: deque iis vid. *Sigon.* lib. IV. de Rep. *Ath.* c. 3. Jung.

Τειχοποιοί τε] Nos præeunte *Kühnio* τειχοποιοὶ textui reddidimus.

68 Καὶ βοῶν] Alludit ad locum *Demoſth.* in *Midiana*: καὶ μυστηρίων ἐπιμελητὴν καὶ ἱεροποιόν ποτε καὶ βοώνην, ubi ex *Ulpiano* legendum βοώνην, id eſt, τὸν ὠνούμενον βοῦς εἰς ἑορτάς. ita & C. V. in *Polluce* legit, nec aliter *Hippocr.* & *Valeſ.* in Notis. ita mox σιτῶναι, & ἐλαιῶναι in *Pandectis Florentinis Pancirollus* lib. I. c. 12. de *Magiſtr. Municip.* Kühn.

Καὶ βοῶν] MS. βοῶναι ὑπηρεσιῶν· egregie. βοῶναι, ut ex nomine tibi patet, erant qui boves ad dies feſtos coëmerent, ſicut recte *Sigonius* lib. IV. de Rep. *Athen.* c. ult. exponit, *Demoſthenem* κατὰ Μειδίου adducens. Verba Oratoris longius a fine orationis ſunt. καὶ μυστηρίων ἐπιμελητὴν, καὶ ἱεροποιὸν, καὶ βοώνην *Midiam* creatum ait. ἱεροποιὸν, ait *Ulpianus* in ſua enarratione ibi, τὸν ἐπισκοποῦντα τὰ θύματα, μὴ ἀδόκιμα καὶ πηρὰ εἴη· βοώνην δὲ, τὸν ὠνούμενον βοῦς εἰς τὰς ἑορτάς. Totus itaque *Pollucis* locus ita reſtituendus vi-

Erogatores , qui frumentum emetiuntur.
Frumentarii vero , qui coemunt. Inſu-
per & Petitores . officii nomen fuerit :
aut Exactores, ſecundum Demoſthenem ,
115 Nemo exactoribus nomen dedit. * Si-
militer & Inquiſitores aliquis ab il-
lo ſumpſerit , nomen publicæ cujuſ-
dam functionis , qui latentia inquirunt.
Ordinum Præfecti , ſcriptos habentes
eos , qui ex Catalogo erant , deſignabant

καὶ [69] ἀποδέκται , οἱ τὸν σῖτον ἀπομετρούμενοι·
[70] σιτῶναι δὲ , οἱ [71] συνωνούμενοι. [72] τάχα δὲ καὶ
πρακτῆρες εἴη ὄνομα ὑπηρεσίας , ἢ πράκτορες ,
ὡς Δημοσθένης· [73] οὐδεὶς δὲ παρέδωκε τὸ ὄνομα
τοῖς πράκτορσιν. * ὁμοίως δὲ καὶ [74] ζητητὰς 115
ἄν τις παρ᾽ αὐτοῦ [75] λάβοι , ὄνομα δημοσίας δια-
κονίας , [76] οἱ τὰ λανθάνοντα ἀνεζήτουν. οἱ
μέντοι ταξίαρχοι [77] γεγραμμένους ἔχοντες
τοὺς [78] ἐκ τοῦ καταλόγου , [79] παρεσημαίνοντο

detur : *καὶ τειχοποιοὶ δὲ , καὶ ἱεροποιοὶ , καὶ βοῶναι , ὑπηρετιῶν ὀνόματα.* JUNG.

Βοῶν] Binas literulas , quæ male aberant , cum *Kühnio* adjeci.

69 *Ἀποδεκταῖοι*] Leg. *ἀποδέκται* , *qui accipiebant κατὰ μέτρον frumentum , acceptumque iterum emetiebantur* : niſi legendum *ἀποψῆκται* ab *ἀποψάω* , *abrado*. *ψηκτὸς μόδιος* in *Gloſſ. raſus. ἀπόψηκτρον Ruplus* , alias , *raſorium*. KÜHN.

Ἀποδεκταῖοι] Sat mendorum in hac pagina : necdum ſunt profligata tamen. En enim craſſum , *καὶ ἀποδεκταῖοι , οἱ* ad quod *H. Stephanus* adpoſuit crucem. ſed eſt par & geminum mendum cum illo quod ſupra *Seberus* noſter notaverat. Expreſſe enim MS. noſter habet *καὶ ἀποδέκται , οἱ τὸν σ.* & ſic itaque emenda. habuiſti de iis jam ſupra Segm. 97. repetit enim quædam hic *Noſter* , ut *ἱεροποιεὺς* modo , de quibus etiam jam ſupra Segm. 107. niſi tamen *οἱ ἱεροποιοὶ* , & *ἀποδέκται* , a ſuperioribus differebant , & potius *δημοσίων ὑπηρετιῶν ὀνόματα* ſint hoc loco , ut *Pollux* ſane innuere videtur. JUNG.

Ἀποδεκταῖοι] Idem , quod modo erat , vitium; emendatumque eſt a *Kühnio* in textu : pro *ἀπομετρ. Falckenburgii* Codex *ἐπιμετρ.* non minus recte.

70 *Σιτῶναι*] De his *Sigonius* lib. IV. de Rep. *Ath.* cap. 3. *συνωνούμενοι* & MS. noſter habet , itaque pro vulgato *συνον. H. Stephanus* in ſuo Codice repoſuerat. JUNG.

71 *Συνωνούμενοι.*] *Herodian.* libr. I. fol. 479. (ſyntagm. ſcil. 3. Hiſtor. *Roman. Wechel.*) *σίτου πλεῖστον συνωνούμενος καὶ ἀποκλείων.* priores edition. *συνονούμενοι.* SEB.

72 *Τάχα δὲ καὶ πρακτῆρες* &c.] C. V. *εἴη ὄνομα ἢ πράκτορες ὡ. Δ. παρέδωκε τοῖς πράκτορσιν. ὀ.* KÜHN.

Τάχα δὲ καὶ πρακτῆρες &c.] MS. *τάχα δ᾽ ἂν καὶ πρακτῆρες εἴη ὄνομα ὑπ.* Et certe ita longe rectius ſcribas : nec olim potui concoquere illud *ἢ* ante *ὄνομα* in vulgatis. *Fuerit* , ait , *forte & πρακτῆρες miniſterii nomen , ſive iſti πράκτορες ſint , ut apud Demoſthenem.* De his practoribus vid. *Sigon.* lib. IV. de Rep. *Ath.* c. 3. JUNG.

Τάχα δὲ &c.] Mox vulgo erat *ἢ ὄνομα ὑπηρ.* emaculavit textum *Kühnius.*

73 *Οὐδεὶς δὲ παρέδ.* &c.] MS. *οὐδεὶς παρέδωκεν τοῖς πράκτορσιν τὸ ὄνομα.* Egregie noſter MS. quo ordine hæc apud *Demoſthenem* leguntur ſcilicet , cujus ſunt *ἐνδείξει κατὰ Θεοκρίνου· οὐδ᾽ ἔστι δίκαιον τούτους ὑπολαμβάνειν ὀφείλειν , ὧν οὐδεὶς παραδέδωκε τοῖς πράκτορσι τὰ ὀνόματα.* ſic itaque apud *Pollucem* ſcribe : *Δημοσθένης , Οὐδεὶς παρέδωκε* (vel *παραδέδωκε* , ut apud *Demoſth.* eſt) *τοῖς πράκτορσι τὰ ὀνόματα.* JUNG.

74 *Ζητητὰς*] Ex *Timocratea* , ubi *Ulpianus ζητητὰς* explicat , *τοὺς ἄρχοντας τοὺς ζητοῦντας καὶ ἀνευρίσκοντας , τίς ὀφείλει τῇ πόλει χρήματα ἢ τοῖς ἱεροῖς.* KÜHN.

Ζητητὰς] Et de his vid. *Sigonium* lib. IV. de Rep. *Athen.* cap. 3. ubi *inquiſitores* reddit. Locus *Demoſthenis* , quem *Noſter* innuit , ſine dubio eſt ille (etiam a *Sigonio* allatus , quamvis mentionem noſtri *Pollucis* faciat nullam) in ea *κατὰ Τιμοκράτους* , fere ab initio : *ψήφισμα εἶπεν ἐν ὑμῖν Ἀριστοφῶν , ἑλέσθαι ζητητάς· εἰ δέ τις οἶδέ τινα ἢ τῶν ἱερῶν ἢ τῶν ὁσίων χρημάτων ἔχοντά τι τῆς πόλεως , μηνύειν πρὸς τούτους.* Ubi *Ulpianus Scholiaſtes* : *ζητητὰς δὲ τοὺς ἄρχοντας τοὺς ζητοῦντας καὶ ἀνευρίσκοντας τίς ὀφείλει τῇ πόλει χρήματα ἢ τοῖς ἱεροῖς.* Locum hunc innuit & *Harpocratio* in *ζητητὴς* , qui exponit *ἀρχήν τινα Ἀθήνησι κατὰ καιροὺς καθισταμένην , εἴποτε τοὺς ἀδικοῦντάς τι δημοσίᾳ δέοι ζητεῖν.* JUNG.

75 *Λάβοι*] MS. *λάβῃ.* JUNG.

76 *Οἱ*] MS. *οἳ* , recte. emenda itaque & diſtingue *διακονίας , οἳ τὰ* &c. De zetetis hinc & *Rhodig.* XII. ant. lect. 18. JUNG.

Οἱ τὰ λανθάνοντα &c.] *Jungermannum* in concinnando loco ſum ſecutus.

77 *Γεγραμμένους*] In his quæ reſtant de hoc capite profecto adhuc mendorum ſtragem edemus. Age : hic itaque MS. *ἀναγεγραμμένους* , rectius quam vulgatum ſimplex. JUNG.

78 *Ἐκ τοῦ καταλόγου*] *Eos , qui in matricula militari conſcripti erant e civibus.* C. V. *ἀναγεγραμμένους.* KÜHN.

Ἐκ τοῦ καταλόγου] Supra II, 11. JUNG.

79 *Παρεσημαίνοντο*] *Nota appoſita ſignabant vel puncto. Schol. Ariſtoph.* in *Equit.* catalogum dici vult tabulas , in quibus extabant nomina militantium civium. KÜHN.

Παρεσημαίνοντο] Quid vero , quæſo , eſt *παρασημαίνειν τὰ τῶν ὑφ᾽ ἑτέρου τῶν ὀνομάτων* , mehercle quidvis aliud , quam quod *Pollux* ait *παραστίζειν.* ſic mendis iſtis deletis , ita ſcribe ut noſter MS. habet : *παρεσημαίνοντο τὰ τῶν ἀφυστερούντων ὀνόματα. καὶ τ. π. ἐλέγετο.* ſenſus : eos qui non reſpondiſſent delectui , vel nomina dare morabantur , horum nomina (ut qui deſcriptos habebant omnes qui jam militari in ætate) iſtos *ταξιάρχους* adnotaſſe , quod *παραστίζειν* dictum fuerit. ſic enim bene edidit *Seberus* noſter : quamvis MS. *Pal.* etiam conſentiat cum prioribus editionibus vulgantibus mendoſe *παραστήζειν.* Corruptiſſ. quoque in eadem re & voce *Heſychius* , ubi pari felicitate uti emendando non poſſumus, MS. codice defecti: *παραστίζουσα* , ait , *ἢ παραστίζων* , *ἡ παραστιχθεὶς ἐπὶ τῶν ἀνακλυσιτῶν *ἀφιστερούντων τὰ ὀνόματα παρίστικται. Σώφρων δὲ κεντήματά φησιν· ἄλλοι ὡς ἀπόντα τινὰ παραστέσουσα σημειουμένη.* Et ultima ſane quoque aſteriſco videntur notanda , non ſolum priora ; cum *τινὰ* enim iſta deſinere puto , ſed non integra : & hæc alia denuo addi : *παραστίσουσα , σημειουμένη.* ſed ad priora tentemus tamen aliquid. Quid ſi forte ? *παραστιχθεὶς· ἐπὶ τῇ ἀνακλήσει τῶν ἀφυστερ.* vel : *ἐπὶ τῶν ἀνακληθέντων ἀφυστερ.* ſed alii rectius medebuntur : certe *ἀφυστερούντων* ſcribendum eſt : & dixerit *Heſychius* , quum ad delectum convocarentur , & citarentur nominatim , ex catalogo nimirum , a taxiarchis , nec venirent , vel reſpondere recuſarent ad nomen , adque delectum accedere recuſarent , tunc notam ipſorum nominibus fuiſſe adpoſitam , vel diſpuncta. De iiſdem taxiarchis *Lyſias κατὰ Ἀλκιβιάδου ἀστρατείας· κελεύειν δὲ τὸν ταξίαρχον ἐξαλείφειν αὐτὸν ἐκ τοῦ ὁπλιτῶν κατα-*

τὰ τῶν [80] ἀφυστερούντων ὀνόματα· καὶ τοῦτο [81] παραστίζειν ἐκαλεῖτο. [82] Πρυτανεία δὲ, ἔστι χρόνος, ἐν ἑκάστη φυλὴ πρυτανεύει· καὶ ὅτε μὲν δέκα ἦσαν, πλείους ἑκάστη φυλῇ αἱ ἡμέραι· ἐπεὶ δὲ δώδεκα ἐγένοντο, ἑκάστη φυλὴ μηνὸς
116 πρυτανείαν ἔχει. * [83] Πυρφόρος παῖς αἱρετὸς, ἐκ καθαρευούσης οἰκίας, [84] ὑπὸ χλαμυδίῳ καὶ στροφίῳ περιέρχεται, πῦρ ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ἐπιτιθείς. [85] Σύγκλητος ἐκκλησία, ἣν ἐξαίφνης

utrorumque nomina. & hoc, *παραστίζειν*, puncto notare vocabatur. Prytanea vero, tempus eſt, quo unaquæque Tribus præſidet. Et cum decem eſſent, ſingulæ Tribus pluribus diebus præſidebant. poſtquam autem duodecim factæ ſunt, ſingulis menſibus ſingulæ præſident. * Ignifer, Puer, per virtu- 116
tem expiatis vitiis, ſub chlamyde & faſcia amictus, circumit, ignem aris inferens. Concio convocata, quæ repente

λόγου. Delebant itaque illi ita meritos plane ex catalogo militari. JUNG.

80 Ὑφ' ἑτέρου τῶν ὀνομ.] Notis in *Pauſan.* legebamus *ἀφυστερούντων ὀνόματα* ex *Heſych.* in *παραστίζουσα*, quem ipſum etiam ibidem emendare voluimus. Jam vero video in C. V. etiam legi: *τὰ τῶν ἀφυστερούντων ὀνόματα· καὶ τοῦτο παραστήζειν ἐλέγετο·* ubi nemo non videt legendum eſſe *παραστίζειν*. *Salm.* leg. *ὑστερούντων ὀ.* quod non prætulerim noſtræ Codiciſque *Voſſiani* lectioni. KÜHN.

Ὑφ' ἑτέρου τῶν ὀνομάτων.] Reſtituimus cum *Kühnio*: *ἀφυστερούντων ὀνόματα·* *ταξίαρχοι* itaque notam adponebant militum nominibus, qui ſuis aberant ordinibus, aut quoquo modo muneri ſuo militari non ſufficiebant: nomina vero militum in matriculis, quas *καταλόγους* vocat *Pollux*, erant deſcripta: *ματρίκια Leo* & *Mauricius* aliique recentiores: *militum brevicula Iſidoro Orig.* lib. I. c. 23. niſi & apud eum pro *breviculis matriculas* reponi præferas: hic militum catalogus apud ordinum duces erat depoſitus, qui collectas rationes notataque nomina ad *στρατηγοὺς* deferebant: meminit *Thucydides*.

81 Παραστίζειν] Prior. edit. *παραστήζειν*. SEB.

Παραστίζειν] Priores editiones inepte *παραστήζειν·* emendaverat id vitii ad ſuum Codicem *Kühnius*, notaveratque eandem lectionem ex MS. *Falckenburgius*.

82 Πρυτανεία δὲ, ἔστι χρόνος, &c.] Vid. *Harpocrat.* in *πρυτανείας* & ibi *Mauſſacus* & in eum *Valeſius*. KÜHN.

Πρυτανεία δὲ, ἔστι χρόνος, &c.] MS. *πρ. δὲ ἐστιν ὁ χρόνος*, &c. JUNG.

Πρυτανεία δὲ, ἔστι χρόνος] Videndus hac de re *Ammonius* &, qui eum exſcripſit *Thomas Magiſter*.

83 Πυρφόρος παῖς ἀρεταῖς] In *Specimine* lectum, *παῖς αἱρετὸς ἐκ καθαρευούσης οἰκίας*, quam lectionem firmat C. V. eadem venere in mentem etiam *Heraldo* in *adverſariis* pag. 251. & *Valeſio* Notis in h. l. Nobis quidem *Plato* hanc emendationem ſuggeſſerat, ut qui lib. VI. de *Legibus* a ſacerdote requirit: ut ſit *ὁλόκληρος* & *γνήσιος*, *ἔπειτα ὡς ὅτι μάλιστα ἐκ καθαρευουσῶν οἰκήσεων* &c. *imprimis ut ſit ex pura familia.* ita Romani non capiebant *Veſtalem virginem* ex inquinata & in ſordidis negotiis verſante familia. *Gellius* lib. I. cap. 12. *Noct. Attic.* ſimiliter ignis petebatur e pura domo ad ſacrificia, ut notat *Proclus* in illud *Heſiodi*:

Καδδύναμιν δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσι
Ἁγνῶς καὶ καθαρῶς. KÜHN.

Πυρφόρος παῖς ἀρεταῖς] Hic vero monſtra *σφαλμάτων* vulgo, nempe *ἀρεταῖς*, *κακίας* &c. ſed optimus MS. nobis opportuniſſime ſuccurrit, ex quo omnia ita ſcribe: *πυρφόρος.* (hoc pro titulo habet: & quæ ſequuntur integrum tmemation in MS.) *παῖς αἱρετὸς, ἐκ καθαρευούσης οἰκίας, ὑπὸ χλανίδι καὶ στροφίῳ περιέρχεται πῦρ ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ἐπιτιθείς.* Ita clare MS. & nil verius. *αἱρετὸς*, erant enim alia officia *αἱρετὰ*, alia *κληρωτὰ*, ut hactenus aliquoties habuiſti. *ὑποχλαμυδίῳ* vulgatum inde accidit, quod hæc talia unam quaſi vocem ſcribi in MS. ſolita, ut adnotavi ſæpius; & etiam hic noſter *ὑποχλανίδι* habebat. Omiſit hunc *πυρφόρον Sigonius*, credo monſtroſa loci deformatione abſterritus. Sed licetne quid porro? An & illud proverbium, *ἔδει δὲ μηδὲ πυρφόρον τῷ ἐκείνων λόγῳ περιγενέσθαι*, ut apud *Herodotum* noſtrum *Urania* cap. 6. ita potius exponendum eſt, majori *ἐμφάσει*, ſcilicet barbarorum verbo, ne quidem debuiſſe evadere ex Græcorum claſſe vel puerum qui ignem inferret aris? Alias enim de ipſis ſacerdotibus *πυρφόρους* explicant quos vidi omnes, etiam *Suidas*. Lubebat tamen & illud putare. JUNG.

Πυρφόρος παῖς ἀρεταῖς] Ἐκκαθαρευούσης κακίας, ſequebatur vulgo: nos hæc omnia fidem MSS. & *Kühnii* præeuntis veſtigia ſequti emendatiora fecimus. *Πυρφόρου* meminit quoque *Noſter* lib. I. cap. 1. inter *τὰ τῶν θεοὺς θεραπευόντων ὀνόματα*; & recte *Scholiaſtes* ad *Nazianzeni* ſtelit. II. pag. 92. *πυρφόρους φησὶ τοὺς ἱερέας τοὺς ἐπιβώμιον πῦρ ἀνάπτοντας·* *Gregorii* verba ſunt hæc: *οὐδὲν ἐκώλυε μηδὲ πυρφόρον, ὃ δή φασι, ὑπολειφθῆναι τῷ στρατῷ.* Quam parœmiam ita exponit *Scholiaſtes*, ut ne quidem ſacerdotem, cui alias religionis jure parcituri erant hoſtes, relictum indicare id proverbium velit: alii tamen aliter & forſan melius a militaribus *πυρφόροις*, qui ab his ſacris plane diverſi, parœmiæ petunt originem: vide proverbiorum collectores, & *Euripidis Scholia* ad *Phœniſſas*. Hi apud Macedonas pueri *πυρφόροι* ex Nobiliſſimis erant: *vetuſto Macedoniæ more*, inquit *Valerius Maximus* lib. III. c. 3. *regi Alexandro nobiliſſimi pueri præſto erant ſacrificanti, e quibus unus thuribulo arrepto ante ipſum aſtitit; in cujus brachio carbo ardens delapſus eſt*: *Καθαρεύουσα* vero *οἰκία*, *quæ omni eſt flagitio ac piaculo libera*, in qua non eſt homicida, aliuſve homo *ἐναγής*.

84 Ὑποχλαμυδίῳ] C. V. *ὑποχλανίδι καὶ στροφίῳ· χλανὶς Heſych. ἱμάτιον λεπτόν.* *Salm.* *στροφίῳ ὑπὸ χλαμυδίῳ*, quæ lectio de *chlamyde ephebica* intelligenda, de qua in his notis alibi plura. KÜHN.

Ὑποχλαμυδίῳ] Diviſi cum *Kühnio* hanc male conjunctam vocem: malim tamen MSS. *χλανίδα*, cujus interpretamentum margini adlitum fuiſſe videtur *χλαμύδιον·* *χλαμυδίῳ* certe rei ſacræ miniſtrum haud temere in antiquorum ſcriptis reperias indutum. *Στροφύῳ* tum vulgo erat, ſed emaculavit *Kuhnius*: *Noſter* de Legum cuſtodibus ſupra Segm. 94. *ἐστεφάνωνται στροφίῳ λευκῷ·* *στροφίῳ* quoque revincti erant, qui Cereri *Eleuſinia* operabantur: *Arrian. Epict.* III. c. 21. *οὐκ ἐσθῆτα ἔχεις, ἣν δεῖ τὸν ἱεροφάντην, οὐ κόμην, οὐ στρόφιον οἷον δεῖ·* de ſacris *Eleuſiniis* eſt ſermo: erat autem vitta lanea quæ comas religabat: *στρόφια περὶ τὴν κόμην* apud *Philoſtratum*: lanæ vero ſacerrimus olim ac frequentiſſimus fuit in re divina uſus; etiam ad devotiones magicas: *στέψον τὰν κελέβαν ἀώτῳ.* *Theocr.* quod *Virgilius* dixit: *molli cinge hac altaria vitta*: vid. *Servium*.

85 Σύγκλητος, ἐκκλησία] Iſta: *σύγκλητος ἐκκλησία*, in MS. ſunt titulus, & incipit novum tmema: *ξ. ιξ.* vid. de *συγκλήτοις ἐκκλησίαις* & *κατεκκλησίαις* plura apud *Sigon.* lib. II. de Rep. *Athen.* c. 4. ſed mehercle cum MS. noſtro audeo illud *κατεκκλησία* in dubium revo-

congregatur, neceſſitate aliqua majore oborta. Tum & convocatio dicitur, cum & eos ex agris vocarent, triremium Præfectos, & Navarchos reliquos, tum & maritimos omnes, Salaminioſque. Nautæ autem vocantur, hi quidem marini ſolum, aut maritimi: alii autem, Salaminii.

ἐποίουν, μείζονος χρείας ἐπιλαβούσης, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ [86] κατακλησία, ὅτι καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀγρῶν κατεκάλουν· [87] ταμίας ἐκάλουν τοὺς ταῖς ἱεραῖς τριήρεσι λειτουργοῦντας, ἄλλους δὲ τριηράρχους. καὶ οἱ ἐκ τῆς Παράλου, καὶ τῆς Σαλαμινίας ναῦται ἐκαλοῦντο [88] μὲν οὐ πάραλοι μόνον, ἀλλὰ καὶ [89] παραλῖται· οἱ δὲ Σαλαμίνιοι.

117 ## * CAPUT X.

De Athenienſium foris, unde dicantur; & quas actiones judicent.

FOra Athenis ſunt, Vicus Martius: ju-

* ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ I. 117

[90] Περὶ τῶν ἐν Ἀθήνησι δικαστηρίων. ὅθεν τε ἐπωνομάσθησαν, καὶ τίνας δίκας ἔκριναν.

[91] ΔΙκαστήρια Ἀθήνησιν [92] Ἄρειος πάγος· ἐ-

care, an recte hactenus inter genuina vocabula nomen profeſſum fuerit. Puto & *H. Stephanum* de ea re dubitaſſe, qui adnotavit in ſuo Codice κατάκλησις *Amm.* Et verba *Ammonii* mox referam. debes primum noſſe pro vulgato κατεκκλησία MS. noſtrum habere κατακλησία clare. Et hoc jam verum puto: vulgatum non amplius. Quidni? ita & *Heſychius*: κατακλησία, ὃ τῶν μειζόνων τι δεῖ ἢ πρᾶγμα ἐπικρῖναι, κατακλησίας ἐποίουν τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς οἰκούντων. Ubi mendoſa *Sylburgius* in ſuo Codice ita correxit: ὅταν μ. τ. δέῃ π. poſſet & (nam & reliqua nondum valent) audacius, ὅτι μειζόνων τι δέῃ πραγμάτων ἐπικρῖναι, κ. &c. Et certe *Pollux* noſter ait, rationem nominis reddens, ὅτι καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀγρῶν κατεκάλουν, non κατεξεκάλουν. *Ammonii* περὶ ὁμ. καὶ διαφ. λέξ. verba ſunt: Ἐκκλησία καὶ κατάκλησις διαφέρει. Ἐκκλησίαν μὲν γὰρ ἔλεγον οἱ Ἀθηναῖοι τὴν σύνοδον τῶν κατὰ τὴν πόλιν· Κατάκλησιν δὲ, ὁπότε καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀγρῶν συνεκάλουν, πρὸς ἐπίσκεψιν μειζόνων τῶν πραγμάτων. JUNG.

86 Κατεκκλησία] C. V. κατακλησία· quod melius convenit cum eo quod ſequitur, ὅτι καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀγρῶν κατεκάλουν· nam a κατακαλεῖν dicitur κατακλησία. idem probat *Valeſ.* ex *Ammonio* in ἐκκλησία, & *Heſychio*, & *Petitus* in L. L. *Atticas*. KÜHN.

Κατεκκλησία] Κατακλησία cum MSS. & *Kühnio* noſtro reſtitui.

87 Τούς τε τριηρεσιλειτουργοῦντας] Τριηρεσιλειτουργ. SEB.

Τούς τε τριηρεσιλειτουργοῦντας] Poſt κατεκάλουν habet C. V. ταμίας ἐκάλουν τοὺς ταῖς ἱεραῖς τριήρεσιν λειτουργοῦντας ἄλλους ἢ τριηράρχους τούς τε ἐκ τῆς &c. leg. ἀλλ' οὐ τ. hoc ſenſu, *qui ſacris triremibus ſua munia præſtabant, eos vocabant* ταμίας, *non trierarchas, nempe eos e Paralo & Salaminia.* illi enim dicebantur ταμίαι τῆς Παράλου, ταμίαι τῆς Σαλαμινίας. *Demoſth.* in *Midiam*, τῆς Παράλου ταμίας γέγονα, inquit *Midias*, ipſe autem *Demoſth.* τῆς Παράλου ταμιεύσας· ubi *Ulpianus* obſervat inter alia, quod ipſa urbs ſacrarum triremium curam in ſe ſuſcipere & quæſtoribus pecuniam præſtare ſolita ſit, ut ea inſtruerent naves iſtas & ταχυναυτούσας redderent: nam ſacræ naves celerius navigabant cæteris ob lectiſſimos remiges, aliumque optimum apparatum, unde videre eſt, quod ipſa Reſpublica impleverit munia trierarchi, quoad ſacras naves, ideoque ταμίας tantum illis præerat in cæteris triremibus, alii ταμίαι erant, alii τριήραρχοι. KÜHN.

Τούς τε τριηρεσιλειτουργοῦντας] Locus mutilus & mendoſus: MS. noſter ita habet: κατεκάλουν· ταμίας ἐκάλουν, τοὺς ταῖς ἱεραῖς τριήρεσιν λειτουργοῦντας ἄλλοι, ἢ τριηράρχους, τούς τε ἐκ τῆς πας. &c. Quæ certe multo ſaniora & integriora, ſicque vulgata reſtituenda erunt: niſi quod in ἄλλοι hæream, & potius vulgatum ἄλλους retineam, niſi quis rectius concinnet. Quæſtores autem ſuos trierarchis attributos, ut ſcilicet pecuniæ rationes conficerent, quæ in commeatum ſtipendiumque ſociorum navalium attribuebatur: tum in primis ſuos trierarchos & quæſtores habuiſſe ſacras triremes, ut Salaminiam & Paralum, ex *Harpocratione* & *Demoſthenis* πρὸς Πολυκλέα περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος jam docuit *Sigonius* extremo c. 5. lib. IV. de Rep. *Athen.* *Harpocrationis* verba in ταμίαι ſunt: εἰσὶ δέ τινες καὶ τῶν τριήρων ταμίαι, ὡς ὁ αὐτὸς φιλόσοφος (*Ariſtoteles* in *Athenienſium* Rep.) φησιν· ὅτι δὲ καὶ τοῖς τριηράρχοις παρείποντο ταμίαι, δεδήλωκεν Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ. JUNG.

Τριηρεσιλειτουργοῦντας, &c.] Corruptiſſimum locum feliciter conjectura partim, partim ope MSS. *Kühnius* noſter reſtituit, ejuſque emendationes in textum intuli: ita fuit ante nos: τούς τε τρ. ἀ. τε τρ. κ. τοὺς ἐ. τ. Π. καὶ τ. Σαλαμινίας· ἐκαλ. δὲ οἱ ναῦται, οἱ μὲν Παρ. μ. καὶ παραλ. &c. De Παράλῳ autem & Παράλοις videndus *Harpocratio*, & *Etymologus* in Πάραλος, & ἱεραὶ τριήρεις.

88 Οἱ μὲν πάραλοι] C. V. μὲν οὐ πάραλοι μόνον, ἀλλὰ καὶ παραλῖται· οἱ δὲ καὶ Σαλαμίνιοι. ita vocabantur, qui erant nautæ ſacrarum triremium. vid. *Heſych.* in παραλῖται. KÜHN.

Οἱ μὲν πάραλοι] MS. οἱ μὲν οὐ πάραλοι μόνον, ἀλλὰ καὶ παραλῖται· οἱ δὲ καὶ Σαλ. Bene vero vides edidiſſe etiam hinc *Seberum* noſtrum παραλῖται, ut *Sylburgius* in ſuo Codice correxerat. *Heſychius*: παραλίτης, ὁ ἀπὸ τῆς Παράλου· ἡ δέ ἐστιν ἱερὰ ναῦς. JUNG.

89 Παραλῖται.] E Not. *Sylb.* prior. edit. παραλῆται. SEB.

90 Περὶ τῶν ἐν Ἀθήνησι &c.] Hujus capitis titulus talis & in MS. extat, niſi quod pro ἔκριναν, MS. habeat ἔκρινον, quod melius videtur. JUNG.

91 Δικαστήρια Ἀθήνησιν] C. A. qui hic iterum pergit: δικαστήριον ἐν Ἀθήνησι. KÜHN.

Δικαστήρια Ἀθήνησιν] Iterum tituli, nam multa tmemata in MS. & hic ita: Δικαστήρια Ἀθήνησιν· Ἄρειος πάγος. tmema vel capitulum incipit: ἐδίκαζεν δὲ &c. δικαστηρίων nomina apud *Pauſaniam* in *Atticis* poſſe etiam videri adnotavit *H. Steph.* De judicio *Areopagi* integrum caput 2. habes in libr. III. de Rep. *Athen.* *Sigonii*, ad quem te potiſſimum ablego, quo nemo Rempublicam *Atticam* nobis hactenus explicaverit melius & elegantius: alii enim ſuos libros de Republica *Athenienſium* promiſerunt ſaltem. vid. inquam eundem & lib. I. c. 3. JUNG.

92 Ἄρειος πάγος.] *Aelianus* breviter *in Martio pago* dijudicatum refert περὶ τῶν ἐκ προνοίας ἀποκτεινάντων· in *Palladio* περὶ τῶν ἀκουσίως· in *Delphinio* περὶ τῶν κτεῖναι μὲν ὁμολογούντων, ἀμφισβητούντων δὲ ὅτι δικαίως. vid. Hiſtor. V, 15. vid. & *Demoſth.* & *Ariſtocr.* fol. 437. & ſeq. SEB.

δίκαζε δὲ φόνου καὶ [93] τραύματος ἐκ προνοίας, καὶ πυρκαϊᾶς, καὶ φαρμάκων, ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς. [94] ἐγίγνετο δὲ διωμοσία, καὶ μετὰ αὐτὴν κρίσις. [95] προοιμιάζεσθαι δὲ οὐκ ἐξῆν, οὐδὲ οἰκτίζεσθαι· [96] μετὰ δὲ τὸν πρότερον λόγον, ἐξῆν φυγεῖν, [97] εἴ τις γονέας εἴη ἀπεκτονώς. καθέκαστον δὲ μῆνα, τριῶν ἡμερῶν ἐδίκαζον ἐφεξῆς,

dicabat vero actiones cædis, & vulneris ex prædeſtinatione, incendii, veneficii, ſi ſcilicet quis dans occidiſſet: fiebat autem conteſtatio, & deinde judicium. Exordiis vero uti, aut affectuum commotione non licebat. Poſt primam autem ſententiam exilium capere licebat, ſi quis Parentes occidiſſet. Menſibus vero ſingulis, tribus diebus continuis jus dicebant:

Ἄρειος πάγος.] Quatuor *Athenis* fuiſſe δικαστήρια φονικὰ *Helladius* quoque tradit, quartum dicens τὸ ἐν φρεαττοῖ (de quo in notis ad Segm. 120.) vide *Photii* Biblioth. fol. 874. SEB. 2.

Ἄρειος πάγος.] De Areopagi origine ita *Chronicon Marmoreum*: Ἀφ' οὗ δίκη Ἀθήνησιν Ἄρει καὶ Ποσειδῶνι ὑπὲρ Ἁλιρροθίου τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ ὁ τόπος ἐκλήθη Ἄρειος πάγος, ἔτη ΧΗΗΓΔΔΠΙΙΙ βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Κραναοῦ· ad ea lege quæ late de Areopago & Areopagitis ex *Meurſio* aliiſque collecta ad illum locum notantur. De quibuſvis autem Senatum hunc criminibus cognoviſſe ſcribit ex *Androtione* & *Philochoro Maximus* Prol. ad *Dion. Areopagit.* ἐδίκαζον οὖν Ἀρεοπαγῖται, inquit, περὶ πάντων σχεδὸν σφαλμάτων καὶ παρανομιῶν &c. ibidemque & de ἐννέα ἄρχουσι docet.

93 *Τραύματος, ἐκ προνοίας*] Interpunctio e medio tollenda: cohæret enim τραύματος ἐκ προνοίας, *de vulnere de induſtria inflicto*, cum animo occidendi, uti ex *Lyſia* in *Simon.* cap. 12. monuit *Illuſtris* DN. *Prater Obrechtus*, *Patronus literarum in paucis magnus.* conferatur ejuſdem *Lyſiæ Oratiuncula* περὶ τραύματος ἐκ προνοίας. Qui hujuſmodi animo vulneraverat proximum, minimum patria exulabat, bonis etiam in ærarium redactis: nam *Lyſias* l. c. ait, ſe accuſatum vulneris ἐκ προνοίας inflicti, καὶ περὶ τῆς πατρίδος καὶ περὶ τῆς οὐσίας ἁπάσης κινδυνεύειν, & alibi: περὶ τῆς πατρίδος μοι καὶ τοῦ βίου ὁ ἀγών. *Demoſth.* in *Bœot.* hoc vocat τραύματος εἰς Ἄρειον πάγον τινὰ προσκαλέσασθαι, *ob vulnus in Areopagum aliquem reum citare.* Hinc lux *Platoni* leges ferenti περὶ τραύματος circa finem libr. IX. ubi Legem *Atticam* temperamento quodam mitigat, dum bona exulanti relinquit utenda fruenda. conf. iterum *Lyſiam Apolog.* pro *Callia*, & *Demoſth.* in *Ariſtocr. Lucian.* de *Gymnaſ. Galen. Hypomn.* in *Hippocr. Prognoſt.* conjungit πυρκαϊᾶς ἐκ προνοίας; quo indicatur, τὸ ἐκ προνοίας pertinere ad omnia quorum ante mentio facta. Nam involuntaria cædes fortuituſque ignis non erant fori Areopagitici. C. V. male, καὶ πράγματος ἐκ. π. KÜHN.

Τραύματος, ἐκ προνοίας]. MS. καὶ πράγματος, pro τραύμ. non recte. tu diſtingue: vel potius aufer diſtinctionem, ſcribens: καὶ τραύματος ἐκ προνοίας. ſic & ſupra Segm. 40. φόνου καὶ τραύματος ἐκ προνοίας (ubi etiam additur πυρκαϊᾶς & φαρμάκων) ſine diſtinctione ſcribendum monui. *Lucianus* Ἀνάχαρσι ἢ περὶ γυμνασίων de Areopagitis: φόνου ἢ τραύματος ἐκ προνοίας, ἢ πυρκαϊᾶς δικάσοντες. de talibus nimirum *Areopagus* judicabat, quæ ſponte & conſilio perpetratæ cædes: ut ſequens ἐπὶ Παλλαδίῳ de cæde ab invito & ignorante profecto judicabat. Et ſic bene hæc adducit *Brodæus* VII. Miſcell. 9. in ſua in *Æſchinis* Orationem contra *Cteſiph.* commentatione. JUNG.

Τραύματος, ἐκ προν.] Eadem hæc verba cum illa, quam ſuperius eluimus, inſedit macula, delendum nimirum comma.

94 *Ἐγίγνετο δὲ διωμοσία*] *Μετ. αὐτ. διωμοσίαν κρ.* SEB.

Ἐγίγνετο δὲ διωμοσία] C. V. hæc ita miſcet: δοὺς ἐγίγνετο διωμοσία καὶ μετὰ τὴν διωμοσίαν κρίσιν προοιμιάζεσθαι δὲ οὐκ ἐξῆν δὲ οἰκτ. &c. C. A. etiam pro μετὰ αὐτὴν leg. μετὰ τὴν διωμοσίαν. præcedebat juramentum, quod vocant calumniæ, & dein ipſum ſequebatur judicium. vid. *Meurſ. Areopagum* c. 8. *Petitus* in L. L. *Atticis* tria obſervanda notat: 1. διωμοσίαν. 2. λόγον. 3. κρίσιν. λόγον omitti a *Polluce*, ſed ille non omittit, mentio enim ejus eſt mox, ne dicam, quod λόγος ſit pars ipſius κρίσεως, ideoque κρίσει nominata & ipſe ſimul nominatur. KÜHN.

Ἐγίγνετο δὲ διωμοσία] MS. variat in una voce bis, ſic tamen plenius, ut & *Seberi* noſtri habens: διωμοσία, καὶ μετὰ τὴν διωμοσίαν κρίσις· poſtea diſtingue ἐξῆν, οὐ δὲ &c. de διωμοσίᾳ hac agentium in *Areopago* etiam accipienda illa *Antiphontis* περὶ τοῦ Ἡρώδου φόνου· ἀνώμοτος μὲν αὐτὸς ἐμοῦ κατηγορεῖς, ἀνώμοτοι δὲ οἱ μάρτυρες καταμαρτυροῦσι· δέον αὐτοὺς τὸν αὐτὸν ὅρκον σοὶ διομοσαμένους, καὶ ἁπτομένους τῶν σφαγίων, καταμαρτυρεῖν ἐμοῦ. Et initio fere ejuſdem oratoris περὶ τοῦ χορευτοῦ· αὐτῶν δὲ τούτων ἕνεκα οἵ τε νόμοι καὶ αἱ διωμοσίαι, καὶ τὰ τόμια, καὶ αἱ προῤῥήσεις, καὶ τ' ἄλλ' ὅσα γίνεται τῶν δικῶν τοῦ φόνου ἕνεκα, πολὺ διαφέροντα ἐστιν ἢ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις. alibi, quæ ego non conquiro, nec opus eſt. vid. tamen *Demoſth.* in *Ariſtocratea.* De more vero in *Areopago*, quo prooemiis uti & affectus movere non licebat, vid. & *P. Victor.* Comm. ad libr. I. *Ariſtotelis* Rhetoric. non longe ab initio ad illa de iiſdem: καὶ κωλύουσιν ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν. Alias in *Labbæi* Codice illud proverbiale hic adnotatum eſt: apud *Themiſt.* 24. Ἀρεοπαγίτου σιωπηλότερος legi. JUNG.

95 *Προοιμιάζεσθαι*] *Lucianus* de Gymnaſiis tom. I. pag. 742. ἢν δέ τις ἢ φροίμιον εἴπῃ πρὸ τοῦ λόγου, ὡς εὐνουστέρους ἀπεργάσαιτο αὐτούς, ἢ οἶκτον ἢ δείνωσιν ἔξωθεν ἐπάγοι τῷ πράγματι, οἷα πολλὰ ῥητόρων παῖδες ἐπὶ τοὺς δικαστὰς μηχανῶνται, παρελθὼν ὁ κῆρυξ κατεσιώπησεν εὐθύς, οὐκ ἐῶν ληρεῖν πρὸς τὴν βουλήν, καὶ περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις, ὡς γυμνὰ τὰ γεγενημένα οἱ Ἀρεοπαγῖται βλέποιεν. In quem locum vid. & quæ annotat *Gilb. Cognatus.* Alibi refert *Lucianus* noctu inſuper, non interdiu forum illic agi ſolitum: ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ δικάζουσιν ὡς μὴ ἐς τοὺς λέγοντας, ἀλλ' ἐς τὰ λεγόμενα ἀποβλέποιεν in *Hermot.* tomo ſecundo, pag. 266. indeque *Demoſthenes* nullum ait judicium viſum οὔτε σεμνότερον οὔτε δικαιότερον, contra *Ariſtocr.* fol. 437. SEB.

Προοιμιάζεσθαι] Δὲ omittit C. V. KÜHN.

96 *Μετὰ δὲ τὸν πρ. λόγον*] *Μετὰ τὸν π. λ.* de quo ſupra aliquid dictum eſt, lib. VIII. c. 9. Sect. 16. ſimilis apud Romanos lex fuit, quam laudat plurimum *Polybius. Plato* de L. L. p. 871. hæc *Valeſius* Notis in h. l. KÜHN.

97 *Εἴ τις γονέας*] *Petitus* in L.L. *Atticas* pag. 506. corrigit hunc locum, quia *Solon* nullam legem tulit de Parricidis, nec de iis *Demoſthenes* agit Orat. contra *Ariſtocratem*, ita: εἴ τις ἐκ προνοίας εἴη ἀπεκτονώς. verum videtur h. l. nihil innovandum. *Pollux* enim exempli gratia mentionem facit parricidæ, & quid in eum juris fuerit, id quoque in aliis cædis reis obſervatum inſinuat: idque clare apparet ex eo, quod alibi dicit πωλητὰς vendidiſſe eorum bona, qui dicta prima cædis apologia, exilii cauſa ſolum verterant. KÜHN.

Εἴ τις γονέας εἴη ἀπεκτονώς.] Haud immerito ſcrupuli quiddam eſſe in hoc loco ſuſpicati ſunt eruditi viri, ſed emendationem tentarunt haud ita bonis avibus: & certe abſque excerptis *Falckenburgianis* eſſet, cubaret adhucdum medelæ neſcius hic locus: exci-

quar-

quarta ſcilicet menſis deficientis, tertia,
118 & ſecunda. * Novem Principes, qui ſingulis annis poſt cenſum datum, ſemper Areopagitis addebantur, ſub Dio judicabant. Cædis autem actiones intendere licebat, uſque ad Conſobrinos. & jurejurando inquirere, quiſnam mortui Cognatus ſit: ſique Familiaris fuerit, accuſatur, & relegatur. Forum juxta Palladium, in hoc jus dicitur de cædibus invite commiſſis. Nam poſt Troiæ excidium, Græcorum quidam Palladium habentes,

[98] τετάρτη φθίνοντος, τρίτη, δευτέρα. * οἱ δὲ 118
ἐννέα ἄρχοντες, οἱ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν [99] μετὰ τὸ δοῦναι τὰς εὐθύνας ἀεὶ τοῖς Ἀρεοπαγίταις προσετίθεντο· [100] ὑπαίθριοι δὲ ἐδικάζοντο. Φόνου δὲ ἐξῆν ἐπεξιέναι μέχρις [1] ἀνεψιῶν, καὶ ἐν τῷ ὅρκῳ [2] προσεπερωτᾶν, τίς προσήκων [3] ἐστὶ τῷ τεθνεῶτι· [4] κἂν οἰκέτης ᾖ, [5] ἐπισκήπτειν συγκεχώρηται. [6] Τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ· ἐν τούτῳ λαγχάνεται περὶ τῶν ἀκουσίων φόνων· μετὰ γὰρ Τροίας ἅλωσιν Ἀργείων τινὰς τὸ Παλλάδιον ἔχοντας,

dit itaque πλὴν ante εἴ τις &c. ut *Falckenburgii* Excerpta clare docent, illi nempe qui parricidium commiſerat, non licebat prima habita oratione ſolum vertere, ne omnium execrabile maxime facinus puniretur: & hæc quidem meo judicio ita ſunt clara ac indubitate vera, ut iſtam lectionem in textum repoſuerim.

98 Τετάρτη] *Meurſ.* in *Areopag. quarto, tertio & pridie Calendarum*, id eſt, *vigeſimo ſeptimo, octavo, & nono die ſecundum morem numerandi Athenienſibus uſurpatum.* vid. *Ariſtoph. Nubes* pag. 114. Edit. *Baſileenſ.* & ibi *Scholia.* KÜHN.

99 Μετὰ τὸ δοῦναι] Poſtquam depoſito magiſtratu rationem reddiderant officii bene adminiſtrati, populoque ſe approbaſſent, tum demum aditus patebat illis ad Senatum Areopagiticum. dein C. A. αἰεὶ pro ἀεί. vid. *Meurſ. Areopag.* cap. 5. *Harpocrat.* in δοκιμασία, *Demoſthen.* Orat. II. contra *Ariſtogit.* & *Ulpianus* in *Midianam* & contra *Leptinem.* KÜHN.

100 Ὑπαίθριοι] C. V. ὑπαίθριον, adverbialiter. ſub dio autem judicabant, ne uno ſub tecto eſſent cum reis homicidii ſanguine pollutis, quod & aliis dicaſteriis, quæ cædis cauſas cognoſcebant, uſurpatum. KÜHN.

1 Ἀνεψιῶν] *Demoſth.* contra *Ariſtocr.* ἀνεψιαδῶν, & ſic forte hic reponendum, quod & *Petitus* vidit in L. L. *Atticas* p. 570. KÜHN.

Ἀνεψιῶν] Remanere paſſus ſum hanc vocem, quam *Kühnius* in ἀνεψιαδῶν mutarat.

2 Προσεπερωτᾶν] MS. ἐπερωτ. SEB.

Προσεπερωτᾶν] MSS. ἐπερωτᾶν. cædis actio pertingebat uſque ad ſobrinos eorumque filios, & in ipſo juramento, quod actor præſtabat, adjiciebatur interrogatio de cognatis propinquiſque interfecti. vid. *Platon.* lib. IX. de L. L. KÜHN.

Προσεπερωτᾶν] MS. noſter ut *Seberi* ὅρκῳ ἐπερωτᾶν. JUNG.

3 Ἐστὶ] MS. ἔστι. JUNG.

4 Κἂν οἰκέτης] Vel ſervo interfecto Domino licebat reum cædis deferre interfectorem. KÜHN.

Διοσημεῖα.] MS. noſter διοσημία· & mox διοσημιῶν: ut utroque loco & *Seberi* habet. Et quæſo te an non hæc vera lectio, quam utroque loco quantum poteſt reponamus. Saltem *Suidæ* verba adſcribo: διοσημία· θεομηνία· (lego: θεομηνία) παρῆσαν δὲ οἱ δισχίλιοι Σκύθαι, πάσης ὀξύτεροι διοσημίας ἤτοι ἀστραπῆς, ἢ πρηστῆρος, ἢ κεραυνοῦ, ἢ σκηπτοῦ, ἢ διάττοντος ἀστέρος· ἡ διοσημία ἐστὶν ὁ παρὰ καιρὸν χειμών. Ἀριστοφάνης· διοσημία ἐστὶ φανίς· βέβληκέ με τοὺς Θρᾷκας ἀπιέναι παρεῖναι δ᾽ εἰς ἔνην· οἱ γὰρ πρυτάνεις λύουσι τὴν ἐκκλησίαν ἐπὶ τῶν ἀναβαλλομένων· παρεφυλάττοντο δὲ Ἀθηναῖοι τὰς διοσημίας καὶ διέλυον τὰς ἐκκλησίας, διοσημίας γενομένης, ἢ ἄλλό τι μέλλοντες ἀνύειν· καὶ Εὐνάπιός φησι περὶ Καρίνου τοῦ βασιλέως· καὶ πάντα ἦν αὐτοῦ βαρύτερα διοσημίας, καὶ ἔλυττα ἐν μέσοις τοῖς ὑπηκόοις. Uſitatum tamen & διοσημεία eſt. ſed propter ea ab MS. non deceſſero. Verba vero *Ariſtophanis* ex Ἀχαρνεῦσι *Comici* apud *Suidam* ita reconcinna;

Διοσημία ἐστὶ, καὶ ῥανὶς βέβληκέ με.
Τοὺς Θρᾷκας ἀπιέναι, παρεῖναι δ᾽ εἰς ἔνην.
Οἱ γὰρ πρυτάνεις λύουσι τὴν ἐκκλησίαν.

Ἐπὶ τῶν ἀναβαλλομένων. &c. hæc enim jam *Suidas* ad-

Et

Et Interpretes vocabantur, qui prodigia, & alias res ſacras dijudicabant. Ἐφέται, numero quidem erant quinquaginta &
125 unus. * Dracon autem hos conſtituit, de Optimatibus electos. Jus autem dicebant ſanguinis Reis, in quinque judiciis.

[65] ἐξηγηταὶ δὲ ἐκαλοῦντο, οἱ τὰ περὶ τῶν διοσημείων, καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἱερῶν [66] διδάσκοντες. [67] Ἐφέται· [68] τὸν μὲν ἀριθμὸν, εἷς καὶ πεντήκοντα. * Δράκων δ' αὐτοὺς κατέστησεν, ἀρι- 125
στίνδην αἱρεθέντας· ἐδίκαζον δὲ τοῖς ἐφ' αἵματι διωκομένοις, [69] ἐν τοῖς πέντε δικαστηρίοις.

dit, quidem proverbio illa dici de illis qui rem differunt, & in alium diem protrahunt. Dicæopolidis enim primus verſus eſt ſic quaſi obnunciantis concioni ob διοσημίαν, quæ ſibi acciderit: alteri duo itaque præconis Thraces legatos jubentis in perendinum redire, quod prytanes ſolverent concionem. Jung.

65 Ἐξηγηταὶ] *Interpretes portentorum, & rituum circa ſacra, circa mortuorum juſta, & piacula obſervandorum.* de iis ſæpe *Plato* in L. L. libr. VI. *Demoſth.* contra *Evergum* & *Mneſib.* *Harpocrat.* h. v. ubi pro ὀνομαζόμενα legendum νομιζόμενα, ut jam alibi monitum. Kühn.

Ἐξηγηταὶ] Moras aliquantiſper agamus, ac ἐξηγηταῖς hiſce operam demus: fuit itaque hoc hominum genus duplex, ſacrum & forenſe: ἐξηγηταὶ ſacri interpretandis prodigiis ac portentis, litibuſque, quæ res ſacras ſpectabant finiendis præerant apud Athenienſes, eaque de cauſa *Harpocrationi* Ἐξηγητὴς, ὁ ἐξηγούμενος τὰ ἱερά· & ad hos pertinent, quæ ex *Heſychio* adfert *Jungermannus*: nec iſti ſacerdotum generi apud *Romanos* diſſimiles fuiſſe puto, qui fatidicorum ac vatum fata incognita interpretabantur: meminit *Cicero* de Leg. libr. II. Alias dirimendis, quæ res tangebant ſacras, litibus pontifices vacabant, interpretandis vero portentis, prodigiiſve augures adhibebantur aut aruſpices. De his vero ἐξηγηταῖς rem confecerit *Theophraſt.* Charact. Eth. cap. 17. καὶ ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ, πρὸς τὸν ἐξηγητὴν ἐλθὼν, ἐρωτᾷν τί χρὴ ποιεῖν· hi dicuntur ἐξηγεῖσθαι τὰ τέρατα, unde & τεράτων ἐξηγηταὶ, & eſt hoc verbi in iſta re uſus frequentiſſimi, itaque eleganter *Arrianus Epict.* lib. II. c. 7. οὐκ ἔχω τὸν μάντιν ἔσω &c. τὸν ἐξηγούμενον τὰ σημεῖα ἀμφοτέρων· nominavit quoque *Noſter* ſuperius VII, 188. ἐξηγητὰς, ad quem locum τοὺς ἐξηγητὰς Τελμισσέων ex *Herodoto* adducit *Jungermannus* noſter: hinc & *Lampon* μάντις, ὃν ἐξηγητὴν ἐκάλουν, inquit *Scholiaſtes Ariſtoph.* ad *Nub.* pag. 332. *prodigiorum interpretes* dixit *Valer. Maxim.* lib. I. c. 6. eoſdemque *augures*. Exiſtimo autem pleraſque Græciæ civitates publicos habuiſſe ἐξηγητὰς, quod ex antiquitatis veſtigiis non obſcuris colligere licet. Forenſes autem ἐξηγητὰς appello, qui leges exponebant, ſciſcitanteſque conſilio juvabant, quod aperte ex *Demoſthene* in ea adverſus *Evergum*, intelligere licet; & recte interpres *Juriſconſultos* vertit, quippe qui de Jure reſponderent, ſicuti ἐξηγηταὶ Athenienſes: ἐξηγεῖσθαι vero Romanis, *de jure reſpondere* vel *reſponſitare*, quo modo & *reſponſa aruſpicum* apud *Jul. Obſequentem*, & ſæpius *augures reſpondiſſe* legimus. Ita apud *Platonem Euthyphronis* pater πέμπει ἄνδρα πευσόμενον ἐξηγητοῦ, *ex Juriſconſulto quæſiturum*, quid eſſet ex legibus agendum cum ſervo in foveam à ſe conjecto, qui alium occiderat: *Iſæus* περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου· ἐξηγητὴν ἐρόμενος· quem locum innuit *Harpocratio* in ἐξηγητής· apud eum vero male Σκίρωνος, quod jam ab aliis monitum: videntur quoque legum doctrina diſcipulos imbuiſſe: id certe ut ſtatuamus ſuadent *Etymologi* verba: Ἐξηγηταὶ, οἱ τοὺς νόμους τοῖς ἀγνοοῦσι διδάσκοντες, καὶ ὑποδεικνύοντες περὶ ἀδικήματος, οὗ ἕκαστος γράφεται. Hanc autem ἐξηγητῶν diſtinctionem veram quidem, veterumque auctoritate munitam, negleviſſe ſæpe deprehenduntur tam veteres quam recentiores *Critici*, an recte, ex his judicabis. Mox διδάσκοντες cum *Kuhnio* ex MSS. in textum retuli.

66 Δικάζοντες.] MS. διδάσκοντες. Seb.

Δικάζοντες.] C. A. melius, διδάσκοντες. *interpretum* enim erat docere, quibus ſacris fieret procuratio portentorum, quibus piaculis indigerent polluti. erant autem ἐξηγηταὶ διὰ βίου. *Plato* lib. I. Kühn.

Δικάζοντες.] Quis mendarum finis? lege, ut MS. noſter & *Seberi*, διδάσκοντες, erant enim illi ἐξηγηταὶ, *interpretes ſacrorum*, & qui de ritibus & ſollemnibus conſulebantur: adeo ut mirer etiam laborioſiſſimum *Demoſthenis* interpretem in ea contra *Evergum* & *Mneſibulum* illos interpretari *jureconſultos*, in qua Oratione crebra eorum mentio. Ubi enim nutrix quædam a *Theophemo* verberata poſt ſextum diem moritur, dominus nutricis venit ὡς τοὺς ἐξηγητὰς, ἵνα, ait, εἰδείην, ὅ, τι με χρὴ ποιεῖν περὶ τούτων, narraſſeque iis rem totam ut acciderit: ἀκούσαντες δέ μου οἱ ἐξηγηταὶ ταῦτα, ἤροντό με, πότερον ἐξηγήσωνταί μοι μόνον, ἢ καὶ συμβουλεύσωσιν; annuente illo utrumque, dicunt: ὅτι ἡμεῖς τοίνυν σοι τὰ μὲν νόμιμα ἐξηγησόμεθα, τὰ δὲ σύμφορα παραινέσομεν· πρῶτον μὲν ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, καὶ προαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι, εἴ τις προσήκων ἐστὶ τῆς ἀνθρώπου· ἔπειτα τὸ μνῆμα φυλάττειν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας· poſtea etiam illi conſilium dant, quomodo jure agere queat. ταῦτα ἀκούσας ἐγὼ τῶν ἐξηγητῶν &c. Subjicit illa: ubi ubique vertit interpres *Jureconſultos*: quod mihi non poſſum perſuadere accommodatum iis nomen eſſe, quamvis ſimul & leges callerent, proprium tamen eorum officium erat ſacras ceremonias interpretari, & de expiationibus, funeribus & aliis talibus reſpondere conſulentibus. Obſervavit hæc & *Harpocratio*, cujus verba adſcribo, ne in *Polluce* vulgatam lectionem tolerari poſſe amplius tibi perſuadeas: ἐξηγητής· ait *Harpocratio*, Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Σκίρωνος κλήρου· ὁ ἐξηγούμενος τὰ ἱερά. ἔστι δὲ καὶ ἃ πρὸς τοὺς κατοιχομένους ὀνομαζόμενα ἐξηγοῦντο τοῖς δεομένοις· καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου δηλοῖ, πληθυντικῶς τοὺς ἐξηγητὰς πολλάκις ὀνομάζων. Et *Heſychius* breviter: ἐξηγητής· ὁ περὶ ἱερείων καὶ διοσημείων ἐξηγούμενος· de iſtis vero & eorum officio in funebribus etiam *Plato* lib. XII. Legum: περὶ τελευτήσαντας δὴ, εἴτε τις ἄρρην εἴτε τις θῆλυς ᾖ, τὰ μὲν περὶ τὰ θεῖα νόμιμα τῶν τε ὑπὸ γῆς θεῶν καὶ τῶν τῇδε, ὅσα προσήκει τελεῖσθαι, τοὺς ἐξηγητὰς γίγνεσθαι κυρίους φράζοντας. Jung.

67 Ἐφέται·] Ἐφέται in MS. titulus novi tmematis, qui incipit, ut & infra *Seberi* MS. ὁ μὲν ἀριθμὸς, εἷς καὶ &c. De *Ephetis* vide *Sigon.* lib. III. de Rep. *Ath.* c. 3. Jung.

Ἐφέται·] Meminit hinc Ephetarum *Petitus* ad L. L. *Att.* p. 307. ἐδίκαζον, ſequitur paulo poſt, τοῖς ἐφ' αἵματι διωκομένοις, pro quibus aliter plane *Falckenburgii* Codex: τοῖς ἐφ' αἵματος ἀδικουμένοις· ſed vulgatam adſerit *Harpocratio*: οἱ δικάζοντες τὰς ἐφ' αἵματι κρίσεις.

68 Τὸν μὲν ἀριθμὸν] Ὁ μὲν ἀριθμός. Seb.

Τὸν μὲν ἀριθμὸν] Ὁ μὲν ἀριθμὸς C. A. Kühn.

69 Ἐν τοῖς πέντε δικαστηρίοις.] Quatuor ſaltem enumerat *Harpocratio*: ἐφέται· Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους· οἱ δικάζοντες τὰς ἐφ' αἵματι κρίσεις ἐπὶ Παλλαδίῳ, καὶ ἐπὶ Πρυτανείῳ, καὶ ἐπὶ Δελφινίῳ, καὶ ἐν Φρεάτοις (ſcribe Φρεατοῖ, ut MS. epitome habet), ἐφέται ἐκαλοῦντο. Quid itaque dicemus? an & ii olim ἐν Ἀρείῳ πάγῳ quoque judicabant, ante *Solonem*? imperite conjector. quid tum? ſi peritiores elicio ut ſententiam dicant. nec enim me quærere pudet, ut

[70] Σόλων δ᾽ αὐτοῖς προσκατέστησε τὴν ἐξ Ἀρείου
πάγου βουλήν. [71] κατὰ μικρὸν δὲ κατεγελάσθη
τὸ τῶν ἐφετῶν δικαστήριον· [72] δοκοῦσι δ᾽ ὠνομά-
σθαι, ὅτι πρότερον [73] τοῦ βασιλέως [74] τοὺς ἐπ᾽ ἀ-
κουσίῳ φόνῳ κρινομένους ἐξετάζοντος, ὁ Δράκων
[75] παρέδωκε τοῖς ἐφέταις τὴν κρίσιν, ἐφέσιμον
126 ἀπὸ τοῦ βασιλέως πεποιηκώς. * [76] Οἱ δὲ ναυ-
τοδίκαι ἦσαν, οἱ τὰς τῆς ξενίας δίκας εἰσάγον-
τες· ὑβριστοδίκαι δὲ ἐκαλοῦντο, εἴ τι χρὴ [77] Κρα-
τερῷ πιστεύειν, τῷ τὰ ψηφίσματα [78] συνάγοντι,

His vero, Solon Senatum ex Areopago
addidit. Pæne autem ludibrio habitum eſt
Ephetarum judicium. Dicti autem viden-
tur, quod primum Rege judicante for-
tuitæ cædis Reos, Dracon Ephetis, judi-
cium hoc permiſit ἐφέσιμον, id eſt tranſla-
titium id a Senatu faciens. * Nautodicæ, 126
qui male uſæ civitatis actiones agunt. Inju-
riarum vero Actores erant, ſi modo Carte-
ro credendum eſt, qui ſuffragia poſcenti,

quæ non bene ſcio, diſcam. *Pollux* ſane videtur quinque *δικαστήρια* ſignificare, quæ prius enumeravit ordine. Jung.

70 *Σόλων δ᾽ αὐτ. προκατέστησε*] C. V. *προσκατέστησε*· vult enim *Solonem* adjeciſſe *Ephetis Areopagitas*: in qua opinione non ſolus *Pollux* fuit, ut videre eſt apud *Meurſ.* in *Areopag.* ſolet enim fieri, ut auctor rei alicujus cenſeatur etiam is, qui aliquid novi addidit, uti *Solon* primus circa *Areopagum* multa innovavit: non tamen ex loco hoc arguerim, prælatos a *Solone Areopagitas Ephetis*, ut *Meurſ.* vult. Kühn.

Σόλων δ᾽ αὐτ. προκατέστησε] MS. *Σόλων δὲ αὐτοῖς προσκατέστησε τὴν ἐξ ἀρ.* Jung.

Σόλων δ᾽ αὐτ. προκ.] Cum *Kühnio* *προσκατ.* reſtitui, & paulo poſt præeunte eodem *κρίσιν* pro *δίκην* repoſui.

71 *Κατὰ μικρὸν δὲ κατεγελάσθη.*] MS. *μικρά.* Seb.

Κατὰ μικρὸν δὲ κατεγελάσθη.] C. A. *κατὰ μικρά.* C. V. *κατὰ μικρὰ δὲ κατελύθη κατεγελάσθη*· ubi lectio varians concurrit, niſi omiſſa fuerit copula duorum verborum *καί.* Kühn.

Κατὰ μικρὸν δὲ κατεγελάσθη.] Mire MS. duas lectiones pro una nobis præbet, ejuſdem manus filo, adeo ut neutra inſcripta vel inſerta ſit: *καταμικρὰ δὲ κατελύθη κατεγελάσθη τὸ τῶν ἐφετῶν* &c. utrum igitur verum? nam ſic in contextu ambo ponuntur, tam *κατελύθη*, quod vulgati non habent, quam *κατεγελάσθη*, quod habent. Quid tamen ſi particula *καὶ* exciderit, vel omiſſa fuerit a ſcriba, propter ſimile principium ſequentis verbi? ut legamus ſcilicet, *κατελύθη καὶ κατεγελάσθη.* Sed eorum tamen a *Solone*, *quanquam Areopagitas Ephetis, ut inquit* Pollux, *ad eorum deprimendam auctoritatem oppoſuit*, ut *Sigonius* ait libr. III. de Republ. *Athen.* cap. 3. comprobata eſſe judicia ex *Demoſthene* leges in ea contra *Macartatum*, & alia contra *Ariſtocratem* proferente de ephetarum cognitione, ut idem *Sigonius* oſtendit ibidem. vide itaque an non *προσκατέστησε*, ut MS. noſtrum habere diximus, in *Polluce* modo legendum ſit, pro vulgato *προκατέστησε.* Jung.

Κατὰ μικρὸν δὲ καταγελάσθη.] Meminit hujus loci Illuſtriſſ. *Spanhemius* in Commentt. Gallice ſcriptis ad *Juliani Imperatt.* pag. 377. ibique Codicis *Voſſiani*, quem haud immerito plurimi facit, lectionem laudat: ego utramque valere putem, & conjungam potius interjecta particula *καί*· nihil tamen in textu mutavi: viderint, utrum hac in re ſit præferendum, peritiores.

72 *Δοκ. δ᾽ ὠνομάσθαι*] MS. *δοκ. δὲ ὠνομάσθαι.* Jung.

73 *Τοῦ βασιλέως* &c.] MS. *βασιλ. τοῦ ἐπ᾽ ἀκ. φ. κρινομένου ἐξετ.* De regis vero hoc jure olim hinc meminit *Sigon.* libr. I. de Republ. *Athenienſ.* cap. 5. Jung.

74 *Τοὺς ἐπ᾽ ἀκουσ. φ. κρινομένους*] C. V. *τοῦ* &c. *κρινομένου.* C. A. *ἐξελάζοντας.* Kühn.

75 *Παρέδ. τ. ἐφ. τὴν δίκην*] MS. *τὴν κρίσιν.* Seb.

Παρέδ. τ. ἐφ. τὴν δίκην] MSS. *κρίσιν ἐφέσιμον.* paulo ante C. A. *ὁ δὲ Δράκων.* pro *ἀπὸ τοῦ βασιλέως*, legit *Interpres ἀπὸ βουλῆς*, *a Senatu*, male. poſt *ἐφέταις* interpungendum, non poſt *δίκην.* Kühn.

Παρέδ. τ. ἐφ. τὴν δίκην] MS. *τοῖς ἐφέταις παρέδωκε τὴν κρίσιν.* Et *Seberi* noſtri MS. *κρίσιν* habet pro vulgato *δίκην*, quod tamen quoque rectum. ſupra Segm. 63. *ἐφέσιμος δὲ ὠνομάζετο ἡ δίκη*· malim tamen hic *κρίσιν* cum MS. Jung.

76 *Οἱ δὲ ναυτοδίκαι ἦσαν*, &c.] C. A. *οἱ δὲ ν. οἱ τὰς ξενίας δίκας εἰσάγοντες*· nam *Nautodicæ* & judices & introductores erant in cauſis peregrinitatis. Kühn.

Οἱ δὲ ναυτοδίκαι ἦσαν, &c.] MS. *οἱ δὲ ναυτοδίκαι οὗτοι ἦσαν* &c. *Pollucis* verba interpretatur lib. IV. de Rep. *Athen.* cap. 3. *Sigonius*, ubi de his agit: *Nautodicæ erant, qui peregrinitatis dicas introducebant, vocabantur autem ὑβριστοδίκαι, ſi* Cratero *credendum eſt, ei qui decreta collegit, ii qui dicas introducere nolebant.* Non tamen recte credo a *Sigonio* confund *nautodicas* & *hybriſtodicas.* Certe id a *Pollucis* mente alienum eſt, qui ſe ſatis diſtincte explicat. Quod autem *Sigonium* in errorem induxit, credo hoc eſſe, quod ille *Carterus* (qui apud *Suidam* Κρατερὸς, itaque hinc emendandus) qui *ψηφίσματα* collegit, a noſtro *Polluce* de *ὑβριστοδίκαις* citetur: ab *Harpocratione* vero in *ναυτοδίκαι* idem *Καρτερὸς ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ψηφισμάτων* citetur, ejuſque verba proferantur de *ναυτοδίκαις.* ſed quid hoc nobis obſtat? *Harpocratio* ſaltem ſerie litterarum *ναυτοδίκας* explicat, quorum etiam apud illum *Carterum* fuerit mentio: *ὑβριστοδίκαι* vero in *Harpocrationis* Lexico non adparent, de utriſque tamen egit *Pollux*: de utriſque item *Heſychius*, cujus verba adſcribo: *ναυτοδίκαι, οἱ ἐπὶ τοῦ ἐμπορίου δικασταὶ ἐφ᾽ ὧν καὶ αἱ τῆς ξενίας ἐκρίνοντο δίκαι.* Idem de alteris: *ὑβριστοδίκαι, οἱ μὴ θέλοντες εἰσάγειν τὰς δίκας παρὰ Ἀττικοῖς.* ſed quod dixi apud *Suidam* pro Κρατερὸς, quod & *Sigonius* ſequutus videtur, Καρτερὸς ſcribendum, dabo adhuc teſtem fide ſatis dignum, quem alias *Suidas* ſolet exſcribere, *Scholiaſtem* veterem *Ariſtophanis* inquam, qui ad iſta, *ᾄδουσιν οὖν τὸν Ἴακχον, ὅνπερ Διαγόρας*· hiſtoria *Diagoræ Melii*, ut is ab *Athenienſibus* damnatus, promiſſo talento ſi quis occideret, duobus ſi vivum adduceret relata, *ὡς*, ait, *ἱστορεῖ Καρτερὸς ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ψηφισμάτων.* & iterum ad Aves, in eadem re, *καθάπερ Καρτερὸς ἱστορεῖ.* Jung.

77 *Καρτερῷ*] Leg. *Κρατερῷ*· ex *Harpocr.* in *ναυτοδίκαι. Interpres* hic fruſtra eſt cum ſuo, *ſuffragia poſcenti. ſi credendum eſt*, inquit Auctor, *Cratero collectori pſephiſmatum. Harpocr.* in voce *νύμφαιον*· *Κρατερὸς ἐν ἐνάτῃ τῶν ψηφισμάτων*, & in *ναυτοδίκαι* laudat ejuſdem *quartum librum Pſephiſmatum.* vid. *Mauſſaci* notas ad p. 26. *Harpocr.* Kühn.

Καρτερῷ] *Κρατερῷ* reddidi in textu ex Codice *Falckenburgiano*, qui & pro *τὰ ψηφίσματα* habet *καταψηφίσματα*· emendandum id nominis, ubicunque *Καρτερὸς* ſcribitur.

78 *Συνάγοντι*] MS. *συναγόντι.* Seb.

cauſas introducere nolebant : hoc autem uſitatum fuit in Sicilia. Arbitri vero ex ſexagenariis ſorte deligebantur , illiſque ſortiebantur arbitria. Et infamiæ pœna definita erat , non judicanti conſtitutum illi arbitrium. Olim vero nulla ſacrorum actio , niſi prius ad Arbitros perveniret, agebatur : Dicebant autem , commite-
127 re arbitrium. • Et ipſum arbitrium , ἐπιτροπὴ dicitur : ejus vero provocatio ,

οἱ μὴ βουλόμενοι τὰς δίκας εἰσαγαγεῖν. [79] ἐπεπόλασε δὲ τὸ τοιοῦτον ἐν Σικελίᾳ. [80] Διαιτηταὶ δὲ [81] ἐκ τῶν ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότων ἐκληροῦντο, καὶ ἐπεκληροῦντο αὐτοῖς αἱ δίαιται· καὶ ἀτιμία [82] ἀφώριστο τῷ μὴ διαιτήσαντι τὴν ἐπικληρωθεῖσαν δίαιταν. [83] τῶν δ' ἐν ἱεροῖς [84] πάλαι οὐδεμία δίκη πρὶν ἐπὶ διαιτητὰς ἐλθεῖν εἰσήγε-
το· ἔλεγον δὲ ἐπιτρέψαι δίαιταν· • καὶ ἡ δίαι- 127
τα ἐκαλεῖτο [85] ἐπιτροπή· [86] ἡ δ' ἔφεσις αὐτῶν

79 Ἐπιπόλησι] MS. ἐπεπόλασε. SEB.

Ἐπιπόλησι] C. V. ἐπεπόλασε, quod melius. *Gloſſ.* ἐπιπολάζει, *increvit* ; nec in *Sicilia* tantum , verum etiam Athenis ſuccreverat proventus hominum , qui jura negabant ſibi nata , vel nolebant introducere cauſas in judicium, ὑβριστοδίκαι. vid. *Heſych.* h. v. KÜHN.

Ἐπιπόλησι] MS. noſter , & *Sebers* etiam , ἐπεπόλασε, non ἐπιπόλησι ut vulgo : & vulgatum emendandum certe eſt : ἐπεπόλασεν, *invaluit* , *obtinuit* , vel *frequens fuit.* JUNG.

Ἐπιπόλησι] Cum *Kühnio* ἐπεπόλασε emendavi : ita & *Falckenburgii* Codex.

80 Διαιτηταί] MS. οἱ διαιτηταί. Diætetῶn hinc meminit *Rhodiginus* XII. Ant. Lect. 18. ſed tu pluribus vid. *Sigon.* lib. III. de Rep. *Athen.* peculiari capite ultimo. JUNG.

Διαιτηταὶ δὲ] De his videndus *Harpocrat.* in voce & παράστασις· meminere ſæpiſſime Oratores , & ad *Demoſthenem Ulpianus :* noſter quoque *Pollux* crebro in præcedentibus , meminimuſque alicubi de iis interſperſiſſe : ſed elegans eſt *Platonis* locus, quem ex lib. XII. de L. L. hic inſeram : δικαστήριον δὲ τὸ μὲν πρῶτον αἱρετοὶ δικασταὶ γίγνοιντ' ἄν , οὓς ἂν ὁ φεύγων τε καὶ ὁ διώκων ἕλωνται κοινῇ , διαιτηταὶ δικαστῶν τοὔνομα μᾶλλον πρέπον ἔχοντες· & certe tales fuerunt illi antiqui apud Athenienſes διαιτηταί, quivis , quos utraque pars litigans ſuarum rerum delegiſſet judices : poſtmodum vero διαιτηταὶ ſunt conſtituti certo numero qui cauſis cognoſcendis præeſſent.

81 Ὑπὲρ τῶν ἑξήκοντα] C.V. ἐκ τῶν ὑπὲρ ἑξήκοντα &c. arbitri omnino erant 440. ἐπεκληροῦντο , *per ſortem tribuebantur arbitria* , vel poteſtas arbitrandi. KÜHN.

Ὑπὲρ τῶν ἑξήκοντα] Iterum vulgatus mutilus eſt : tu ſupple , ut MS. noſter habet : δὲ ἐκ τῶν ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη &c. *Sigonius* recte interpretatur lib. III. de Rep. *Athen.* cap. ult. *Arbitri ſorte legebantur ex iis , qui ſupra ſexaginta annos nati erant , eiſque ſubſortitione arbitria tradebantur : eratque eis infamia propoſita , qui arbitrium , quod ſorte obtigerat , recuſarent.* JUNG.

Ὑπὲρ τῶν ἑξήκοντα] *Falckenburgii* Codex : ἐκ τῶν ἑξήκ. &c. quod rectum eſt : malui tamen in emendando textu *Kühnium* ſequi. Illa quæ paulo poſt vitioſiſſima ſequuntur , τῶν δ' ἐν ἱεροῖς πάλαι &c. feliciſſime noſtro quidem judicio *Kühnius* emaculat.

82 Ἀφώριστο] C. V. ἀφώριστο. KÜHN.

83 Τῶν δ' ἐν ἱεροῖς] Non intelligo ἐν ἱεροῖς· videtur autem Athenis fere uſitatum fuiſſe, ut nulla lis in judicium introduceretur , priuſquam apud arbitros ventilata eſſet : id ex *Demoſthenis* Orationibus patere poteſt, nominatim ex ea contra *Bœotum* & contra *Spudiam :* hæc *Valeſius* notis in hunc locum. Merito autem profeſſus eſt vir doctiſſimus , ſe non intelligere τὸ , ἐν ἱεροῖς , locus enim mendoſus eſt, & a *MSStis* opis nihil affertur , ideoque ex conjectura legerim , δικάζουσι δὲ ἐν ἱεροῖς , καὶ πάλαι οὐδεμία δίκη &c. *arbitri autem jus dicebant in templis , & antiquitus* &c. uti Athenis judices ordinarii in ſuis dicaſteriis audiebant diſceptantes , ita arbitris templa & porticus &c. ad ferendas ſententias de jure controverſo per ſortem diſtribuebantur : idque patet ex Oratione *Demoſthenis* pro *Phormione* ; ubi *Apollodorus* litem , quam moverat *Phormioni* , permiſit arbitrio triumvirorum , qui perſuaſerant *Phormioni* , ut quinque millia drachmarum daret *Apollodoro* , & ille accepta iſta pecunia actionem deponeret , & in poſterum nihil negotii faceſſeret *Phormioni.* Cum dein *Apollodorus* novas lites contra *Phormionem* inciperet , arbitrii hujus oblitus, *Rhetor* , τὸ δεύτερον , inquit , εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἐλθὼν , πάλιν , ὡς ὁρᾶτε , δικάζεται πάσας αἰτίας συμπλάσας καὶ ἐγκλήματα ἐκ παντὸς χρόνου , τοῦ πρὸ τούτου &c. ὡς τοίνυν ταῦτα ἀληθῆ λέγω , λαβέ μοι τὴν γνῶσιν τὴν γενομένην ἐν ἀκροπόλει καὶ τὴν μαρτυρίαν &c. *Secunda vice venit in templum Minervæ & litigat , undique cauſas conglutinans* &c. *quod autem verum dico , cape hoc arbitramentum in arce factum* &c. Hinc clare eluceſcit , quod arbitri illi convenerint in arce in templo *Minervæ* , ibique controverſiam inter *Apollodorum* & *Phormionem* finierint ſuo arbitrio. Idem Auctor docet , arbitros quoſdam ſediſſe in porticu , quæ ποικίλη dicta erat , uti videre eſt Orat. I. contra *Stephanum* , & iterum Orat. contra *Neæram* de arbitris *Phrynionis* & *Stephani* dicit , quod convenerint ἐν τῷ ἱερῷ· ita & apud *Antiphontem* Orat. περὶ χορευτοῦ dicitur compoſita controverſia a teſtibus πρὸς τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς· in Orat. contra *Evergum* & *Mneſibulum* *Demoſth.* docet arbitros , lectos ex tribubus *Ægeïde* & *Erechteïde* , ſediſſe in Ἡλιαίᾳ· in Orat. contra *Apaturium* , arbitri convenerunt in Ἡφαιστεῖον , *in templum Vulcani.* confer & *Valeſium* in *Harpocrat.* pag. 73. KÜHN.

Τῶν δ' ἐν ἱεροῖς] MS. τῶν δὲ ἐν ἱεροῖς , πάλαι δὲ οὐδεμία δίκη πρὶν διαιτητὰς &c. neſcio an quid lateat : certe locus ille mihi obſcurus eſt initio. JUNG.

84 Πάλαι] C. V. πάλαι δὲ &c. & mox ἐπὶ abeſt. de *arbitris* plura habet *Petitus* in L. L. *Atticas* pag. 345. KÜHN.

85 Ἀποτροπή.] Recte C. A. ἐπιτροπή , a verbo ἐπιτρέπω , *permitto* , quia illis permittebatur arbitrium. conſentit C. V. *ἐπιτροπὴ eſt compromiſſum in arbitrum* ; erant enim illi vel *compromiſſi* vel *ſorte dati* a Polemarcho : ab his erat provocatio ad judices , ab illis non item. KÜHN.

Ἀποτροπή.] MS. ἐκαλεῖτο ἐπιτροπή· rectiſſime. ſic ocius emendandus *Pollux.* ἀποτροπὴ plane ineptum eſſe clamat vel præcedens ἐπιτρέψαι. *Heſychius :* ἐπιτρέψαι , ἐπιτροπὴν δοῦναι , ἢ ἀπολῦσαι. prior nimirum explicatio ad noſtram rem arbitrariam : altera de ejus verbi uſu in invertendo vel evertendo , de quo & mox ibidem ἐπιτρίψεις , συντρίψεις , συντελέσεις , niſi ibi potius ἐπιτρίψεις legendum ſit : ſed hoc nihil ad noſtrum *Bacchum.* Tu vide plura apud *Harpocrationem* in ἐπιτροπή. JUNG.

Ἀποτροπή.] In textum præeunte *Kühnio* reduxi ἐπιτροπή.

86 Ἡ δ' ἔφεσις αὐτοῦ] MS. αὐτῶν. SEB.

Ἡ δ' ἔφεσις αὐτοῦ] MSS. αὐτῶν. εἰ omittit C. A. pro ἐγίγνετο MSS. γένοιτο. dein C. A. εἰς ἐκείνους. C. V. εἰς ἐκείνους. C. A. ἐμβαλόντες i. ἑκατέρων &c. καὶ σημαινόντος , pro ἰδίᾳ &c. male hoc , æque ac illud. KÜHN.

Ἡ δ' ἔφεσις αὐτοῦ] MS. ita : ἡ δὲ ἔφεσις αὐτῶν , εἰ εἰς δικαστήριον γένοιτο , εἰς ἐκείνους τὰς ψ. ἐμβάλλοντες

εἰ εἰς δικαστήριον ἐγίγνετο, εἰς ἐχῖνον τὰς ψήφους ἐμβαλόντες ἰδίᾳ ἑκατέρας τοῦ φεύγοντος καὶ διώκοντος κατεσημαίνοντο· ἐλάμβανον δὲ [87] οἱ διαιτηταὶ [88] δραχμὴν παρὰ τοῦ κρίνοντος, τὴν καλουμένην [89] παράστασιν, ἐγγράψαντος αὐτοῦ ἐν γραμματείῳ τὸ ἔγκλημα, καὶ τὸ τίμημα· ἐλάμβανον δὲ καὶ [90] ἑτέραν ὑπὲρ τῆς ἀντωμοσίας.
128 * Δέλτοι χαλκαῖ, αἷς ἦσαν πάλαι ἐντετυπωμένοι οἱ νόμοι [91] οἱ περὶ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν πατρίων. Κύρβεις δὲ, τρίγωνοι σανίδες πυραμοειδεῖς, οἷς ἦσαν [92] ἐγγεγραμμένοι οἱ νόμοι.

ſi in forum fiebat, in urnam calculos utroſque, Rei ſcilicet, & Actoris privatim conjicientes, decernebant. Recipiebant autem Arbitri, a judicante drachmam, quam *διάστασιν* vocant, inſcribente ipſo in tabulam crimen ipſum, & mulctam. Accipiebant & drachmam aliam, pro juramento Rei. * Tabellæ æneæ, quibus olim inſculptæ erant 128
leges ſacrorum, & patriorum rituum. Cyrbes, tabulæ ſunt triangulares acuminatæ, quibus leges inſcriptæ erant.

ἰδίᾳ ἑκατέρας τὰς τοῦ φ. Et placet ſcribendum *ὤφισις αὐτῶν*, quemadmodum & MS. *Seberi* habet: *quum ab illis adpellaretur.* vide tamen ne legendum ſit *ἡ δ' ἔφεσις ἀπ' αὐτῶν* &c. ſupra *Noſter* Segm. 62. *ἔφεσις δέ ἐστιν, ὅταν τις ἀπὸ διαιτητῶν* &c. *ἐπὶ δικαστὴν ἐφῇ.* Et *Harpocratio* in *διαιτηταῖς· τὰς ἀπὸ τῶν διαιτητῶν ἐφεσίμους ἔκρινον (δικασταί.)* Et totum locum itaque ſic cum MS. legero: *ἡ δ' ἔφεσις (ἀπ') αὐτῶν εἰ εἰς δικαστήριον γίνοιτο, εἰς ἐχίνους τὰς ψήφους ἐμβάλλοντες, ἰδίᾳ ἑκατέρας τὰς τοῦ φ.* Nam vocabulum *ἐχίνους*, quod ſolum mendoſe MS. habet, rectum eſt: *Harpocratio καδίσκους* vocat, in *διαιτηταῖς· τὰ ἐγκλήματα, καὶ τὰς προκλήσεις, καὶ τὰς μαρτυρίας, ἔτι δὲ καὶ τοὺς νόμους καὶ τὰς ἄλλας πίστεις ἑκατέρων ἐμβαλόντες εἰς καδίσκους καὶ σημηνάμενοι, παραδίδοσαν τοῖς εἰσαγωγεῦσι τῶν δικῶν·* ex *Ariſtotelis* nimirum Rep. *Athenienſium.* De echino idem *Harpocratio*: *ἐχῖνος· ἔστι μὲν ἄγγος τι, εἰς ὃ τὰ γραμματεῖα, τὰ πρὸς τὰς δίκας, ἐτίθετο·* cujus meminerit *Demoſthenes* *ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον*, & *Ariſtoteles* *ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ*, & *Ariſtophanes. Demoſth.* adverſ. *Everg.* & *Mneſib.* *ἐπεὶ τοίνυν σοι τότε οὐ παρῆν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ πρότερον ἐσεσημάνθησαν οἱ ἐχῖνοι, ὕστερόν ἐστιν ὅπου ἤγαγες τὸν ἄνθρωπον, εἰς τὴν ἀγορὰν, ἢ εἰς δικαστήριον.* Jung.

Ἡ δ' ἔφεσις αὐτοῦ, &c.] Religio fuit *αὐτῶν* non recepiſſe in textum, cum omnes addicant MSS. De echino ad Segm. 16. habes quoque: cum alia ſe dederit occaſio, accuratius de hujus vaſculi forenſi uſu dicam: obſignabantur autem, unde apud *Demoſthenem* *σεσημασμένοι ἐχῖνοι*, & *κατασημαίνειν ἐχίνους* apud *Etymologum.* Codex *Falckenburgii* pro *ἑκατέρας τοῦ φ.* elegantius habet *ἑκατέρας τὰς τοῦ φ.*

87 *Οἱ διαιτηταὶ*] Deſunt *οἱ διαιτηταὶ* in MS. Jung.

88 *Δραχμὴν*] Abeſt a C. A. Kühn.

Δραχμὴν] Modo dixi in MS. abeſſe *οἱ διαιτηταί·* & hic deeſt *δραχμήν.* Jung.

89 *Διάστασιν*] C. V. recte *τὴν καλουμένην παράστασιν*, & ita pro *διάστασιν Salm.* quoque legit. vid. ſupra Segm. 39. Kühn.

Διάστασιν] MS. *παράστασιν·* non *διάστασιν*, nam illud verum: non hoc: quamvis *Sigonius* lib. III. de Rep. *Athen.* cap. ult. hæc ita interpretatus fuerit: *Arbitri drachmam unam ab actore ceperunt, quæ dicebatur διάστασις, cum ipſe in tabulis & crimen & æſtimationem inſcripſiſſet; alteram vero pro ἀντωμοσίᾳ.* Sed *παράστασις* reponendum eſt cum MS. noſtro, qui infinitos ejuſmodi errores in commutatione præpoſitionum jam prodidit & prodet porro. *Harpocratio*: *Παράστασις. Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Πύρρου κλήρου· τοὔνομα παρὰ πολλοῖς ἐστιν Ἀττικοῖς· ἔστι δὲ δραχμὴ καταβαλλομένη ὑπὸ τῶν δικαζομένων τὰς ἰδίας δίκας·* profert & ex *Menandri μισογύνῃ* teſtimonium, & ex *Ariſtotele* *ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ·* tum ait: *Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς, ἐν τοῖς περὶ νομοθεσίας, τοὺς διαιτητάς φησι λαμβάνειν τὰς δραχμάς· μίαν μὲν, ἀπὸ τῆς λήξεως, ἣν παράστασιν ἐκάλουν· ἑτέραν δὲ, κατὰ ὑπωμοσίαν ἑκάστην.* Et dixit *Noſter* jam ſupra id clare Segm. 39. Jung.

Διάστασιν] Cum *Kühnio παράστασιν* in textum retuli: ea quæ ſequuntur de inſcriptis crimine, ejuſque mulcta tabulis judicialibus ſuperius tetigi.

90 *Ἑτέραν*] C. A. *ἑκατέραν ὑπὲρ τ. ἀ.* vulgatum malim. Kühn.

91 *Οἱ περὶ*] C. A. *ὑπὲρ οἱ* pro *οἱ ὑπὲρ τ. ἱ. κ. π.* Kühn.

92 *Γεγραμμένοι*] Leg. *ἐγγεγραμμένοι* ex *Phavor.* in *κύρβεις*, qui pro *οἷς* habet etiam *ἔνθα*, in voce *κύρβεις*; conſentit & C. V. Kühn.

Γεγραμμένοι] MS. *ἐγγεγραμμένοι* nec dubitabis ita pro vulgato ſimplici reſcribere. De *ἄξοσιν* & *κύρβεσι* vide *H. Stephani* Annotationes in *Plutarchi* vitas in *Solonis* vitam. Ibidem ante in vitam *Numæ*, ait ſe in ſuo Theſauro docuiſſe *Ariſtophanem, Apollodorum, Ariſtotelem, Pollucem, Harpocrationem, & alios quoſdam maſculino genere dicere τοὺς κύρβεις, at* Suidam & Scholiaſtem Ariſtophanis *τὰς κύρβεις. Verum,* addit, *utriuſque iſtorum teſtimonium pro unico habendum fuerit, quum unum ex altero ſumpſiſſe plurimis ex locis manifeſtum ſit.* Dabo itaque & alterum, qui feminino genere uſus fuerit, ut duo ſint, nam *Etymologici* auctorem etiam *Suidæ* adgregabimus, quum & horum duorum uter alterum tranſſcripſerit, mehercle valde incerti judicii ſit, *Agathiam* vero inquam, ſcriptorem, qui hoc ſerio agit, ut dictio ſua ſelecta ſit: Is libr. II. *ἱστορ.* epigramma de clade Franca referens, ait *ἐλεγεῖόν τι ἐς κύρβιν τινὰ λιθίνην ὑπό του γεγράφθαι, ἀμφὶ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ ἱδρυμένην.* Quod autem de *Scholiaſte Ariſtophanis* ait *H. Stephanus*, apud eum in *Νεφέλαις*, ad vocem *κύρβεις*, ſane eſt *αἱ κύρβεις*, adfert tamen idem e *Comico χρῆσιν*, ubi pariter maſculinum eſt; ſic enim ait: *καὶ Κρατῖνος ὁ Κωμικὸς, εἰρηκέ που πρὸς τοῦ Σόλωνος καὶ Δράκοντος*

— οἷσι νῦν

Φρύγουσιν ἤδη τὰς κάχρυς τοῖς κύρβεσιν.

Accedat & tertius, ſcriptor elegantiſſimus, *Syneſius ἐν καταστάσει πρὸς Θαλέλαιον· ἐμοὶ Κυρήνης, ἧς αἱ δημόσιαι κύρβεις μέχρις ἐμοῦ κατάγουσι τὰς ἀφ' Ἡρακλέους διαδοχάς.* Jung.

Γεγραμμένοι] Syntaxeos rationi id verbi non ſatis facit, reſtitui itaque ex MSS. *ἐγγεγραμμένοι. Kuhnius* pro *οἷς*, *ἔνθα* ex *Phavorino* repoſuerat; ſed ductum MSS. ſequi malui. De *κύρβεσι* autem *Moſchopulus* Sched. p. 5. quævis vero memoriam alicujus teſtantia monumenta iſthoc appellari nomine obtinuit: ita apud Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ſcriptores occurrit haud raro: *Euſeb.* de Vit. *Conſtant.* lib. I. cap. 3. *οἱ δὲ κύρβεσι καὶ στήλαις βαθείας γραμμὰς ἐγχαράξαντες, μνήμαις ὑπέβαλον αἰωνίοις τὰς τῶν τιμωμένων ἀρετάς.* De *Atticis κύρβεσι* ut & *ἄξοσι Salmaſium* adi de Modo Uſurarum, ubi pluribus hanc rem exponit: quod autem in acropoli repoſitas fuiſſe olim cyrbes & axones *Noſter* adfirmet, illuſtrat *Petitus* Prol. ad L. L. *Att.* & *Meurſius* L. L. *Atticis*, alibique ſæpe: pro *μετεκομίσθησαν* vero quod paulo poſt extat, *Meurſius* habet *μετηνέχθησαν*.

Axones, quadrata erant ænea, leges continentia. Axones autem & cyrbes, olim in Acropoli reſervabantur: poſtea vero, ut omnibus harum copia fieret, in Prytaneum delatæ ſunt: & propterea dicitur, legem inferiorem cum Acropoli
129 comparare. * Nomina ab Arbitris ſunt; Arbiter, arbitrium, arbitrium ferre, arbitrium ferens, tulit arbitrium, decrevit Sequeſter, Arbitrum eſſe, Arbitrorum ſententia condemnati, Arbitrorum ſententia liberati, Coarbiter, coarbitrium ferens, ab Arbitris damnatus, in Arbitrorum judicio vincens, ſimul arbitrium ferre. Συνδιαιτηθῆναι enim, διαίτημα, & ἐνδιαίτημα alio refertur. Ordines præterea erant quatuor, Pentacoſiomedimnorum, Equitum, jugatorum, mercenariorum.
130 * Et illi quidem, quod quingentos medimnos liquidorum, & aridorum colligerent,

Ἄξονες δὲ τετράγωνοι χαλκοῖ ἦσαν, ἔχοντες τοὺς νόμους· ἀπέκειντο δὲ εἴτε κύρβεις, καὶ οἱ ἄξονες ἐν Ἀκροπόλει πάλαι· [93] αὖθις δ' ἵνα πᾶσιν ἐξῇ ἐντυγχάνειν εἰς τὸ πρυτανεῖον καὶ τὴν ἀγορὰν [94] μετεκομίσθησαν· διὰ τοῦτο ἔλεγον [95] τὸν κάτωθεν νόμον ἀντιθέντες [96] πρὸς τὴν ἀκρόπολιν. * Ὀ- 129
νόματα δ' ἀπὸ διαιτητῶν, [97] διαιτητής, δίαιτα, διαιτῆσαι, διαιτῶν, [98] ἐδιῄτησε, [99] ἐπεδιῄτησε, διαιτήσασθαι, [100] καταδεδιαιτημένοι, [1] ἀποδεδιαιτημένοι, συνδιαιτητής, συνδιαιτήσας, [2] καταδιαιτησάμενος, οἱονεὶ ἐν διαίτῃ κρατήσας, συνδιαιτῆσαι· τὸ γὰρ συνδιαιτηθῆναι, καὶ διαίτημα, καὶ ἐνδιαίτημα, [3] ἑτέρας ἐστὶ χρείας. [4] Τιμήματα δ' ἦν τέτταρα· πεντακοσιομεδίμνων, ἱππέων, [5] ζευγιτῶν, θητικῶν· * οἱ μὲν [6] ἐκ τοῦ 130
πεντακοσιομεδίμνου μέτρα ὑγρὰ καὶ ξηρὰ ποιεῖν

93 Αὖθις δ' ἵνα] MS. αὖθις δὲ ἵνα. JUNG.

94 Μετεκομίσθησαν.] C. A. μὴ ἐκομίσθησαν. puncta docent, μὴ delendum eſſe. KUHN.

95 Τὸν κάτωθεν νόμον ἀντιθ.] Vid. *Harpocrat.* in ὁ κάτωθεν νόμος. *Meurſ. Lect. Att.* lib. I. cap. 22. dein C. V. ἀντιτιθέντες. ſunt, qui τὸν κ. ν. accipiunt de *lege ima* in *Axonum tabella. Petitus* de *Lege* loqui *Demoſthenem* ait, cujus infra in eadem Orat. contra *Ariſtocr.* fit mentio. KUHN.

Τὸν κάτωθεν νόμον ἀντιθ.] Diſtingue ut ſint planiora: τὸν κάτωθεν νόμον ἀντιτιθέντες. ſic enim MS. pro ἀντιθέντες, quod tamen non minus rectum eſt. JUNG.

96 Πρὸς τὴν ἀκρ.] Leg. ἀ. τὴν πρὸς ἀ. KUHN.

97 Διαιτητὴς] Abſunt a C. A. uſque ad συνδιαιτητής. nam τὸ ἀπεδιῄτησε excipit ſtatim συνδιαιτήσας. KUHN.

98 Ἐδιῄτησε] Pro ἐδιῄτησε, MS. mendoſe αἰδιῄτησε. JUNG.

99 Ἐπεδιῄτησε] C. A. melius ἀπεδιῄτησε. *Demoſth.* non ſemel Orat. contra *Midiam.* conf. ſupra cap. 6. in fine. ſi vulgata ſtemus, ἐπεδιῄτησε ſignificabit, *arbitrio addicere*, ut ἐπιδικάζειν dicitur judex, *quando litem alicui addicit.* KUHN.

Ἐπεδιῄτησε] Pro ἐπεδιῄτησε. MS. noſter ἀπεδιῄτησε. recte. ſic reſtitue. ſumpſit id noſter ex *Demoſthene*, apud quem eo modo id mihi notavi in ea πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ προικὸς μητρῴας· περὶ μὲν οὖν ἂν οὗτοί μοι ἐδικάζοντο, παρόντος τούτου καὶ ἀντιδικοῦντες, καὶ οὐκ ἔχοντες ἐπιδεῖξαι οὐδὲν ὧν ἐνεκάλουν, ἀπεδιῄτησέ μοι ὁ διαιτητής· *abſolvit me arbiter.* Deſunt dein in MS. διαιτής, διαιτήσασθαι. Et quæſo te quid eſt διαιτής; ego non intelligo. ſi non plane debet ejici, quaſi repetitum, quum pro eo in *Flor.* edit. denuo ſit διαιτῆσαι, quod credo quis emendare volens, ut antea poſitum, corrupit prorſus: forte ſcribendum διαιτήσας· quod mihi non valde diſplicet, quum cogitem illud σας ita ſcriptum ut talia ſolent ſaltem unico σ in MS. a librario, unde illud corruptum διαιτὴς profluxit. JUNG.

Ἐπεδιῄτησε] Retinui, nam ἐπιδιαιτεῖν rectum: mox ſequebatur vulgo διαιτὴς, quam ineptiſſimam vocem ejeci.

100 Καταδεδιαιτημένοι] Pro καταδεδιαιτημένοι, quod mendoſum quid tinnit, MS. καταδεδιῃτημένοι habet, quod longe rectius eſt. ſimplex δεδιῃτημένοι ſupra Segm. 64. ex MS. reſtitui quoque, quod in vulgatis plane deerat. JUNG.

1 Ἀποδεδιαιτ. συνδιαιτητὴς] Deſunt hæc in MS. & pro primo videtur ſcribendum ἀπεδεδιῃτημένοι· vel potius certe ἀποδεδιῃτημένη, ut ſupra Segm. 64. ex MS. reſtitui. JUNG.

2 Καταδιαιτησάμενος] Dicitur de *actore*, qui vicit ſententia *arbitri.* ipſe autem arbiter, quando ſecundum *actorem* dat ſententiam, κατεδιῄτησε, vel καταδιαιτήσας eſt. KUHN.

Καταδιαιτησάμενος] Explicat hoc verbum & ſupra MS. Segm. 64. JUNG.

3 Ἑτέρας ἐστὶ χρείας.] Ἐστὶ abeſt a C. A. *alterius ſunt ſignificationis.* notant enim *convictum*, ejuſque locum peculiarem. KUHN.

4 Τιμήματα] *Plutarch.* in Vit. *Sol.* folio ſexageſimo tertio: τοὺς μὲν ἐν ξηροῖς ὁμοῦ καὶ ὑγροῖς μέτρα πεντακόσια ποιοῦντας, πρώτους ἔταξε, καὶ πεντακοσιομεδίμνους προσηγόρευσε· δευτέρους δὲ τοὺς ἵππον τρέφειν δυναμένους, ἢ μέτρα ποιεῖν τριακόσια· καὶ τούτους ἱππάδα τελοῦντας ἐκάλουν· ζευγῖται δ' οἱ τοῦ τρίτου τιμήματος ὠνομάσθησαν, οἷς μέτρον ἦν συναμφοτέρων τριακοσίων· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐκαλοῦντο θῆτες. SEB.

Τιμήματα] C. A. præfert titulum: περὶ τιμημάτων, *de cenſibus.* KUHN.

Τιμήματα] Poſt χρείας in MS. novum caput, hoc titulo: περὶ τιμημάτων. Et incipit: τιμήματα δὲ ἦν &c. vid. de his *Sigonium* libr. IV. de Rep. *Athen.* cap. 4. & *Heſt.* lib. I. de menſur. c. 8. in μέδιμνος n. 10. &c. JUNG.

Τιμήματα] Et in *Falckenburgii* Codice hic novum tmema incipit, cui titulus præfigitur hic: τὰ πολιτείας τιμήματα. De his autem civium Athenienſium ordinibus videndus *Scholiaſt. Ariſtophan.* & *Suidas.*

5 Ζευγιτῶν] MS. ζευγητῶν· & mox ſemper variat. retinenda in *Polluce* videtur unica ſcriptio, nimirum vel per η vel per ι, ut hic editi ζευγιτῶν· nam antea & vulgati hic habebant ζευγητῶν, ut MS. noſter. Sed per ι etiam *Plutarchus*, & *Etymologicon* Magnum, & in fine ὑποθέσεως *Græcæ Ariſtophanis Equitum*: contra per η ζευγήτης de μεταβάτη *Heſychius*, & ζευγήσιον *Heſychius* & *Suidas*: *Etymologicon* ζευγίσιον. JUNG.

Ζευγιτῶν] In præcedentibus *Seberianam* edit. ζευγητῶν· emendarat ad oram Codicis ſui *Kuhnius.*

6 Ἐκ τοῦ πεντακοσιομεδίμνου] Leg. ἐκ τοῦ πεντακοσίους μεδίμνους μέτρα ὑγρὰ καὶ ξηρὰ ποιεῖν, *ex eo, quod quingentos modios, menſuras liquidas & aridas conficerent.* C. V. μέτρα ὑγρὰ καὶ ξηρὰ· μέτρα &c. puto eſſe ἐπεξήγησιν præcedentis. poteſt etiam legi, οἱ μὲν πεντακοσιομέδιμνοι ἐκ τοῦ μέτρα &c. KUHN.

Ἐκ τοῦ πεντακοσιομεδίμνου] MS. μέτρα ξηρὰ καὶ ὑγρά. Et videtur certe ita legendum: οἱ μὲν ἐκ τοῦ

κληθέντες· [7] ἀνήλισκον δ' εἰς τὸ δημόσιον, τάλαντον· οἱ δὲ τὴν ἱππάδα τελοῦντες, ἐκ μὲν τοῦ δύνασθαι τρέφειν ἵππους, κεκλῆσθαι δοκοῦσιν· ἐποίουν δὲ μέτρα τριακόσια, [8] ἀνήλισκον δὲ ἡμιτάλαντον. οἱ δὲ τὸ [9] ζευγίσιον τελοῦντες, ἀπὸ διακοσίων μέτρων κατελέγοντο· [10] ἀνήλισκον δὲ μνᾶς δέκα· οἱ δὲ τὸ [11] θητικὸν, οὐδεμίαν ἀρχὴν
131 ἦρχον, οὐδὲ ἀνήλισκον οὐδέν. * Ἀνθεμίων δὲ ὁ Διφίλου, [12] καλλωπίζεται δι' ἐπιγράμματος, ὅτι ἀπὸ τοῦ θητικοῦ [13] τέλους εἰς τὴν ἱππάδα μετέστη, καὶ εἰκὼν ἔστιν ἐκ Ἀκροπόλει, ἵππος ἀνδρὶ παρεστηκώς· [14] καὶ τὸ ἐπίγραμμα,

Διφίλου Ἀνθεμίων τόνδ' ἵππον θεοῖς ἀνέθηκε,
Θητικοῦ ἀντὶ τέλους ἱππάδ' ἀμειψάμενος.

Οἱ μέντοι πρὸ τῶν δικαστηρίων καὶ τῶν ἄλλων [15] συνόδων, δημοσίου ὑπηρέται, οἷς ἐπέ-

dicti. & ærario talentum ſolvebant. Illi vero Equitum cenſum ſolventes, quod equos alere poſſent, dicti videntur. menſuras autem colligebant trecentas, & ſemitalentum ſolvebant. Jugatorum autem tributum ſolventes, a ducentis menſuris dicti ſunt. & ſolvebant minas decem. Mercenarii autem ordinis, nullum Magiſtratum obibant, neque quicquam ſolvebant.
* Sed Anthemion, Diphili Filius celebra- 131
tur epigrammate quod ex mercenario ordine in equeſtrem tranſlatus eſt. Et imago eſt in Acropoli, equus Viro adſtans, & Epigramma tale:

Diphilum habens patrem Anthemion Dis conſecrat iſtum,
Quod ſit eques, fuerat qui prope ſervus, equum.

Sed qui ante fora, & alios cœtus publici miniſtri ſunt, lictores dicuntur, quibus in-

πεντακοσιομεδίμνου, (ſcilicet τιμήματος μέτρα &c.) ut mox loquitur ἐποίουν δὲ μέτρα τριακόσια· niſi tamen & vox πεντακόσια plane deſit, omiſſa a librario. *Plutarchi* enim verba in *Solone* ſunt: τοὺς μὲν ἐν ξηροῖς ὁμοῦ καὶ ὑγροῖς μέτρα πεντακόσια ποιοῦντας, πρώτους ἔταξε, καὶ πεντακοσιομεδίμνους προσηγόρευσε. JUNG.

Ἐκ τοῦ πεντακοσιομ. μέτρου] Μέτρα cum *Kühnio* ad MSS. fidem reſtitui, & omnino cum *Jungermanno* vocem πεντακόσια omiſſam male cenſeo: niſi præferenda ſit potius quam *Kuhnius* adfert emendatio. Mox autem pro οἱ τὴν ἱππάδα τελοῦντες *Kühnius* repoſuerat εἰς τὴν ἱππάδα &c. ſed vulgata lectio ſic ſe ſatis recte habet.

7 Ἀνήλισκον] MS. ἀνήλ. δὲ εἰς. JUNG.

8 Ἀνήλισκον] MS. ἀνάλισκον. SEB.

Ἀνήλισκον] MS. ἀναλίσκον· & ſic infra: quo pacto tamen potius ἀνάλισκον ſcribendum, ut MS. *Seberi* noſter habet: antea vero MS. noſter ἀνήλισκον ut vulgo. JUNG.

9 Ζευγήσιον] C. V. ζευγίσιον· C. A. ζευγίδιον, *cenſum Zeugitarum ſolventes, a ducentis menſuris legebantur.* quidam reddunt; *jugerinum, jugale, jugatorium.* vid. Segm. 132. KUHN.

Ζευγήσιον] MS. ζευγίσιον· mox Segm. 132. iterum variat. Et placet fere magis ζευγῆται, & ζευγήσιον, ut apud *Heſych.* eſt: quamvis nemini quid velim præſcriptum. JUNG.

Ζευγήσιον] Reſtitui ζευγίσιον præeunte *Kühnio*, & ita quoque apud *Heſychium Palmerius* emendabat: *Heſychii* hæc ſunt verba: Ζευγήσιον, τῆς ἐν Ἀθήναις πολιτείας τίμημα οὕτω καλούμενον· ἦν δὲ διῃρημένη ἡ πολιτεία εἰς τέσσαρα τιμήματα. Pro κατελέγοντο autem *Falckenburgii* Codex διελέγχοντο, quod anne vulgatæ lectioni præferamus? videndus autem de hiſce *Scholiaſtes Ariſtoph.* ad *Equ.*

10 Ἀνήλισκον] C. V. ἀνάλισκον, ſine augmento: ita Attici dicunt ἀνάλωσα, ἀνάλωκα· *Thucyd.* & *Thomas* in Eclogis; nec ſolvebant tantum publico nihil, verum etiam e publico victitabant, ἐκκλησιαστικῷ, δικαστικῷ, θεωρικοῖς τε χρήμασι, in diem ſuſtentati. KÜHN.

Ἀνήλισκον] MS. ἀναλίσκον ut dixi. JUNG.

11 Θητικὸν] C. A. θετικὸν, & dein iterum, ἀναλίσκον· ubi leg. ἀνάλισκον. KÜHN.

Θητικὸν] MS. θετικὸν (ſupra tamen Segm. præc. cum vulgatis conſentiebat) οὐδὲ μίαν ἀ. ἦ. οὐδ' ἀναλίσκον οὐδέν. JUNG.

12 Καλλωπίζεται] *Se jactat & venditat hoc quaſi ornamento*, quod θὴς ante, eques ſit factus poſtea. θῆτας Romanorum *Clientes* eſſe ait *Halicarn.* KÜHN.

13 Τέλους] C. A. μέρους pro τέλους legit, quod quidem eodem recidit, elegantius tamen eſt τέλους, quod & omitti poſſet. KÜHN.

14 Καὶ τὸ ἐπίγραμμα, &c.] Priores editiones, ἐπίγραμμα Διφίλῳ, Ἀνθεμίων, τὸν δ'. Sed in MS. legitur Διφίλου· tametſi poſtea confuſe ac perperam ἵππον τὸν δ' ἀνθήκετο θεοῖς. Integre autem, ut nunc edimus, recitat *Camerar.* ad caput ultimum libri ſecundi Politicor. *Ariſtotel.* diciturque Διφίλου Ἀνθεμίων ſcilicet υἱὸς uſitata ellipſi, præſertim Græcis quos Latini imitati, *Matth.* IV, 21. Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου. *Lucian.* de Aſtrol. tom. III. pag. 257. Ὀρφεὺς, ὁ Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης. *Virg. Æn.* VI, 36. *Deiphobe Glauci* &c. θεοῖς vero κατὰ συναίρεσιν effertur perinde ut *Theogn.* v. 358.

— θεοῖσιν ἐπευχόμενος.

Et 1112.

— θεοῖσιν ἐπευξάμενος. SEB.

Καὶ τὸ ἐπίγραμμα, &c.] C. A. ex correctione Δίφιλος Ἀνθεμίων· poſt MSS. ἵππον τόνδ' ἀνέθηκε θεοῖς. *Epigramma* ita Latine redderem:

Hunc Dis donat equum, genuit quem Diphilus olim
Anthemion, primum θῆτα, deinde & eques.

Heſych. qui notat locum in arce Ἀνθέμιον dictum eſſe, ſine dubio indigitat, ab hoc *Anthemionis* donatio nomen tractum eſſe. Cæterum ſi ſequamur lectionem *MSStorum*, omiſſo Δίφιλος vel Διφίλ' duo erunt pentametri. KÜHN.

Καὶ τὸ ἐπίγραμμα, &c.] Et in noſtro MS. confuſe eſt, quemadmodum in *Seberi*, ἐπίγραμμα Διφίλου, Ἀνθεμίων ἵππον τόνδ' ἀνέθηκε θεοῖς, qui eſt integer pentameter ut alter. Nec aliter invenit *Schottus* noſter, in cujus obſervationibus ita invenio: Διφίλῳ γρ. Διφίλου Ἀνθεμίων ἵππον τόνδ' ἀνέθηκε θεοῖς, & *ſupra* Διφίλου. Vide alias de ſervis equitis cenſum in bonis habentibus *Brodæum* ad *Antholog.* lib. XII. c. 47. ad epigramma quod incipit: ἦν Στέφανος &c. JUNG.

Καὶ τὸ ἐπίγραμμα, &c.] Ita ut *Seberus* edidit ad *Baſileenſem* editionem reſtituerat Doctiſſ. *Canterus*: *Falckenburgii* Codex habet Διφίλου Ἀνθεμίων τόνδ' ἀνέθηκε θεοῖς. Non mutavi receptam lectionem, malim tamen ſcribere per binos pentametros ad fidem MSS. Ἀνθεμίων ἵππον τόνδ' ἀνέθηκε θεοῖς &c.

15 Συνόδων δημόσιοι, ὑπηρ.] MS. οἱ δημ. & mox: οἱ ἐπίταττον ἀνείργ. SEB.

Συνόδων δημόσιοι, ὑπηρ.] MSS. οἱ δημοσίου ὑπηρέται. C. A. οἷς ἐπιτάττοιτο. C. V. οἷς ἐπίταττον ἂν εἴργειν; de illis *Schol. Ariſtoph.* in *Equit.* *Theſmoph.* vid. ejus & *Lyſiſtratam.* KÜHN.

junctum erat, immodeſtos arcere, & non
132 convenientia dicentes abripere. * Tum & Scythæ appellabantur, & Sagittarii. Atque Peuſinii ab eo, qui primus eorum inſtituit officium. Telonia autem erant, quæ ſolvebantur quinquage-

ταττον ἂν εἴργειν τοὺς ἀκοσμοῦντας, καὶ τοὺς
[16] ἃ μὴ δεῖ λέγοντας ἐξαίρειν· * καὶ Σκύθαι ἐ- 132
καλοῦντο, καὶ τοξόται, καὶ [17] σπευσίνιοι, ἀπὸ τοῦ πρώτου συντάξαντος [18] τὴν περὶ αὐτοὺς ὑπηρεσίαν· [19] τέλη δ' ἦν, τὰ παρὰ τοῖς πεντηκοστο-

Συνέδων δημόσιοι, ὑπηρ.] MS. *συνόδων, οἱ δημοσίου ὑπηρέται, εἰ ἐπέτταττον ἀνείργ.* forte legendum: *συνόδων, οἱ δημοσίου ὑπηρέται, εἰ ἐπιτάττοιντο* &c. *ἐξαίρειν, καὶ σκ.* ſic enim videtur diſtinguendum: quamvis & vulgata lectio bene habeat ſi legas & diſtinguas: *συνόδων, δημόσιοι ὑπηρέται, εἰς ἐπέταττον* (vel *ἐπιτέτακτο*) *ἀνείργειν* &c. *ἐξαίρειν, καὶ* &c. nam, ut vulgatur, *ἐπέτακτο* vox nihili eſt. *οἱ δημ.* & *ἐπέταττον* etiam in ſuo MS. fuiſſe teſtatur *Seberus.* Et infra de hoc genere IX, 10. *δημόσιος οἰκέτης.* JUNG.

Συνόδων δημόσιοι, ὑπηρ.] Reſtitui cum *Kühnio δημοσίου ὑπηρέται*, & tum ex C. V. *οἷς ἐπέταττον ἂν εἴργειν τοὺς ἀκοσμ.* quæ ſunt elegantia. ante nos *οἷς ἐπέτακτο* (*Kuhnius* ad oram ſui Codicis, *ἐπιτέτακτο*) *ἀνείργειν* &c. *οἱ ἀκοσμοῦντες* vero ſunt *οἱ ἀτακτοῦντες*, ut ſuperius *ἀκοσμοῦσαι γυναῖκες*, & *Heſychio ἄκοσμον* exponitur *ἄτακτον.*

16 *Ἃ μὴ δεῖ λέγοντας ἐξαίρειν.*] *Ἐκκρούειν, ἐκβάλλειν*, *ſilentium imponere, ejicere, e medio abducere.* erant autem *μαστιγοφόροι, flagelliferi.* KÜHN.

Ἃ μὴ δεῖ λέγοντας ἐξαίρειν.] *Ejicere concione vel abducere.* ſic in *Comici Acharnenſibus*, initio ſtatim *Amphitheo* ſuadere volente Athenienſibus in concione ut pacem cum Lacedæmoniis faciant, illis ab hac re alienis, ſtatim a ceryce inclamantur *οἱ τοξόται* (quos *Noſter* infra Segm. ſeq. nominat, & ſupra Segm. 104.) ut illum abducant: qua de re ſtatim conqueritur *Dicæopolis*,

> *Ὦ 'νδρες πρυτάνεις, ἀδικεῖτε τὴν ἐκκλησίαν,*
> *Τὸν ἄνδρ' ἀπάγοντες, ὅστις ἡμῖν ἤθελε*
> *Σπονδὰς ποιῆσαι, καὶ κρεμάσαι τὰς ἀσπίδας.*

vid. *Scholiaſtem Græcum: εἰσὶ δὲ οἱ τοξόται, δημόσιοι ὑπηρέται* &c. *Heſychius: τοξόται, οἱ δημόσιοι ὑπηρέται.* *Suidas: τοξότης, ὑπηρέτης. Ἀριστοφάνης· τοξότης συνήγορος ὥσπερ εὔαθλος· ἀντὶ τοῦ ὑπηρέτης.* Et alibi *Ariſtophanes*, ut in *Theſmophoriaz.* in concione mulierum,

> *Προσέρχεται γὰρ ὁ πρύτανις, χ' ὠ τοξότης.*

Et:

> *— δῆσον αὐτὸν εἰσάγων*
> *Ὦ τοξότ', ἐν τῇ σανίδι, κἄπειτ' ἐνθαδὶ*
> *Στήσας φύλαττε, καὶ προσιέναι μηδένα*
> *Ἔα πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ τὴν μάστιγ' ἔχων*
> *Παῖ' ἢν προσίῃ τις. —*

Ubi vides & flagella habuiſſe: & aliquoties ea fabula mentio, qui ibidem & *Σκύθης· Πῶς ἂν ἀπέλθοιμι καὶ τὸν Σκύθην λάθοιμι;* &c. *Ὁ δὲ γὰρ ὁ Σκύθης φύλαξ πάλαι ἐφέστηκ'* &c. & barbarus illi adfingitur ſermo. *Ἔτι* (ait *Σκύθης*) *γὰρ σὺ τὴν μάστιγα ἐπιτυμεῖς λαβεῖν; Ἱππεῦσι· Καθείλκον αὐτὸν οἱ πρυτάνεις χ' οἱ τοξόται·* ſæpe alibi, ut *Lyſiſtrata*:

> *— ποῦ 'σθ' ὁ τοξότης;*
> *Ξυλλάμβαν' αὐτὴν κ' ὀπίσω τὼ χεῖρε δεῖ.*

quem ſtatim vocat *δημόσιον·* ſic enim ſubjicit:

> *Εἴ τ' ἄρα νὴ τὴν Ἄρτεμιν τὴν χεῖρά μου*
> *Ἄκραν προσοίσει δημόσιος ὢν κλαύσεται.*

Et ſtatim:

> *— ποῦ 'στιν ἕτερος τοξότης,*

Et:

> *Τουτὶ τί ἦν; ποῦ τοξότης; ταύτης ἔχου.*

Et ſtatim Scythas vocat:

> *Ἡμῖν ὁμόσε χωρῶμεν αὐταῖς ὦ Σκύθαι,*
> *Συνταξάμενοι. —*

Et:

> *Ἀποστρέφετε τὰς χεῖρας αὐτῶν ὦ Σκύθαι.*

Plato Protagora: de more concionis apud Athenienſes, ſi quis *συμβουλεύειν* ſuſcipiat de artificio cujus ipſe non videtur peritus, ſed expers, licet alias ditiſſ. & opt. vir ſit, tamen non ferant, ſed derideant & tumultuentur donec ille deſiſtat, *ἢ οἱ τοξόται αὐτὸν ἀφελκύσωσιν, ἢ ἐξαίρωνται, κελευόντων τῶν πρυτανέων.* JUNG.

17 *Πευσίνιοι*] C. A. *σπεύσιοι.* C. V. *σπευσίνιοι.* vid. *Etymolog.* Magn. in *τολόται* & *τοξόται*, & *Ariſtoph.* in *Acharnenſ.* non procul ab initio, & ibi *Scholia.* KÜHN.

Πευσίνιοι] *Πευσίνιοι* quinam? nulli amplius: egregie enim MS. noſter, *σπευσίνιοι* clare habet: quod iſtorum *ὑπηρετῶν δημοσίων* nomen proprium: ait *Noſter* ſic dictos eſſe ab eo qui hoc miniſterii genus inſtituiſſet primus: quæ omnia apud *Suidam* ſalva remanſerunt, cujus verba ſunt: *τοξόται, οἱ δημόσιοι ὑπηρέται· φύλακες τοῦ ἄστεος τὸν ἀριθμὸν χίλιοι· οἵ τινες πρότερον μὲν ᾤκουν τὴν ἀγορὰν μέσον σκηνοποιησάμενοι· ὕστερον δὲ μετέβησαν εἰς Ἄρειον πάγον. Ἐκαλοῦντο δὲ οὗτοι καὶ Σκύθαι καὶ σπευσίνιοι, ἀπὸ Σπευσίνου τινὸς τῶν πάλαι πολιτευομένων συντάξαντος τὰ περὶ αὐτούς.* *Etymologici* auctor in *τολόται*, habet *σπευσίμους.* Et in *τοξόται· σπουσίνιοι, οἱ δημόσιοι δοῦλοι Ἀθήνησιν· ἀπὸ Σπουσίνου τοῦ πρώτου καταστήσαντος αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ὑπηρεσίαν·* ubi vix dubitem *σπευσινίους*, & *σπευσίνιοι* & *σπευσίνου* cum *Suida* & noſtro *Polluce* MS. legere: facilis lapſus ex *ευ* in *ου* & ex *ν* in *μ*, præſertim ut in MS. & antique editis *ν* ſcribitur, perinde ut *μ*, niſi quod alter dependulus apex deſit. Nolim tamen te ignorare, Peuſinios a Peuſine eos dictos apud *Scholiaſtem Ariſtophan.* ad *Acharnenſ.* non longe a principio legi. *ἐκαλοῦντο οὗτοι* (ſc. *τοξόται*) ait, *καὶ Σκύθαι καὶ πευσίνιοι, Πευσίνός τινος τῶν πάλαι πολιτευομένων συντάξαντος τὰ περὶ αὐτούς.* quæ pro lectione vulgata ſint. mihi tamen MS. noſtri ſcriptura non ideo placeat minus. Ad Scythas illos mille quoque puto reſpexiſſe *Heſychium* quum ſcriberet *Σκύθαι· οὕτω τὸ τῶν γυναικῶν ἐλέγετο.* Quid vero ſi hinc convitium *Æſchinis* extrema Oratione *περὶ παραπρεσβ.* ſumptum dicamus in *Demoſthenem*: *καὶ δέομαι σῶσαί με, καὶ μὴ τῷ λογογράφῳ καὶ Σκύθῃ κακῷ ὄντι παραδοῦναι·* non vero a Scytharum barbarie & crudelitate, ut parœmiographi recentiores volunt? Non tamen ita eſt: ſed reſpicit Orator ad majores *Demoſthenis*, & maternum genus, de quo eadem oratione: *καὶ ταῦτ' ὦ Δημόσθενες, ἐκ τῶν νομάδων Σκυθῶν τὸ πρὸς μητρὸς γένος ὤν.* Hinc nimirum & *Dinarchus* in ea contra *Demoſthenem* ait: *τὸν κατάπτυστον τοῦτον καὶ Σκύθην·* ubi tamen quaſi particula nulla intercederet vertunt, *impurum Scytham.* *Æſchin. περὶ παραπρεσβ.* fere extrema: *καὶ τριακοσίους τοξότας Σκύθας ἐπριάμεθα, καὶ τὴν δημοκρατίαν βεβαίως εἴχομεν.* vid. plura apud *Æſchin. κατὰ Κτησιφ.* & *Suidam* in *Δημοσθένης*, & *Schottum* noſtrum in vita *Demoſth.* Sed hæc extra oleas, & noſtri judicii *ἀδιαφόρους.* repetamus noſtros Scythas. de iis & *Andocidis* initio fere orationis *περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης* locus eſt: *καὶ τοξότας τριακοσίους Σκύθας ἐπριάμεθα.* JUNG.

Πευσίνιοι] *Σπευσίνιοι* ex emendatione noſtra textus habet: & apud *Ariſtophanis Scholiaſtem*, cujus locum *Jungermannus* noſter habet, ita ſcribendum quoque.

18 *Τὴν περὶ αὐτοὺς*] C. A. *ἐπὶ τὴν περὶ αὐτοὺς ὑπηρεσίαν*, quaſi legiſſet *συντάξαντος αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ὑ.* KÜHN.

19 *Τέλη δ' ἦν, τὰ περὶ τ. π.* &c.] MS. *παρὰ τοῖς.* SEB.

λόγοις ἢ ἐλλιμενισταῖς· ταῦτα δ' ἐκαλεῖτο, ἐλλιμένιά τε, καὶ [20] ἐμπορικά· καὶ [21] δεκατευτήρια δέ ποτε

ſimæ collectoribus, & exactoribus: hæc autem vectigalia vocantur, & temporalia. Nonnunquam & decimas

Τέλη δ' ἦν, τὰ περὶ τ. π. &c.] MSS. παρὰ τοῖς π. & mox ἐνλιμενισταῖς C. V. & iterum ἐνλιμένια. C. A. ex correctione, ἐμπολικά. *Gloſſ.* ἐλλιμενιστὴς, λιμενάρχης, *portitor.* unde ἐλλιμένιον, *portorium.* KÜHN.

Τέλη δ' ἦν, τὰ περὶ τ. π. &c.] MS. τέλη δὲ ἦν, τὰ παρὰ τοῖς πεντηκοστ. ἢ, ἐνλιμενισταῖς· ταῦτα δὲ ἐνλιμένια ἐκαλεῖτο, καὶ ἐμπορικά. Et reſtituendum omnino, ut & MS. *Seberi* habet, παρὰ τοῖς· non nunc primum illæ particulæ commutarunt vitio locum: & ſcribuntur enim eadem fere nota in libris vetuſtis. Vide vero de publicæ pecuniæ genere hoc *Sigonium* lib. IV. de Rep. *Ath.* c. 3. JUNG.

Τέλη δ' ἦν, τὰ περὶ &c.] Rejiculam lectionem περὶ alia meliori, quam in manus ſuppeditant MSS. commutavi, ſiquidem ita ſenſus poſtulet: ἐνλιμενιστὰς quoque & ἐνλιμένιον, quam vulgatam lectionem cum MSS. malim, quamvis & *Pollux* noſter inferius IX, 29. ἐλλιμενισταὶ & ἐλλιμένιον habet: Ἐνλιμενίζειν proprie dicitur, qui deambulandi, aliuſve rei cujuſcunque agendæ cauſa portum frequens inviſitat, itaque de ſe *Syneſius* in *Epiſtolis:* οὐδ' ἐλλιμενίζω συχνά· cum autem nulli alii portus magis tererent, quam qui cogendo præerant portorio, ἐνλιμενισταὶ ſunt dicti, & ἐνλιμενίζειν, quando in portubus muneris ſui obeundi ergo aderant: *Heſych.* Ἐνλιμενίζειν, τελωνίζειν τὰ ἀπὸ λιμένων καὶ θαλάσσης. Efferendis itaque inferendiſque mercibus vectigal erat conſtitutum, unde apud *Libanium* in *Olynth.* I. τὰ χρήματα τὰ ἐκ τῶν λιμένων, *collecta ex portorio pecunia*, & *Ariſtoph. Scholiaſtem* in *Veſpas* τὰ ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς καὶ τῶν λιμένων τέλη· hoc vero qui exigebant portitoribus ſeu ἐνλιμενισταῖς jus erat aperiendi, quibus illatæ merces inerant, ciſtas, æſtimandarumque rerum: elegans ea de re locus in *Julii Africani Ceſtis* p. 304. Εἰσκομίζεσθαι δεῖ θώρακας νέους, καὶ στολίδας, καὶ περικεφαλαίας, ὅπλα, κνημῖδας, μαχαίρας, τοξεύματα ἐν κιβωτίοις ὡς φορταγωγεῖς κατεσκευασμένα ὡς ἱματίων ἐνόντων, καὶ ἄλλων ἀγωγίμων, ἅπερ οἱ ἐνλιμενισταὶ ἀνοίξαντες καὶ ἰδόντες ὡς ἱμάτια μόνον τιμήσονται· viden' itaque illos æſtimaſſe invectas merces, ac vectigalis impoſuiſſe ſummam. Olim vero vendita fuiſſe plus licitantibus vectigalia apud Athenienſes præſide Poletarum magiſtratu ſupra Segm. 99. *Pollux* noſter docuit, & nos ad eum locum illuſtri exemplo ex *Plutarchi Alcibiade*: idem obtinuiſſe apud Romanos conſtat, & ponam inſignem locum ex Digeſt. 39. tit. 4. L. 9. *Locatio vectigalium, quæ calor licitantis ultra modum ſolitæ conductionis inflavit, ita demum admittenda eſt, ſi fidejuſſores idoneos, & cautionem, is qui licitationem vicerit* (ὅστις ταῖς τιμαῖς ὑπερέβαλε τὸν ἀντωνούμενον, ex *Plutarcho* dicas) *offerre paratus ſit*: fidejuſſores itaque conſtituere oportebat, ἐγγύους καταστῆσαι, & cautionem præſtare vectigalium emptorem, niſi ſi quis ditiſſimus eſſet & probatæ fidei: ſic quoque ἐλλιμενίου ſeu *portorii venditi* mentionem facit *Ariſtoteles* Oecon. II. cap. 2. eximius eſt locus ideoque in medium producam: Καλλίστρατος ἐν Μακεδονίᾳ πωλουμένου τοῦ ἐλλιμενίου ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ εἴκοσι ταλάντων, ἐποίησε εὑρεῖν τὸ διπλάσιον· κατιδὼν γὰρ ὠνουμένους τοὺς εὐπορωτέρους ἀεὶ, διὰ τὸ δεῖν ταλαντιαίους καθιστάναι τοὺς ἐγγύους τῶν εἴκοσι ταλάντων, προεκήρυξεν ὠνεῖσθαι τὸν βουλόμενον, καὶ τοὺς ἐγγύους καθιστάναι τοῦ τρίτου μέρους, καὶ καθ' ὁπόσον ἕκαστος δύναται πείθειν· quo in loco portorii emptores fidejuſſores conſtituere videmus ταλαντιαίους, *quorum divitiæ talentum ad minimum æquarent.* ſed ad portitores: Epiſtolas porro ad eos fuiſſe delatas ex *Terentii Phormione* Act. I. Sc. 2. patet, ad quem locum profero quæ *Donatus* habet: *More veterum*, inquit, *magiſtri tributorum, id eſt, publicani operam in portu dabant inferendarum rerum & efferendarum vectigal exigentes*: & continuo quærit Atticone id more, an vero Romano dixerit *Terentius*? Attico certe potius, quia ex *Apollodoro*, quem in iſtis præeuntem haud dubie imitatur, verſa eſt in Latinum ſermonem illa fabula: obtinuiſſe tamen & apud Romanos epiſtolarum vectigal nulli dubitamus: addam præterea *Nonii* verba: *Portitores dicuntur telonarii, qui portum obſidentes omnia ſuſcitarentur* (*ſciſcitarentur*, vel potius *ſcrutarentur*) *ut ex eo vectigal accipiant.* Fuit autem hoc hominum genus inviſum plane ac contemptum, prout & fœneratores, quapropter in *Evangeliis* τελῶναι pro vilibus minimique pretii hominibus veniunt: *Cicero* de *Officiis*: *primum improbantur ii quæſtus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut fœneratorum*: fraudem quoque illis quibuſvis artibus factam ex iſtis *Lucilii* patet: *Facit idem, quod illi, qui inſcriptum e portu exportant clanculum ne portorium dent*: & capiendus hunc in modum forſitan vexatus *Varronis* locus apud *Nonium*: *Æs defraudaſſe cauponem, bonam* (diverſimode eruditi viri: nos *cauponam* legimus) *luto oblevisse; tum portitores æra induxere*: mallem equidem *portitorum*, eo ſenſu: tum vectigali portitores debito defraudarunt. Sed ſatis eſt temporis ac operæ, quam hominum viliſſimis impendimus.

20 Ἐμπορικά.] *Interpr. emporialia*, ut editio *Baſileenſis* legit: male jam editur, *temporalia. Vetus Onomaſt.* ἐμπορικὸς, *inſtitorius.* KÜHN.

21 Δεκατήρια] Leg. δεκατευτήρια, *loca decimis vel vectigalibus colligendis deſtinata*, ubi & de decimis controverſiæ judicabantur. δεκάτη etiam ſpecies vectigalis erat. vid. *Harpocr.* in δεκατευτάς. *Meurſ. Att.* Lect. lib. III. c. 2. ubi legit recte, δεκατευτήρια cum C. V. KÜHN.

Δεκατήρια] Hoc vitioſum vocabulum retinuit & *Sigonius*, dum hæc ita interpretatur dicto jam loco: Τέλη *fuerunt quæ quinquageſimarum collectores, & portitores exegerunt: aliquando etiam* δεκατήρια *inſtituerunt, fuitque decimæ* τέλος. Vera enim lectio eſt, quam MS. noſter habet: καὶ δεκατευτήρια. Vidit hoc & *H. Stephanus*, quare ad vulgatum δεκατήρια, in ſuo Codice ad oram adpoſuit: *an* δεκατευτήρια; a δεκατεύειν nimirum, quod τελωνεῖν etiam exponit *Heſychius*: hinc exactores ipſi δεκατευταὶ, τελῶναι, οἱ τὴν δεκάδα ἢ δεκάτην ἐκλέγοντες, ut ait *Heſychius*. Et *Harpocratio*: δεκατευτάς· ἀντὶ τοῦ τελώνας, τοὺς τὴν δεκάτην ἐκλέγοντας. Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς Δημοσθένους γραφῇ· ὅτι δὲ ἦν τελώνιον ἡ δεκάτη, δεδήλωκε Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν τελῶν· qui iidem & δεκατηλόγοι, ut apud eoſdem habes, & infra IX, 29. Et idem illud δεκατευτήρια, ne extraneum teſtem arceſſere opus habeamus, ille *Noſter* repetit infra IX, 29. JUNG.

Δεκατήρια] Reſtitui, prout eſt in MSS. δεκατευτήρια· & ita *Pollux* IX, 28. Præiverat *Kühnius*: eſt itaque *Pollucei* loci ſenſus, *& aliquando quoque cellulæ colligendis decimis ſunt conſtitutæ, nam & decimæ vectigal eſt.* Decimæ vero præcipue pendi ſolebant tam diis ipſis quam reipublicæ regibuſve, quod illæ viderentur juſtiſſimæ efficiendo vectigali partes, adeo ut hoc vectigalis genus fuerit receptiſſimum: itaque vectigalia tam maritima quam agraria decimis præcipue conſtabant partibus proventuum aut exportandarum importandarumque rerum: de utriſque quidem δεκάτη, ſed de agrariis ἐκφόριον & ἐπικαρπία dici ſolet, docente *Ariſtotele Oeconom.* II. cap. 2. de maritimis autem elegans eſt apud *Demoſthenem* περὶ ἀτελειῶν locus. Porro apud *Babylonios* legem fuiſſe, quæ cujuſvis illatæ mercis decimas pendere juberet, quaque ſubdole ſit uſus *Antimenes Rhodius*, narrat *Ariſtoteles Oecon.* II. cap. 2. Lex quoque divina Judaico populo decimas proventuum ſingulis annis ſolvendas imperavit, in-

inſtituerunt. Et decima telonii ſpecies e-
rant. Et jumenta alentes, ζευγίσιον tri-
butum ſolvebant. Cæterum olim in Pny-
ce, comitia celebrabant. Pnyx autem,
locus erat juxta Acropolim: apparatus
more vetuſtæ ſimplicitatis, non ad theatri
133 ſplendorem. * Aliæ autem conciones, in
Bacchi theatro congregabantur: ſolaque

κατέστησαν, καὶ δεκάτη τὸ τέλος ἦν· καὶ οἱ
[22] ζευγοτροφοῦντες [23] ζευγίσιον ἐτέλουν. [24] Ἐνεκ-
κλησίαζον δὲ πάλαι μὲν ἐν [25] τῇ Πνυκί· πνὺξ δὲ
ἦν χωρίον [26] πρὸς τὴν ἀκρόπολιν, κατεσκευασμέ-
νον κατὰ τὴν παλαιὰν ἁπλότητα, οὐκ εἰς θεά-
τρου πολυπραγμοσύνην. * αὖθις δὲ [27] τὰ μὲν 133
ἄλλα ἐν τῷ Διονυσιακῷ θεάτρῳ, μόνας δὲ τὰς

quam jus Muhammedicum in pluribus ſequitur: haud pauci certe in juris Muhammedici Pandectis de decimis pendendis, earumque exactione ſunt tituli. *Athenienſes* quoque cum ſub *Piſiſtrato* degerent, decimas ſortium ſuarum partes quiſque pendebant in Deorum & reipublicæ uſum, qua de re ipſius *Piſiſtrati* verba ſcribentis ad *Solonem* audiamus: *ἀπάγει δὲ ἕκαστος Ἀθηναίων τοῦ αὐτοῦ κλήρου δεκάτην οὐκ ἐμοί, ἀλλ᾽ ὁπόθεν ἔσται ἀναλοῦν εἴς τε θυσίας τὰς δημοτελεῖς, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν κοινῶν, καὶ ἢν ὁ πόλεμος ἡμᾶς καταλάβῃ· τοῦ αὐτοῦ κλήρου δεκάτην, ſortis ſua decimas*, apud veteres autem κλῆροι de poſſeſſionibus hæreditariis potiſſimum intelliguntur, quæ cum eſſent agrariæ plurimum, κλήρους ſæpius agros dici contigit: ſic *Heſiodus*, ad quem ea de re docuit vir maximus *Georg. Grævius*, cujus illætabile fatum eheu! ipſis Muſis vagis jam, nec certa ſede morantibus lachrymas nuper excuſſit: eoque modo eſt in *Ariſtoclis* carmine apud *Ælian.* de Animal. lib. XI. c. 4. & mox alterum habebimus, qui hanc vocem illuſtret, locum. illa vero *Piſiſtrati* epiſtola apud *Diogenem Laërtium* extat in Vita *Solonis*. His autem cogendis decimis, qui publico juſſu præerant, δεκατευταὶ dicti, & δεκατεύειν, τελωνεῖν, δεκάτην εἰσπράττεσθαι, inquit *Heſychius* breviter, quæ latiora habes & luculenta magis apud *Harpocrationem* & *Etymologici Auctorem*: iidem & δεκατηλόγοι *Chryſoſtomo*, quos cum φορολόγοις jungit: videndique in iſta voce dicti *Lexicographi*. Erant porro agri vectigalibus & decima penſione liberi ac immunes, illoſque ἀδεκατεύτους dicebant, *ex quibus decimarum vectigal non colligebatur*: hæc autem vectigalium immunitas non niſi a regibus aut a republica concedi poterat; illamque conſequi ſummi ducebatur honoris: nec certe quiſquam, niſi cujus non mediocria in rempublicam exiſtebant merita, hac ἀτέλεια fruebatur: ita in *Smyrnæorum Decreto Palamagneſiæ* incolis ſancitur ἀτέλεια, quod in *Seleucum* ſe pronos demonſtraſſent præſidiumque a *Smyrnæo* populo miſſum recepiſſent: ſed ipſa ponam verba, quia plurimam huic rei lucem affundent: *καὶ τούς τε κλήρους ἑαυτῶν τοὺς δύο, οὕς ὁ Θεὸς καὶ Σωτὴρ Ἀντίοχος ἐπεχώρησεν αὐτοῖς, καὶ περὶ οὗ Ἀλέξανδρος γεγράφηκεν εἶναι αὐτοῖς ἀδεκατεύτους·* pauloque poſt id ipſum dicitur ἀτέλεια· & viden᾽ hic κλήρους ἀδεκατεύτους, *agros decimis immunes*, quo modo mox in eodem Decreto ἀκληρούχητοι dicuntur, qui necdum κλήρους, agros poſſident, quos colant: ad hunc autem locum lege quæ Anglorum Doctiſſ. *Joh. Seldenus* de decimis adnotat. Apud *Heſychium* porro eſt: Ἀδεκατεύτους, ὧν δεκάτην οὐδεὶς ἔδωκεν· quæ reſpiciunt iſtum *Ariſtophanis* locum in *Equitibus*:

Ἀδεκατεύτους τῶν θεῶν ἱε-
ρὰς ἔχοντα κοιλίας.

ad quæ verba *Scholiaſtam* vide, qui victimarum decimas partes Prytanibus ceſſiſſe refert. Iſtæ vero ædiculæ, in quibus collectæ reponi ſolebant decimæ, dicebantur δεκατευτήρια, de quibus ipſis hic *Pollux* noſter: eæque aut plura erant aut pauciora pro colligendi vectigalis ratione: apud *Procopium* Hiſt. Arc. c. 25. ſericarii veſtes ſericas majori, quam ſolebant, vendunt pretio, *αἰτιώμενοι μεῖζον μὲν ἢ πρότερον ἐν χρόνῳ τῷ παρόντι ὑπὲρ αὐτῆς (μετάξης) καταβάλλεσθαι τὸ τίμημα Πέρσαις, πλείω δὲ νῦν τὰ δεκατευτήρια εἶναι ἐν γῇ τῇ Ῥωμαίων.* Solent autem ſæpiſſime decimarum nomine quævis vectigalia intelligi, & δεκατευταί, vel δεκατηλόγοι ſimpliciter haud raro ſunt φορολόγοι, τελῶναι. Atque hæc præter inſtituti rationem paulo latius.

22 Ζευγοτροφοῦντες] *Bigam mulorum alentes. Iſæus* Orat. IV. *οὔτε κατεζευγοτρόφηκας, ἐπεὶ οὐδὲ ζεῦγος ἐκτήσω ὀρικὸν οὐδεπώποτε, ἐπὶ τοσούτοις ἀγροῖς καὶ κτήμασι, neque alendis mulorum bigis rem minuiſti; quoniam nunquam habuiſti bigam mularem tot agrorum prædiorumque dominus.* Dicitur etiam τὸ ζεῦγος ſimpliciter. KÜHN.

23 Ζευγίσιον] MS. καὶ ζευγίσιον (ſcr. ζευγήσιον, ut Segm. 130.) τὸ τέλος οἱ ζευγοτροφοῦντες ἐτέλουν. SEB.

Ζευγίσιον] C. V. ζευγήσιον per η· ſupra Segm. 130. per ι ζευγίσιον. KÜHN.

Ζευγίσιον] MS. noſter fere ut *Seberi*: ἦν· καὶ ζευγήσιόν τε τέλος οἱ ζευγοτροφοῦντες ἐτέλουν. JUNG.

Ζευγίσιον] Ita ſuperius hanc vocem reſtituimus cum MSS. & *Etymologo*, qui & eam ſcripturæ rationem habet: hic tamen utpote in re omnino diverſa ζευγήσιον prætulerim: ſed in textu nihil mutamus.

24 Ἐνεκκλησίαζον] C. V. ἐκκλησιάζον; male, niſi accentus retrahatur. KÜHN.

Ἐνεκκλησίαζον] MS. ἐκκλησίαζον δὲ &c. bene. JUNG.

25 Τῇ Πνυκί.] MS. τῇ Πύκνι· ſtatim tamen Πνύξ. JUNG.

26 Πρὸς τὴν Ἀκρόπολιν] MS. πρὸς τῇ Ἀκροπόλει. SEB.

Πρὸς τὴν Ἀκρόπολιν] MSS. πρὸς τῇ Ἀκροπόλει. *Thucyd.* lib. VIII. *ἐκκλησίαν συνέλεγον, μίαν μὲν εὐθὺς τότε πρῶτον ἐς τὴν Πύκνα* (leg. Πνύκα) *καλουμένην, οὗπερ καὶ ἄλλοτε εἰώθεσαν· ἐν ἧπερ καὶ τοὺς τετρακοσίους καταπαύσαντες, τοῖς πεντακισχιλίοις ἐψηφίσαντο τὰ πράγματα παραδοῦναι* &c. *ἐγίγνοντο δὲ καὶ ἄλλαι ὕστερον Πυκναὶ* (leg. Πνυκὶ) *ἐκκλησίαι, ἀφ᾽ ὧν καὶ νομοθέτας καὶ τἆλλα ἐψηφίσαντο ἐς τὴν πολιτείαν.* conf. *Meurſ. Athen. Attic.* libr. II. cap. 9. *Ulpian.* in Orat. *de falſa leg.* KÜHN.

Πρὸς τὴν Ἀκρόπολιν] MS. πρὸς τῇ Ἀκροπόλει παρεσκευασμένον κ. quæ lectio vulgatæ nihil cedat, imo meo judicio antiſtet: & habet etiam MS. *Seberi* noſtri πρὸς τῇ Ἀκροπόλει, *prope arcem.* De Pnyce pulcre & *Ariſtophanes* initio *Acharnenſium* introducit *Dicæopolin* ad concionem tendentem, quæ indicta erat, & adhuc ſolitudinem videntem:

Ὡς νῦν ὁπότ᾽ οὔσης κυρίας ἐκκλησίας
Ἑωθινῆς, ἔρημος ἡ πνὺξ αὑτηί.

Sed de Pnyce & theatro *Dionyſiaco*, concionum locis, vid. *Sigon.* libr. II. de Republ. *Athen.* cap. 4. JUNG.

Πρὸς τὴν Ἀκρόπ. κατεσκ.] Mutavimus paululum diſtinctionem ex *Kühnii* noſtri mente: ante nos diſtinctio commatica erat poſt κατεσκευασμένον. Codex autem *Falckenburgii* ante ἐνεκκλησίαζον titulum habet Περὶ ἐκκλησιῶν.

27 Τὰ μὲν ἄλλα] C. A. τὰ μ. ἆθλα· quod non prætulerim vulgato, quia τὰ ἄλλα complectitur & præmia & plura alia. *Thucyd.* lib. VIII. *ἐς τὸ πρὸς τῇ Μουνυχίᾳ Διονυσιακὸν θέατρον ἐλθόντες καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα, ἐξεκκλησιάσαντες, καὶ δόξαν αὐτοῖς, εὐθὺς ἐχώρουν ἐς τὸ ἄστυ* &c. ubi certe de ἄθλοις non fuit deliberatum. KÜHN.

Τὰ μὲν ἄλλα &c.] Ἆθλα hic in textum reddiderat

ἀρχαιρεσίας ἐν τῇ [28] Πνυκὶ, ἀφ' ἧς τὸν τοῦ δήμου θόρυβον, [29] Πνυκίτην φασὶν οἱ Κωμικοί· ἐκάλουν δὲ τὴν [30] προεδρίαν, καὶ πρῶτον ξύλον· [31] καὶ ἐν τῷ δικαστηρίῳ, τὴν πρώτην καθέδραν· [32] τὰ δ' ὑποστρωννύμενα τοῖς δικασταῖς [33] ἐπὶ τῶν ἑδρῶν, [34] ψιάθια ὠνομάζοντο. Ἀνδροφόνος, φονεὺς, σφαγεὺς, φαρμακεὺς, φονῶν, φονικὸς, μιαιφόνος· ἔκτεινεν, ἀνεῖλεν, ἐφόνευσεν, ἀπέσ-

consularia comitia, in Pnyce. Unde Populi tumultum, Comici Πνυκίτην vocant. Primum autem accubitum, & primum lignum vocabant. & in foro, primam cathedram. Quæ autem Judicibus, in ſellis ipſorum ſubſtrata ſunt, ſtoreæ vocantur. Homicida, occiſor, mactator, veneficus, occidens, cædis ſtudioſus, cæde pollutus. Occidit, interemit, cæcidit, ma-

Kühnius, ſed præfero vulgatam lectionem. De Πνυκὶ videndus & *Etymologus* ac *Suidas*: *Ulpianus* in *Demoſthenem* de Falſ. Legat. ἡ δὲ Πνὺξ ἐκαλεῖτο ἀπὸ πυκνῶς ἐκεῖ τὸν δῆμον πλησιάζειν· ſed an non melius pro πλησιάζειν ſcribamus ἐκκλησιάζειν? puto ſane.

28 Πνυκὶ] Iterum MS. Πύκνι. JUNG.

29 Πνυκίτην φασὶν &c.] MS. πν. κεκλήκασιν οἱ κ. SEB.

Πνυκίτην φασὶν &c.] *Ariſtoph.* in *Equit.* ab initio: δῆμος Πνυκίτης, ubi male Πυκνίτης legitur, ubi *Scholia* vide ſis. KÜHN.

Πνυκίτην φασὶν &c.] MS. Πυκνίτην κεκλήκασιν οἱ Κωμ. ubi κεκλήκασιν pro φασὶν etiam habet MS. *Seberi*, & utrumque rectum eſt: quamvis & alteram ſcripturam in Πυκνίτην & Πυκνὶ non malam eſſe ajunt, quam & in quodam loco *Ariſtophanis* adnotet *Scholiaſtes*, ut per metatheſin poſitam, & conveniat cum etymo ſuo, a πυκνοῦσθαι nempe: & in loco *Ariſtophanis Equitibus* etiam δῆμος Πυκνίτης eſſe. Sed malim tamen apud *Pollucem* unam ſcripturam retinere Πνὺξ, ut etiam in MS. eſt Πνυκὶ, Πνυκίτην &c. vulgato more nimirum ea voce uſum, non poëtice vel per metatheſin. Scribe & apud *Heſychium* Πνὺξ, ubi male Πνίξ. JUNG.

30 Προέδραν] Infra Segm. 140. προεδρία· quæ & πρωτοκαθεδρία *Matth.* XXIII, 6. SEB.

Προέδραν] MSS. προεδρίαν recte. *Ariſtoph.* εἰς τὴν προεδρίαν πᾶς ἀνὴρ ὠστίζεται, *primo ut ſedeat loco, quiſque ſe protrudit.* KÜHN.

Προέδραν] MS. προεδρίαν ut nimirum emendandum eſt: ſupra IV. 121. πρῶτον δὲ ξύλον ἡ προεδρία, μάλιστα μὲν δικαστῶν & infra Segm. 140. vid. & *Sigon.* lib II. de Rep. *Ath.* c. 4. *Ariſtophanes* initio *Acharnenſium*, de concione *Athen.*

Εἰς τὴν προεδρίαν πᾶς ἀνὴρ ὠστίζεται.

Et ibidem antea:

Οὐδ' οἱ πρυτάνεις ἥκουσιν, ἀλλ' ἀωρίαν
Ἥκοντες, εἶτα δ' ὠστιοῦνται (πῶς δοκεῖς;)
Ἐλθόντες ἀλλήλοισι περὶ πρώτου ξύλου,
Ἀθρόοι καταῤῥέοντες. — JUNG.

Προέδραν] In textu cum *Kühnio* emendavi προεδρίαν. Προεδρίᾳ autem honorabantur, qui egregie de republica erant meriti, & ſolebat ab ipſo populo ac ſenatus conſulto προεδρία alicui decerni: nec cuivis honorem hunc concedi fas fuit, ſiquidem *Xenophon* περὶ προσόδων dicat: ἀγαθὸν δὲ καὶ καλὸν προεδρίαις τιμᾶσθαι ἐμπόρους καὶ ναυκλήρους· unde certe elicitur huic hominum generi vulgo non patuiſſe aditum ad hunc honorem. Sic qui bene geſtis in bello rebus rempublicam auxerant, primæ ſedis jure donabantur; quin & in liberos quæſitum patrum virtute honorem devolvi fas fuit, unde apud *Leſbonactem Protr.* οἱ δὲ τούτων παῖδες δημοσίᾳ ἐκτρέφονται, τιμώμενοι πανοπλίαις, προεδρίαις &c. Præterea altera reſpublica alteram ſæpius propter accepta haud vulgaria beneficia προεδρίᾳ in publicis certaminibus honorabat: ita *Byzantini* publico decreto, quod eſt apud *Demoſthenem* de *Corona* p. 487. Athenienſibus honoris ergo ſanciunt σίτησιν προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσι ποτὶ τὰν Θέλον. *Crœſo* quoque & Lydis Δέλφοι ἔδοσαν προμαντείην, καὶ ἀτελείην καὶ προεδρίην, referente *Herodoto Clio.* Epiſcopis porro de προεδρίᾳ contentiones haud leves motus dediſſe abunde Eccleſiaſtica docet hiſtoria.

31 Καὶ ἐν τῷ δικ.] C. V. καὶ μάλιστα ἐν δ. ergo in *concione* erat προεδρία & πρόεδροι, in *judiciis* vero primus locus πρώτη καθέδρα. vid. *Heſych.* in ημίσεις. de Proedris tacet *Ariſtoph.* adeoque eos ſero inſtitutos exiſtimat *Valeſius.* KÜHN.

Καὶ ἐν τῷ δικ.] MS. καὶ μάλιστα ἐν τῷ δικ. plenius: ut infra etiam μάλιστα μὲν δικαστῶν in eadem re eſſe admonui. JUNG.

32 Τὰ δ' ὑποστρωννύμενα] C. A. ὑποστρωννύμενα· leg. ὑποστρώματα· vulgatum tamen mallem. KÜHN.

Τὰ δ' ὑποστρωννύμενα] MS. τὰ δὲ ὑποστορνύμενα τ. recte etiam. JUNG.

33 Ἐπὶ τῶν ἑδρῶν] C. A. ex correctione ἐπὶ τοῦ ἕδους, *ſuper ſedili.* KÜHN.

34 Ψιάθια] C. A. ψιάθια ἴδια. C. V. ψιαθι αἴδιον ὀνομάζεται, unde facile eſt legere: ψιάθια ἰδίως ὠνομάζετο, *proprie ψιάθια dicebantur.* vid. *Ariſtoph. Ranas*, ubi *ſtromata* τοὺς ψιάθους appellat. ex C. A. legeris ψιάθια ἴδια &c. *Gloſſ.* ψίαθος, *Teges, Matta.* KÜHN.

Ψιάθια] MS. ψιαθία ἰδίως ὀνομάζεται. Et ſic ſupplere poſſumus: ita tamen ut ψιάθια proparoxytonωs retineamus. *Heſychius*: ψιάθια, τὰ ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἐπὶ τῶν καθεδρῶν ἐπιστορνύμενα. JUNG.

Ψιάθια] Sic & in ditiorum domibus mattis pavimenta tegi moris erat, qui idem hactenus cum ipſa voce remanet, confectæque erant hæ tegetes ex juncis ac ſcirpis, uti legis apud *Feſtum* in *Scirpus*: ſed exundans luxuria, quod obiter interſero, tapetes quoque pavimentis inſternere docuit: meminere illius rei haud raro Patres; ἐν τάπησι περσικοῖς, *Baſilius*: quin etiam honoris ergo peregre venientibus illuſtrioris fortunæ hominibus tapetes ſubſterni ſolebant, ſicuti in *Æſchyli Agamemnone* maritum poſt decem annos demum confecto bello *Trojano* reducem purpureis tapetibus incedentem domo excipit *Clytemneſtra*; & concinne melliſſimus *Tryphiodorus* de equo Durateo, quem omnibus honoris gratulationiſque ſignis excipiebant *Trojani*:

Ἄλλαι δὲ χρυσέσσαν ἀμιλγόμεναι χάριν ὄμβρου,
Ὁλκῷ δουρατέῳ ἐυδίνους στορέσαντο τάπητας.

Illis autem tegetibus, hoc enim ἐν παρόδῳ addere liceat, in lectulis ſuis ſtragulorum loco pauperculi utebantur. *Juvenal.* Sat. VI.

Auſa palatino tegetem præferre cubili.

Ad quem locum videndus *Scholiaſta*, qui & *mattas* dici affirmat. Aſcetæ præterea Chriſtiani his amiciri ſolebant; ut enim in omnibus, ſic in veſtitu præcipue ex vilitate aliquam laudis auram hoc hominum genus venabatur; ut antiquitus apud Ethnicos haud pauci nomine magis quam re philoſophi: de pleriſque certe hoc tuto aſſeramus: apud *Moſchum* itaque *Prat. Spiritual.* §. 66. mentio fit ἐπιρριπτάριον ἀπὸ ψιαθίου· conſule quoque *Palladium Hiſt. Lauſ.* In *Pollucis* autem noſtri hoc loco neſcio an non magis ſit probanda C. A. emendata lectio ἐπὶ τοῦ ἕδους, quamvis & vulgata idem valere forſitan poſſit. In Codice vero *Falckenburgii* ante ἀνδροφόνος titulus præcedit hic: Περὶ ἀνδροφόνων.

ctavit, dolo peremit, cæde polluit.
134 * Adhæc pollutus, contaminatus, prophanus, ſanguinis reus, ſanguinis plenus. Reſque ipſa, cædes, interemptio, cædis pollutio, mactatio. Referantur etiam ad judicialia, conſcii, communio. Communes pecuniæ, apud Demoſthenem. Communicantes enim, Xenophontis proprium eſt. Indiſtributa bona, communia, promiſcua, diviſa. Diſtributa enim, ſordidius eſt.
135 * Et verbum, communicare, bona communicare, ſubſtantiam miſcere, conjungere divitias: congerere, corrogare, coacervare. Subſtantiam in unum conferre, conſtipare, commiſcere. Communiter, communicator, communicatus, communionibus ſtudens. Et communione dignus, & communionis expers. Contraria autem, dirimere, ſorte dividere, ſortiri in multos, dividere. Diſtribuere vero, alterius ſignificationis eſt. Et partiri, ſordidius. Melius autem, In partes dividere. Diviſio ſubſtantiæ, diſtributio, ſortitio.
136 * Partitio enim, aliquanto humilius eſt. Et *δάτησις*, durius. Melius autem, *δασμός*. Et ii ſane, in quos dividitur,

σφάξεν, ἐδολοφόνησεν, ἐμιαιφόνησεν. * [35] ἐπὶ 134
δὲ τούτοις, ἐναγής, μιαρὸς, παμμίαρος, [36] αἵματι προσεχόμενος, αἵματος μεστός· τὸ δὲ πρᾶγμα, φόνος, ἀναίρεσις, μιαιφονία, σφαγή. Εἴη δ' ἂν ἐκ τῶν περὶ τὰ δικαστήρια, κοινωνοὶ, κοινωνία, κοινωνικὰ χρήματα, [37] τὰ παρὰ τῷ Δημοσθένει· οἱ γὰρ [38] κοινῶνες, Ξενοφῶντος ἴδιον· καὶ [39] ἀνέμητα χρήματα, καὶ κοινὰ, ἐπίκοινα, οὐ διῃρημένα· τὰ γὰρ διαιρετὰ, εὐτελέστερον·
* καὶ τὸ ῥῆμα, κοινωνῆσαι, καὶ κοινῶσαι τὰ 135
χρήματα, μίξασθαι τὴν οὐσίαν· συνάψασθαι τὸν πλοῦτον, συνερανίσαι, συναγαγεῖν, [40] συναθροίσασθαι, συνενεγκεῖν εἰς ταυτὸ τὴν οὐσίαν, [41] συστήσασθαι, συμβαλεῖν· κοινῇ, κοινῶς, κοινωνικῶς, κοινωνικὸς ἀνήρ· καὶ ἀξιοκοινώνητος, [42] καὶ ἀκοινώνητος· τὰ δὲ ἐναντία, διελέσθαι, διακληρώσασθαι, διαλαχεῖν, δάσασθαι· τὸ δὲ νείμασθαι, ἑτέρας ἐστὶ χρείας· καὶ τὸ μερίσασθαι, εὐτελέστερον· κρεῖσσον δὲ, τὸ [44] μοιρολαχεῖν· [45] καὶ νέμησις οὐσίας, διαίρεσις, διακλήρωσις·
* ὁ γὰρ διαμερισμὸς, ὑπόφαυλον· καὶ 136
ἡ [46] δάτησις, ὑπομόχθηρον· βέλτιον δὲ, [47] ὁ δασμός· καὶ οἱ μὲν διανεμόμενοι, [48] νεμηταὶ,

35 Ἐπὶ δὲ τούτοις] MS. τούτου. SEB.

Ἐπὶ δὲ τούτοις] C. A. ἐπὶ δὲ τούτου &c. KÜHN.

Ἐπὶ δὲ τούτοις] MS. noſter: ἐπὶ δὲ τούτου, i. quod non diſplicet, quum & *Seberi Auguſtanus* conſentiat. JUNG.

36 Αἵματι προσεχόμενος] Ita & MS. hoc itaque *Polluce* nitatur, dum & *Caſtorem* inveniat: dubitarunt enim viri docti de hoc, quum id *Budæus* ἀδιστάτως protuliſſet in ſuis Commentariis: ſed videtur id dictum ut προσεχόμενος ἄγει, (quo & *Noſter* ſupra I, 32. uſus, ut ibi ex MS. & *Thucydide* legendum eſt) i. ἔνοχος· *ſanguinis, cædis, piaculi obnoxius, reus.* JUNG.

37 Τὰ παρὰ τῷ Δημ.] Τὰ omittit C. A. poſt Δημοσθένει· κοινῶνες ὡς Ξενοφῶν. *Gloſſ.* κοινὼν, *ſociatus, copulatus, conjunctus.* vid. & *Heſych.* KÜHN.

Τὰ παρὰ τῷ Δημ.] MS. παρὰ Δημοσθένει· omiſſis τὰ & τῷ. Locus *Demoſthenis* eſt in Oratione fere media περὶ συμμοριῶν· τῶν ἐπικλήρων, καὶ τῶν ὀρφανῶν, καὶ τῶν κληρουχικῶν, καὶ τῶν κοινωνικῶν, καὶ εἴ τις ἀδύνατος, ἀφαιρεθέντων &c. reſpexit ad hunc locum & *Harpocratio* in κοινωνικῶν, quem vide. JUNG.

38 Κοινῶνες] *Xenoph.* de Inſt. *Cyri* libro octavo, fol. 203. & tribus proxime ſeqq. SEB.

Κοινῶνες &c.] Ante *Seberum* male κοινῶνες· emendaverat *Kühnius*: Et hic paulo ante titulum habet *Falckenburgii* Codex, Περὶ κοινωνίας, & tum pro κοινωνοὶ, κοινὼν, qua lectione admiſſa delenda fuerit commatica diſtinctio poſt δικαστήρια.

39 Ἀνέμητα] MS. ἀνεμητά. JUNG.

40 Συναθροίσασθαι] MS. ἀθροίσασθαι. SEB.

Συναθροίσασθαι] C. A. ἀθροίσασθαι, poſt οὐσίαν κοινῶς κοινωνικὸς, ἀνὴρ ἀξιοκοινώνητος τὰ δὲ ἐ. &c. KÜHN.

Συναθροίσασθαι] Pro συναθροίσασθαι, MS. noſter ἀθροίσασθαι, ut *Seberi*. JUNG.

41 Συστήσ. συμβ. κοινῇ] In MS. deſunt συστήσ. συμβ. κοινῇ. JUNG.

Συστήσασθαι] Auctior hic eſt diverſa verbi forma *Falckenburgianus* Codex, nam poſt συμβαλεῖν ſubjicit συμβαλέσθαι.

42 Καὶ ἀκοινώνητος.] In MS. deſunt καὶ ἀκοινώνητος· quod cum ſuo præcedenti & ſupra V, 143. habes. JUNG.

43 Νείμασθαι] *Diſtribuere.* C. A. ἄλλης χρείας καὶ μερίσασθαι &c. KÜHN.

44 Μοιρολαχεῖν.] MS. corrupte μυρολοχεῖν· niſi tamen μοιρολοχεῖν ſcripſit, ut mox: quamvis ibi MS. aliter: & ſupra ex *Antiphonte* μοιρολοχῆσαι IV, 176. vulgatum & apud *Heſychium* eſt, ſi quidem corrigas cum *H. Stephano* & *Sylburgio*: μοιρήσασθαι, λαχεῖν καὶ τὰ ὅμοια· μοιρολαχεῖν, τὸ μερίδι λαγχάνειν, τινὲς δὲ διαιρεῖσθαι· editi enim λαλεῖν, & μοιρολαλεῖν. Videtur quoque pro μερίδι, emendandum μερίδας, vitio ex compendiaria ſcriptura in fine dictionis nato. Sed ad *Pollucem* noſtrum. JUNG.

Μοιρολαχεῖν.] Alia hic omnia in *Falckenburgii* Codice; nimirum, τὸ δὲ μοιρολαχεῖν τραγικώτερον, quæ an vulgata lectione meliora ſint cenſenda arbitretur lector.

45 Καὶ νέμησις οὐσίας, &c.] C. A. dein νέμεσις οὐσίας &c. καὶ ἡ διάτασις (C. V. δάτασις) βέλτιον δὲ ὁ δασμός. C. V. δεσμός· quod alienum. vid. *Heſych.* in δάτησις. KÜHN.

Καὶ νέμησις &c.] Titulus in *Falckenburgii* Codice præcedit: περὶ κλήρων καὶ κληρουχιῶν.

46 Δάτησις] MS. δάτασις· corrupte. *Heſych.* δάτησις, διαίρεσις, μερισμός. JUNG.

Δάτησις] Itaque hoc nominis ὑπομόχθηρον cenſeat *Pollux* noſter? ſua tamen ſe probat antiquitate: olim Græcis δατεῖσθαι, *dividere*, unde δατητὴς, & actionis nomen εἰς δατητῶν διαίρεσιν. Vid. *Harpocrat.* in voce, *Etymolog.* & mox *Noſter*: hinc δάτησις eſt διαμερισμός.

47 Ὁ δασμός.] *Theogn.* v. 678.

Δασμὸς δ' οὐκέτ' ἴσως γίγνεται εἰς τὸ μέσον. SEB.

Ὁ δασμός.] Iterum MS. prave δεσμός. JUNG.

48 Νεμηταὶ &c.] C. A. ſubjicit: καὶ μερῖται, μοιρολόχειαι. C. V. μοιρολέγχοι. *Heſych.* μοιρόλογχοι οἱ τὰ

καὶ μεριсταὶ, καὶ μερῖται, καὶ [49] μοιρόλογχοι· οἱ δὲ διανέμοντες, [50] δατηταί· καὶ εἰς δατητῶν αἵρεσιν, ἔλεγον οἱ ῥήτορες· ὡς [51] ἐπιτοπλεῖστον δὲ οἱ [52] μοιρόλογχοι, καὶ τὸ μοιρολογχεῖν ἐλέγετο, ἐπὶ τῶν μετεχόντων κακουργήματος· ἐγγὺς δὲ τούτων, [53] κληροῦχοι, κληρουχοῦντες, κατακληρουχοῦντες, κατανεμόμενοι, κατὰ κλήρους νεμόμενοι· καὶ τὸ πρᾶγμα, κληρουχία· καὶ τὸ ῥῆμα, κληρουχεῖν, κατακληρουχεῖν· καὶ κληρουχικὰ χρήματα, ὡς [54] Δημοσθένης.

participes: conſortes, partium acceptores. Dividentes vero, diſtributores dicuntur. Et in diſtributorum diviſionem, dicunt Rhetores. Sæpenumero quoque conſortes, & conſortem eſſe dicitur de illis, qui alicujus flagitii participes ſunt. Et his pene ſimiles, participes, participantes, ſorte partientes, diſtribuentes, ſorte dividentes. Et nomen, ſortitio. Et verbum, ſortiri, ſorte participare. Et Sortita bona, ſecundum Demoſthenem.

137 ## * ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ΙΑ.

[55] Περὶ πρέσβεων καὶ τῶν περὶ αὐτοὺς, καὶ ὅσα ἀπὸ κηρύκων· καὶ περὶ τιμῶν, καὶ συγγραφῶν, καὶ ὅσα ἀπ' αὐτῶν, [56] καὶ συναλλάγματος.

* CAPUT XI. 137

De legatis, & quæ ad hos ſpectant, & quæ de præconibus, de honoribus, ſtipulationibus, & contractu.

Πρέσβεις, πρεσβευταὶ, πρεσβεία, πρέσβευσις, πρεσβεῦσαι, διαπρεσβεύσασθαι, ἐπιπρεσβεῦσαι, διαπρεσβεῦσαι, παραπρεσβεῦσαι, ἐπιπρεσβεύσασθαι, [57] παραπρεσβεύσασθαι, ᾧ μᾶλλον κέχρηται Δημοσθένης, καὶ Πλά-

LEgati, Nuncii publici, legatio, Legatum agere: legationem adminiſtrare, legationem mittere, legare, legationem perperam obire, legatione mitti. Mala legationis adminiſtratione uti, quo magis utitur Demoſthenes, & Pla-

κοινὰ διαιροῦντες· leg. μοιρόλογχοι· ſequitur enim μοιρολαχεῖν, τὸ μοίρας λαγχάνειν, τινὲς δὲ διαιρεῖσθαι. KÜHN.

Νεμηταὶ &c.] MS. νεμηταὶ καὶ μοιρηταὶ, oxytone, omiſſo καὶ μεριсταί. Sed *Suidas* μερίτης· συμμεριστής· & μερίτης ὁ τινὸς πράγματος μεταλαγχάνων· adferteque ex *Polybio* χρῆσιν. JUNG.

49 Μοιρολόχοι.] MS. μοιρολόχοι. SEB.

Μοιρολόχοι.] Pro μοιρολόχοι, MS noſter μοιρολόγχοι· & ſic mox per γχ. Et apud *Heſychium* quoque eſt: μοιρόλογχοι, οἱ τὰ κοινὰ διαιροῦντες· ubi quoque videtur legendum μοιρόλογχοι. Et in λόγχη exponitur ab *Heſychio*, λῆξις, μοῖρα· & λόγχαι, ἀπολαύσεις. Videtur itaque & *Polluci* vocabulum idem reſtituendum ex MS. noſtro. JUNG.

Μοιρολόχοι.] E MSS. textus habet μοιρολόγχοι, ut & mox, ubi quoque pro vulgato μοιρολοχεῖν reſtituimus μοιρολογχεῖν· receptam lectionem non facile cum analogia Grammaticæ in gratiam concilies.

50 Δατηταί· καὶ εἰς δατητ. αἱρ.] C. A. δατῆται· ὡς δατητῶν αἵρεσιν οἱ ῥήτορες. KÜHN.

Δατηταί· καὶ εἰς δατητ. αἱρ.] Εἰς δατητῶν αἵρεσιν *Noſtrum* & ſupra Segm. 89. nominaſſe credimus, ſi emendemus ut dixi ibi. JUNG.

51 Ὡς ἐπιτοπλεῖστον] MS. ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. JUNG.

52 Μοιρολόχοι, καὶ τὸ μοιρολοχ.] MS. μοιρολαχεῖν, ut erat modo ante. SEB.

Μοιρολόχοι, καὶ τὸ μοιρολοχ.] C. A. καὶ ἐ. τ. π. δ. οἱ μοιρολόγχοι καὶ τὸ μοιρολογχεῖν. *Suidas*: μοιροδοκῆσαι, *partem capere*, laudat ex *Antiphonte*. in *Harpocratione* extat μοιροδικῆσαι, quod nolim. KÜHN.

Μοιρολόχοι, καὶ τὸ μοιρολοχ.] MS. iterum μυρολόγχαι καὶ τὸ μοιρολογχεῖν· voluit ſcilicet & prius μοιρόλογχαι ſcribere. notavi lapſum in οι & υ frequentem in MSS. ut in κύλον, κοῖλον, aliis. Non itaque illa temere repudianda. JUNG.

53 Κληροῦχοι] Ita dicebantur coloni miſſi Athenis in agrum hoſtibus ereptum occupatumque, ut ſorte acciperet quiſque partem agri colendam. hoc erat τὴν γῆν κατακληρουχεῖν· & agri ita diviſi, γῆ κληρουχική. *Ariſtoph.* in *Plut. Herodot.* in *Terpſichor.* κληρουχικὰ χρήματα *Demoſth.* περὶ συμμοριῶν vocat *pecuniam* a κληρούχοις ſubmiſſam Athenienſibus, ad publica munia ſuſtinenda, ubi & κοινωνικὰ habet *Orator*, quorum paulo ante facta mentio: quanquam & ea pecunia quæ dabatur e publico pauperibus colonis tanquam viaticum vel ab ditioribus deponebatur in majori patria ut loco tutiore. KÜHN.

Κληροῦχοι] Apud *Sophoclem Ajac. Maſtig.* v. 508. κληροῦχον *Scholiaſtes* exponit, μέτοιχον, κεκληρουμένην, κλῆρον ἐσχηκυῖαν· κληρούχους καὶ τοὺς γεώργους, φησὶν Ἡρόδοτος. Κληροῦχοι καὶ οὓς Ἀθηναῖοι ἔπεμπον ἐπὶ τὰς πόλεις, ἃς ἐλάμβανον, κλήρους ἑκάστῳ διανέμοντες· quibus adde *Etymologum*, cujus hæc ſunt de pluribus verba: λέγεται παρὰ Ἀθηναίοις κλῆρος καὶ μέτρον γῆς, ὅθεν καὶ κληροῦχοι, οἱ τοὺς κλήρους (τὰ μέτρα τῆς γῆς) κατέχοντες, & *Moſchopulum* περὶ σχεδῶν· pag. 99. qui itaque res Romanas Græce conſcripſere, *colonos* appellant κληρούχους. *Appianum* vide initio lib. I. de B. C.

54 Δημοσθένης.] Nempe in ea περὶ συμμοριῶν· locum attuli ad Segm. 134. in quo junguntur κοινωνικὰ & κληρουχικά. *Harpocratio* in κληροῦχοι· ἐν δὲ τῷ περὶ συμμοριῶν Δημοσθένης κληρουχικὰ ἂν λέγοι, τὰ τῶν ἐκπεμφθέντων εἰς ἑτέραν χώραν ἤ τινα δήποτε κατὰ κληρουχίαν. JUNG.

55 Περὶ πρέσβεων] Capitis hujus is titulus talis & in MS. deeſt mox in MS. διαπρεσβεῦσαι. JUNG.

56 Καὶ συναλλάγματος.] Abeſt a C. A. KÜHN.

57 Παραπρεσβεύσασθαι] Abeſt a C. A. παραπρεσβεύσασθαι. KÜHN.

Παραπρεσβεύσασθαι] Deeſt in MS. παραπρεσβεύσασθαι· tum mendoſe eſt ὃ pro ᾧ· quaſi id quod *Pollux* ait magis frequens eſſe apud *Demoſthenem* & *Platonem*, de verbo ἐπιπρεσβεύσασθαι intelligendum eſſet: At vulgata veriora: ſic de *Melanopo*, παρεπρεσβεύσατο εἰς Αἴγυπτον· παρεπρεσβεύσατο e *Demoſth.* κατὰ Τιμοκρ. & παραπεπρεσβευμένους ex XII. de Legibus *Platonis Budæus* in Comm. Et ſubjicit *Pollux* παραπρεσβείας δ' ἦν κατ' αὐτῶν, ſcil. τῶν παραπρεσβευσαμένων, ἡ δίκη. JUNG.

ton. Male autem obitæ legationis actio, contra hoſce erat. Legatus vero, & Nuncius ſit, & Miniſter. Alterius autem ſignificationis eſt, Præco, & Cadu-
138 ceator. * Caduceus autem, Legatorum geſtamen erat. & in Prytaneum, ob cauſas peregrinas vocabantur. Legatos quoque nominabis, legationem adminiſtrantes. Unde & de Præcone dicitur, legationem peragere. Et verba, Legatum agere, adminiſtrare, legationem mittere, legationem remittere. A Præconibus autem, præconari dices, promulgare, denunciare, enunciare, prædicare,

των· παραπρεσβείας δ' ἦν κατ' αὐτῶν ἡ δίκη. ὁ δὲ πρεσβευτὴς, εἴη ἂν καὶ ἄγγελος, [58] καὶ διάκονος· [59] ἑτέρας δὲ χρείας, κῆρυξ, καὶ σπονδο-
φόρος. * Τὸ δὲ [60] κηρύκειον, φόρημα ἦν τῶν 138
πρέσβεων, καὶ εἰς τὸ πρυτανεῖον [61] ἐπὶ ξενίᾳ ἐκαλοῦντο. [62] Εἴποι δ' ἄν τις τοὺς πρέσβεις [63] ὑπαλλάττων, τὴν πρεσβείαν· ὅθεν εἴρηται, τῷ κήρυκι, καὶ πρεσβείᾳ χρηματίζειν. Καὶ τὰ ῥήματα, πρεσβεῦσαι, [64] διακονήσασθαι, ἀποπρεσβεύσασθαι, ἀντιπρεσβεῦσαι. Ἀπὸ δὲ κηρύκων, [65] κηρύξαι ἐρεῖς, καὶ [66] ἀποκηρύξαι, καὶ ἐπικηρύξαι, προκηρύξαι, ἀνακηρύξαι, ἀνειπεῖν·

58 Καὶ διάκονος.] MS. διάκονος· ſine καὶ, & deſunt etiam quæ ſequuntur, ἑτ. δ. χ. κ. κ. σ. JUNG.

59 Ἑτέρας δὲ χρ.] Ἑτέρας &c. abſunt a C. A. uſque ad σπονδοφόρος. KÜHN.

60 Κηρύκειον] C. A. male κήρυον. vid. proverbium, δόρυ καὶ κηρύκειον. KÜHN.

Κηρύκειον] MS. κηρύκιον. vid. de cerycio *Rhodig.* XXI. Antiq. Lect. 16. ſed adſcribo ea quæ ad *Labbei* Codicem hic obſervata inveni: ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς (Corinthiis) ἄνδρας εἰς κελήτιον ἐμβιβάσαντας ἄνευ κηρυκίου προπέμψαι τοῖς Ἀθηναίοις, *Thucyd.* III. 18. κηρύκειον ἐστι ξύλον ὀρθὸν, ἔχον ἑκατέρωθεν δύο ὄφεις περιπεπλεγμένους καὶ ἀντιπροσώπους πρὸς ἀλλήλους κειμένους· ὅπερ εἰώθασι φέρειν οἱ κήρυκες μετ' αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐξῆν αὐτοὺς ἀδικεῖν, παρ' οὓς ἀπέρχονται· σύμβολον δὲ ἦν τὸ μὲν ὀρθὸν ξύλον τοῦ ὀρθοῦ λόγου· τὸ δὲ παρ' ἑκάτερον εἶδος ὄφεων τὰ ἀντιτασσόμενα στρατόπεδα· ὁ γὰρ ὀρθὸς λόγος δι' ἀμφοτέρων χωρεῖ. *Scholiaſt. Thucydid.* ubi ἄνευ κηρυκείου *mittuntur*, *ſorte quia* πρὸς τοὺς ἐνσπόνδους. JUNG.

Κηρύκειον] Videndus omnino in illa voce *Suidas.*

61 Ἐπὶ ξενίᾳ] C. V. conjungit ἐπιξένια· minus recte. *Interpr. ob cauſas peregrinas*: inepte. *Gloſſ.* ξενία, *hoſpitio.* ergo ἐπὶ ξενίᾳ καλεῖν eſt, *invitare ad cœnam hoſpitalem.* ſolebant enim Athenienſes præcones & legatos amicorum in prytaneo excipere hoſpitio. *Ariſtoph.* in *Acharn.*

Τὸν βασιλέως ὀφθαλμὸν ἡ βουλὴ καλεῖ
Εἰς τὸ πρυτανεῖον &c.
Τούσδε ξενίζειν οὐδέποτέ γ' ἔχ' ἡ θύρα.

Imo & ſuos legatos domum redeuntes legatione rite dextreque peracta Senatus vocabat in Prytaneum dabatque *adventitiam. Demoſth. de Falſa Leg.* KÜHN.

Ἐπὶ ξενίᾳ] De hoc honore legatis exhibito vid. & *Sigonium* lib. IV. de Rep. *Athen.* c. 6. & *Noſter* ſupra IX, 40. JUNG.

62 Εἴποι δ' ἂν] Hæc abſunt a C. A. uſque ad κηρύκων. KÜHN.

Εἴποι δ' ἂν] Εἴποι δ' ἂν &c. uſque ad κηρύξαι ἐρ. κ. ἀπ. omnia in MS. noſtro deſunt. In vulgatis vero pro ὑπαλλάττοντας τ. π. invenio in obſervationibus *Schotti* noſtri: γρ. ὑπαλλάττων τὴν πρεσβείαν. Et laudo amicum vel ob hanc adnotationem: cum illius MS. enim facio lubens, & jam videor intelligere locum obſcurum ſi ſic legas mecum: εἴποι δ' ἄν τις τοὺς πρέσβεις ὑπαλλάττων, τὴν πρεσβείαν· ut *Schottus* noſter in MS. eſſe indicavit. Senſus nimirum *Pollucis*: *Dicat aliquis &* πρέσβεις *vel legatos ipſos, immutando nomen, unum pro altero ſumendo, quaſi* καθ' ὑπαλλαγὴν, *etiam* πρεσβείαν. Et πρεσβείαν, ait *Noſter*, pro ipſis πρέσβεσιν dicere queas: & adfert χρῆσιν, *unde dictum eſt*, τῷ κήρυκι, καὶ πρεσβείᾳ χρηματίζειν· quæ apud quem exſtent, quærendum: locum tamen intelligimus jam, ni fallor. JUNG.

63 Ὑπαλλάττοντας] Qui vices legationis obeunt; alterque in alterius locum ſuccedit. unde & legatis præconibusque χρηματίζειν *reſpondere.* KÜHN.

Ὑπαλλάττοντας] Cum *Kühnio* in textu emendavi ὑπαλλάττων.

64 Διακονήσασθαι] Leg. διακονήσασθαι· ἀποπρεσβεύσασθαι eſt *acta legationis renunciare. Ulpianus* in *de Falſa Legat.* οὔπω ἐν τῷ δήμῳ ἀπεπρέσβευσαν, *nondum ad populum, quæ legatione acta eſſent, retulerant.* vid. *Suid.* in ἀποπρεσβεῦσαι. KÜHN.

Διακονήσασθαι] Pro διακονήσασθαι, poſſet quis & ſuſpicari an διακονίσασθαι ſcripſerit *Pollux.* JUNG.

Διακονήσασθαι] Duce *Kühnio* emendavi διακονήσασθαι.

65 Κηρύξαι ἐρεῖς] C. A. ſubjicit ἐπικηρύξειν· poſt ἐπικηρυκεύεσθαι ſequitur διακηρυκεύσασθαι. KÜHN.

Κηρύξαι ἐρεῖς] MS. κηρύξαι δὲ ἐρεῖς καὶ ἐπικηρ. amiſſis mediis καὶ ἀποκ. JUNG.

66 Ἀποκηρύξαι] Ἀποκηρύξαι eſt *per præconem pronunciare aliquid venale, vel præconio abdicare filium.* vid. ſupra lib. IV. c. 13. KÜHN.

Ἀποκηρύξαι &c.] Ἀποκηρύσσω, *abdico*, *Gloſſæ*: per præconem publice filium abdicare: exempla ubique obvia: aderant & venditionibus præcones, unde ἀποκηρύττειν, *vendere*: *Baſilius* κατὰ τοκιζόντων· μικρὸν ὕστερον ἄλλος αὐτὰ προκομίσει, καὶ ἀποκηρύξει τὰ σὰ, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς τοῖς σοῖς ἐπευωνίζων αὐτὰ διαθήσεται· paululum præterea diverſa eſt hujus verbi notio apud *Nazianz.* non procul initio *Stelit.* I. μίαν μοῖραν, ἐν ψυχῶν γένει ἀποκηρύττω τῆς πανηγύρεως, id eſt, ἐκβάλλω, ἀπελαύνω, ut *Scholiaſtes* habet. Alterum ἐπικηρύξαι ſi præconi attribuatur, idem eſt ferme quod ſimplex κηρύξαι· ſed dicitur aliquis ἐπικηρύττειν τινὶ ἀργύριον, *præmium publice per præconem alicui conſtituere, qui promulgatum hominem occiderit*; atque ita hæc phraſis occurrit apud *Polyænum*: de ipſa vero re heic non dico. Προκηρύξαι vero, ἀνακηρύξαι, ἀνειπεῖν, & ἀναγορεῦσαι dicitur præco, cum in certaminibus publicis victorem citat, uti *Cornelius Nepos* ait in prologo; *victorem Olympiæ citari*, νικῶντα ἀναῤῥηθῆναι παρὰ τοῦ κήρυκος, inquit *Baſilius Homil.* πρὸς τοὺς νέους· ἀνακηρύξαι στέφανον dicitur reſpublica, cum coronam, quam honoris ergo alteri donat reipublicæ, in publicis ludis, per præconem jubet proclamari, qui tum donationis cauſſam cunctis audientibus enarrabat; ita vero occurrit in *Byzantinorum* pſephiſmate apud *Demoſthenem* de *Corona*: hinc autem metaphorica tranſlatione dicitur aliquis ἀνακηρύττειν τινὰ, qui laudibus aliquem celebrat, & ſic reperitur apud *Eunapium* in prooemio hoc verbi, & *Xenophon* in *Hierone*: ἔπειτα δὲ τὴν σὴν νίκην οὐκ ἂν εἷς εἴη ὁ ἀνακηρύττων, *poſtea vero tuam victoriam non unus ſit qui celebret, ac laudibus efferat.* Illo, quod ſequitur, verbo utitur frequenter *Herodotus*, ſicuti in *Clio*: περιελαυνόμενος δὲ τῇ στάσει Μεγακλέης, ἐπεκηρυκεύετο Πεισιστράτῳ, εἰ βούλοιτο οἱ τὴν θυγατέρα ἔχειν γυναῖκα.

καὶ ἀναγορεῦσαι, [67] ἐπικηρυκεύσασθαι, ἐκεχει-
139 ρίαν [68] ἀπαγγεῖλαι. * Καὶ τὸ πρᾶγμα, κή-
ρυγμα, κηρυκία, ἐπικηρυκία· καὶ τὸ ἐναντίον,
[69] ἀκήρυκτοι πόλεμοι, καὶ ἀκηρυκτεὶ ἐπιόντες, καὶ
[70] ἀνακήρυκτοι· ἄσυλοι δὲ ἦσαν· καὶ ἐξῆν αὐτοῖς
πανταχόσε ἀδεῶς ἰέναι· ἀσυλία, καὶ [71] ἀσπον-
δία· σπονδοφορῆσαι, καὶ σπονδὰς ἐπενεγκεῖν,
σπείσασθαι, σπονδὰς αἰτῆσαι· ἔνσπονδοι, ὑπό-
σπονδοι, καὶ τὰ ὅμοια. [72] Χρυσῷ στεφάνῳ στε-
φανωθῆναι, θαλλῷ, ἀναγορευθῆναι, ἀνακηρυχ-
θῆναι, ἀναγγελθῆναι, καὶ τὰ ὅμοια. Καὶ
τὰ πράγματα, ἀναγόρευσις, ἀνακήρυξις,
140 ἀνάῤῥησις, ἀναγγελία. * Καὶ μὴν καὶ αἱ
λοιπαὶ τιμαὶ, δωρεαὶ, γέρα, [73] προτιμήσεις,
χάριτες, [74] σιτήσεις, σιτηρέσιον, καὶ σύσσιτον
εἶναι. πορφύρα, προεδρία, [75] χαλκοῦν ἑστάναι,

& annunciare, præconium afferre, indu-
cias denunciare. * Et res ipſa, præ- 139
conium, promulgatio, denunciatio. Et
contrarium, indenunciata bella: non in-
dicta cauſſa inſilientes, & non denuncia-
ti. Sacroſancti autem erant, & quo-
cunque illis tuto proficiſci licebat. Im-
munitas, pacis reciſio. Fœdera ferire,
pacem afferre, libare, libationes petere.
Fœderati, Confœderati, & ſimilia. Au-
rea coronari corona, germine denuncia-
ri, promulgari, deſignari, & ſimilia.
Et res ipſæ, denunciatio, promulga-
tio, prædicatio, deſignatio. * Inſuper 140
& alii honores, munera, præmia, ho-
nores, gratiæ, frumenti diſtributiones,
frumenti ſtipendium, Convivam eſſe,
Purpura, primus accubitus, æneum ſtare:

ἐπὶ τῇ τυραννίδι· & in eadem Muſa: Κρεῖττος δὲ μὲν ταῦτα δι' ἀγγέλων ἐπεκηρυκεύετο.

67 Ἐπικηρυκεύσασθαι] MS. verbo auctior: ἐπικ. διακηρυκεύσασθαι, ἐκεχ. Ejus χρῆσις & apud ſuaviſſ. *Heliodorum* libr. VIII. Æthiopic. initio: ὁ τῶν Αἰθιόπων βασιλεὺς πρεσβείαν ὡς τὸν Ὀροονδάτην στείλας, ἐξῄτει (ita enim cum *Pal.* MS. legere malo, ut & poſt) μὲν καὶ τὰς φίλας, ἐξῄτει δὲ καὶ τὰ σμαράγδεια μέταλλα· καὶ πάλαι περὶ τούτων, ὡς εἴρηται, διακηρυκεύσας, καὶ οὐ τυχών. Hoc ἐπικηρυκεύεσθαι dicit libr. IX. καὶ τὸν Ὀροονδάτην ἐπικηρυκεύεσθαι πρὸς Ὑδάσπην ἱκέτευεν. JUNG.

68 Ἀπαγγεῖλαι.] Poſt ἀπαγγεῖλαι iterum tota in noſtro MS. deeſt pagina: & itaque iſtis quæ ſequuntur hinc uſque ad verbum διαλῦσαι Segm. 147. defraudati ſumus omnibus. Ut quimus itaque, quando ut volumus non licet, vulgata perreptare conabimur. JUNG.

69 Ἀκήρυκτοι] Supra I, 151. SEB.

Ἀκήρυκτοι] *Bella internecina*, quæ in exitium alterius partis geruntur, nec admittunt præcones ultro citroque commeantes ad ferendas pacis conditiones. vid. *Æſchin. de Falſa Legat.* pro ἀκηρυκτεὶ, quod & *Suidas* habet, legit C. A. ἀκηρυκτί. KÜHN.

Ἀκήρυκτοι πόλεμοι] Mellitiſſimus *Longus* Paſtor: lib. II. Μιτυληναίοις μὲν πόλεμον ἀκήρυκτον ἐψηφίσαντο. *Heſych.* Ἀκήρυκτος, ἀνεπικήρυκτος. Ἀκήρυκτος, μέγας τις, ἀδιάλλακτος. Pro ἀκηρυκτεὶ autem malim cum C. A. ἀκηρυκτί, ut ἀκλαυστί, ἀπευστί, ἀκονιτί, aliaque illius generis.

70 Ἀνακήρυκτοι.] Niſi menda hic latet, cupimus exemplum ejus χρήσεως ἀνακήρυκτοι. de ἀκήρυκτοι. Eſt enim illud potius de *renunciato voce præconis*, *vel de prædicato*. Quid ſi ſcripſerit καὶ ἀκηρύκτως, quod *Thucydideum*. (lib. I. Ξυγγρ.) pariter, ut quod præceſſit ἀκηρυκτεὶ? neſcio enim licet diſtinguamus, ἐπιόντες· καὶ ἀνακήρυκτοι, an rem ita plane expediverimus. Sed abſque libris fruſtra verba fiunt, ni fallor, a me quidem: quare mitto. JUNG.

71 Ἀσπονδία.] C. A. ἄσπονδα· poſt ἐπενεγκεῖν. C. A. σπονδὰς αἱ. χρυσῷ στεφάνῳ, θαλλῷ ἀναγορευθῆναι, *ut oleagina corona coronatum publico celebrari præconio.* KÜHN.

Ἀσπονδία.] Ἀσπονδία mihi quoque ſuſpectum eſt. JUNG.

72 Χρυσῷ στεφάνῳ στεφαν.] Ita emendandum puto: χρυσῷ στεφάνῳ στεφανωθῆναι, θαλλῷ, ἀναγορευθῆναι, ἀνακ. Certe enim vulgatum ἀγορευθῆναι falſi convincat vel ſequens mox ἀναγόρευσις. habuiſti & ſupra ubi eadem junguntur III, 152. ἀναγορεύειν habet id verbum aliquoties in orationibus quas ſummi oratores pro corona & contra habuere. Et ex *Æſchinis* oratione adferunt στεφανοῦσθαι θαλλοῦ στεφάνῳ· & ὁ τοῦ θαλλοῦ στέφανος· ſed & in prioribus χρυσῷ &c. ſine dubio noſter *Pollux* ob oculos habuit illa *Demoſthenis* pro *Cteſiph.* καὶ ἀναγορεῦσαι ἐν τῷ θεάτρῳ, ὅτι στεφανοῖ ὁ δῆμος Δημοσθένην χρυσῷ στεφάνῳ. Mirum etiam ſi omiſerit hic *Pollux* verbum ἀναῤῥηθῆναι, in hac re frequens, qui & III. 152. conjunxit, & ab eo mox ἀνάῤῥησιν hic ſubjunxit. JUNG.

Χρυσῷ στεφ. στεφαν. θαλλῷ ἀγορ.] Malam lectionem ad mentem *Jungermanni* emendavi: pro ἀγορευθῆναι *Kühnius* quoque ἀναγορευθῆναι reſtituerat. Corona vero aurea ſi quis a populo donaretur, illius ingentia plane merita in rempublicam exiſtere oportebat, ſiquidem nullus alius honos æque ac hic eſſet in pretio: στέφανος ἀριστείας dicitur a *Polybio*, qui propter res in bello bene ac feliciter geſtas duci donatur.

73 Προτιμήσεις] *Prærogativa.* *Gl.* προτίμησις, *prærogativa.* προτιμῶμαι, *præferor.* KÜHN.

74 Σιτήσεις] Σίτησις. *Victus e publico, annona.* ita *Hadrianus Pancrati* Poëtæ *Alexandrino* ob elegans commentum τὴν ἐκ Μουσῶν σίτησιν ἐχαρίσατο. *Athen.* lib. XV. cap. 7. id eſt, *victum ei dedit in Muſæo*, quod erat Alexandriæ: eodem pertinet σύσσιτον εἶναι, *in contubernio aliquo vivere aliena quadra*, *ſodalem eſſe beneficii publici.* KÜHN.

Σιτήσεις] Infra IX, 40.

Σιτήσεις] In *Leſbonactis* adducto ſuperius a nobis loco: οἱ δὲ τούτων παῖδες δημοσίᾳ ἐκτρέφονται &c. quin vero ut hoc de σιτήσει publica ridiculi addam, Athenienſes mulum vetulum ac laboribus exolutum, tanquam athletam quendam eximium publica σιτήσει donarunt, quod operi publico implicitos mulos ad laborem inſtigaret: vide ad lib. VII, 186. ubi illius hiſtoriolæ memini.

75 Χαλκοῦν ἑστάναι] *Statuam æneam habere poſitam in foro.* vid. *Meurſ. Ceram. Geminum* cap. 16. KÜHN.

Χαλκοῦν ἑστάναι] Poſitas eſſe bene de republica meritorum honori ſtatuas res eſt nota, ideoque χαλκῇ εἰκόνι τιμᾶν τινα dici ſolet, ut apud *Libanium* in *Antioch.* ὡς δὲ ἔγνωσαν ἐπ' ἀμείνοσι μετακομισθέντες, τιμῶσιν εἰκόνι χαλκῇ τὸν Σέλευκον· quin & idololatriæ exiſtimant originem Patres imagines honori & memoriæ vivorum mortuorumve hominum erectas. Apud Romanos quoque id ipſum obtinuiſſe nullus eſt qui neſciat. Et vero reſpublicæ aliarum civitatum honori ſtatuas erigere ſolebant, iiſque coronas, tanquam

immunes opes tam peregrinis, quam in [76] ἀτέλεια, χρήματα· τοῖς δὲ ξένοις, καὶ

ipſum populum corona donarent, imponere: *Pſephiſma Byzantinorum*: στᾶσαι δὲ καὶ εἰκόνας τρεῖς ἑκκαιδεκαπήχεις ἐν τῷ Βοσπόρῳ, στεφανούμενον τὸν δᾶμον Ἀθηναίων ὑπὸ τῶ δάμω τῶν Βυζαντίων καὶ Περινθίων. Viden' itaque populi Athenienſis honori a *Byzantinorum* & *Perinthiorum* republica ſtatuas eſſe poſitas, eaſque coronatas. De προεδρίᾳ quæ hic apud *Pollucem* præcedit tetigi quædam ſuperius.

76 Ἀτέλεια χρήματα.] An ἀτέλεια; quæ vox infra IX, 31. an vero ἀτελῆ, vel (ut apud *Herodot.* libro tertio, fol. 126. licet alio tum genere tum numero.) ἀτελέα χρήματα τοῖς τε ξ. ut quidem video interpretem accepiſſe. Seb.

Ἀτέλεια χρήματα.] Abſunt a C. A. iſta, uſque ad πολιτεία, quæ ita a Doctis ſunt reſtituta: ἀτέλεια, χρήματα· τοῖς δὲ ξένοις καὶ πολιτεία· *immunitas, opes: peregrinis autem & jus civitatis vel civitas. Ulpian.* in *Demoſth.* contra *Leptin.* ἔθος ἦν Ἀθηναίοις τοὺς εὐεργέτας τῆς πόλεως λαμβάνειν διαφόρους τιμάς, ἢ χαλκῆν εἰκόνα, ἢ σίτησιν ἐν πρυτανείῳ, ἢ ἀτέλειαν, ἀλλ' οὐ πασῶν λειτουργιῶν· οὐδέποτε γὰρ ἐλάμβανον οὔτε τριηραρχιῶν, οὔτε τῶν εἰσφορῶν τοῦ πολέμου ἀτέλειαν. *Mos erat apud Athenienſes, ut bene meriti de civitate varios caperent honores, aut æneam imaginem, aut victum in Prytanæo, aut immunitatem, non equidem omnium functionum publicarum. Neque enim quis immunis erat a triremibus inſtruendis regendiſque, nec a tributis in bellum conferendis.* Vid. ipſum *Oratorem* in laudata *Orat.* Sed immunitas illa tam parce data eſt Athenis, ut inter civium viginti millia vix quinque fuerint donati immunitate, ut ibidem fatetur *Demoſth.* Tria vero genera immunitatis maxime in uſu fuerunt apud antiquos. Primum erat *immunitas a functionibus publicis*, quæ civibus opulentioribus ſuo ſumtu adminiſtrandæ dabantur: ita Athenis Gymnaſiarcha oleum palæſtris, choragus veſtes, coronas, cibum, præceptores choro domi ſuæ ſuppeditabat: qui his & aliis multis exemptus erat oneribus, ἀλειτουργίᾳ fruebatur. Dein fuit ἀτέλεια κατ' ἐμπορίαν, *immunitas circa mercimonia*, cum ſcilicet nullum pro importatis & exportatis pendebatur vectigal aut portorium. *Decimarum denique erat immunitas*, qua quis agrum, fundum, prædium ſine annuis decimis colebat, habebat. κλῆροι ἀδεκάτευτοι vocant *Marmora Arundell.* pag. 32. De *politia* peregrinis data vid. *Plut.* de *Monarch. Ariſtot.* lib. II. *Polit.* cap. 9. *Dionyſii Halicarnaſſ.* lib. II. *Antiq. Rom. Demoſth.* περὶ συντάξεως, & contra *Ariſtocr.* & *Æſchin. de Falſa Legat.* & alios. Kühn.

Ἀτέλεια χρήματα.] Hærent hic amici. Et mihi certe aqua hæret hic: exponam tamen quid cogitanti in mentem venit, legendum ſcilicet & diſtinguendum: ἀτέλεια, χρήματα· τοῖς δὲ ξένοις πολιτεία. de ἀτελείας nomine nemo dubitat verum eſſe, quod & ſtatim habes Segm. 155 & 156. IX, 31. Nam immunitates conceſſas inter alia præmia bene meritis a populo Athenienſium, ad quem *Pollux* potiſſimum & ad Remp. *Atticam* hoc libro reſpicit, certum eſt. Adi eruditiſſimum *Sigonium* libr. II. de Rep. *Athen.* cap. 4. ubi & de aliis præmiis: cujus ut & alia quædam quæ in hoc libro illuſtravimus, indicio acceptum ferimus & hunc locum: non enim ingrati eſſe didicimus, ut nolimus referre per quem profecerimus, fatemurque ingenue, illum quædam loca nobis quærentibus, dum ſuſpicaremur, cum idem tractaſſe, licet *Pollucem* noſtrum non ubique legiſſe videtur, demonſtraſſe, quibus in ipſis auctoribus perquiſitis, & plura invenimus alia, quibus non vane gloriari poſſumus *Pollucem* hoc libro infinitis locis qua ſanaſſe ægrum, qua expoliiſſe ſordidum: hunc locum de ἀτελείᾳ inquam ex *Iſæo* περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου, ad ipſum finem: τὴν ἐν πρυτανείῳ σίτησιν, καταφρονήσας δὲ προεδριῶν καὶ ἀτελειῶν, ἃ τοῖς ἐξ ἐκείνων (Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος) γεγονόσι δέδονται. Erat autem hæc potiſſimum vacatio a liturgiis & muneribus publicis obeundis. Vide & plura apud *Demoſthenem* πρὸς Λεπτίνην, quæ tota eſt περὶ ἀτελείας contra *Leptinem*, qui ob crebras iſtas immunitatum donationes ſcripſit legem, de qua *Demoſth.* ſtatim initio: ἐν μὲν γὰρ τῷ γράψαι μηδένα εἶναι ἀτελῆ, τοὺς ἔχοντας ἀφείλετο τὴν ἀτέλειαν· ἐν δὲ τῷ προσγράψαι, μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι ὑμᾶς τὸ δοῦναι. Et eadem ait Orator quod apud Athenienſes duplices ſint λειτουργίαι, αἵ τε τῶν μετοίκων, καὶ αἱ πολιτικαί· ὧν ἑκατέρων ἐστὶ τοῖς εὑρημένοις ἡ ἀτέλεια. Sed vide ipſe Orationem iſtam: nam de ἀτελείᾳ, quod ad eam probandam, plus verborum, quam opus erat, profudimus forte: vid. tamen & *Harpocrationem* in ἰσοτελής. Alterum χρήματα, de quo *Sigonius* ni fallor nihil. Et licet nullum locum adferrem, tamen pecuniam inter varia dona quibus Athenienſes de ſe bene meritos adficerent fuiſſe nemo negare audeat. Nam & hoc modo ex ærario publico quem honorandi in promptu fuit. Ne tamen abeamus longius, ſed maneamus in eadem Oratione ad *Leptinem*, indeque dabimus exemplum. Narrat ibi de *Lyſimacho*, qui Reip. præfuerat, quid illi decreverint ipſorum majores: ὅτι Λυσιμάχῳ δωρεὰν ἐπὶ τῶν τότε χρησίμων, ἑκατὸν μὲν ἐν Εὐβοίᾳ πλέθρα γῆς πεφυτευμένης ἔδοσαν, ἑκατὸν δὲ ψιλῆς· ἔτι δὲ ἀργυρίου μνᾶς ἑκατόν, καὶ τέτταρας τῆς ἡμέρας δραχμάς· καὶ τούτων ψήφισμά ἐστιν Ἀλκιβιάδου, ἐν ᾧ ταῦτα γέγραπται. Jung.

44 • [75] Προσαριθμητέον δὲ τοῖς δημοσίοις [76] θέατρον, καὶ [77] θεάτρου μέρος πρὸς τοῖς [78] προειρημένοις κερκίδα, ὥς ἐστιν εὑρεῖν ἐν [79] Ἀλέξιδος Γυναικοκρατίᾳ,

Ἐνταῦθα περὶ τὴν ἐσχάτην δεῖ κερκίδα
Ὑμᾶς καθιζούσας θεωρεῖν, ὡς ξένας.

Ἐπὶ θεάτρῳ δὲ, καὶ στάδιον, ἱππό-

nea. & fortaſſis coquinæ quoque, Eupolide dicente in Populis, ut coquinam. Tum & illud Platonis, Spoliarium. Et apud Xenophontem in Athenienſium Republica, Balneæ, ad hæc paleſtræ, & ſtadiorum arena. Xenophon vero, ſine ſtadio Arenam dicere videtur, in Oeconomico dicens: Si in arena obambularent. Et in Ariſtei Orpheo dictum eſt:

Erat mihi palæſtra, & ſtadium prope.

• Publicis quoque adnumerandum eſt theatrum. Et theatri pars, præter prædictas, oſtium: ut in Alexis Gynæcocratia invenire licet. 44

Hic nos juxta oſtium conſidentes
Ceu peregrinas ſpectare oportet.

Præter theatrum quoque ſunt, ſtadium, equo-

terium, πυριατήρια *Interpr. coquinam*, ſi *aſſam cellam* in balneo vel *Laconicum* aut *Sudatorium* licet dicere *coquinam*. KÜHN.

70 Πυριατήρια] MS. noſter ita poſt πυριατήρια· καὶ ὡς ὁ Πλάτων, τὰ ἀποδυτήρια καὶ ὡς Ξενοφῶν, οἱ λουτρῶνες· ἐφ' οἷς &c. ſed ἀποδυτήριον, ſingulari, in loco *Platonis* eſt, quem infra *Noſter* profert Segm. 101. ubi indicabo. Obſervo & apud philoſophum initio fere *Euthydemi*: κατὰ θεὸν γάρ τινα ἔτυχον καθήμενος ἐνταῦθα οὗπερ σύ με εἶδες, ἐν τῷ ἀποδυτηρίῳ, μόνος· καὶ ἤδη ἐν τῷ εἶχον ἀναστῆναι. &c. *Xenophontis* locus, ut & *H. Steph.* hic adnotavit, ſupra quoque fuit laudatus VII, 167. Eſt autem ille locus, ubi quoque ἀποδυτήρια habes, nominato libro Athenienſium Rep. ὁ δὲ δῆμος αὐτὸς αὑτῷ οἰκοδομεῖται ἰδίᾳ παλαίστρας πολλάς, ἀποδυτήρια, λουτρῶνας· JUNG.

Πυριατήρια, &c.] Teſtis huic voci adducitur *Eupolis* ἐν δήμοις, pro quo textus habet ἐν Δήμοις, & nota eſt ſatis *Eupolidis* iſta fabula: in ipſis *Eupolidis* verbis melius forſitan pro ὅτι legas ἔθι vel ὅπου· certe alterutrum æque bene ſenſui ſufficiet: ſed ſumus tantum conjectores.

71 Δρόμοι ξυστοί.] *Salm.* δ. ξύστοι· *curricula ſtrata arena, tecta porticus*, in quibus *Athletæ* ſe exercebant hyemis tempore, vid. *Salmaſ. exerc. Plinian.* KÜHN.

Δρόμοι ξυστοί.] Videndus eſt ad *Tertulliani Pallium Cl. Salmaſius*. *Heſychio* & *Etymologo* ξυστὸς exponitur ἀνειμένος ἀθληταῖς τόπος. *Xenophontis* poſtea locum ad MS. fidem & *Jungermanni* mentem emaculavi: mutaverat accentum *Kühnius* ξυστῷ in ξύστῳ, ſed mihi illius mutationis non conſtat ratio. De Ariſtia, ex quo δρόμον ξυστὸν mox *Pollux* adfert, commodior erit alibi dicendi locus.

72 Εἰ ἐν τῷ ξ.] C. V. ἢ εἰ. KÜHN.

Εἰ ἐν τῷ ξ.] MS. ἢ εἰ ἐν τῷ ξυστῷ ubi iterum MS. noſtri bonitatem dilaudare vellem, qui ne quidem unam particulam amiſit, quominus *Pollucis* lectionem reſervaret, niſi tamen in ultimo verbo peccaſſet. Ita enim ſcribendum hæc apud *Pollucem*: ἢ εἰ ἐν τῷ ξυστῷ περιπατοίην· ſunt verba *Iſchomachi* apud *Xenophontem* laudato a *Polluce* libro: ἢν δὲ μηδὲν ἀναγκαῖον ᾖ κατὰ πόλιν, ait, τὸν μὲν ἵππον ὁ παῖς προάγει εἰς ἀγρὸν, ἐγὼ δὲ περιπάτῳ χρῶμαι τῇ εἰς ἀγρὸν ὁδῷ. ἴσως ἄμεινον, ὦ Σώκρατες, ἢ εἰ ἐν τῷ ξυστῷ περιπατοίην· JUNG.

73 Περιπατοίην.] In C. A. textu fuit περιπατοίην, quod dein mutatum in περιπατοίην ab alia manu. KÜHN.

74 *Ariſtei*] *Ariſtea*, vel *Ariſtia*. SEB. 2.

Εἴρηται δὲ καὶ &c.] Abſunt in C. A. εἴρηται &c. uſque ad θέατρον καί. KÜHN.

Εἴρηται δὲ καὶ &c.] Deſunt in MS. εἴρ. δὲ κ. ἐ. τ. Ἀρ. Ὀ. cum verſu Poëtæ. Ἀριστίαν alias in MS. quoque ſupra eſſe dixi VII, 36. JUNG.

75 Προσαριθμητέον] Etiam deſunt in MS. προσαρ. δ. τ. δημ. & deinde ita eſt: ἔτι δὲ θέατρον &c. ut eſt in *Sebori* noſtri. ſicut & mox εἰρημένοις in noſtro MS. quoque. Alias partes theatri ſane ſupra explicavit lib. IV. c. 19. tm. 2. JUNG.

76 Θέατρον] MS. ἔτι δὲ θέατρον καί. SEB.

77 Θεάτρου μέρος] C. A. ἔστι δὲ θεάτρου μέρος πρὸς τοῖς εἰρημένοις κερκὶς ὥς ἐστιν εὑρεῖν· cætera omittit uſque ad ξένας· verſus *Alexidis* ita conſtituerem:

Ἐνταῦθα περὶ τὴν δὲ δεῖ τὴν κερκίδα
Ὑμᾶς καθιζούσας θεωρεῖν ὡς ξένας.

Hic oportet circa cuneum theatri
Vos ſedere, vos ſpectare ut peregrinas. KÜHN.

78 Προειρημένοις] MS. εἰρημένοις. SEB.

79 Ἀλέξιδος Γυναικοκρατίᾳ] Γυναικοκρατείᾳ. *Caſaubonus* in *Athen.* libro tertio, capite trigeſimo quinto. SEB.

Ἀλέξιδος Γυναικοκρατίᾳ] Male *Athen.* Γυναικοστρατείᾳ lib. III. c. 35. C. V. primum verſum ita legit: ἐνταῦθα περὶ τὴν ἐσχάτην δεῖ κερκίδα. KÜHN.

Ἀλέξιδος Γυναικοκρατίᾳ] MS. ὡς ἔστιν ε. ἐ. Α'. Γυναικοκρατίαν male. Γυναικοκρατείᾳ *imperio muliebri* interpretatur *Caſaub.* III. *Athen.* 35. cui Γυναικοστρατείᾳ ut apud *Athenæum Alexis* citatur, ſuſpectum eſt. Talem epigraphen eſſe ait & *Uxorium* idem clariſſimus virorum Notis in *Capitolini Gordianos* non longe ab initio. De κερκίδι autem in theatro vid. *Buleng.* lib. I. de Theatro c. 24. & adpoſite ad hunc locum *Caſaubonum* noſtrum ad Charact. *Theophraſti* περὶ ἀπαρεσκείας. Verum locus *Comici* vulgo mutilus eſt, quod egregie indicat MS. habens τὴν ἐσχάτην δεῖ κ. quamvis non recte poſt ὑμᾶς omittat MS. Inde diſcis & plures κερκίδας fuiſſe, non unam ſaltem, quod viri docti excutient amplius. & ſupra enim *Noſter* IV, 123. κερκίδες inter partes theatri habet. Nos cum MS. ita omnia hic reſtituere jubemus: Ἀλ. Γυναικοκρατίᾳ,

Ἐνταῦθα περὶ τὴν ἐσχάτην δεῖ κερκίδα
Ὑμᾶς καθιζούσας θεωρεῖν ὡς ξένας. JUNG.

Ἀλέξιδος Γυναικοκρατίᾳ, &c.] In *Alexidis* verſu ſupplevi ex MS. ἐσχάτην, quam vocem ſenſus poſtulat: & colligere hinc licet in extrema ſediſſe cavea hoſpites atque advenas. Verba vero non cohærere animad-

rum curſui deſtinatus locus, Cantorum domus, curia, forum, prætorium, regia aula, regia porticus, regium tribunal. Cenſorum domus, ubi Cenſores conveniunt. κληρωτήριον, ubi ſorte eligentes. Tum & armamentaria erant, ubi arma ſervabantur. Et theſauri, penus, ubi pecuniæ, & frumenta.
45 • In Menandri Eunucho, & Granaria, quæ Siculi Rhogos nominaverunt, quod nomen extat in Epicharmi Buſiride. Sed & Pompejum nimirum domicilium fuerit publicum, Demoſthene ad Phormionem de Mutuo dicente, Et illis quidem in Pompejo emetita. Erat etiam domicilium publicum, carcer, ergaſtulum, custo-

δρομον, ᾠδεῖον, βουλευτήριον, [80] ἀγορὰν, δικαστήριον, βασίλειον αὐλὴν, βασίλειον στοὰν, βασίλειον δικαστήριον· λογιστήριον, [81] ἵνα λογισταὶ συνεκάθιζον· [82] κληρωτήριον, ἵνα οἱ κληρωταί· ἀλλὰ μὴν καὶ ὁπλοθῆκαι ἦσαν, ἵνα τὰ ὅπλα [83] ἀπέκειντο· καὶ θησαυροὶ, καὶ ταμιεῖα, ἵνα τὰ χρήματα, [84] καὶ οἱ πυροί.
• ἐν δὲ Μενάνδρου Εὐνούχῳ, καὶ σιτοβόλια· [85] ταῦτα δὲ ῥογοὺς Σικελιῶται ὠνόμαζον· [86] καὶ ἔστι τοὔνομα ἐν Ἐπιχάρμου Βουσίριδι. [87] Ἤ που δὲ καὶ Πομπεῖον εἴη ἂν οἴκημα κοινὸν, [88] Δημοσθένους εἰπόντος ἐν τῷ πρὸς Φορμίωνα [89] περὶ δανείου, Καὶ ταῦτα ἴστε ἐν τῷ Πομπείῳ διαμετρούμενα. [90] Ἦν δὲ τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων καὶ [91] εἱρκτὴ, καὶ δεσμωτήριον, 45

vetterat *Falckenburgius* quoque: adſcripſerat itaque δὲ poſt τὴν.

80 Ἀγορὰ] MS. ἀγορὰν, δικαστήρια, βασιλείου στοᾶς & ſupra mentio VIII, 86. JUNG.

Ἀγορὰ] Repoſui ex MSS. ἀγορὰν· quæ enim eſſet ratio, cum reliqua quæ præcedunt & ſequntur, quarto efferantur caſu, hoc nomen primo ponendi?

81 Ἵνα λογισταὶ συνεκ.] C. A. ἵνα οἱ λογισταὶ &c. ut mox οἱ κληρωταί. KÜHN.

Ἵνα λογισταὶ συνεκ.] MS. plenius, ἵνα οἱ λογ. σ. hujus loci hinc meminit *Rhodiginus* VII. antiq. lect. 6. κληρωτήριον & infra mentio X, 61. JUNG.

82 Κληρωτήριον] De κληρωτῶν magiſtratu, quem & *Etymologus* nominat ſuperiori libro dixit, ſed κληρωτήρια diverſa notione occurrunt in *Fœdere Smyrnenſi*, nimirum pro tabulis, in quas civium nomina in claſſes ſeu φύλας ſorte diſtributorum referebantur: Ἐπικληρωσάτωσαν, ipſa fœderis verba pono, δὲ οἱ ἐξεταστοὶ εἰς τὰς φυλὰς τὰ ἀπενεχθέντα ὀνόματα πάντα, καὶ ἀναγραψάτωσαν εἰς τὰ κληρωτήρια· καὶ ἔστω μετουσία τοῖς ἀναγραφεῖσι εἰς τὰ κληρωτήρια πάντων, ὧν καὶ λοιποῖς πολίταις μέτεστιν. Mox vero cum *Kühnio* ἀπέκειντο elegantius reſtitui pro vulgato ἔκειντο.

83 Ἔκειντο.] C. A. ἀπέκειντο, *ubi recondita arma aſſervabantur.* KÜHN.

Ἔκειντο.] MS. ἵνα τὰ ὅπλα ἀπέκειντο· καὶ δὴ καὶ θησαυροὶ &c. quæ pleniora & elegantiora. Ibidem MS. ταμεῖα, pro ταμιεῖα habet. Scilicet utrumque inveniri. JUNG.

84 Καὶ οἱ πυροί.] MS. οἱ πυροί· τῶν δὲ πυρῶν ταμιεῖα καὶ σιτοβολεῖα εἶπε Μένανδρος· καὶ τὸ πομπεῖον κοινῶς Δημοσθένης ἐν τῷ Φορμίωνι εἴρηκεν· ἦν δὲ τ. SEB.

Καὶ οἱ πυροί.] Poſt πυροὶ ita MSSta: *Voſſianum* quidem, τῶν δὲ πυρῶν τὰ ταμιεῖα εἶπεν Μένανδρος, ἃ ῥογοὺς &c. *Antwerp.* melius, τῶν δὲ πυρῶν ταμιεῖα καὶ σιτοβολεῖα εἶπε Μένανδρος &c. KÜHN.

Καὶ οἱ πυροί.] In MS. deſunt ἐν δὲ Μεν. Εὐ. JUNG.

85 Ταῦτα δὲ ῥογοὺς &c.] Abſunt a C. A. uſque ad ἤπου δὲ καί. KÜHN.

Ταῦτα δὲ ῥογοὺς &c.] MS. ita plenius: τῶν δὲ πυρῶν τὰ ταμιεῖα καὶ σιτοβολεῖα εἶπεν Μένανδρος (hactenus ita quoque MS. *Sebers*, omiſſo pariter titulo fabulæ) ἃ ῥογοὺς Σικελ. ὠνομ. *H. Stephanus* in ſuo Codice adnotavit: σιτοβολῶνες *Heſych. ſine auctoris nomine in* ῥογοί. Sane MS. σιτοβολεῖα, non minus bonum exiſtimo, quam σιτοβόλια, quum & alia talia ad utrumque modum reperiantur. σιτοβολῶνες quoque apud *Suidam* habes, & χοῖνιξ additam neſcio e quo auctore: *Heſychius* etiam: ῥογοί, ὅροι σιτικοὶ, σιτοβολῶνες· & σιτοβολῶνες, ὅρια· ubi *horrea* adſcripſit illi, ὅρια *Sylburgius.* JUNG.

86 Καὶ ἔστι τοὔνομα &c.] Deſunt in MS. noſtro, καὶ ἔ. τ. ἐ. Ἐ. Β. *Buſiridis* vero *Epicharmi* meminit *Athenæus* quoque, ut adnotavit *Caſaubonus* noſter X. animadv. c. 1. JUNG.

87 Ἤπου δὲ καὶ πομπεῖον] C. A. πομπεῖον δὲ εἴη ἂν οἴ. κ. ὡς Δημοσθένης εἴρηκεν ἐν τῷ Φορμίωνι· cætera deſunt. KÜHN.

Ἤπου δὲ καὶ πομπεῖον] MS. καὶ πομπεῖον δὲ οἴκημα· omiſſis ἤπου & εἴη ἄν. JUNG.

88 Δημοσθένους εἰπόντος] MS. κοινὸν, ὡς Δημοσθένης ἐν τ. πρ. Φορμίωνα εἴρηκεν· omiſſis περὶ δανείου, & verbis oratoris. Inſcriptio ejus orationis hodie eſt: Δημοσθένους ὁ πρὸς Φορμίωνα ὑπὲρ δανείου λόγος· ut etiam noſter *Seberus* adnotavit. Locus ipſe in vulgatis mutilus & mendoſus eſt, & emenda, καὶ ταῦτα πάντες ἴστε ἐν τ. π. διαμετρούμενοι· ita enim prorſus, nec aliter in ea oratione legitur paullo a fine longius. apud *Noſtrum* male ταυταῖς δὲ coaluerunt ex vocibus præterea mutilis, ut cuivis jam patet. ſed & διαμετρούμενα cum *Polluce* potius legendum apud *Demoſthenem* putat *Caſaubonus* ὁ πάνυ Notis ad *Laërtium* in *Socratis* vita, ubi de Πομπείῳ cum videas. διαμετρούμενα itaque hic retineamus, & *Demoſtheni* quoque forte reſtituamus; totus locus enim eſt: ὅτε δὲ ὁ σῖτος ἐπετιμήθη πρότερον, καὶ ἐγένετο ἑκκαίδεκα δραχμῶν, εἰσαγαγόντες πλείους ἢ μυρίους μεδίμνους πυρῶν, διεμετρήσαμεν ὑμῖν τῆς καθεστηκυίας τιμῆς πέντε δραχμῶν τὸν μέδιμνον· καὶ ταῦτα πάντες ἴστε ἐν τῷ Πομπείῳ διαμετρούμενοι· ubi *Wolfius*: *& hæc omnes noſtis, cum in Pompejo vobis dimenſi ſimus.* quod verba *Demoſthenis* iſta vix mihi indicent, niſi διαμετρούμενα legam. JUNG.

89 Περὶ δανείου] Priores editiones δανεῖου. Apud *Demoſth.* autem inſcriptio habet ὑπὲρ δαν. SEB.

Περὶ δανείου] In ipſis oratoris verbis ex *Demoſthene* immutavimus quædam, nimirum pro καὶ ταύταις δὲ ἐν τῷ π. &c. καὶ ταῦτα ἴστε· cur enim malam lectionem ſine ſenſu retineamus, cum melior alia ex ipſo *Demoſthene* ſupponi poſſit: vocula vero πάντες, quam *Demoſthenes* habet, a *Polluce* videtur omiſſa, quod haud raro accidit; certe in vulgata lectione nulla ejus ſunt veſtigia. Nec prætereundum duco, & hanc emendationem attuliſſe *Meurſium* de *Athen.* Att. lib. I. cap. 2.

90 Ἦ δὲ τῶν δημοσίων &c.] C. A. ἡ δὲ τ. δ. καὶ εἱρκτὴ ὃ καὶ δεσμωτήριον οἴκημα καὶ ὄρυγμα ὡ. Ἴ. ἔλεγον. *Heſych.* Γοργύρα, ὑπόνομος δὲ οὗ τὰ ὕδατα ὑπεξίει leg. ὑπεξῄει· *cuniculus per quem elabebatur aqua*, cloacas dixere Romani: in iſtis aqua deſtitutis malefici demittebantur apud Iones, uti apud alios in *metalli fodinas*, in *metalla.* Syracuſarum λιθοτομίαι Athenienſium captivitate nobilitatæ ſunt apud *Thucyd.* lib. VII. in fine. *Herodotus* lib. III. ἐπὶ γοργύρῃ ἐδέδετο· διακύψας διὰ τῆς γοργύρης. KÜHN.

Ἦ δὲ τῶν δημοσίων &c.] Pro ἦν δὲ MS. ἡ δέ. JUNG.

91 Εἱρκτὴ] MS. εἱρκτὴ, ὃ καὶ δεσμωτ. bene, ni fallor. ſic & ſupra VIII, 72. εἱργμὸς, εἱρκτὴ, οἴκημα &c.

οἴκημα, [92] καὶ γοργύρα, ὡς Ἴωνες ἔλεγον. Ἰστέον δὲ, ὅτι οὐ μόνον τὸ δεσμωτήριον, [93] οἴκημα παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐστιν εἰρημένον, μήδη τὸ

diæ domus. Et Gorgyra, ut dicunt Iones. Notandum vero, quod non carcer modo, apud Atticos Οἴκημα dictus eſt, neque

non ſpiritu denſo. εἱρκτὴ enim παρὰ τὸ εἴργω, τὸ κωλύω· ut ait *Etymologicon*: licet ibi per aſpiratum notetur, ut & fere alibi auctorum. εἱρκτὴ tamen & *Suidas*, & εἱργμός· ſed de hac re non certabo cuiquam. JUNG.

92 Καὶ γοργύρα] MS. οἴκ. καὶ ὡς οἱ Ἴωνες γόργυρα ἔλεγον· omiſſis mox ἰστέον δὲ· ſubjiciamus & reliqua uſque ad τῶν δὲ πόλεως μερῶν &c. quantulum & quomodo in noſtro MS. extat, perinde credo ac in *Seberi Auguſtano*. ita itaque & *Noſter* poſt ἔλεγον· οὐ μόνον δὲ τὸ δεσμωτήριον, οἴκημα λέγουσιν οἱ Ἀττικοὶ, ἀλλὰ καὶ τὸ πορνεῖον, καὶ δὴ καὶ ἁπλῶς τὸ οἰκήσιμον· ὡς Πλάτων καὶ Θουκυδίδης φαίνονται χρώμενοι· τῶν δὲ πόλεως μ. &c. nunc vulgata illuſtrabimus, & ſi qua opus emendabimus. Primum γοργύρα, vel γόργυρα, ut MS. noſter, & editio *Florentina*, & *Suidas* MS. etiam *H. Stephani*, & excuſus, ubi tamen *Sylburgius* emendarat γοργύρα· & ſane ita apud *Harpocrationem* eſt, unde deſcripſit *Suidas*. Apud *Etymologum* etiam eſt γόργυρον· inde nimirum γόργυρα apud eundem in γοργύρα· quamvis in γόργυρον, γοργυρὰ oxytone ſcribatur, & γέργυρα· proparoxytone. Ita variat γραφή· ſed γοργύρα, quod vulgatius *Noſter* ait, *ut Iones*. nempe *Herodotus Thalia* cap. 145. de *Charileo* fratre *Mæandri*. οὗτος ὅτι δὴ ἐξαμαρτὼν, ἐν γοργύρῃ ἐδέδετο, καὶ δὴ τότε ἐπακούσας τε τὰ πρησσόμενα, καὶ διακύψας διὰ τῆς γοργύρης &c. Et ſtatim idem: καὶ ἀδικήσαντα οὐδὲν ἄξιον δεσμοῦ, δήσας γοργύρης ἠξίωσας. *Gloſſulæ* quas cum *Herodoto* edidi: γοργύρη, δεσμωτήριον ὑπόγειον. Et ita puto apud *Suidam* quoque legendum: γοργύρη, δεσμωτήριον ὑπόγειον· ἢ ἀπὸ δήμου τῆς Ἀττικῆς κακοπράγμονος. ubi vulgati γοργύνη. Eundem locum *Herodoti* reſpexit & *Harpocratio* in γοργύρα, ubi ait id vocabulum ita & apud *Dinarchum* & *Æſchinem* eſſe. non itaque Iones tantum, ſed & Attici ἔλεγον. Quæ ſequuntur in *Polluce* noſtro, fere quot lineas tot mendas continent. MS. ut dixi fere nos deſerit. *H. Stephanus* ad οἰκήσιμον ſic tantum adſcripſit: τὸ ὃ καὶ οἰκήσιμον· conabimur itaque prolatis auctorum locis opem ferre, peſſime vero intruſa a quodam ſciolo vox οἰκήσιμον ubique extrudenda rurſum, niſi mox & MS. ea lectio, quam indicavi, ſatis placet, οὐ μόνον δὲ τὸ δεσμωτήριον, οἴκημα λέγουσιν οἱ Ἀττικοὶ, ἀλλὰ καὶ τὸ πορνεῖον, καὶ δὴ καὶ ἁπλῶς τὸ οἰκήσιμον· ad quam poteſt reconcinnari vulgata. ait non tantum carcerem, οἴκημα dictum Atticis, (quod & ſupra VIII, 72. in ea re repoſuit & VI, 188.) ſed & lupanar (quod & idem indicavit ſupra VII, 201.) immo omne ædificium, vel domicilium, quodcunque habitabile modo eſſet. In eam rem ſubjicit auctorum teſtimonia, quæ ſunt corrupta ſingula: tentaboque emendare ſingula ſatis perſpicue. Primum eſt *Platonis*. ubi emenda ἦσαν δ' ἐν οἰκήματί τ. & ἐχρῆτο· pro vulgato ἐχρῶντο. Locus *Platonis* in *Protagora* enim eſt: ἐπιδημεῖ γὰρ ἄρα Πρόδικος ὁ Κεῖος, ἦν δὲ ἐν οἰκήματί τινι, ᾧ πρότου μὲν ὡς ταμιείῳ ἐχρῆτο Ἱππόνικος, νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν καταλυόντων ὁ Καλλίας καὶ τοῦτο ἐκκενώσας, ξένοις κατάλυσιν πεποίηκεν. Et mox: ἀλλὰ διὰ τὴν βαρύτητα τῆς φωνῆς βομβός τις ἐν τῷ οἰκήματι γιγνόμενος ἀσαφῆ ἐποίει τὰ λεγόμενα. Alter locus ejuſdem *Platonis* pariter corrupte habet, tu emenda mecum, δημοσ. οἰκήμασι ὑποδ. quamvis apud *Platonem* οἰκοδομήμασιν ſit. Eſt enim locus iſte libro XII. Legum; ubi quatuor genera ξένων facit, quorum de primo ita: ὁ μὲν δὴ πρῶτος, καὶ διὰ τέλους ἀεὶ θερινὸς ὡς τὰ πολλὰ διατελῶν ταῖς φοιτήσεσι καθάπερ οἱ τῶν ὀρνίθων διαπορευόμενοι, καὶ τούτων οἱ πολλοὶ κατὰ θάλατταν ἀτεχνῶς οἷον πετόμενοι, χρηματισμοῦ χάριν ἐμπορευόμενοι, ἔτους ὥρᾳ πέτονται πρὸς τὰς ἄλλας πόλεις· ὃν ἀγοραῖς καὶ λιμέσι καὶ δημοσίοις οἰκοδομήμασιν ἔξω τῆς πόλεως πρὸς τῇ πόλει ὑποδέχεσθαι χρὴ τοὺς ἐπὶ τούτοις ἄρχοντας τεταγμένους. Sed *Pollucem* noſtrum οἰκήμασιν habuiſſe patet. Tertia χρῆσις *Thucydidea* eſt: ubi mehercle hæremus. Ait enim ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ vulgatus *Pollux*. In illo lib. III. Ξυγγραφῆς invenio quidem duos locos, quos tamen hoc loco *Pollucem*, niſi prorſus omnem fidem vulgatis denegemus, reſpexiſſe vix puto. Unus eſt prior de Peloponneſiorum muro in obſidione *Plateæ*, τὸ οὖν μεταξὺ τοῦτο, οἱ ἑκκαίδεκα πόδες, τοῖς φύλαξιν οἰκήματα διανενεμημένα ᾠκοδόμητο. Alter & poſterior de *Platæa* diruta, ubi ait de Lacedæmoniis: ὕστερον δὲ, καθελόντες αὐτὴν ἐς ἔδαφος πᾶσαν ἐκ τῶν θεμελίων, ᾠκοδόμησαν πρὸς τῷ Ἡραίῳ καταγώγιον διακοσίων ποδῶν, πανταχῇ κύκλῳ οἰκήματα ἔχον κάτωθεν καὶ ἄνωθεν· ſed neutrum puto hic prolatum a *Polluce*, niſi Codex etiam defectus ſit. Potius emendandum ita: καὶ Θουκυδίδης ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ, οἴκημα μέγα, ὃ ἦν τοῦ τείχους· nec dubito quin vere emendaverim. facilis error fuit ex numeraria nota β in γ. Locus enim profecto iſte eſt, quem lib. II. Ξυγγραφῆς habes, ſtatim initio, de Thebanis qui infelici conatu *Platæam* noctu ingreſſi: τὸ δὲ πλεῖστον καὶ ὅσοι μάλιστα ἦν ξυνεστραμμένοι, ἐσπίπτουσιν ἐς οἴκημα μέγα, ὃ ἦν τοῦ τείχους, καὶ αἱ θύραι ἀνεῳγμέναι ἔτυχον αὐτοῦ, οἰόμενοι πύλας τὰς θύρας τοῦ οἰκήματος εἶναι &c. Nunc pergendum ad cetera, opera hic, ſi non fallor, haud male navata, & mendis profligatis peſſimis. JUNG.

Καὶ γοργύρα] Notavit & iſtam hujus vocis notionem *Etymologus*: Γόργυρον, δεσμωτήριον, & ablegat nos in hac voce ad Γέργυρα, nam iſtam duplicem eſſe hujus vocis ſcriptionem obſervabis, ibique cum ſoleat vulgo Γόργυρα, ab *Alcmane* Γέργυρα uſurpatum docet: eſt quoque apud *Heſychium* Γέργυρα· Γέργυρα, inquit, αὐλὴ, δεσμωτήριον. Non multum hinc abludit vox Thargumica גרגרין, quæ de *puteo* dicitur.

93 Οἴκημα] MS. δ. οἴκ. λέγουσιν οἱ Ἀττικοὶ, ἀλλὰ καὶ τὸ πορνεῖον, καὶ δὴ καὶ ἁπλῶς τὸ οἰκήσιμον, ὡς Πλάτων καὶ Θουκυδίδης φαίνονται χρώμενοι· τῶν δὲ π. SEB.

Οἴκημα] MSSti ita, οὐ μόνον δὲ τὸ δεσμωτήριον οἴκημα λέγουσιν οἱ Ἀττικοὶ, ἀλλὰ καὶ τὸ πορνεῖον καὶ δὴ καὶ ἁπλῶς τὸ οἰκήσιμον. C. A. καὶ ἁπλῶς οἰκήσιμον, ὡς Πλάτων καὶ Θουκυδίδης· cæterum jamdudum in ſpecimine notatum nobis eſt, loca *Platonis*, uti jam in mundo ſunt, nec in *Protagora*, nec lib. XII. de L.L. habere τὸ οἰκήσιμον, ſed οἰκήμασι & δημοσίοις οἰκοδομήμασι. *Thucydides* adhuc ſervat τὸ οἰκήσιμον lib. II. pag. 101. non, ut Auctor ait, libr. III. in Codicibus MSStis illa non comparent teſtimonia Auctorum. KÜHN.

Οἴκημα &c.] Οἴκημα itaque omnem habitabilem deſignet quoque locum; id vero quo modo apparebit ex adductis *Platonis* & *Thucydidis* locis, ſi vulgatam lectionem amplecti velis? optime ſingula emendavit *Jungermannus*, & in pleriſque, dum textum emaculamus, ejus mentem ſumus ſequuti. Quod ad *Thucydidis* locum adtinet, libri numerum remanere ſum paſſus; poſſit enim facile μνημονικὸν eſſe ἁμάρτημα *Pollucis* noſtri, quod & in aliis ſæpe deprehendimus: interim in illum ipſum locum, quem profert *Jungermannus*, digitum intendiſſe *Onomaſticographum* noſtrum nulli dubitamus. Οἴκημα apud *Herodianum* libr. IV. c. 2. ubi Imperatorum deſcribit conſecrationem, de lignis ſtructam habitationem ſignare videtur; τετράγωνόν τι καὶ ἰσόπλευρον ἐκ μόνης συμπήξεως ξύλων μεγίστων εἰς σχῆμα οἰκήματος· *tabernaculum*

46 lupanar, ſed & οἰκήσιμον· * quoniam & Platon in Protagora inquit: Erant autem in οἰκησίμῳ quodam, quo ante ceu ærario uſi fuerant. & rurſum in Legibus, Publicis οἰκησίμοις, id eſt carceribus, excipere inquit. Et Thucydides Libro tertio, Carcer, qui mœniorum erat. Sed & civitatis partium ſunt, Virorum conciliabula, comeſſatoriæ domus, cœnacula, compotatoriæ ædes, piſcinæ, canales, libethra, fontes, porticus, ſedes. Et ut Sophron inquit, Conſeſſus. Quod autem horologium vocant, fortaſſis & Polum aliquis dixerit, ſecundum Ariſtophanem in Gerytade, Polus hoc notat, quantum Sol converſus ſit.
47 * Publicorum quoque eſt, Bibliothecæ,

πορνεῖον, ἀλλὰ καὶ τὸ οἰκήσιμον. * ὅ, τε γὰρ Πλάτων ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ ἔφη, Ἦσαν δ' ἐν οἰκήματί τινι, ᾧ πρὸ τοῦ μὲν ὡς ταμείῳ ἐχρῆτο· καὶ πάλιν ἐν τοῖς Νόμοις, Δημοσίοις οἰκήμασι ὑποδέχεσθαι ἔφη· καὶ Θουκυδίδης ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ, οἴκημα, ὃ ἦν τοῦ τείχους. Τῶν δὲ πόλεως μερῶν, καὶ ἀνδρῶνες, [94] παστάδες, [95] συσσίτια, συμπόσια, ὑδρεῖα, [96] ὑδροῤῥόαι, λίβηθρα, κρῆναι, προεξέδραι, [97] θῶκοι· καὶ ὡς Σώφρων φησι, σύνθωκοι. Τὸ δὲ καλούμενον ὡρολόγιον, [98] ἤπου πόλον ἄν τις [99] εἴποι, φήσαντος [100] Ἀριστοφάνους ἐν Γηρυτάδῃ, Πόλος τοῦτ' ἐστιν· ἑκασταποστὴν ἥλιος τέτραπται; * [1] ἐν δὲ τῶν κοινῶν, [2] βιβλιοθῆκαι, 47

Politianus interpretatur. Sed in re obvia quid verbis eſt opus?

94 Παστάδες] C. A. παστάδες εἰσὶ καὶ συσσίτια &c. λίβηθρα &c. θῶκοι τὸ δὲ καλούμενον ὡ. πόλον τις εἴποι. C. V. ὡρολόγιον εἴπου πόλον ἄν τις εἴπῃ. *Phavor.* retinet vulgatum. KÜHN.

Παστάδες] MS. καὶ αἱ παστάδες εἰσὶν καὶ τὰ συσσίτια, συμπ. & συσσίτια omnino hic ſcribendum puto plurali & propatoxytone, non ἡ συσσιτία· creberrima mentio ejuſmodi ξυσσιτίων apud *Platonem* in legibus, ut libri primi initio ſtatim: κατά τι τὰ ξυσσίτια τε ὑμῖν συντέταχεν ὁ νόμος καὶ τὰ γυμνάσια &c. & aliquoties eodem libro, & libr. II. lib. VI, VII, VIII, & XII. Alterum συσσιτία ſupra VI, 7 & 36. tolerabo facilius: ſed hic ut dixi cum MS. noſtro & *Seberi* συσσίτια ſcribam. Et utrumque habes VI, 7. συσσίτιον de loco. Et συσσιτίαν de re, quod etiam aliquando vocabulum occurrit in iiſdem Legibus *Platonis*, ut libr. VI. paullo longius a fine, ὑμῖν γὰρ τὰ μὲν περὶ τοὺς ἄνδρας ξυσσίτια καλῶς, ἅμα καὶ (ὅπερ εἶπον) θαυμαστῶς καθέστηκεν, ἐκ θείας τινὸς ἀνάγκης· τὸ δὲ περὶ τὰς γυναῖκας οὐδαμῶς ὀρθῶς ἀνομοθέτητον μεθεῖται, καὶ οὐκ εἰς τὸ φῶς ἦκται τὸ τῆς ξυσσιτίας αὐτῶν ἐπιτήδευμα. JUNG.

Παστάδες] Et ſupra ex *Xenophonte* παστάδας nominavit *Pollux* noſter VII, 122. vulgoque dici ἐξέδρας addidit, a quibus diverſum quid προεξέδρας puto, quas mox nominat: ſed e *Xenophonte* locum ponamus, ubi παστάδες occurrant, quique ſit ad *Pollucis* mentem appoſitus: is eſt Ἀπομνημ. lib. III. pag. 452. οὐκοῦν ἐν ταῖς πρὸς μεσημβρίαν βλεπούσαις οἰκίαις τοῦ μὲν χειμῶνος ὁ ἥλιος εἰς τὰς παστάδας ὑπολάμπει &c. ubi certe παστάδες ſunt, quas & ἐξέδρας tam antiqui, quam recentiores dixere. Mox autem mutato accentu συσσίτια habemus.

95 Συσσιτία] Συσσίτια. MS. SEB.

96 Ὑδροῤῥόαι] MS. ὑδροῤῥοαί, λιβ. quo accentu hic & vulgati antea. & infra MS. iterum X, 30. Quod ad ὑδρεῖα attinet, tale ὑδρεῖον & infra X, 60. habes ſupra III, 103. vulgati pariter ut hic, ubi MS. carebat accentu. JUNG.

Ὑδροῤῥόαι] Probo hanc lectionem; nam & ita apud *Etymologum*: Ὑδροῤῥόα, ἡ χαράδρα· dici ſolet quoque ὑδροῤῥοῦς· *Heſych.* Ὑδροφόρους, ὑδροῤῥόους. Paulo poſt vulgo male fuit Σόφρων.

97 Θῶκοι.] MS. θόκοι, omiſſis καὶ ὡς Σωφ. συνθ. emenda vero Σώφρων, non ut vulgo Σόφρων. citatur aliquoties a *Noſtro*, ut ſupra IV, 174. VI, 91. alibi. JUNG.

98 Ἤπου πόλον &c.] MS. εἴπου πόλ. editio *Flor.* ἤπου πόλ. JUNG.

99 Εἴποι] MS. εἴπῃ ὡς καὶ Ἀριστοφάνης, omiſſis dein Comœdiæ titulo, & verbis Poëtæ. In *Ariſtophanis* verbis non omnia integra eſſe puto. Alias dixit ὡρολόγιον & *Bato* quidam, ſed e novæ Comœdiæ auctoribus, ut potes videre apud *Caſaubonum* noſtrum I. *Athen.* 1. JUNG.

100 Ἀριστοφάνους ἐν Γηρυτάδῃ] Non habet C. A. nec quod ſequitur teſtimonium: *polus hoc eſt: ad quotam harum lineam ſol ſe vertit?* KÜHN.

Ἀριστοφάνους ἐν Γηρυτάδῃ] Male fuit ante *Seberum* Γυρυτάδῃ, & emendaverat *Kühnius*, qui & *Ariſtophanis* verba commoda diſtinctione fecit planiora: nec eſt, quod locum mutilum ſuſpiceris: *Interpres* pro ſolito ſibi ſuo more nugas agit: Verte: *ſolarium id eſt: ad quotam ſe ſol convertit?*

1 Ἐν δὲ τῶν κοινῶν] Pro ἐν, male MS. ἐν. JUNG.

2 Βιβλιοθῆκαι] MS. β. ὧν. ἐν τόποι καὶ ἁπλῶς βιβλία ἐκάλουν οἱ Ἀττικοὶ ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους τόπους ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς πιπρασκομένων· ὡς εἰ φ. SEB.

Βιβλιοθῆκαι] C. A. καὶ β. ὡς Εὔπολις εἰς τὰ βιβλία ὤνια σιτότροπα καὶ ἁπλῶς βιβλία ἐκάλουν οἱ Ἀττικοὶ ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους τόπους ἐν αὐτοῖς πιπρασκομένων. C. V. οὗ τὰ βιβλία ὤνια, ὃν τόπον καὶ ἁπλῶς βιβλία ἐκάλουν οἱ Ἀ. ὥσπερ καὶ τ. ἄ. τ. ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς πιπρασκομένων· quæ lectio ſatis plana & perſpicua: quid autem ὤνια σιτότροπα, *merx a frumento inveterata, immutata.* forte libri deſignantur, quibus in frumenti acervo aliquandiu ſepultis librarii vetuſtatis auctoritatem hac techna conciliabant; vel legendum σητόβρωτα, *a tineis vel blattis fere conſumpta*; ejuſmodi enim Codices proſtabant venales in bibliopoliis veterum: nugæ nugæ; legendum enim ex C. V. οὗ ὤνια εἰσὶ ὃν τόπον &c. explicatur τὸ εἰς τὰ βιβλία his verbis: locum integrum ita darem: ὡς Ε. ἐς τὰ βιβλία οὗ ὤνια εἰσὶ ὃν γὰρ τόπον ἁπλῶς β. Ε. ο. ἰ. α. οὕτω καὶ τ. ἄ. τόπους ἀπὸ τῶν &c. KÜHN.

Βιβλιοθῆκαι] MS. δὲ τ. κοιν. καὶ βιβλιοθῆκαι, ἢ ὡς Ε. φ. Et bene, ni fallor, itaque prorſus reſtituendum eſt. Si enim veteres illi, vel *Eupolis* uſus fuiſſet βιβλιοθήκης nomine, non credo ſupra VII, 211. παρὰ τῷ νεωτέρῳ Κρατίνῳ, βιβλιοθήκης nomen κεῖσθαι dixiſſet. Pro illis itaque, quæ nunc βιβλιοθῆκαι, dixerit *Eupolis* οὗ τὰ βιβλία ὤνια, periphraſi. male autem antea legebatur ὠνία· & *H. Stephanus* hic quoque adnotaverat: *an* ὤνια; JUNG.

Βιβλιοθῆκαι &c.] In his & ſequentibus corruptelæ haud parum eſt: primum ἢ inſerui ex MS. *Jungermanni* ante Εὔπολις, ut ſenſui ſatisfiat; & pro οὗ τὰ βιβλία ὤνια ante *Seberum* fuit οὐ, quod idem vitium & mox emendavimus, οὗ τὰ βιβλία· tum erat vulgo καὶ τοὺς ἄλλους τρόπους, quod Cl. *Kühnius* in ſuo Codice emaculaverat, & ita habet *Meurſius Att. Lect.* VI, c. 32. ubi hunc totum adducit locum, & *Eupo-*

ἢ ὡς Εὔπολίς φησιν, οὗ τὰ [3] βιβλία ὤνια, καὶ αὐτὸ ἐφ' αὑτοῦ· οὕτω γὰρ τὸν τόπον, οὗ τὰ βιβλία οἱ Ἀττικοὶ ὠνόμαζον· ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους [4] τόπους ἐκ τῶν πιπρασκομένων, ὡς εἰ φαῖεν, ἀπῆλθον [5] εἰς τοὔψον, καὶ εἰς τὸν οἶνον, καὶ [6] εἰς τοὔλαιον, καὶ εἰς τὰς χύτρας· καὶ κατὰ τὸν Εὔπολιν, [7] Περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα, [8] καὶ τὰ κρόμμυα, καὶ τὸν λιβανωτὸν, καὶ εὐθὺ τῶν ἀρω-
48 μάτων, καὶ [9] περὶ τὰ γέλγη. * Εἴη δ' ἂν καὶ [10] μαγειρεῖα τῶν πόλεως μερῶν, [11] οὐχ ἧπερ τὰ λοιπὰ τῶν ὑπὸ ταῖς τέχναις ἐργαστηρίων, [12] ἀλλὰ τόπος ὅθεν μισθοῦνται [13] ὡς τοὺς μαγείρους·

ut Eupolis inquit, ubi libri venales ſunt: ſic enim locum hunc, non libros vocarunt Attici: quemadmodum reliquas formulas a venditis rebus denominarunt: ut cum dicunt: Abiit in obſonium, in vinum, in oleum, in ollas. Et ſecundum Eupolim: Tranſierunt in allium, & cepas, thus: tum & aromata, &
merces. * Sint & popinæ ex urbis par- 48
tibus non artium, ut reliquæ ſunt officinæ; ſed locus e quo coquos conducunt:

lidis quoque verſus, quos *Noſter* mox profert, ad metri legem conſtituit. Sed vero multis modis hunc locum commaculatum eſſe diverſiſſima monſtrat MSS. lectio, quam vulgatis non immerito præferas.

3 Βιβλία ὤνια] MS. noſter prorſus ita, ut *Seberi Auguſtanus*: τὰ β. ὤνια, ὃν τόπον καὶ ἁπλῶς βιβλία ἐκάλουν οἱ Ἀττικοὶ ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους τόπους ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς πιπρασκομένων, &c. Peſſime legitur in vulgatis οὐ τὰ βιβλία. & tum τρόπους, ad quod & *H. Stephanus* in ſuo Codice adſcripſerat, τόπους· vulgata itaque omnia ex MS. tam noſtro quam *Seberi* emendaviſ, pro οὐ τὰ, οὗ τὰ ſcribens, & pro τρόπους, τόπους, quamvis MS. lectio tota concinnior videatur. Eodem modo, nempe pro ὠνά, ὤνια &c. & οὗ τὰ βιβλία (quamvis & hic ſuſpicatur auctius legendum, οὗ τὰ βιβλία ὤνια) & τόπους legendum hic admonuit *H. Stephanus* adpend. de ling. Attic. cap. 16. tm. 4. ubi de hoc Atticiſmo: de quo & *Noſter* infra X, 19. & *R. Fornerius* II. rer. quotid. 23. ut & alibi dixi. ſed quod doctiſſ. *Fornerius* nititur hinc (quamvis librum VIII. *Pollucis* citet: ſed huc potius reſpexiſſe credo, quam ad ea, quæ ſupra VII, 211. habentur) probare, ut apud Latinos bibliothecæ nomine tam ipſa librorum copia & ſuppellex, quam locus, in quo ſunt libri diſpoſiti, ita & apud Græcos contineri, non video quomodo quis e *Polluce* eliciat, qui non de bibliothecæ vocabulo, vel bibliothecis id conceſſerit etiam forte; ſed de βιβλίοις ipſis, vel libris, eorum adpellatione tam locum quam rem, tam χωρίον, quam πράγματα ſignificari more Attico, hoc vult. Jung.

4 Τρόπους] Τόπους, ut jam e MS. allatum. infra X, 19. χωρία dicuntur. Seb.

5 Εἰς τοὔψον] MS. ſemper ἐς, ἐς τοὔψον, καὶ ἐς τὸν οἶνον, καὶ ἐς τοὔλ. καὶ ἐς τὰς χ. & id Atticum magis ſcilicet. parum tamen interduim. Alias de his Atticiſmis hic vid. & magnum *Caſaubonum* in *Theophraſt.* Charact. περὶ ἀναισθησίας & περὶ ἀλαζονείας &c. Jung.

6 Εἰς τοὔλαιον] C. A. communi dialecto εἰς τὸ ἔλαιον &c. Kühn.

7 Περιῆλθον εἰς τὰ σκ.] MS. καὶ εἰς τὰ κρ. ſed vulgata lectio integrum continet ſenarium,

Περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα, καὶ τὰ κρόμμυα

Καὶ τὸν λιβανωτόν. reliqua, καὶ ε. τ. ἀρ. καὶ περὶ τὰ γέλγη deſunt in MS. Prior verſiculus etiam ab *Ariſtoph. Schol.* ad *Ranas* ibi — παρὰ τοὺς ἰχθῦς ἀνέκυψεν, exponente ἰχθυοπώλια· & τὸ δὲ τοιοῦτον, Ἀττικὸν dicente, adſertur ex *Eupolide*: quamvis apud eum *Scholiaſtem* in verbis Comici περιῆλθεν ſit: *Pollucis* noſtri ſcriptura περιῆλθον mihi magis placet. Bene vero edidit & vere *Seberus* noſter γέλγη. Et *H. Steph.* pro vulgato antea γέλτη, etiam emendaverat adpend. de Dial. Att. c. 16, tm. 4. & hic adſcripſerat ſuo Codici, γέλγη, *ut alibi* γελγόπωλις· nempe ſupra VII, 198. habes & ſupra III, 127. ὤνια, γέλγη, εἰ μὴ κωμικώτερον· & ſupra VII, 9. admonui legendum, ῥῶπος, γέλγη. Jung.

Περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα, &c.] Mox recte eſt editum καὶ εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων, ſeu potius ſcribere placeat κεὐθύ· id cur mutatum voluerit in κ' εἴ τι *Meurſius* dicto ſuperius loco rationem non video: Atticiſmus eſt εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων, monitumque de eo ſupra Segm. 12. εὐθὺ τῶν ἀγρῶν ἀπελθεῖν, *agrum petere*: addo quoque quod obſervanda jubeat ultima *Eupolidis* verba, & emendandum ex iis in *Lexiphane Lucianum*, apud quem male legatur, ἐπὶ τὰ σέλγη. Nos alibi forſitan de iſtis minutulis mercimoniorum generibus γέλγη, ῥῶπος, ῥύπος aliiſque dicemus.

8 Καὶ τὰ κρόμμυα] C. A. εἰς τὰ κρόμμυα poſt λιβανωτὸν, εἴη δ' ἄν· *Salm.* ita: περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα Καὶ τὸν λιβανωτὸν κεὐθὺ τῶν ἀρωμάτων Καὶ περὶ τὰ γέλγη· quaſi hæc omnia ſint *Eupolidis*. Kühn.

9 Περὶ τὰ γέλγη.] *Heſych.* γέλγη, βάμματα· priores editiones, γέλτη. Seb.

10 Μαγειρεῖα] MS. μαγειρία. Jung.

Μαγειρεῖα] In *Gloſſis* μαγειρεῖον, *Coquina, culina, carnificina.* *Thomas* utrumque μαγειρεῖον & ὀπτανεῖον improbat: μαγειρεῖον δὲ ἀδόκιμον, καὶ ὀπτανεῖον μὲν τοι οὐδεὶς τῶν ῥητόρων εἶπε· quæ adverſus *Phrynichum* ſunt dicta, a quo aliquando etiam nominato diſſentit; Sed hic quidem immerito, nec jure, ſiquidem ὀπτάνιον in *Ariſtophanis* reperiatur *Pace*, exponunt *Scholia* μαγειρεῖον. Mox ὑπὲρ τὰ λοιπὰ futile eſt: *Kühnius* ὥσπερ in ſuo Codice dedit: ſed cur non ſequamur potius veſtigia MS. *Jungermanni*, ex quo ἧπερ in textum retuli.

11 Οὐχ ὑπὲρ] Conveniret melius cum re ipſa, ſi legeremus ὥσπερ τὰ λοιπὰ, nec aliter legit *Interpr.* uti videre eſt ex verſione. Kühn.

Οὐχ ὑπὲρ] MS. μερῶν, οὐχ ἧπερ τὰ λ. Sic ſolet MS. ejuſmodi voculas confundere: & inde mirum ni origo corrumpendi locum fuit, quum audax aliquis ſe non alio pacto, quam ſi οὐχ ὑπὲρ ſcriberet, extricaret. repone itaque denuo *Polluci* ſuum, & ſcribe οὐχ ἧπερ, quod nihil aliud eſt quam, *non eo modo quo, non quomodo*, breviter, *haud ſicut*; ait enim μαγειρεῖα non eſſe inter partes civitatis tali modo, quo aliæ artium officinæ, ubi artes ipſæ tractentur; ſed locum unde coqui conducantur, ſignificare. Jung.

12 Ἀλλὰ τόπος &c.] MS. ἀλλ' ὁ τόπ. Seb.

Ἀλλὰ τόπος &c.] MS. ἀλλ' ὁ τόπ. ὅ. μισθ. τοὺς μ. ſine ὡς· pari modo ac *Seberi* MS. Hunc locum *forum coquinum* a comœdiæ Latinæ deliciis *Plauto* adpellatum puto Pſeudlo. Sc. *Forum coquinum qui vocant, ſtulte vocant; Nam non coquinum eſt, verum furinum eſt forum.* Certe apud Romanos quoque ita coquos ſolitos conduci, certo fori loci ſedentes, inde notum eſſe credo. vid. eum & in *Aulularia* ſcil. *Poſtquam obſonavit herus & conduxit coquos Tibicinasque haſce apud forum* — Sic *Gnato Terentius* narrat ubi ad *Macellum* advenerit, concurriſſe ſibi lætos ob viam cupedinarios omnes, cetarios, lanios, coquos, fartores, piſcatores. Alias τὸ μαγειρεῖον, ſcilicet pro coquina puto & ubi coquitur, improbat *Phrynichus* in Eclogis, & *Noſter* ſupra I, 80. ὀπτανεῖον, ait, τὸ μαγειρεῖον. Jung.

13 Ὡς τοὺς μαγείρους.] MS. μισθ. τοὺς μ. Seb.

ut Antiphanes in Milite videtur ſignifica-
re, ex popinis veniens, in obſonium in-
cidens. *μεσχονία* autem vocarunt, ubi ve-
nales vendunt carnes. Et hæc nimirum urbis
partes inhoneſtiores ſunt. popinæ, aleæ do-
mus, ludorum ædes, lupanaria, proſtibula,
49 voluptuariæ domus. * Partes quoque urbi-
um, ſubterraneæ domus, crepitacula, putei,

ὡς [14] Ἀντιφάνης ἐν Στρατιώτῃ ὑποδηλοῦν ἔοικεν·
ἐκ [15] τῶν μαγειρείων βαδίζων, [16] ἐμβάλλων εἰς
τοὔψον· [17] μεμνόνια δὲ ἐκάλουν, οὗ [18] τὰ τῶν ὄ-
νων κρέα [19] ἐπιπράσκοντο, ἴσως τῶν [20] ὀνείων ἐνόν-
των τῷ ὀνόματι. Καὶ ταῦτα δὲ, εἰ καὶ αἰσχίω,
μέρη πόλεως, [21] ἀσωτεῖα, [22] πεττεῖα, κυ-
βεῖα, κυβευτήρια, [23] σκιραφεῖα, ματρυ-
λεῖα, ἀγωγεῖαι. * [24] Μέρη δὲ πόλεων καὶ κα- 49
τάγειοι οἰκήσεις, καὶ [25] σειροὶ, καὶ φρέατα,

Ὡς τοὺς μαγείρους.] MSSti recte omittunt ὡς, ut quod turbat orationem. KÜHN.

14 Ἀντιφάνης ἐν Στρατ.] Pro Ἀντιφάνης MSS. legunt Ἀριστοφάνης· ſed *Athenæus* vulgatam lectionem fulcit, dum & ipſe paſſim laudat *Antiphanem* in Στρατιώτῃ ἢ Τύχωνι. KÜHN.

Ἀντιφάνης ἐν Στρατ.] Pro Ἀντιφάνης, MS. noſter Ἀριστοφάνης habet, quemadmodum & *Schottus* noſter in ſuo γράφεσθαι teſtatur. Sed *Ariſtophanis* talem fabulam ignoramus: *Antiphanis* vero *miles* etiam ex *Athenæo* notus eſt, ut didicimus ex *Caſauboni* noſtri Animadverſionum lib. III. c. 23. JUNG.

15 Τῶν μαγειρείων] C. A. ἐκ δὲ μαγειρείων β. (C. V. ἐμβαλῶν) εἰς τοῦτον· legerem ἐκ δὲ μ. β. ἐμβαλῶν τ' ἐς τοὔψον· *cum e coquorum foro irem ad piſcatorium* &c. KÜHN.

16 * Ἐμβάλλων εἰς τοὔψον.] Si placeret ἐμβαλῶν, vel ἔμβαλεν, verſus magis conſtaret: ἐκ τῶν μαγειρείων (ita MS. priores editiones, μαγείρων) βαδίζων ἔμβαλεν εἰς τοὔψον. Habet autem MS. quoque λλ. SEB.

* Ἐμβάλλων εἰς τοὔψον.] MS. ἐμβαλῶν· bene ad verſum, qui forte ita reconcinnandus.

Ἐκ τῶν μαγειρείων βαδίζων, ἐμβαλῶν
Εἰς τοὔψον ——

vidit id & *Seberus* noſter: qui notat vitioſe Codices priores μαγείρων habere. noſter MS. recte etiam μαγειρείων ſicut antea ſcripſi. JUNG.

* Ἐμβάλλων εἰς τοὔψον.] Poſt βαδίζων comma poſui cum *Kühnio* deleta ſtellula. Malim ἐμβάλλει hoc ſenſu: *relicto coquino ad opſonia ſe confert*: vel etiam ἐμβαλεῖ. & ruſticius eſt dictum, ἐμβάλλειν εἰς τοὔψον· ſed metri tamen ratio fuerit habenda, quæ noſtram lectionem non toleret forſitan.

17 Μισχονία] Sic & MS. al. μισχόνια. SEB.

Μισχονία] Μισχονία vel μισχόνια, *ubi aſinina carnes vendebantur.* forte quia nomen ab ὄνος factum (præſertim ſi cum MS. ὀνείων ἐνόντ. legas) aut, quia ὄνεια inſunt nomini, vel nomine comprehenduntur &c. *Heſych.* μεμνόνια, τὰ ὄνεια κρέα. Et μέμνων, ὁ ὄνος. SEB. 2.

Μισχονία] C. A. μισχονίαν. C. V. μεμνόνια. *Heſych.* μεμνόνια, τὰ ὄνεια κρέα· μέμνων enim dicitur *aſinus a* μίμνειν *perpeti, tolerare*; eſt enim animal ταλαίπωρον & *perpeſſitium*: μισχονία a μίσχος veniret; μίσχος autem *corium*: veſcebantur autem carne aſinina in Ægypto *Alexandrini*, quapropter & frequens apud eos erat elephantiaſis, cum caro aſinina generaret παχὺν καὶ μελαγχολικὸν χυμόν. *Galenus* libr. II. θεραπευτικῶν. KÜHN.

Μισχονία] Quid eſt quæſo μισχονία· mendoſum id tinnit. & noſter MS. egregie, μεμνόνια habet, quo pacto reſtituimus *Pollucı*. *Heſychius*: μέμνων, ὁ ὄνος· μεμνόνια, τὰ ὄνεια κρέα. Athenienſes vero veſci ſolitos etiam aſinina vel *Scholiaſtes* vetus *Ariſtoph.* ad iſta ἐν Σφηξὶν· —— ἀλλ' ἴσως ὅταν φάγῃς ὑπογάστριον γέροντος ἠλιαστικοῦ, nobis indicat: ὅτι ὄνους, ait, ἔτρωγον ἐν Ἀθήναις· καὶ τοὺς μισθοὺς λαμβάνοντες οἱ δικασταὶ, ὠνοῦντο τὰ ὑπογάστρια. Et iterum: ἐχρῶντο δὲ τοῖς ὀνείοις. JUNG.

Μισχονία] Et cur religioni ducamus mutaſſe malam lectionem, cum MSS. μεμνόνια adferant? id itaque vocis textus habet: nec quoque cum eruditis viris in *Heſychio* opus fuerit μεμνόνεια pro μεμνόνια legere.

18 Τὰ τῶν ὄνων] C. A. τὰ τῶν ὀρνέων. male. KÜHN.

19 Ἐπιπράσκοντο.] MS. ἐπιπράσκετο· ἴσως τῶν ὀνείων ἐνόντων τῷ ὀν. SEB.

Ἐπιπράσκοντο.] MS. & noſter & *Seberi* ἐπιπράσκετο· itaque id reponi poteſt. JUNG.

20 Ὠνίων ὄντων] C. A. male ὀνείρων ἐνόντων, melius C. V. ὀνείων ἐνόντων ἐν τ. ὀ. *forte*, inquit, *in voce μισχόνεια eſt τὸ ὄνεια*, vel, quod malim, ἴσως ὠνίων ὄντων τ. ὀ. *merce idem nomen habente cum loco.* nam μισχόνεια vel μεμνόνια & locum ſignat, ubi venditur aſini caro, & ipſam etiam carnem, ut vidimus ex *Heſych.* KÜHN.

Ὠνίων ὄντων] Nihili vulgata ὠνίων &c. tu emenda ut *Seberi*, & noſter, MS. habent: ὀνείων ἐνόντων τῷ ὀνόματι· vel ut *Schottus* in ſuo γράφεσθαι teſtatur. ὄνων ἐνόντων τ. ὀ. JUNG.

Ὠνίων &c.] Vitioſiſſime ſe habet hic locus: *Kühnius* ad Codicis ſui marginem ἴσως τῶν ὠνίων &c. quæ lectio quem reddat ſenſum non exputo: cum certe; quem putat *Kühnius* noſter exhibere nequit: malui MSS. ſequi, & reponere ὀνείων ἐνόντων pro ὠνίων ὄντων.

21 Ἀσωτεῖα] C. A. pro eo habet ἀγωγεῖα & infra omittit vocem quod & C. V. facit: eſt autem ἀγωγεῖον *domus lenonia*, ubi habitat προαγωγὸς *perductor*. KÜHN.

Ἀσωτεῖα] MS. ἀσωτεῖα, πιττεῖα, κυβεῖα &c. ſupra VII, 203. quoque κυβεῖα, & πισσεῖα cum mendis placebat: & VII, 210. quoque πιττεῖα· & IX, 97. Sed & altera potuere forte in uſu eſſe de locis, ubi iſti luſus frequentabantur: & ſupra VI, 188. ἐν ἀσωτείοις habuiſti. JUNG.

22 Πεττεῖα] E MS. & ita *Sylburg.* priores editiones, πιττ. SEB.

23 Σκιραφεῖα] Vide ſupra VII, 203. fin. mox etiam MS. ματρυλεῖα unico λ. quod ſupra VII, 202. geminatur. SEB.

Σκιραφεῖα] C. V. σκιράφια. vid. libr. VII, c. 33. Sect. 24. ubi & ματρύλλεια per geminum λλ. extat. *Salm.* σκιῤῥαφεῖα. KÜHN.

Σκιραφεῖα] MS. σκιράφια, ματρυλεια (hoc ſine accentu: ſupra VII, 202. ματρύλεια habebat) omiſſo ἀγωγεῖα· σκιράφια vero MS. placet, quum & ſupra IX, 97. ita habeat, ut diximus ſupra ad VII, 203. Sed ἀγωγεῖα videtur ſuſpectum habere *Henr. Stephanus* in ſuo Theſauro & MS. noſter omittit: an itaque probabile magis *Pollucem* ſcripſiſſe προαγωγεῖα· id eſſent *lenonia* manifeſtius a προαγωγοῖς, quos ſupra VII, 202. noſter nominavit. JUNG.

Σκιραφεῖα] Σκιραφεῖα ex emendatione *Kühnii* textus habet: & habuimus hæc pleraque ſuperius lib. VII, 201. & 203.

24 Μέρη δὲ πόλεων] Δὲ omittit C. A. ut mox copulas omittit C. A. KÜHN.

25 Σειροὶ] *Interpr. crepitacula.* *Heſych.* σειροῖς ὀρύγμασιν, ἐν οἷς κατετίθεντο σπέρματα. vid. *Curt.* lib. VII. cap. 4. & quæ ibi notata a Variis. KÜHN.

Σειροὶ] *Heſychius*: σειροὶ, ἐπαύλεις. JUNG.

καὶ [26] λάκκοι· τάχα δὲ καὶ λίμναι, καὶ προλιμνάδες, καὶ ποταμοὶ, καὶ [27] ἄνδηρα ποταμῶν, καὶ ὄχθαι, καὶ γέφυραι, καὶ πυλίδες, καὶ ψαλίδες· [28] Ἔστι δὲ ἡ ψαλὶς, εἶδος οἰκοδομήματος, ἥπου καὶ Σοφοκλῆς ἐν Λακαίναις λέγει,

Στενὴν δ' [29] ἔδυμεν ψαλίδα, κοὐκ ἀβάρβαρον.

[30] ἀλλὰ μὴν καὶ Πλάτων [31] ἐν τοῖς νόμοις, Θή-

lacus, fluvii, fluviorum ripæ, litora, pontes, portæ, fornices. Eſt autem fornix ædificii genus: quoniam & Sophocles in Lacænis dicit:

Arctam ſubiimus fornicem, & non barbaram:

veruntamen & Plato in Legibus, monu-

26 Λάκκοι.] MS. λάκ. τάχα δὲ καὶ λίμναι, καὶ προλιμνάδες, καὶ ποτ. SEB.

Λάκκοι.] C. A. addit: καὶ λίμναι καὶ προλιμνάδες ποταμοὶ &c. C. V. τάχα δὲ καὶ λίμναι καὶ προλιμνάδες καὶ ποταμοὶ &c. ad portas urbium erant olim lacus eluendis linteis & adaquandis animalibus cæteriſque uſibus publicis. KÜHN.

Λάκκοι.] MS. noſter auctior: λάκκοι· τάχα δὲ καὶ λίμναι, καὶ προλιμνάδες, καὶ· quæ cum & *Seberus* in ſuo invenerit, & *Schottus* noſter, ut ex ejus obſervationibus cognoſco, an dubitamus ocius ea *Polluci* reddere, cui mala manus detraxit; quidni enim & hæc pars civitatis ſint, ſi hoc nomen λάκκοι & ποταμοὶ merentur. JUNG.

Καὶ λάκκοι.] Quinam & quales fuerint hi λάκκοι diſces ex *Scholiaſtæ Ariſtophanis* verbis, quæ pono: Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ἄλλοι τῶν Ἑλλήνων ὀρύγματα ὑπὸ τὴν γῆν ποιοῦντες εὐρύχωρα καὶ στρογγύλα καὶ τετράγωνα, καὶ ταῦτα κονιῶντες οἶνον ὑπεδέχοντο καὶ ἔλαιον εἰς αὐτὰ, καὶ ταῦτα λάκκους ἐκάλουν· quæ notantur ad iſta in Ἐκκλησιαζούσαις

Ἐν τοῖσι καπηλείοισι λάκκους ἐμποιεῖν
Ὕδατος.

Et hinc *Callias* ille λακκόπλουτος eſt dictus, quod repertis in hujuſmodi λάκκῳ auri theſauris felix repente ac ditiſſimus evaſiſſet, cujus & meminit in Oratione 23. *Themiſtius*: cæſpitaſſe vero in intellectu hujus vocis ſtatuo *Nepotem*, qui initio vitæ *Cimonis Calliam* hunc *magnas pecunias ex metallis feciſſe* inquit; non enim certe idoneum ex Græcis ſcriptoribus huic ſententiæ auctorem novi: ſed & alibi ſcimus *Nepotem* non nimis feliciter Græcis auctoribus uſum. Σειροὶ, quos modo nominavit *Pollux*, fuerint potius in agris quam in urbibus: vox illa ſcribitur diverſimode: apud *Heſychium*: Σιροῖς, ὀρύγμασιν ἐν οἷς κατετίθεντο τὰ σπέρματα· σιῤῥοὺς duplicata litera ρ habes apud *Longum* Paſtoral. I. σιῤῥοὺς ὀρύττουσι· & in *Simplicii* Commentariis ad lib. II. φυσικῆς ἀκροάσεως. Καὶ γὰρ ὀρύττει τις, inquit, καὶ τοῦ φυτεῦσαι χάριν, καὶ τοῦ θεμέλιον καταβαλεῖν καὶ ὕδωρ εὑρεῖν καὶ διοχετεῦσαι ἢ σιῤῥὸν ἢ τάφρον ποιῆσαι· quem *Simplicii* locum adfert vir Eruditiſſimus *Petrus Victorius* in Explicationibus ſuarum in *Varronem* emendationum, nam & ille togatorum doctiſſimus, ut & *Columella* Latine *ſiros* dixerunt: ſed ratio non eſt cur cum eo corruptam putemus vocem σιῤῥὸν, mutandamque in σιρὸν, vel σειρόν· nam & illa ſcriptio, ut obſervavi, recte ſe habet. Cum autem proprie *effoſſum frumenti reponendi gratia* locum ſignet, obtinuit transferri vocem ad quævis alia quarumvis rerum *ſubterranea receptacula*. Origo vocis ex Oriente petenda: סר Arabibus *locum occultum ac ſeparatum* denotat, unde σιῤῥὸς· niſi mavelis eſſe ab אוצר vel אצר, *horreum*, cujus vocis notio apud *Hebræos, Syros*, & *Arabes* obtinet. Denique καταγείους οἰκήσεις nominat *Jamblichus* de Vita *Pythagoræ* lib. II. & *Theophyl.* Hiſtor. lib. III. ὑπόγειοι καταγωγαὶ, quas paulo ante τὰ τῆς γῆς διακενώματα dixerat. Sed pene eſt, quod *Falckenburgiani* Codicis mantiſſam omiſeram: ille poſt λάκκοι inſerit: τάχα δὲ καὶ λίμναι, καὶ προλιμνάδες· quæ ſunt elegantia; & ita MSS. noſtri ad unum omnes; quid impediat itaque, quo minus textum his vocibus habeamus locupletiorem? placuit id ipſum & Doctiſſ. *Kuhnio*.

27 Ἄνδηρα] *Heſych.* ἄνδηρον, ἄκρον ἢ τὰ χείλη τῶν ποταμῶν. SEB.

Ἄνδηρα] *Heſych.* ἄνδηρον, ἄκρον ἢ τὰ χείλη τῶν ποταμῶν· ita ἄνδηρα ποταμῶν· *margines fluviorum*, *ripa*, *portus*, *portula* &c. KÜHN.

28 Ἔστι δὲ ἡ ψαλὶς] MS. ἔστι δὲ καὶ ψ. SEB.

Ἔστι δὲ ἡ ψαλὶς] C. A. omittit ἡ & poſt οἰκοδομήματος *Sophoclis Platoniſque* ῥήσεις uſque ad μερῶν καὶ· adeoque ſequitur οἰκοδομήματος, λέσχαι πιθῶνες &c. C. V. ἔστι δὲ καὶ ἡ ψαλίς. KÜHN.

Ἔστι δὲ ἡ ψαλὶς] MS. ψαλίδες· ἔστι δὲ καὶ ψαλλὶς (per duo λλ hic) ε. οἰκοδ. cetera hic cum *Sophoclis* verſiculo deſunt. *Heſychius*: ψαλίδες, ἁψῖδες τῶν στύλων· ψαλὶς, τὸ ἅρμενον, καὶ καμάρα &c. Meminit *Sophoclis* Lacænarum hinc & *Caſaubonus* noſter VII. *Athen.* 4. *Sophoclis* verſum, (in quibus antea ψαλίδαν adhuc corruptius legebatur) ita emendavit *H. Stephanus* in ſuo Codice:

Στενὴν δ' ἔδειμα ψαλίδα, κοὐκ ἀβάρβαρον.

Quamvis in ejus theſauro edatur ἔδει μι duabus vocibus. Sed cum ἔδειμεν mihi ſcripſiſſe perſuadeo, quod eſt *ædificavit*, *exſtruxit*. JUNG.

* 29 Ἔδυμεν] *Sylb.* leg. ἔδει μι ψ. SEB.

30 Ἀλλὰ μὴν καὶ Πλάτων &c.] Sequentia deſunt in MS. uſque ad ἐκ δὲ τῶν τ. π. unde MS. rurſus pergit. Priores editiones peſſime hæc acceperant: ut edidit *Seberus* noſter, ita reſtituit *H. Stephanus* in ſuo Codice, excepto εἰργασμένην. Locum, quem quoque indicavit *H. Stephanus*, lubet adſcribere, præſertim quum & mihi in promptu ſit, libr. XII. Legum, paulo longius ab initio: θήκην δὲ ὑπὸ γῆς αὐτοῖς εἰργασμένην εἶναι, ἁψῖδα προμήκη, λίθων προτίμων, καὶ ἀγήρων εἰς δύναμιν ἔχουσαν κλίνας παρ' ἀλλήλας λιθίνας κειμένας. Annon itaque & apud *Platonem* ψαλίδα reſcribendum? Sic puto & ἁψῖδα eſſe gloſſam. Patet & ex *Suida*, apud quem pariter eſt: ψαλίδα, ἣν ἡμεῖς ἁψῖδα φαμέν· νόμων ιβ'. θήκην δὲ ὑπὸ γῆς αὐτοῖς εἰργασμένην εἶναι ψαλίδα προμήκη λίθων πολυτίμων· quæ vel ideo attuli, ut videas inde *H. Stephanum* πολυτίμων addidiſſe. Sed hæc conjectura eſt; & pari jure ego poſſum putare *Pollucem* λίθων προτίμων ſcripſiſſe, ut apud *Platonem* eſt: quamvis illud πολυτίμων arrideat magis. nec ἀγήρων cum lapidibus junxiſſe *Pollucem* credo, ut videtur accepiſſe *Platonicus interpres*, qui *duriſſimis pulcriſque lapidibus* vertit, cujus verſionis rationem non video. JUNG.

Ἀλλὰ μὴν καὶ Πλάτων &c.] Iſthæc itaque voce & *Plato* fuerit uſus in ſuis Legibus: omnino quidem: poſuitque locum Eruditiſſ. *Jungermannus*, dumque eſt ſub manibus, ulterius, quantum fieri poteſt, illuſtremus & emaculemus: ψαλίδα nos quoque plane reſtituendum putamus in *Platone* pro ἁψῖδα, quod magiſtelli cujuſdam gloſſematium genuinam vocem expulit ſuo loco: & gaudeo hanc de *Platonis* emendatione opinionem meam, quam foveram dudum habueramque ex eodem ipſo *Suidæ* loco ſtabilitam, commode ab acutiſſimo *Jungermanno* aſſertum iri: λίθων πολυτίμων ſcribes quoque indubie: προτίμους emen-

mentum illis ſit ſub terra fornix exquiſito opere, longior, e lapidibus egregiis. Ex urbis partibus ſunt & ærariæ fabricæ. Et Pithones, ut Eupolis nominavit. & Cellæ vinariæ, ſecundum Xenophontem. * Multæ vero officinæ, quibus ab artibus ſingulis nomina adſunt, ante de Artibus dicta ſunt. Partes etiam urbis ſunt, domus communis, hoſpitale. & ut in Inacho Sophoclis, Communis ſtatio: & ſtabulum

κην δ' ὑπὸ γῆς αὐτοῖς εἰργασμένην εἶναι ψαλίδα προμήκη, λίθων πολυτίμων. Ἐκ δὲ τῶν τῆς πόλεως μερῶν, καὶ [32] λέσχαι, καὶ [33] πιθῶνες, ὡς Εὔπολις [34] ὠνόμαζε· καὶ οἰνῶνες, ὡς Ξενοφῶν· * τὰ μὲν οὖν πολλὰ ἐργαστήρια, οἷς ἀπὸ τέχνης ἑκάστης πρόκειται τοὔνομα, ἐν τοῖς περὶ τεχνῶν ἐστι προειρημένα. Μέρη δὲ πόλεως, καὶ [35] πανδοκεῖον, καὶ ξενών· καὶ ὡς [36] ἐν Ἰνάχῳ Σοφοκλῆς, [37] Πανδόκος ξενόστασις· καὶ στάσις

nim λίθους aut ſimile quid qui dixerit auctorem habebis neminem, ut quidem puto. Sed adhucdum vitii aliquid iſti loco inhæret: quid enim iſtis fiet λίθων ἀγήρων εἰς δύναμιν, nec enim aliud, quantum video, quo illud εἰς δύναμιν referas, apparet: certe utraſque voculas ejiciendas autumo, neque ex quo putido gloſſemate, aut unde locorum in textum irrepſerint exputo ſatis: & omiſit quoque in ſua verſione *Marſilius Ficinus:* ſed lego præterea ἀψῖδα ſeu, ut nos, ψαλίδα ἔχουσαν κλίνας παρ' ἀλλήλας λιθίνας κειμένας· ſcribes, aut παραλλήλας junctis in unam voculis, aut facta metatheſi, κλίνας λιθίνας παρ' ἀλλήλας κειμένας. Ψάλις vero apud veteres Græcos id ipſum, quod ævi recentioris ſcriptores frequentius ἀψῖδα appellarunt, quaſi *jugamentum* ἀπὸ τῆς ἁφῆς vel συναφῆς· recte ergo in *Philoxeni Gloſſis*, ψαλὶς, ἡ ἀψὶς, *arcus:* & *Heſychio* ac *Phavorino* ψαλίδες exponuntur ἀψῖδες τῶν στύλων. Idem: ψαλὶς, τὸ ἄρωτρον καὶ καμάρα καὶ ταχεῖα κίνησις· qua poſteriori notione deſcendit a ψάλλειν, cum κινεῖν denotat id verbi: & pro *camera* quidem *laqueata* ſeu *arcuato tecto* intelliges in *Sophoclis*, qui præceſſit ita modo apud *Pollucem* noſtrum, verſu, in quo quid ſi legeremus: Στένην δ' ὑπῄδυμεν ψαλίδα, κοὐκ ἀβάρβαρον· quæ legatorum eſſe verba ſtatuam, referentium quo modo Spartæ ſint excepti: & interpretaberis itaque: *Anguſtam ſubiimus cameram, neque nimis ſtructura nitidam:* ſi quis autem ἤδειμεν, quod in Excerptis C. V. vir quidam eruditus notaverat, præferre velit, per me hoc ipſi liceat. A ψαλίδι autem ψαλιστὸς, *arcuatus*, *laqueatus* manat; uſuſque ea voce *Hierocles* de Nuptiis apud *Stobenſem:* οὐδὲ ζωγραφία καὶ ψαλιστοὶ μυῤῥινῶνες· de quorum verborum ſenſu varie opinantur eruditi: mihi ψαλιστοὶ μυῤῥινῶνες ſunt *arcuata myrteta*, quod quid ſit aliud, quam *in arcum & cameræ formam flexa myrteta*? ejus enim elegantiæ fuere veteres, ut mutuo nexu maritatos ſupremarum arborum ramos in ſpeciem tecti laqueati efformarent, cui quidem rei aptiſſimæ fuere myrti, quod frangendis, leniendiſque meridiani ſolis æſtibus umbram præbeant amœniſſimam, eaque de cauſa *Scholiaſtes Theocriti* ad Eid. I. αἱ μυρσίναι, ἐφ' αἷς μεσημβρίζειν εἰώθασι. Unicum id de origine vocis ψάλις addam, illam mihi videri a Phœnicibus architectis acceptam, qui, credo, ædificiorum laquearia, aut tecta laqueata dixerunt פַּסְלִין, a verbo פסל, quod eſt in lingua Hebræa ac Syriaca γλύφειν· laquearia vero ut plurimum opere ſculptorio erant inſignita, hinc διάγλυφα φατνώματα·

31 Ἐν τοῖς νόμοις] Libro duodecimo, fol. 986. ubi tamen nunc pro ψαλίδα legitur ἀψῖδα. Hic priores edit. γῆν. & mox ἰρασμ. item λίθον. SEB.

32 Λέσχαι] *Heſiod.* II, 118.

Ἐλπὶς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει
Ἥμενον ἐν λέσχῃ. SEB.

33 Πιθῶνες] MS. πιθόνες. Sic ſupra VI, 15. πιθῶνας, quamvis MS. πιθῶνα haberet, ubi & οἰνῶνας *Xenophontis* habuiſti. JUNG.

Πιθῶνες] in *Onomaſtico* veteri πιθὼν, *doliarium*, & οἰνὼν, quam vocem ex *Xenophonte* mox *Noſter* nominat, *cella vinaria*, *cellaria:* *Heſychius* quoque: Οἰνῶνες, αἱ ἀποθῆκαι· οἴνου ἀποθήκας expoſuit *Noſter* ſuperius VI, 15. & recte, puto, in *Heſychio* οἴνου addideris quoque.

34 Ὠνόμαζε· καὶ] Abſunt a C. A. nec habet quæ vocem Ξενοφῶν excipiunt uſque ad πανδοκεῖον. KÜHN.

Ὠνόμαζε· καὶ] Deeſt in MS. ὠνόμαζε· & mox τὰ μὲν uſque ad μέρη δὲ πόλεως· prædixit autem talia hæc libro VII. JUNG.

35 Πανδοκεῖον] Ion. alias πανδοχεῖον. SEB.

Πανδοκεῖον] C. A. ita: πανδοκεῖον, ξενών· πανδόκος ξένος (C. V. etiam ξένος leg. pro ξενόστασις) καὶ στάσις ἵππων ὡς Εὐριπίδης, ὥσπερ Λυσίας ἱπποστάσιον· καὶ σταθμὸς &c. uſque ad στάσις, reliqua abſunt. leg. ξενόστασις, ἵππων &c. *Gloſſ. equile.* KÜHN.

36 Ἐν Ἰνάχῳ] MS. ἐν Ἰνάγχῳ. Sed *Inachus* ea fabula inſcripta, & recte ita vulgo. citata ea legitur & apud *Dionyſ. Halicarnaſſeum*, *Athenæum*, *Heſychium*, & *Scholiaſtem Ariſtophanis*, ut docuit *Caſaubonus* noſter VII. *Athen.* 4. JUNG.

4 Πεντάδιμνον] MS. διμνέως εἴρ. *Herodot.* libro quinto, fol. 349. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἔλυσάν σφεας διμνέως ἀποτιμησάμενοι· *binis mulctatos minis ſolverunt.* SEB.

Πεντάδιμνον] MSS. δίμνως. C. V. dein εἶπεν. C. A. retinet vulgatum εἴρηκεν. *Herod.* ut nunc eſt in mundo, habet διμνέως ἀποτιμησάμενοι, *ſingulis captivis duabus minis impoſitis*, ut jam notatum *Sebero*. Lib. VI. vero ait *Idem*: ἄποινα δέ ἐστι Πελοποννησίοισι δύο μνέαι τεταγμέναι κατ' ἄνδρα αἰχμάλωτον ἐκτίνειν. *Salm.* quoque δίμνως. KÜHN.

Πεντάδιμνον] MS. δίμνως εἶπεν· non πεντάδιμνον· quod unde irrepſerit, niſi a mala manu neſcio. Sane ſuſpicari licet illum numerum libri πέμπτου male & ad voculam δίμνως repetitum. Scribamus itaque δίμνως; ita enim noſter ſolet communiter & contracte eloqui, quæ Ionice apud *Herodotum* legit, apud quem hic διμνέως eſt in ea *Terpſichore* cap. 77. locumque attulit jam *Seberus* noſter. Sic ſane & τρίμνων habes in *Suida.* Lubet & noſtri Avi verba adſcribere ex libel. de Numiſm. *&* διμνέως ἀποτιμησάμενοι, *Herodotus* Τερψιχόρῃ *de Bœotis & Chalcidenſibus, quos diu in vinculis habitos, tandem amiſiſſe dicit Athenienſes, pretio in ſingulos ſtatuto minarum duarum. Et quod de* Lyſia *adducit* Pollux εἰκοσίμνως ἔρανος, *de collatione viginti minarum. Suidas* τρίμνων τὸ τριῶν μνῶν ἄξιον *annotavit, & alibi* δεκαμναῖον, *ut in his uſus varius appareat.* Valeat itaque vulgatum πεντάδιμνον, quod viris doctis ſæpius impoſuit, id ſuis Lexicis inſerentibus; ut & *Rhodigino*, lib. XI. Antiq. lect. c. 2. ubi etiam multa in hoc capite perſequitur. JUNG.

Πεντάδιμνον] Ex MSS. & *Herodoti* loco δίμνως in textum retulit *Kuhnius* noſter, & recte: ita τρίμνων eodem modo eſt apud *Etymologum* τριῶν μνῶν ἄξιον. & ſic mox in *Lyſia* verbis reſtituimus εἰκοσίμνως ἔρανος, eodem *Kühnio* præeunte. Τετύχηται ibidem vulgo erat, ſed præſtantius eſt MSS. τετύχηκε, quod itaque in textum recepi.

5 Τετύχηται] MS. τετύχηκε. SEB.

Τετύχηται] MSSti, τετύχηκε δέ μοι· *Salm.* ἐντετύχ. & tum εἰκοσίμνως in C. A. *Salmaſ.* quoque εἰκοσίμνως ἔ. *erat vero mihi etiam pecuniæ collatitia ab amicis viginti minarum.* KÜHN.

Τετύχηται] MS. τετύχηκε, non τετύχηται, in verbis *Lyſiæ*, ita & *Sebers* MS. & quid ni recte magis. JUNG.

6 Εἰκόσιμνος] MS. noſter paroxytone, εἰκοσίμνος· ut Avus meus adgnoſcit. JUNG.

7 Χρυσοῦς] C. A. χρυσοῦ, quod cum vulgata facit paria: καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἱ. &c. nam & *inter ea, quæ ponderantur, ponderis minam ſtaterem vocant. Scaliger* in libro de *Re Nummaria* χρυσοῦς plane delet, quia exiſtimat hic agi non de mina auri, ſed ſtatica & ponderali. Rectius *Gronov.* de *Vet. Pecun.* cap. 7. libr. III. verba priora ὁ δὲ χρυσοῦς στ. &c. de *auri mina* accipit, quæ aureum ſtaterem conficiebat, id quod amplius eo firmatur, quod etiam in ponderibus *minæ pondus* dicatur *ſtater. Salmaſ.* hunc locum in notis ita exhibet, πέντε χρυσοῖ στατῆρες μνᾶν ἐδύναντο καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἱσταμένοις τῆς μνᾶς τὸ πεμπτὸν στατῆρα ὀνομάζουσι· μνᾶν· quæ lectio, quid ſibi velit doctiores viderint, priora verba ſine dubio reſpiciunt *Heſych.* vel *Polemarchum* potius apud *Heſychium*, qui dicit μνᾶν δὲ λέγεσθαι τοὺς πέντε χρυσοῦς· poſteriora videntur velle *quintam partem minæ ſtaterem a ponderantibus dici minam*, quod quidem a lectionis vulgatæ veſtigiis longius recedit: vide eundem de *Modo Uſur.* pag. 71. ubi ſervat locum *Pollucis* inemendatum, & iterum pag. 234. τὴν μνᾶν τῆς ῥοπῆς docet *Pollux Græcis στατῆρα appellari.* KÜHN.

Ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ, &c.] Duri quid ac difficilis habet hic locus, quod animadvertas licet ex diverſiſſimis ſuper eo doctiſſimorum hominum ſententiis, quæ mirum quantis divortiis a ſe invicem in remotiſſima diſcedant: & pleroſque tamen, ſi non omnes, qualemcunque tandem ad eum aut illuſtrandum aut emendandum attulerint diligentiam, vero aberraſſe exiſtimo, ac ſeſe fruſtratos fuiſſe, dum graviter in hiſce exſpitantem Onomaſticographum noſtrum non vident. Cum itaque res ſit alicujus momenti, immoremur pauliſper, videamuſque primo, quæ cuique eruditorum hominum ſedeat ſententia. Literatæ cohortis primipilus *Joſeph. Scaliger* eliminandam cenſet voculam χρυσοῦς, eaque demum ejecta planiſſimum relinqui ſenſum putat: referam hæc illius verba: *Et quemadmodum Hebræis* ſiclus *pondus momentanea lan-*

στατὴρ, μνᾶν [8] ἠδύνατο· καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἱσταμένοις τὴν μνᾶν τῆς ῥοπῆς, [9] στατῆρα ὀνομάζουσι·

ſtater aureus minam faciebat. In ponderibus enim minam momenti ſtaterem vocave-

cis; ita etiam στατὴρ Atticis, qui aliter μνᾶ· ponit tum ac emendat *Pollucis* noſtri verba; iterumque hæc ſubjicit: *Deſignat enim* (Pollux) *μνᾶν duplicem eſſe: alias enim ῥοπὴν ſive lancis momentaneæ pondus: alias νόμισμα ſignificari.* Et hæc quidem eſt maximi illius viri opinio, a qua in alia omnia *Snellius* abit, qui neſcio quibus fidiculis, quave machinarum vi ex hiſce *Pollucis* noſtri verbis procudere nititur inauditum antiquis ſtaterem viginti ac quinque drachmarum, & hauſerat quiddam hujus ſuæ explanationis, credo, ex *Hoſto*, cujus verba delecta in ſuum Commentarium retulit *Jungermannus*: at hercle non exputo quibus leviſſimis ac ineptis rationibus adacti in hæc ſe devia dare potuerint eruditi viri, *Snellius* præcipue, qui ſibi heic in plurima parte parum conſtat, illiuſque hanc opinionem docte revicit vir eruditionis ſubactæ *J. Frider. Gronovius* de *Pecun. Vet.* lib. III. c. 7. cujus demum longe præſtantiſſimi viri ſententiam poſtremo loco propriis ipſius expreſſam verbis non invidebo tibi, benivole Lector: *Quorum*, inquit, (eorum nimirum quæ ex *Pollucis* hoc loco retulerat & *Joſepho*, qui, cum *οἱ* LXX. venditum dixiſſent *Joſephum εἴκοσι χρυσῶν*, ſcripſerat *εἴκοσι μνῶν*) *ego hanc ſententiam eſſe cenſeo; ſtaterem aureum pendere ac dici etiam* auri minam: *nam ut* talentum auri, *tres ſtateres, drachmæ argenti* LX, *quum* argenti talentum *ſit* LX. *minarum*, MDC. *drachmarum: ita & minæ alia auri, nempe viginti drachmæ ſive ſtater, alia argenti quæ* C. *drachmarum:* quæ ſane expoſitio præ cæteris miro blanditur lenocinio: ſed tamen pauliſper animumque loco attendamus, auctoriſque noſtri errantis quamvis mentem aperiamus, quantum fieri poteſt. Statuam itaque primo loco in hiſce *Pollucis* noſtri verbis de pondere ſtateris non de pretio agi, quod & rectiſſime viderat *Scaliger*: & enim a noſtris partibus ipſe *Pollux* aperte ſtat, ſiquidem Segm. 58. dicat demum *ἔστι δὲ καὶ νόμισμα στατὴρ*, quæ perſuadent, credo, in prioribus de pondere ſtateris loquutum fuiſſe. Tum vero intactam *Polluci* noſtro manere potius velim voculam *χρυσοῦς*, quam ſi extermines, violatam dederis antiquorum Codicum fidem, qui genuinam eam habent ac probant: his ſi ipſa *Pollucis* noſtri accedat auctoritas, res erit indubia: is itaque IV, 75. inquit: *ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ δύο εἶχε δραχμὰς Ἀττικάς·* quo loco de pondere agi Segmenti docet inſcriptio: & per duas drachmas intelliges aureas; alias enim viginti habet argenti drachmas ſtater, quibus auri binæ ſunt æquales, ſiquidem decupla pretii parte argentum auri valor excedat. Forſitan tamen cum *Salmaſio* non male pro *χρυσοῦς* levicula mutatione ſcripſeris *χρυσοῦ·* melius enim, cum de pondere ſermo eſt, *στατῆρα χρυσοῦ* dici puto, quam *στατῆρα χρυσοῦν*, ſicuti *δραχμὴ χρυσοῦ* & *χρυσῆ*, illa de pondere, hæc de nummo dicitur: utrumque tamen obtinuerit credo: ſicuti Segm. ſeq. *στατῆρες χρυσοῖ* de nummis in *Eupolidis Demis*. Hæc vero ſi de numiſmate volueris intelligere, verte te in quamcunque libuerit partem, nec ſic tamen reperies quicquam, quo ſtateri minam te conciliaturum promittere audeas: certe quæ vir eruditionis exquiſitæ *Gronovius* in medium protulit, ſi ad amuſſim examinentur haudquaquam congruunt: quid enim? ad hanc itaque fictitiam XX. drachmarum minam ſtabiliendam momenti quid conferet duplicis talenti comparatio? minime profecto: felicius id ſuccederet, ſi eam rationem ad auri talentum haberet mina auri, quam ad argenti talentum argenti habet mina, qua debita proportione hic plane deſtituimur: porro cum mina argenti contineat C. drachmas, auri minam continere oportebat X. drachmas, cum aurum *τοῦ ἀργυρίου* ſit *δεκαπλάσιον*, monente inferius *Polluce* noſtro: & unde tandem, quave auctoritate ſtabilias illam auri minam XX. drachmarum? non certe, quod *Joſephus μνᾶς* dixerit, quas *οἱ ό χρυσοῦς·* illa enim diverſitas a vario Hebrææ vocis כסף intellectu pendet, quam hi *χρυσοῦς*, ille vero *μνᾶν* putavit: nec quoque ex *Plauti Philippiis* vel *Philippicis mnis*, quæ immane quantum a ſtatere aureo diſcrepant; prout enim *Philippicum* fuit *talentum*, cujus & ipſe *Plautus* in *Truculento* meminit, ita & *Philippicæ* fuere *minæ*, quæ eam habuere ad Atticas minas rationem, quam *talentum Philippicum* ad Atticum, quod poſterius prioris fuit triplum, ut obſervat recte Illuſtriſſ. *Scaliger*. Amplectamini igitur ſenſum verbis *Pollucis* noſtri convenientiſſimum: nimirum ab ſeſe illa nobis ſuppeditant ſtaterem auri, & auri minam ponderis æquari; *aureus*, inquit, *ſtater minam valebat, etenim in rebus momentaneis minam ponderariam, ſtaterem nominant; & quando ponunt πεντεστάτηρον, πεντάμνουν videntur velle.* Sed tamen iſta *Pollucis* noſtri ſi ad veri trutinam examines, non intercedo quin pro falſis habeas: id indicavi jam ſuperius; & certe in hac re non mediocri errore eſt hallucinatus: quis enim ſeu pretium nummarium ſive ponderis examen intelligas, minam & ſtaterem idem valere dixit? antiquorum certe nemo: neque *Soſicrati πεντεστάτηρον* fuerit *πεντάμνουν· λῆρος, λῆρος.* Sed, *quod quinque ſtaterum pondus habet, quinquelibre, ut πεντάμνουν, quod quinque pendebat minas.* Et probemus quoque paucis: Daricus idem qui ſtater pondere ac valore; at is viginti cenſetur drachmis argenteis ab *Harpocratione*, *Ariſtophanis Scholiaſte*, aliiſque: mina vero centum: ut quinque demum ſtateres minam efficiant, adeoque ſtater quinta ſit minæ pars: hæc in nomiſmate, de quo & ſupra tetigimus: de pondere vero en tibi *Heronis* MS. verba: *ἡ δὲ μνᾶ στατῆρας εἴκοσι καὶ πέντε· (ἔχει) ὁ δὲ στατὴρ δραχμὰς, αἳ εἰσιν ὁλκαὶ, δ.* ſimilique modo *Cleopatra* quatuor drachmas, argenteas intellige, ſtateri adtribuit, vocarique monet *τετράδραχμον·* & patet ex *Herone* porro minam, & cum pondus eſt, & cum nummus, utroque modo drachmis cenſeri C: aliud itaque *Pollucem* noſtrum egiſſe, cum hæc traderet, perſpicuum eſt; nec quiſquam, puto, ſeu de pondere velit ſeu de nummo intelligi, expediet locum. *Sperlingius* certe ſecum ipſe non conſentit, ubi hæc examinat. vide illum p. 132 & 154.

8 Ἠδύνατο.] MS. ἐδύνατο. SEB.

Ἠδύνατο.] MS. noſter, ſicut *Seberi*, ἐδύνατο. Hunc vero locum *non niſi de aureo ſtatere unciali octo drachmarum, proportione duodecupla cum ſemiſſe intelligi poſſe* ait *Hoſtus* libr. V. Rei Nummar. vet. cap. 4. in quarta Proportione, n. 12. quem vid. & eodem libro cap. 2. n. 7. & cap. 8. in Darico n. 9. *Mariana* de Ponderibus c. 7. ex eo quod *Suidas* ſcribat, *quinque Daricos minam argenti valere*, hunc locum *in eo quod aureum ſtaterem minam valere habet*, caſtigandum eſſe ſuſpicatur. Locus *Suidæ* eſt in *Δαρεικοῦς*. Sed *Pollucis* noſtri lectio clara eſt, & veterum Codicum conſenſu confirmatur, & iis quæ *Pollux* ſubjicit, *μνᾶν τῆς ῥοπῆς*, ſtaterem dictum, & pentamnum videri dicere, qui dicant pentaſtaterum. Nec ſi quid non capias, ſtatim emendandum fuerit itaque, auctore adeo reclamante. JUNG.

9 Στατῆρα] *Heſtus* libr. III. Rei Numm. vet. cap. 7. n. 1. ubi tamen hæc non explicat, & lubens fatetur Avus meus ſe nondum ſatis poſſe intelligere, quomodo hoc pretium ad pondus referat *Pollux*. Videtur tamen, ſi lubet quid mihi opinionis proferre, dicere noſter idem quod de Talento, & de mina dixerat, nempe talentum quoque *σταθμοῦ ὄνομα* eſſe, & itaque in *ταλαντιαίοις* dubitabat ſupra Segm. 53. diceret ne *Crates τιμὴν*, ἢ *ῥοπήν*. Sic de mina Segm. 56. *σταθμοῦ* quoque nomen eſſe. Idem, ni fallor, ait *περὶ στατῆρος*, & hunc non tantum pretii nomine

runt. Et cum quinque ſtateras continens dicunt, quinque minas intelligere videntur: ut in Hippocratis depoſito, quoniam enim videor albus homo, pinguis, ocioſus, capiat ligonem aſſuetus inſume-
58 re πενταστάτηρον, ſpiritus conſurget. * Eſt & ſtater numiſma: ut cum Ariſtophanes dicit,

Stateris vero ſervi ludebamus.

σι· καὶ [10] ὅταν εἴπωσι πενταστάτηρον, [11] πεντάμνουν δοκοῦσι λέγειν, [12] ὡς ἐν τῇ [13] Σωσικράτους παρακαταθήκῃ· ὅταν γὰρ οἶμαι λευκὸς ἄνθρωπος, παχὺς, ἀργὸς, λάβῃ δίκελλαν εἰδὼς τρυφᾶν πενταστάτηρον, γίγνεται τὸ πνεῦμα ἄνω·
* [14] ἔστι δὲ καὶ νόμισμα [15] στατήρ. ὡς ὅταν εἴπῃ 58
[16] Ἀριστοφάνης.

[17] Στατῆρσι δ' οἱ θεράποντες ἀρτιάζομεν.

veniſſe, ſed & ponderis. hinc ſtaterem pendere; ἐν τοῖς ἱσταμένοις nimirum dictum τὴν μνᾶν τῆς ῥοπῆς· Sic mox Segm. ſeq. 58. εἴτε ῥοπὴν, εἴτε ἀριθμὸν, de τετραστατήροις, perinde ac ſupra Segm. 53. locutum ex MS. indicavimus. JUNG.

10 Ὅταν εἴπωσι πενταστάτ.] MS. ὅτ' ἂν εἴπ. πενταστ. πεντέμνουν. *Hoſtus* hujus loci meminit libr. III. Rei Numm. vet. c. 7. n. 21. & lib. V. c. 8. in Darico n. 11. JUNG.

11 Πεντάμνουν] C. A. ex correctione πεντέμνουν δ. λ. cætera abſunt uſque ad πνεῦμα ἄνω. KÜHN.

12 Ὡς ἐν τῇ Ἱπποκρ. &c.] Ὡς ἐν τῇ &c. deſunt in MS. uſque ad ἔστι δὲ καὶ νόμισμα &c. JUNG.

13 Ἱπποκράτους παρακαταθήκῃ.] C. V. aſcriptum quod ſit legendum Σωσικράτους· uti ſupra ex MSStis repoſitum IV, 173. verſus *Soſicratis* ita conſtituerem:

Ὅταν γὰρ, οἶμαι, λευκὸς ἄνθρωπος, παχὺς,
Ἀργὸς, τὸ τρυφᾶν εἰδὼς, λάβῃ δίκελλαν
Πενταστάτηρον, γίγνεται τὸ πνεῦμ' ἄνω.
Quando enim, puto, aliquis albicans homo,
Piger, delicatus ceperit ligonem
Quinque ſtaterarum, anhelitus eſt ſupra.

Innuit Poëta hominem otio delitiiſque innutritum non eſſe ferendis magnis laboribus. Nam ſi opus aliquando facere voluerit ligone quinquelibri, ſtatim ducit ilia, & ſpiritum crebro anhelitu in ſummo pectore reciprocat. *Plato* lib. VIII. Polit. divitem, inquit, in umbra educatum multumque alienæ carnis gerentem in periculis ἄσθματός τε καὶ ἀπορίας μεστὸν, *anhelitu plenum conſiliique incertum* videri. Illuſtriſſ. Dn. *Ulricus Obrechtus*, *Patronus Literarum Magnificus*, verſu ſecundo legit εἰωθὼς τρυφᾶν ut *Interpres*: & ad explicandum τὸ λευκὸς ἄ. advocat ex *Damaſceni excerptis Peireſcian.* exemplum *Parſonda* qui ex ſtrenuo milite factus eſt γυναικῶν ἁπαλώτερος καὶ λευκότερος τὴν χροιὰν, cum ab hoſte captus quotidie lavaretur adhibito ſmegmate ex ovi vitello confecto; quod cum fieret brevi tempore horridus ille & decolor miles evaſit ἀνθρωπός τε λευκὸς καὶ ἁπαλὸς καὶ γυναικώδης· huc pertinet, quod eadem *Excerpta* ex *Diodoro* habent, nempe quod filia *Salmonei*, *Tyro* nomen hoc indepta ſit διὰ τὴν λευκότητα καὶ τὴν τοῦ σώματος μαλακότητα· conf. notata ad V. H. *Ælian.* lib. XIV. c. 7. adjiciam & locum *Cteſiæ* apud *Athenæum* lib. XII. c. 7. ἦν δὲ καὶ γάλακτος λευκότερος· de *Sardanapalo* loquitur. *Salmaſ.* de *Modo Uſur.* *Cratetis* nomen hic reponendum cenſet. in notis locum *Comici* ita habet. Ὅταν γὰρ οἶμαι λευκὸς ἄνθρωπος παχὺς Ἀργος λάβῃ δίκελλαν, εἰδὼς ἐντρυφᾶν Πενταστάτηρον· me nondum pœnitet lectionis quam propoſui in notis. KÜHN.

Ἱπποκράτους παρακαταθήκῃ.] Sed quid malum Ἱπποκράτους παρακαταθήκη, vulgo? Vix dubito, quin reſcribendum ſit Σωσικράτους παρακ. ut ſupra IV, 173. in MS. noſtro erat, ubi quoque ejus *Comici* nomen *Crates* injuria occupaverat. Verſus *Comici*, tres ſenarii a *Polluce* adferuntur, ſed a viris doctis emendandi & reſtituendi. alicubi enim non ſat integros puto. ſupra *Noſter* hanc πενταστάτηρον δίκελλαν exponebat πεντάλιτρον IV, 173. JUNG.

Ἱπποκράτους παρακαταθήκῃ.] Retinet *Hippocratem* Illuſtriſſ. *Scaliger* de Re Numm. p. 18. *Comicumque* eum appellat; quod quo fiat indicio, ignarus ſum: neque aliter *Meurſius* ad *Chalcidii Timæum*, qui tamen *incertum fatetur*, *cui adſcribere debeamus* τὴν Παρακαταθήκην, *cujus meminit* Pollux *lib.* IX. c. 6. illam autem ipſam δίκελλαν πενταστάτηρον ſupra IV, 173. ex *Cratetis* παρακαταθήκῃ adtulit *Pollux*, cujus loci vitioſa lectio impulit *Salmaſium*, ut & hic *Cratetem* reſtituendum putaret, notiorem utique *Comicum* quam *Hippocratem*, quali nomine forſitan nullus unquam extiterit: & animadvertas licet ex hoc loco, quid diſtent æra lupinis, quid dubiæ erudititiſſimorum virorum conjecturæ certiſſimis MSS. Codicum lectionibus: repoſui itaque præeunte *Kühnio* Σωσικράτης· & male habet, quod non & eadem lectio in textum ſit relata ſuperius IV, 173. ubi remanet hactenus Κράτης. Hunc autem *Soſicratem Comicum* opinantur Commentatores noſtri, ideoque redigendis in verſuum ordinem atque legem ejus verbis operam dat *Kühnius*: diverſo paululum modo *Joſ. Scaliger*; &, quia ſe de hiſce verſiculis bene meritum exiſtimat, illa ponam, ut a ſummo viro ſunt emendata:

Ὅταν γὰρ οἶμαι, λευκὸς ἄνθρωπος, παχὺς,
Ἀργὸς, λάβῃ δίκελλαν, εἰωθὼς τρυφᾶν,
Πενταστάτηρον, πνίγεται τὸ πνεῦμ' ἄνω.

Viden' hic πνίγεται poſitum pro γίγνεται ſed haud profecto vulgatam voculam cum *Scaligeri* emendata commutavero; recte enim πνεῦμα dixeris ἄνω γίγνεσθαι, cum reciprocato anhelitu ſpiritum ducimus. Et vero neſcio quid *Comici* ſaporis in hocce *Soſicratis* loco deguſtem: ſed tamen re accuratius ad calculos poſita, proſam potius hujus Παρακαταθήκης orationem fuiſſe cenſeo, neque *Comici* argumenti, ſed philoſophici potius ſeu ethici: *Soſicratem Rhodium*, qui διαδοχὰς ſcripſerit, citat pluries *Diogenes*, apud quem ejus nomen ter fuit mala manu in Σωκράτης mutatum, obſervante *Caſaubono*: ejuſdem fuere Κρητικὰ ab *Athenæo* adducta; ſed iſta quidem vitio ſunt poſita pro Κρητικοῖς, quorum primum in teſtimonium advocat *Suidas* in Δούλων πόλις, atque ex eo *Michael Apoſtolius*: & quoque Φιλαδέλφους ejus ex *Athenæo* oſtendit *Kühnius* ad IV, 173. quibus, puto, Philadelphorum hiſtoriam atque res geſtas memoriæ tradidit: hunc eundem & παρακαταθήκης eſſe auctorem tenebo, donec certius quid alius attulerit. In ipſis autem *Soſicratis* verbis λευκὸς ἄνθρωπος eſt *homo nitidus*, *quique delicate cuticulam curat*: tum vero εἰδὼς τρυφᾶν omnino ſubjiciendum eſt poſt ἀργός· & eleganter dictum, *delicitari ſolitus*, *deliciis aſſuetus*: neque eum, qui Græcorum capitur elegantiis, fugerit iſte verbi εἰδέναι uſus.

14 Ἔστι δὲ καὶ νόμισμα &c.] MS. ἔστι μέντοι καὶ νόμ. στ. ὡ. ὅτ' ἂν εἴπῃ· omiſſo Ἀριστοφάνης. JUNG.

15 Στατήρ] Sequitur omiſſis interjectis in C. A. & V. C. *Salm.* Εὔπολις δὲ ἐν Δήμοις· *Salm.* alias hæc priora legit: ἐστὶ μέντοι καὶ νόμισμα στατήρ. KÜHN.

16 Ἀριστοφάνης] *Pluto* v. 817. SEB.

17 Στατῆρσι δ' οἱ θερ. ἀρτιάζ.] C. V. ἠρτιάζομεν· ſed in *Ariſtoph.* *Pluto* hic verſus ita habet:

Στατῆρσι δ' οἱ θεράποντες ἀρτιάζομεν
Χρυσοῖς &c.
Stateribus miniſtri par impar ludimus
Aureis &c. KÜHN.

Στατῆρσι δ' οἱ θερ. ἀρτιάζ. &c.] MS. στατ. δὲ οἱ θ. ἠρτιάζομεν· & ἠρτιάζομεν etiam antea editi, ut & MS.

[18] τὸ γὰρ ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις ἀμφίβολον, σωτηρίας τετραστατήρου, εἴ τε ῥοπὴν, εἴ τε ἀριθμὸν λέγει. Εὔπολις δὲ ἐν μὲν Δήμοις, τὸ νόμισμα δηλοῖ λέγων,

Ἔχων στατῆρας χρυσίου τρισχιλίους.

ἐν δὲ Ταξιάρχοις τὴν ῥοπὴν λέγει,

[19] — ὅτ' ἦν μέντοι νεώτερος, κρόκης
Πέντε στατῆρας εἶχε· ναὶ μὰ τὸν Δία.
Νῦν δὲ ῥύπου γε δύο τάλαντα ῥαδίως.

59 * Καὶ οἱ μὲν Δαρεικοὶ ἐκαλοῦντο στατῆρες, οἱ δὲ [20] Φιλίππειοι, οἱ δὲ Ἀλεξάνδρειοι, [21] χρυσοῖ πάντες ὄντες. καὶ εἰ μὲν χρυσοῦς εἴποις, [22] προσυπακούεται ὁ στατήρ· εἰ δὲ στατὴρ [23] εἴποις, [24] οὐ πάντως ὁ χρυσοῦς· [25] Ἀναξανδρίδης δὲ ἐν Ἀγχίσῃ,

Illud enim in Ranis, Salutis quinque ſtateris conſtantis: ambiguum eſt, num pondus ſignificet, aut numerum. Sed Eupolis in Populis numiſma intelligit dicendo:

Habens aureos ſtateres ter mille.

Sed in Imperatoribus pondus intelligit:

Et cum eſſet junior Croca,
Quinque ſtateres habebat, næ per Jovem.
Nunc vero ſordis facile habet talenta duo.

* Atque hi quidem ſtateres vocabantur Darici: illi Philippici: alii Alexandrini, omnes aurei exiſtentes. Et ſi aureus dicas, ſtater ſubintelligitur: ſed ſi ſtater ſolum, non plane intelligitur aureus. Sed in Anchiſe Alexandrides, 59

infra Segm. 100. Apud *Ariſtophanem* tamen in *Pluto*, ut edidit hic rectius *Seberus*, & *Suidas* habet in στατήρ·

Στατῆρσι δ' οἱ θεράποντες ἀρτιάζομεν
Χρυσοῖς. — JUNG.

18 Τὸ γὰρ ἐν τοῖς Βατρ. &c.] Τὸ γὰρ &c. uſque ad Εὔπολις, hæc inquam periodus deeſt in MS. Ceterum in vulgatis titulus ἐν Βατράχοις falſus eſt: nec enim extat in illo dramate, quod *Pollux* adfert; tu emenda, τὸ γὰρ ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις· quod quæ mala manus tam monſtroſe corrupit? extant enim iſta in *Comici Eccleſiazuſis.* Emenda dein σωτηρίας τετραστατήρου Verſus *Ariſtophanis* ſunt & apud *Suidam* in τετραστατήρου,

Ὁρᾶτε μέν με δεόμενον σωτηρίας
Τετραστατήρου —

Ita repone & apud *Suidam*, cui deeſt vox κἀυτόν· quamvis & reliqua, complures enim verſus adfert, ad *Ariſtophanis* locum ipſum comparanda & reſtituenda ſint. Hæc jam clara eſſe puto, nec nimis miranda illa librariorum flagitia. Sic ſupra VII, 39. pro Λυσιστράτῃ vulgata, Βατράχοις legendum oſtendi. Et tamen hic *Hoſtus* libr. III. Rei Num. cap. 7. quo de Statere agit, n. 20. quamvis illa *Ariſtophanis* in promptu haberet, putavit *Pollucem* ex *Ranis* adferre σωτηρίας τετραστατήρους· ſed hoc putare putidum eſt. JUNG.

Τὸ γὰρ ἐν τοῖς Βατράχοις] *Jungermannum* ſequti, qui adducta ex *Comici Eccleſiazuſis* τετραστατήρου σωτηρίας vulgatum *Ranarum* titulum falſi convicit, in textu repoſuimus ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις. Paulo poſt in *Eupolidis* verſiculis diſtinctionis rationem mutavimus ad *Kühnii* noſtri mentem: erat vulgo νεώτερος κρόκης.

19 Ὅτ' ἦν μέντοι νεώτερος κρόκης,] Diſtinguendum poſt νεώτερος· cohærent enim, κρόκης πέντε στατῆρας εἶχε, *quinque ſtateres ſubteminis habuit, nunc vero obſoleta & detrita ſordium facile duo talenta habet.* ita & *Salmaſius.* KÜHN.

Ὅτ' ἦν νεώτερος κρόκης] Diſtingue, νεώτερος, κρόκης πέντε στ. &c. ait enim στατῆρας κρόκης πέντε juniorem habuiſſe: nunc ῥύπου δύο τάλαντα. JUNG.

20 Φιλίππειοι] MS. Φιλίππιοι. Citant alias hunc locum *Bayf.* de Vaſculis & *Hoſtus* lib. I. Rei Numm. c. 7. n. 50. JUNG.

Φιλίππειοι &c.] *Philippicorum* ſtaterum mentionem quoque fecit *Noſter* inferius Segm. 84. ibique de his plura: hunc autem *Pollucis* noſtri locum præ oculis ſibi habuit *Alexander Sardus* de Nummis pag. 12. *& alios ſtateras refert* (Pollux) Dareicos, Philippeios, Alexandreios, Corinthiacos. *etiam ex decem obolis*: ſemiſtaterem *quoque &* tetraſtaterem *Cyrenæ*: ipſaque adduxit verba vir Eruditiſſimus *Ottho Sperlingius* in Diſſertat. de *Nummis non cuſis*; eoque loco reperies, quæ lucem hiſce *Pollucis* adfundunt.

21 Χρυσοί] Superſcriptum hoc eſt in C. A. KÜHN.

22 Προσακούεται] MS. προσυπακούεται· aptius quam vulgatum προσακ. Hæc alias interpretatur & *Hoſtus* lib. III. Rei Numm. cap. 7. n. 6. & lib. V. c. 2. n. 2. JUNG.

Προσακούεται] Ad fidem MSS. in textum retulimus ſcripturam elegantiorem προσυπακούεται, adplaudente etiam *Jungermanno*: nihil certe iſthoc verbo in hujuſmodi rebus *Grammaticis* eſt familiarius: alterum vero nunquam inveneris: *Schol. Euripid.* ad *Alceſt.* προσυπακουστέον τὸ λέγεις ἢ τὸ θῇς· & infinities alibi.

23 Εἴποις] C. A. omittit εἴποις. KÜHN.

24 Οὐ πάντως] *Salm.* ex MS. delet οὐ, quod tamen videtur requiri ad loci ſenſum bonum. Nam dicit *Pollux*, quod ſub voce χρυσοῦς ſubintelligatur ſtater, ſed ſi dixeris *ſtater*, non omnino neceſſe eſſe, ut *aureus* ſubjiciatur; fuit enim & ſtater *argenteus.* ἡμίχρυσον Græcorum vertunt *aureum denarium Latinis* idem & ἡμιστάτηρος dicitur. vid. *Gronov.* de P. V. lib. III. pag. 363. KÜHN.

25 Ἀλεξανδρίδης] Melius MSSti Ἀναξανδρίδης· de *Anaxandride Caſaub.* in *Athen.* lib. VI. c. 18. & ſupra VI, 161. poſt a C. A. abeſt ἐν Ἀγχίσῃ· margo tamen habet καί. KÜHN

Ἀλεξανδρίδης] MS. clare Ἀναξανδρίδης, quo pacto quum habeat & *Athenæus*, emendandum hic videtur: imo & ipſe *Pollux* vulgatus ita ſupra VI, 161. Sæpius mutatum hoc nomen docet *Caſaubonus* noſter VI. *Athen.* 18. JUNG.

Ἀλεξανδρίδης] Emendatum eſt a nobis in textu Ἀναξανδρίδης, cui lectioni viam præeunt MSS. Codices: & ita *Kühnius* in ſui libri margine: viderat hoc quoque vitii *Scaliger*, credo, dum ita pag. 13. de R. N. ſcribit: *Hanc drachmam Anaxandrides Comicus* ἡμιχρυσοῦν *vocat*: viden' *Anaxandrides*; niſi petierit iſta forſitan ex VI, 161. ubi & in vulgatis ita legitur. *Anaxandrides* autem fuit non infimi nominis nec de plebe *Comicus*: *Theſeum* ejus laudat *Diogen.* III, 26. Ἀναξανδρίδης ἐν Θησεῖ· & Φαρμακομάντει *Etymologus* in ὀρίγανος· neque alium intelligebat *Heſychius*, cum ſcribit: Ἀμφίδυσις, ἐπίθετον φιάλης παρὰ Ἀναξανδρίδῃ· videndus & *Suidas* in Ἀναξανδρίδης, ubi quo vixerit tempore, quidve novi in Comœdias intulerit, indicat: ſed quid ſpicas legimus poſt locupletiſſimam *Iſ. Caſauboni* meſſem ad *Athenæum*, qui decem atque novem hujus *Anaxandridæ* nominat fabulas, obſervante ad *Laërtium Aldobrandino*: habeo tamen, quæ noviſſe, e re tua fuerit, benivole lector. Scias itaque *Alexandridem* & *Anaxandridem* utroſque quidem in lucem edidiſſe plura, ſed diverſiſſimum ſcribendi inſtitutum ſequtos fuiſſe: hic quidem, ut ex dictis patere potuit, *Comicis* fabulis notiſſimus fuit ac clarus: ille vero Delphis o-

etiam Semiaureus dixit. Sed quæ ſtateris precio conſtant, *στατηρίδια* vocabis: ut Theopompus in Callæſchro,

Non ait aliorum eſſe medios
Stateres.

Attica mina, drachmas centum continet: ſi-

καὶ [26] ἡμιχρύσους λέγει. Τὰ δὲ στατῆρος ἄξια, [27] στατηριαῖα φαίης ἄν, ὡς Θεόπομπος [28] ἐν Καλλαίσχρῳ,

Οὔ φησιν εἶναι [29] τῶν ἑταιρῶν τὰς μέσας
Στατηριαίας.

[30] Ἡ Ἀττικὴ μνᾶ ἔχει [31] δραχμὰς ἑκατὸν, ὡς

tiundus patriæ ſuæ hiſtoria, qua non tantum res pace belloque a Delphis geſtas, ſed ipſam eorum originem a primis initiis ne præterita quidem hiſtoria fabulari, complexus fuerat, perquam nobilis: attamen utriuſque nomina confuſa ſunt haud raro, alterque alterius occupavit ſæpiſſime locum: ita apud *Scholiaſtem Euripidis* ad initium *Alceſtidis* reperio: Ἀναξανδρίδης δὲ ὁ Δελφὸς φησὶ θητεῦσαι αὐτὸν (Ἀπόλλωνα) διότι τὸν Πυθοῖ δράκοντα ἀνεῖλεν· hic, inquam, emendandum eſt Ἀλεξανδρίδης, quomodo & *Ariſtophanis Scholiaſta* ad *Pluton.* v. 926. adducitur: καὶ οἱ Ἀμπελιῶται δὲ ἔθνος Λιβύης εἰς Δελφοὺς ἀνέθεσαν καυλὸν σιλφίου, ὡς φησὶν Ἀλεξανδρίδης· & clarius longe atque liquidius in *Plutarchi Lyſandro*, cujus locus ad probandam in *Euripidis Scholiaſte* emendationem noſtram perquam eſt aptus: Ἀλεξανδρίδης δὲ ὁ Δελφὸς ἱστορεῖ καὶ παρακαταθήκην ἐνταῦθα Λυσάνδρου κεῖσθαι· & vero alibi in eodem hoc nomine *Plutarchum* inſedit menda, quam, dum hæc agimus, ſuſtuliſſe fas fuerit: ſcilicet non procul initio *Quæſtionum Græcarum*; πρότερον δὲ ἅπαξ ἐθεμίστευσεν ἡ Πυθία τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, ὡς Καλλισθένης καὶ Ἀναξανδρίδης ἱστορήκασιν· imo vero Ἀλεξανδρίδης, quod tuto, me ſponſore, reponas. Sed ad *Pollucem* repetamus.

26 Ἡμιχρύσους] Ita & MS. & ſupra VI. 161. non tamen χρυσοῦς ἡμίχρυσος dixit *Pollux*. ut hinc adnotat *Hoſtus* lib. I. c. 7. n. 70. ut & lib. V. c. 2. n. 15. ubi ait ἡμίχρυσος, *ſeu ut alii malunt* ἡμιχρύσους· ſcilicet eſſe hoc ambiguum, quod ad rectum attinet. JUNG.

27 Στατηρίδια] C. A. legit pro στατηρίδια, στατηριαῖα ex correctione in margine, ubi etiam extat, τὸ φαίης, ἂν στατηριαῖα legit & *Salm.* poſt Θεόπομπος eſt, ἡ Ἀττικὴ μνᾶ. KÜHN.

Στατηρίδια] *Kühnius* ad Codicis ſui oram στατηριαῖα, & in ipſis *Theopompi* verbis στατηριαίας repoſuit, quem in re clara, MSS. etiam reclamantibus ſequimur omnino. emendabimus ita mox MSS. ope ſimillimum vitium in δραχμίδιον· ſed in ipſo *Theopompi* loco diverſa ſentiunt eruditi viri: arguta eſt perſpicaciſſimi *Jungermanni* noſtri conjectura: ſed aliter *Salmaſius* de *Modo Uſur.* pag. 259. hoc adducit modo: Οὔ φασιν εἶναι τῶν ἑταιρῶν τὰς μέσας Στατηρίδας· quod certe ſi præferri non poſſit, ſaltem ut cedat opus non eſt emendationi *Jungermannianæ*: & noveris oportet eo loco etiam *Salmaſium* emaculaſſe hoc in στατηρίδια vitium, eodemque modo, quo nos in textu, reſtituiſſe: collabitur itaque Illuſtriſſ. *Scaligeri* ſententia στατηρίδας putantis eſſe a στατηρίς, ea forma, qua τριαντίς, quod apud *Heſychium* reſtituit. Monendum eſt quoque ἑτέρων fuiſſe ante nos in textu; ſed ex *Kühnii* mente ἑταιρῶν emendatum, & ita habent quicunque eruditiſſimi viri hoc loco ſunt uſi. Apud *Heſychium* eſt Στατίδιον, πεντάμενον &c. quod in στατηρίδιον mutant *Salmaſius* & *Junius*; ſed malo cum *Scaligero* στατίδιον retinere a στάτος.

28 Ἐν Καλλαίσχρῳ] Deſunt in MS. ἐν Καλλ. cum verſibus duobus, qui e *Comico* ſequuntur, in quorum priore non dubito quin ἑταιρῶν legendum, ſicut mihi ad meum Codicem adnotaveram. & rectiſſime. Sic enim & magno *Caſaubono* viſum VII. *Athen.* 14. ubi & στατηριδίας (quod idem ſignificat ac στατηριαίας) emendat; quod vel præcedens στατηρίδια jubet, ut & conjectatus eſt amiciſſ. *Seberus.* *Callaſchrum* & *Athenæus* citat, ut ibi notavit idem Eximius ejus Commentator. Ceterum cum venia dicam, quicquid adblandiatur illud οὔ φησιν &c. quæ aptum ſenarium efficiunt, mihi tamen ſuſpicio non ita protuliſſe *Pollucem*, nec iſta duo vocabula eſſe de *Comici* verbis, ſed *Pollucis*, qui ita ſcripſerit: ὡς Θεόπ. ἐν Καλλαίσχρῳ· οὔ φησιν, εἶναι τῶν ἑταιρῶν τὰς μέσας στατηριδίας· ut *Polluci* non propoſitum fuerit hic integrum verſum adferre, quamvis & ejus pars ſe prodat, ſed dicere; in illa fabula ita *Theopompum* nominaſſe &c. ſic ſuſpicor. JUNG.

29 Τ. ἑτ. τ. μ. στατηρίδας] F. στατηριδίας, cum prius, στατηρίδια. SEB.

Τῶν ἑτέρων] Leg. τῶν ἑταιρῶν· pro οὐ leg. οὔ· *ubi ait meretrices medii ſubſellii ſtatere venales eſſe*: pro στατηριδίας etiam hic cum *Salm.* legendum eſſet στατηριαίας ſi ſequamur illam correctricem manum *Caſaub.* in *Athen.* lib. VII. c. 14. qui ex hoc loco obſervat typum nominum in ιδιος pro αιος. KÜHN.

30 Ἡ Ἀττικὴ μνᾶ &c.] MS. ἡ μνᾶ δὲ εἶχεν ἡ Ἀττικὴ δρ. SEB.

Ἡ Ἀττικὴ μνᾶ &c.] MS. ἡ μνᾶ δὲ εἶχεν ἡ Ἀττικὴ δραχμὰς ρ′ &c. ἡ μέντοι δραχμή· omnibus in medio omiſſis. emenda vero vulgo illud mendoſum δραχμᾶς, quod neſcio quomodo hic irrepſerit; ut in prioribus editionibus etiam, & ſcribe δραχμὰς; mox quoque utriſque, qui ſequuntur, locis. Videtur ibidem & ita diſtinguendum, ἐπιφέρει κόλλαβον οἶνον &c. Neſcio tamen annon aliter debeat, & alterum hoc κόλλαβον ſuperfluat. Sed ubi MS. deficit, libenter fere meam imperitiam & illud hebes ingenium fateor. Alias de hac mina hinc & ex aliis *Hoſtus* lib. III. Rei Numm. cap. 9. n. 6. JUNG.

Ἡ Ἀττικὴ μνᾶ] Ita & *Plinius* H. N. lib. XXI. c. 34. *Mnā, quam noſtri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum*: neque aliter *Cleopatra* MS. ἡ Ἀττικὴ μνᾶς ἔχει δραχμὰς ρ′ &c. & *Hero*, cujus ſupra poſui verba, minam viginti & quinque continere tradit ſtateres, ſtaterem vero quatuor drachmas ſeu ὁλκάς· itaque ſi colligas quater viginti quinque drachmas, numerus exſurget centenarius: minam autem Atticam cum Italicæ parem ſtatuerit *Hero*, quid eſt rationis cur Italicam τεσσαράκοντα στατήρων dixerit *Epiphanius*? ſed eſt ille locus corruptus, & reſtitues facile, ſi *Scaligerum* de R. N. p. 35. inſpexeris. Ex recentioribus videri poteſt *Schottus Tab. Numm.* cap. 5. & *Sardus* initio libelli de Nummis, qui cum *Fannio* minam adpellat *libram Græcam*, recte quidem ſi Græcam addideris; alias certe differunt libra & mina. *Glarean.* de *Aſſe* cap. 3. *Porro eſſet Græca mina centenum drachmarum, cui Romani in ratione nummaria ſuam æquarunt libram, addita ſemuncia quaternum drachmarum; propterea quod denarius Romanus & drachma Græca idem habent pondus.* Et hæc quidem minæ fuit valor poſt *Solonem*, qui priſtinam illam viginti & ſeptem drachmis auxit, adeo ut habuerit tantum drachmas 73. ante tempora *Solonis* mina: tradit hanc rem ſcripto *Plutarchus* in ſummi illius legiſlatoris vita: attamen *Scaliger* pro πεντήκοντα τριῶν malebat in *Plutarcho* πεντήκοντα πέντε facili lapſu OE in OΓ· ſed illius necdum conſtare nobis ratio potuit: & vulgatam quoque lectionem amplectitur Doctiſſimus *Sperlingius*.

31 Δραχμάς] C. V. δραχμῶς· *Scholiaſtes Græcus* in Tomum II. *Luciani*, ubi hunc locum laudat, legit

6 O 3

ἀκριβέστατά ἐστιν ἐν τοῖς Εὐπόλιδος Κόλαξι, [32] Δεῖπνον θὲς, ἑκατὸν δραχμὰς ἰδού· εἶτα ἐπιφέρει, οἶνον θὲς ἑτέραν μνᾶν· δῆλον ὅτι [33] καὶ τὰς
60 ἑτέρας ἑκατὸν δραχμὰς μνᾶν εἴρηκε. • [34] Ἡ μέντοι δραχμὴ, εἶχεν ὀβολοὺς ἕξ· ὅθεν καὶ [35] ἐπωβελία, τὸ ἕκτον τοῦ τιμήματος· καὶ τὸ δραχμῆς ἄξιον, [36] δραχμιαῖον, ὡς ἐν Ἀριστοφάνους ὁλκάσιν· [37] ἦν δὲ ἡ δραχμὴ οὐ νόμισμα, μόνον, ἀλλὰ καὶ [38] πεν-

cut certiſſimum eſt, ex Eupolis adulatoribus cœnam appone, centum drachmas ecce. Deinde infert adulatoribus, vinum appone minam alteram. Unde patet, quod priores centum drachmas pro mina dixit. • Drachma vero obolos conti- 60
net ſex. Unde & epobolia dicitur, ſexta mulctæ pars. Et quod drachmæ precium valet, *δραχμίδιον*, ut in holcadibus Ariſtophanis. Non autem drachma modo, numiſmatis nomen erat: ſed & pen-

δραχμὰς & ita legendum mox quoque. *Salm.* ἡ μνᾶ δὲ εἶχεν ἡ Ἀττικὴ δραχμὰς ἑκατόν. Kühn.

32 Δεῖπνον θὲς, &c.] *Interpres, cœnam appone*, quod non quadrat hic loci, ubi ratio putatur expenſarum cum caupone:

Δεῖπνον θὲς, inquit, ἑκατὸν δραχμάς· ἰδού;

In cœnam computa centum drachmas, ecce!

Quod reſpondit alter, qui rationem init & per ἰδοὺ ſignificat, jam factum eſſe quod voluit: εἶτα ἐπιφέρει, (*Scholiaſtes Luciani* ἐπιφέρει videtur legiſſe) *deinde infert*:

Κόλαξιν οἶνον θὲς ἑτέραν μνᾶν.

Ita enim laudatus *Scholiaſtes* recte legit hoc ſenſu, *adulatoribus pro vino computa alteram minam, unde apparet, quod & alteras centum drachmas minam vocarit.* Kühn.

Δεῖπνον θὲς, &c.] Mala diſtinctione hic locus laborat, quam dum Commentatores noſtri tollere atque emendare non potuerunt, tenebras ipſis offuſas, non eſt quod adeo mireris: diſtinguenda vero *Eupolidis* verba hoc modo.

Δεῖπνον; θὲς ἑκατὸν δραχμάς· ἰδού·
Οἶνον; θὲς ἑτέραν μνᾶν.

Vinne cœnam? pone centum drachmas: ſunt, ecce.
Numne & vinum? da alteram minam.

Planus eſt ac facilis ſenſus hic: rogat quis, an alter ille, cum quo ipſi eſt ſermo, cœnam velit? ponendas tum illi eſſe centum drachmas, quas alter exhibet, ad quem itaque pertinet vocula ἰδού· ſi vero & vinum cupiat, alteram quoque ponendam eſſe minam: τίθεσθαι ἑκατὸν δραχμὰς, τίθεσθαι μνᾶν, dictum eleganter: uſique eo modo *Ariſtophanes*, *Lucianus*, *Xenophon*, aliique ſpectati Atticæ elegantiæ auctores. Mox autem poſt ἐπιφέρει haud opportuno loco extitit ante nos κόλαξιν· delevimuſque cum *Kühnio*.

33 Καὶ τὰς ἑτέρας] *Scholia Luciani* καὶ προτέρας ρ' δραχμὰς. Kühn.

34 Ἡ μέντοι δραχμὴ] *Hoſtus* lib. III. c. 4. n. 14. de Drachmis & peculiaris epiſtola ad *Pinellum* extat in *Aldi Manutii* lib. II. de quæſit. per epiſt. ep. 7. Jung.

Ἡ μέντοι δραχμὴ &c.] *Plinius* H. N. libr. XXI. cap. 34. *Drachma Attica* (*fere enim Attica obſervatione Medici utuntur*) *denarii argentei habet pondus: eadem ſex obolos pondere efficit:* cui conſentiunt *Scholiaſtes Ariſtophanis* ad *Ranas*, *Oribaſius Sard.* de *Virt. Simpl.* & *Suidas* in τάλαντον. Ex *Polluce* noſtro *Sardus* de *Nummis* pag. 11. *Drachmam* Fannius *fecit ex* 3. *ſcripulis*; Pollux *ex* 6. *obolis*: ſcripſeratque paulo ſuperius: Pollux *autem conſtituens drachmam ex ſex obolis, oſtendit obolum fuiſſe ſemiſcripulum, nominatque ſemiobolum ex* 4. *chalcis.* Conſulas quoque *Schotsum Tabula Nummaria* cap. 5. & *Snellium* pag. 52. ubi & de origine vocis tangit ex *Plutarchi Lyſandro*, ἀπὸ τοῦ δράττεσθαι nimirum: & lubet *Plutarchi* quoque verba huc adferre: δραχμὴν δὲ τοὺς ἓξ ὀβολοὺς καλεῖσθαι, τοσούτους γὰρ ἡ χεὶρ περιεδράττετο, quibus ſimilia ſunt *Etymologi* in Ὀβελίσκος & hæc *Scholiaſta* *Theocriti* ad Eid. X. v. 44. ubi, quid ſint in re ruſtica δράγματα, exponit: δράγματα, τὰ πληροῦντα τῶν σταχύων τὴν ἀριστεράν, παρὰ τὸ δράττειν· ὅθεν καὶ δραχμὴ ἡ πληροῦσα τὴν χεῖρα τῷ κέρματι· & δραγμὸ quidem, atque δράγμα *manipulus* eſt in *Gloſſis*. Hoc autem, drachmæ veriverbium defendere nititur ac adſerere *Sperlingius* contra *Salmaſium*, qui ex Oriente petenda vocis incunabula ſtatuebat, nec inepte forſitan: ſed alibi, ſpero ſuper iſtis. De ἐπωβελία vero ſuperiori libro *Noſter* affatim, ibique notaſſe memini: hæc tamen *Pollucis* noſtri illuſtrant quæ habet *Etymol.* in illa voce.

35 Ἐπωβελία] Vide ſupra VIII, 39. & 48. Seb.

36 Δραχμίδιον] MS. δραχμιαῖον, ὡς. Seb.

Δραγμίδιον] C. A. & *Salm.* δραχμιαῖον ὡς Ἀριστοφάνης· lectio altera in margine eſt. Kühn.

Δραχμίδιον] MS. δραχμιαῖον, quomodo & *Seberi Auguſtanum* credo habuiſſe, non δραχμίδιον, ut vulgo. & illud cum MS. forte reponas rectius. quamvis nec alterum queam rejicere. eodem enim typo percuſſum ut στατηρίδιον, τὸ στατῆρος ἄξιον, ſupra Segm. præc. Jung.


Δραχμίδιον] In textu emendavimus δραχμιαῖον, quam lectionem MSS. ſuadent, præeunte Doctiſſ. *Kühnio*: atque ita legendum monuit & *Salmaſius* de *Mod. Uſur.* p. 259.

37 Ἦν δὲ ἡ δραχμὴ] MS. ἦν δὲ οὐ δραχμὴν νόμισμα μόνον &c. vitioſe, in δραχμὴν a ſequenti vocula repetito. Jung.

38 Πεντηκοντάδραχμον] Apud *Platonem* in *Cratylo* nempe habes τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν, ut adnotavit *Hoſtus* lib. III. Rei Numm. c. 1. n. 71. & antea Avus meus de Numiſm. *Scholiaſtes Ariſtoph.* in Νεφέλας, de Prodico Chio ita ſcribit, πρῶτος δὲ οὗτος πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν ἐποιήσατο. Sequitur καὶ πεντάδραχμον· quæ deſunt in MS. qui habet: ἀλλὰ καὶ πεντηκοντάδραχμον παρὰ Κυρηναίοις καὶ τετράδραχμον &c. emenda vero Κυρηναίοις, quod vulgo vitioſe Κυριναίοις legitur. De *Pentadrachmo Hoſtus* libr. III. cap. 1. n. 68. quo capite & de aliis hic & nominatim n. 49. Jung.

Πεντηκοντάδραχμον &c.] *Præterea (Pollux) ipſe nominat*, *Sardi* verba hæc refero pag. 11. libelli de *Nummis*, *tridrachmam*, *tetradrachmam*, & *Cyrenenſium pentadrachmam*, & *pentacontadrachmam*: oſtenditque *Pollucis* noſtri hoc eodem loco egregie abuſum fuiſſe *Snellium*, cum hic ſe putaret inveniſſe, quæ ſtateri ſuo viginti quinque drachmarum undecunque invitis munimina conquirebat Muſis, perſpicaciſſimi vir ingenii atque politiſſimi *J. Frid. Gronovius* de Seſtertiis pag. 167. alias idem *Snellius* hæc pleraque habet & exponit pag. 54. & ſeq. Mox autem ante nos κυριναίοις fuit quod vitii emendavimus facile cum *Kühnio* noſtro, reſtituimuſque Κυρηναίοις· *Cyrenenſes* autem inſigni ſuæ reipublicæ ſilphio ſeu laſerpitio uſi ſunt, quod apud eos præſtantiſſimum fuit, magnique habitum: mentionem itaque factam videas in Medicorum ſcriptis laſeris Cyrenaici, uti apud *Marcellum Empiricum* cap. 15. & haberi potuiſſe rariſſime colligas ex hiſce *Scribonii* Compoſ. Medic. cap. 16. *laſer Cyre-*

pag. 1057
a



pag. 1064
b




pag. 1064
b



pag. 1065
a



pag. 1065
a



pag. 1065
b




pag. 1065
b



pag. 1066
b



pag. 1066
b




& 1027.


pag. 1027
b




pag. 1032
b




pag. 1032
b




pag. 1032
b



pag. 1045
b




pag. 1049
b




pag. 1049
b



pag. 1053
a



pag 1053
a



Inſerend.

tecontadrachma, & Pentadrachma, apud *τηκοντάδραχμον, καὶ πεντάδραχμον, παρὰ*

naicum, ſi poterit inveniri, ſin minus, Syriacum aqua dilutum. Ὀπὸν Κυρηναϊκὸν, ὃν ἐκφέρει τὸ σίλφιον ὄπισθεν adpellat *Strabo* lib. XVII. ibidemque Cyrenaicam regionem in tres diviſam partes tradit, mediamque laſerpitium tuliſſe, de qua, ut & de tota Cyrenaicæ primæ natura atque ingenio elegantiſſima pono *Arriani* verba, quibus Indicæ hiſtoriæ libro imponit finem: Ἀλλ' ἡ Κυρήνη γὰρ τῆς Λιβύης ἐν τοῖς ἐρημοτέροις πεπολισμένη, ποιώδης τέ ἐστι καὶ μαλθακὴ καὶ εὔυδρος καὶ ἄλσεα καὶ λειμῶνες, καὶ καρπῶν παντοίων καὶ κτηνῶν πάμφορος, ἔστε ἐπὶ τοῦ σιλφίου τὰς ἐκφύσιας· ὑπὲρ δὲ τὸ σίλφιον τὰ ἄνω αὐτῆς ἔρημα καὶ ψαμμώδεα· quæ tibi quam emendatiſſima, benivole lector, ex poſtrema eaque pura ſummi literarum Græcarum antiſtitis *Jac. Gronovii* editione appoſui: & illa quidem unice illuſtrant *Silium* cum lib. VII. canit:

Battus Cyrenem molli tum ſorte fovebat:

viden' igitur Κυρήνην ποιώδη atque μαλθακὴν ab *Arriano*, *mollem* vero *Cyrenes ſortem* a *Silio* dictam. Deſideratiſſimum vero laſerpitium hoc Cyrenenſe, vel inde pateat, quod Carthaginienſes, ſi ſubdole quid ſuſtuliſſe poterant, e veſtigio mercibus aliis cum lucro permutabant, teſte *Strabone*: Soliti itaque erant Cyrenæi ut ab injuria pecudum hominumque furacium laſerpitium defenderent, locum ſepe munire, ut docet *Arrian.* de Exped. *Alex.* lib. III. & monendum quoque duco ſilphii mercaturam non videri pertinuiſſe ad hunc illumve privatæ fortunæ hominem, ſed ad ipſam Cyrenarum rempublicam. Silphii autem frugifer ille locus ipſius fruticis nomine fuit dictus: ſic in *Arriano* ὑπὲρ δὲ τὸ σίλφιον, & *Herodotus* Muſa quarta bis: καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ Μενέλαιος λιμήν ἐστι, καὶ Ἄζιρος, τὴν οἱ Κυρηναῖοι οἴκεον· καὶ τὸ σίλφιον ἄρχεται ἀπὸ τούτου. Et iterum: εἰσὶ δὲ καὶ γαλαῖ ἐν τῷ σιλφίῳ γινόμεναι, τῇσι Ταρτησσίῃσι ὁμοιόταται· emendandus eſt itaque *Heſychius* in Σιλφίου λειμών, apud quem εἶδος τι Λιβύης τὸ σίλφιον male eſt pro τόπος τις Λιβύης &c. ſed de ipſo laſerpitii frutice plura reperies apud *Yvonem Villiomarum*, in Controv. *Titii* locos lib. VIII. c. 12. &, qui ex hoc collegit pluſcula, τὸν πάνυ *Salmaſium* in *Solinum.* Hujus autem ſilphii, quod ſummo apud eos fuit in pretio, annulis ſuis inſculptam habuere figuram *Cyrenenſes*, referente *Ariſtophanis Enarratore* antiquo ad *Plut.* v. 926. ubi *Comicus* notiſſima parœmia Βάττου σίλφιον utitur: memoriæ porro prodiderat *Alexandrides* gentem Libyæ *Ampelotas*, ut honorem *Apollini Delphico* haberent, ſilphii ſacrum miſiſſe caulem: huc ſpectat lepida de Dioſcuris hiſtoriola quam *Pauſanias* habet *Lacon.* cap. 16. quam, niſi, dum hæc ago, inſeruiſſe theſauro ſuo *Begerum* animadvertiſſem, in medium hic dediſſe animus fuerat. In nummis demum Cyrenenſibus, ſilphii apparet frutex, de quo & antiqui teſtantur, ſed vario atque intricato paululum modo: repetamus, licet, etiamſi ab aliis dicta, ſi forſitan majori luce donari a nobis poſſint: ad dictum *Comici* locum bini Commentatores uterque *Ariſtotelis* eadem auctoritate Cyrenenſium republica nitentes, a ſe invicem diſſentiunt tamen, adeo ut alter falſi ſit condemnandus: prior quidem condita Cyrene Batto ſilphium donaſſe Libyes tradit, & nummum ſignaſſe, in quo ſculptus fuerit Battus, qui hac regnum, altera ſilphium a civitate acciperet: poſterior autem, ut Cyrenæi regi ſuo redhoſtimentum quoddam virtutis impenſique, deductis in Libyam civibus, laboris exhiberent, imaginem illi ſuſpenſam fuiſſe narrat, in qua duci blæſo laſerpitium offerre grati conſpiciebantur cives: unum *Ariſtotelis* locum diverſæ hujus utriuſque relationis eſſe fontem, equidem non dubito: ſed altera utra tandem apud nos fidem mereri majorem oportet? poſterior certe præ prima: nam, ut dicam, quod meæ eſt in hac re ſententiæ, cuſos eſſe a Cyrenenſibus Batti imagine nummos inſignes haud ſanequam credo: qui ante *Ptolemaos* fuere percuſſi, *Ammonis* habuere ab hac, ab altera vero parte ſilphii figuram: neque decuit aliter, ſiquidem *Ammon* tutelaris fuit totius Libyæ Deus, & tutelares præcipue regionis Deos in libera tyranni jugo republica nummis imprimi ſolitos conſtat: ſic Athenienſes *Minervam* huic, alteri vero nummorum parti noctuam habebant inſculptam: recte itaque *Suidas* & *Heſychius* in Βάττου σίλφιον, ὥστε καὶ ἐν τῷ νομίσματι ὅπου μὲν Ἄμμωνα, ὅπου δὲ σίλφιον ἐγκεχαράχθαι· & quæ præcedunt *Heſychii* verba non integra quidem ac recta, multis tamen modis eruditi homines corruperunt: ut tute videas ponam: Βάττου σίλφιον, παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς ὑπερβαλλούσας τιμὰς εὑρισκομένων· μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τοῦ Κυρηναίους ἐπὶ τῶν Βαττιαδῶν μεταδοῦναι ἐξαίρετον τὸ σίλφιον ὃ ἐκτετίμηται παρ' αὐτοῖς, ὥστε καὶ ἐν τῷ νομ. &c. quæ ita ſe in Latinum ſermonem tranſfuſa habent: *Batti laſerpitium: proverbium de iis dictum, qui inſignes inveniunt honores: tranſlatum vero ex eo eſt, quod Cyrenenſes cuidam Battiadarum obtulerint* (honoris nimitum cauſa) *eximium laſerpitium, quod fuerat apud eos exciſum, adeo ut in nummis ab hac quidem Ammon, ab illa vero parte laſerpitium ſit ſignatum*: hic emendant: μ. δ. ἀπὸ τοὺς Κυρηναίους ἐπὶ τῶν Βαττιαδῶν μεταδοῦναι ἐξαίρετον τὸ σίλφιον, ὃ τετίμηται παρ' αὐτοῖς· quæ abſona ſunt prorſus, atque *Heſychii* ſcopo inepta: & meliorem me operam ipſi daturum ſpero: ſcribe itaque ἐξαίρετόν τι &c. tum poſt, ἐκτετίμηται παρ' αὐτοῖς, ſupplenda, quæ ſimili præcedentium & ſono & ſcriptura deceptus librarius omiſerat, ſunt hæc: καὶ γὰρ τετίμηται παρ' αὐτοῖς. ὥστε &c. quæ omnia confirmat *Suidas*; emendanduſque eſt hinc *Paræmiographus Vaticanus*, in quo duplicis proverbii expoſitio peſſime coaluit: expedias facile, ſi cum his conferre volueris. & adnota mihi, quæſo, diſſimilem ab ea, quam *Ariſtophanis* protulit *Scholiaſtes*, proverbii originem, quam *Heſychius* non a *Batto* Cyrenarum conditore, ſed alio quodam ex ipſius poſteris acceſſit, cui etiam *Batto* nomen fuit, quales fuiſſe plures ex *Herodoto* conſtat. Poſtquam vero *Ptolemæi* Cyrenis imperitaverunt, eorum nummos horum regum imaginibus inſigniri oportuit, taleſque eſſe omnes exiſtimo, qui hodie variis in cimeliarchiis aſſervantur: & tui quoque gratia, erudite lector, apponi in tabella proxima curavi Cyrenenſium nummum argenteum didrachmi ferme pondere, quem mihi depromptum ex locupletiſſimo ſuo nummorum theſauro, qua eſt humanitate ſumma, liberaliſſime conceſſit vir præſtantiſſimus ac nobiliſſimus J. de WILDE, cujus infinitam promovendi & adjuvandi rem nummariam elegantioreſque literas lubidinem atque indefeſſum ſtudium hæc ſæcula noſcunt, ſequentia mirabuntur: illius etiam ejuſdem humaniſſimæ liberalitati reliquos omnes, quos illuſtrando *Polluci* inſeruimus, nummos debes, de quorum accuratiori pictura ſecurus ſis licet, ſiquidem eos delineavere non dedignata ſit ſpectatiſſima dudum hac arte orbi etiam erudito virgo lectiſſima MARIA de WILDE, in qua tanquam in virtutum metropoli non æſtimandæ corporis animique dotes infinitis intermiſtæ *Gratiis*, plaudentibus etiam *Pallade* patrima atque *Muſis*, ſe digniſſimam occupavere ſedem: ſed quid ego homuncio detraho laudibus meis atque detero utriuſque meritis & virtuti? ſileam igitur, atque hæc animi grati qualiacunque reliquiſſe ſigna ſufficiat. In hujus itaque nummi altera area laſerpitium habes additis literis Κυρα, Κυράνα nempe, uti Dores ac Lacones efferebant, altera vero *Ptolemæi*, ut quidem ſentio, ſeu *Lagus* ſit ille ſeu *Philadelphus*, caput cornutum: cornu quidem arietinum duplicem ob cauſam ipſis addi potuit, tum quod inter *Alexandri* eſſent ſucceſſores, cujus caput non aliter niſi cornutum viſitur in ſtatuis & nummis, cum ut non mediocrem ipſi honorem ha-

[39] Κυρηναίοις· καὶ τετράδραχμον ἐκαλεῖτο, καὶ τρίδραχμον, καὶ δίδραχμον· [40] τὸ δὲ παλαιὸν τοῦ-

Cyrenenſes. Tum & quadridrachma dicebatur, tridrachma, & didrachma. Vetus autem

berent, qui jungerent capiti ejus arietis cornu *Ammoni* proprie debitum. Cyrenaica autem regio ſub imperium delapſa eſt *Ptolomaeorum* vi atque armis *Ptolomaei Lagi* ut liquet ex *Juſtino* lib. 13. c. 6. eaque propter *Strabo* lib. XVII. Κυρηναίαν memorat τὴν ὑπὸ Πτολεμαίων, *Ptolomaeis ſubjectam Cyrenaeam*, unde colligas ſimul, non omnem Cyrenaicam regionem ſub ditione fuiſſe *Ptolomaeorum*, ſed binæ, puto, tantum partes: tertiam Libyæ tenuere gentes. *Callimachus* porro H. in *Apoll.* v. 68.

> Καὶ Λιβύην εἰσιόντι κόραξ ἡγήσατο λαῷ
> Δεξιὸς οἰκιστῆρ, καὶ ὤμοσε τείχεα δώσειν
> Ἡμετέροις βασιλεῦσιν.

Τῷ Πτολεμαίῳ, inquit *Scholiaſtes*: forſitan τοῖς Πτολεμαίοις, ſiquidem intellexerit Cyrenæus vates *Philadelphum* & *Euergetem* fratres: & vide ad hæc notantem Illuſtriſſ. *Spanhemium.* Sed & ſtatuæ Cyrenis honori *Ptolomaeorum* poſitæ fuerunt, ad quas ſi quis confugiſſet, abripi nefas erat: elegans eſt ea de re locus in libro XXIII. Hiſt. *Livii* cap. 10. ubi *Magius Decimus Campanus*, qui a partibus Romanorum ſteterat ſemper, *Annibali* vero obſtiterat, injectis catenis a Pœno rapi jubetur extra portam, impoſitumque in navem Carthaginem mitti: *navem Cyrenas detulit*, verba ſunt hæc *Livii*, *tempeſtas*, *quæ tum in ditione regum erant: ibi cum* Magius *ad ſtatuam* Ptolomæi *regis confugiſſet*, *deportatus a cuſtodibus* Alexandriam *ad* Ptolomæum: *dum eum docuiſſet*, contra jus fœderis vinctum ſe ab *Annibale* eſſe, *vinculis liberatur*: qui locus percommode, quæ dixi probat. Similem autem Cyrenenſium nummum egregium exhibet *Rhodius Emend.* ad *Scribon. Larg.* pag. 127. ubi ſilphio adjectam vides ſtellulam, *Caſtoris*, ut exiſtimo, indicem: & *Caſtorem* quidem præ *Polluce* potius in nummis ſuis expreſſum habuere, quod equis equitandique peritia clarus ille fuiſſe perhibeatur, ſicuti *Pollux* cæſtibus atque luctaः Cyrenenſes autem, cum planam incolerent aptamque equis regionem, præſtantiſſimos aluiſſe atque edomaſſe equos antiqui memoriæ tradunt: ea de cauſa *Pindaro* in *Pythionicis* ᾠδ. δ. εὔιππος Κυράνα dicitur, & vide ad eum locum *Scholia*: *Pindarum* vero ſequutus eſt *Dionyſius Periegetes* hoc verſiculo: Κυρήνη τ' εὔιππος, Ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν· quem non inconcinne binis aliis Latinis ita *Priſcianus* reddidit:

> *Nec non Cyrene clarorum mater equorum*
> *Urbis Amyclaæ populus quam condidit olim.*

& hinc *Pauſanias Eliac.* Θεόχρηστον nominat Κυρηναῖον ἱπποτροφήσαντα κατὰ τὸ ἐπιχώριον Λίβυσι· & vide *Caſaubonum* ad *Athen.* III, 22. hac porro nixus ratione, & illum equitem, qui in altera nummorum quorundam Cyrenæorum area apud *Goltzium* & *Begerum* conſpicitur, *Caſtorem* eſſe ſtatuo. Sed ſatis eſt temporis, quod huic rei dedimus.

39 Κυρηναίοις.] C. V. Κυρηναίεις. KÜHN.

40 Τὸ δὲ παλαιὸν τοῦτο] MS. τὸ παλαιὸν δὲ τοῦτ' ἦν &c. De nummo hoc, qui βοῦς, ut didrachmum ſuum vocabant Athenienſes, vid. *Hoſtum* lib. III. Rei Numm. cap. 3. JUNG.

Τὸ δὲ παλαιὸν τοῦτο ἦν Ἀθ. &c.] De bove hoc celeberrimo antiquorum Athenienſium nomiſmate qui ſcriptis aliquid ex recentioribus tradidere, ſunt autem ii bene multi, pleríque omnes inſignem hunc *Pollucis* noſtri locum non prætereunt: ex iis *Sardus* eſt, cujus hæc ſunt de *Nummis* p. 11. verba: *Et apud eundem* Pollucem *bove inſculpto Athenienſis vel Deliacus nummus*: & *Lipſius* de R. N. pag. 3. *Sed & quod* Theſeus *apud Athenienſes nummum bovis nota ſignavit*, *uti* Pollux *& veteres literatores teſtantur*: de *Theſeo* tamen quæ adfert non *Pollucem* ſed *Plutarchum* habent auctorem: *Agricolam* alioſque mitto. Conſtat itaque & ex hoc *Pollucis* noſtri loco, & ex *Plutarchi Theſeo*, ubi hunc primum Athenienſibus nummos ſignaſſe impreſſa bovis figura memoriæ mandavit, aliiſque pluribus hunc bovem nummum fuiſſe ſignatum, qui id nominis ſit ſortitus ab impoſita imagine bovis, atque valuiſſe, ſi ad ſpeciem nummariam, quæ poſtmodum fuit in uſu, redigas, binis drachmis: & hoc tam clare tamque perſpicue a veteribus literis eſt traditum, ut ſi quis contra ſentiat, nihil ſentire videri poſſit: hac tamen graviſſima antiquæ eruditionis auctoritate nihil quicquam motus vir profecto Eruditiſſimus *Ottho Sperlingius* in ſua de Nummis non cuſis diſſertatione docta hercle, ac concinna illum antiquorum Athenienſium βοῦν inter nummos non cuſos omni niſu reponere allaborat: totum probandæ huic rei caput ſecundum & vigeſimum habet deſtinatum: ſed vereor, ut hac quidem in parte & ſe vir doctiſſimus & lectorem egregie fallat: videamus utique, dum ita ſe dat occaſio, paucula. Βοῦς igitur *Sperlingio* eſt *numiſma illud argenteum*, *quod tantum argenti continebat*, *quo bos emi poſſet*, δεκάβοιον, *in quo tantum argenti*, *quo decem boves comparari poſſent*, *&* ἑκατόμβοιον, *quo centum:* ſed injuriane rogitem, quo id auctore, quo teſte conſtet? certe non temere repertum iri quenquam ſtatuo, qui eo modo βοῦν, δεκάβοιον & ἑκατόμβοιον exponat, niſi forſitan in hanc rem converti poſſe quis putet *Etymologi* verba, quæ βόιον aliquando σταθμιόν τι dici adfirmant: ſed nihil hinc quidem eſt præſidii: porro ſi inter nummos non cuſos βοῦς extiterit, tantum pendens argenti, quantum emendo bovi erat, annon & οἶς, & μόσχος, & ὗς ſimiliave fuiſſe oportet? quid enim? numne ſolis βοΐ, δεκαβοίῳ, aut ἑκατομβοίῳ exerceri poterant emendi vendendique vices? non ſane; etenim quo pretio ovem, vitulum, ſuem aliaque minoris pretii animalia emiſſent? & tamen horum talium nomiſmatum profundum eſt in antiquis ſcriptoribus ſilentium. *Pollux* autem noſter bovem valuiſſe refert binas Atticas drachmas, quæ dum argute nimis captat vir præſtantiſſimus, ſplendide, uti cenſeo, ſemetipſum eſt fruſtratus: *Sed quod* Pollux, ipſius ponam verba, *in bovem duas drachmas Atticas computet argenti*, *moneta noſtra* 12. *aſſes Lubecenſes*, *facile videt quilibet*, *hoc pretium minime convenire bovi*, *nullo tempore tam vile pretium tam proficuo & deſideratiſſimo animali ſtatuente:* quid audio? ainne vero, pretium binarum drachmarum, quo bovem nummum *Pollux* æſtimat, minime convenire animali proficuo & deſideratiſſimo? recte hoc quidem, non conveniunt binæ drachmæ vile nimis pretium bovi: ſed ubi tandem locorum adfirmavit *Pollux*, bove nummo animal illud cognomen comparari poſſe? neque vero comparari poterat puto tam parvo pretio: & oſtendam quid cauſæ in hæc devia rapuerit præſtantiſſimum ſenem: nimirum omnino ſtatuebat bovem dictum illud nomiſma, quod emendi bovis efficeret pretium: ſed non ea *Polluci* ſtetit ſententia, qui dictum ita bovem docet, ὅτι βοῦν εἶχεν ἐντετυπωμένον, non quod bovi comparando ſufficeret. Ex his pateat argutula tantum, ac ſi dicere licet, παρακεχαραγμένα eſſe, quæ hæc alia habet iſto capite: Theſeus *enim Athenienſes docuit aurum*, *argentum & æs eo pondere κόπτειν*, *quo bovem emere poſſent*, *talemque nummum* βοῦν *dictum*, *licet bovem ſignatum minime habuerit*; *ita quoque* δεκάβοιον *laminam auri*, *argenti*, *æris quo decem boves emere valerent*, *&* ἑκατόμβοιον *qua centum*: *aut* βοῦν *fuiſſe nummum æreum non cuſum*, δεκάβοιον, *argenteum*, ἑκατόμβοιον, *aureum*: videnne, quam ſuaviter ſibi vir doctus fingat, quæ extitere nuſquam forte, quæ certe nullo idonei ſcriptoris teſtimonio probari poterunt: &

erat

erat Athenienſium moneta, Bos appellata, eo quod bovem inſculptum haberet. & hanc Homerum putant intelligere dicentem: centum boum precio digna dignis precio novem boum: (ſcil. arma permutat.)
* Sed & in Draconis Legibus eſt, Solve-
61 re decabœum. Et in Deli profectione præconem proclamare tradunt, ſi alicui munus deſignat, quod tot illi tradentur

το ἦν [41] Ἀθηναίοις νόμισμα, καὶ ἐκαλεῖτο βοῦς, ὅτι βοῦν εἶχεν ἐντετυπωμένον· [42] εἰδέναι δὲ αὐτὸ καὶ Ὅμηρον νομίζουσιν εἰπόντα,

--- [43] ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

*καὶ μὴν κἀν τοῖς Δράκοντος Νόμοις ἔστιν, [44] ἀ- 61
ποτείνειν δεκάβοιον· καὶ ἐν τῇ [45] παρὰ Δηλίοις θεωρίᾳ τὸν κήρυκα κηρύττειν φασὶν, [46] ὁπότε δωρεά τινι ἐδίδοτο, ὅτι δοθήσονται αὐτῷ τοσοῦτοι

quoque notemus errorem viri magni, dum Græcam phraſin κόπτειν νόμισμα alio deflectit, ac par eſt: certe vel ſexcentis adferi poſſet locis κόπτειν νόμισμα non aliter quam de ſignatura nummorum intelligi poſſe: hic tamen de argenti ſectione ſumit, & quod pejus eſt, etiam *Herodotum* iſta hujus phraſeos notione uſum fuiſſe ſtatuit iſtius Diſſert. pag. 7. certe ſi quicquam alienum eſt a linguæ Græcæ genio, hoc inter prima reputo: & alii quoque *Herodoto* de Lydis referunt, eos non æs, argentum aut aurum conſtituto pondere diſſecuiſſe, ſed percuſſiſſe, ſed ſignaſſe nummos. Animadvertendum porro δεκάβοια, ἑκατόμβοια dici proprie, quæcunque res decem aut centum bobus nummis æſtimantur: unde tum δεκάβοιον & ἑκατόμβοιον νόμισμα, nummus, qui decem aut qui centum nummos boves continet. Et hæc quidem in medium adferre placuit, quibus defenderemus *Pollucis* noſtri aliorumque ſententiam, qui bovem nummum eſſe dixere ſignatum; ſupereſt quiddam operæ, quæ *Polluci* impendenda venit. *Samuel Petitus* Obſerv. ad L. L. A. p. 369. ubi ex hocce *Pollucis* noſtri loco fragmen illud e Draconis legibus, ἀποτίνειν δεκάβοιον, adfert, exiſtimat, neque injuria, hæc *Pollucis*, quæ ſub manibus habemus, verba ad τὸ δίδραχμον referenda, quod præceſſerat: & hercle ni feceris ita, jejune omnino hæc poſuiſſe *Pollucem* judicandum eſſet: & valorem quoque didrachmi habuiſſe antiquum βοῦν *Scholiaſtes Ariſtophanis* ad Aves teſtatur: ἦν γὰρ γλαὺξ ἐπίσημον (τῶν τετραδράχμων nimirum) καὶ πρόσωπον Ἀθηνᾶς, τῶν προτέρων διδράχμων ὄντων, ἐπίσημόν τε βοῦν ἐχόντων· unde & colligas licet noctuæ ſignaturam in bovis ſucceſſiſſe locum: huic adde *Etymologum* in voce ἑκατόμβη, ubi & adducit atque exponit parœmiam Βοῦς ἐπὶ γλώσσης, de qua locupletius Proverbiorum Collectores ab *Andr. Schotto* luci donatos videre potes: *Suidas* quæ de hiſce habet, fideliter iſta omnia aliis, quos citavi, ſubripuit. Cur autem ſignatos voluerit bovis figura nummos *Theſeus*, ternam relinquit in medio rationem *Plutarchus*, ſeu fecerit id bovis *Marathonii* cauſa, ſeu *Minotauri*, ſeu tandem potius iſthoc ſymbolo admonitos voluerit Atticæ regionis incolas exercendæ agriculturæ: quicquid ſit, id omnino conſtat, bovem fuiſſe colendorum agrorum ſymbolum: & præterea quoque vetuſtiores etiam Romanos boum pecudumque effigie ſignaſſe nummos conſtat ex *Plinio* & *Pomponio Sabino* ad Eclog. Virg. I. aliiſque, in memoriam, putes forſitan, illius ævi, quo divitiæ atque opes non auro, argento, aut ære, rudi, ſignatove, ſed pecorum copia conſtabat; οἱ γὰρ παλαιοὶ ἐν τοῖς τετράποσι τὴν κτῆσιν εἶχον· ἀμέλει καὶ οἱ βασιλέων παῖδες ἐποίμαινον πρὸ τοῦ γάμου· καὶ ταῖς νύμφαις πρόβατα καὶ βόας ἐχαρίζοντο, ὅθεν καὶ ἀλφεσίβοιαι, inquit *Proclus* ad *Heſiodum*. ſed in iſta non hoc loco inquiremus. Vide porro *Heſychium* in Βοῦς ἐπὶ γλώττης & Ἑκατόμβοιον· eidemque Ἑκατομβοῖδιον, ἑκατὸν βοῶν τιμή. Sed ad alia pedem promoveamus.

41 Ἀθηναίοις νόμισμα] C. A. Ἀθηναίων νόμισμα &c. KÜHN.

42 Εἰδέναι δὲ αὐτὸ] Αὐτὸν *Salmaſ.* referatur ad δίδραχμον. KÜHN.

Εἰδέναι δὲ αὐτὸ] MS. εἰδέναι δ' αὐτό. JUNG.

43 Ἑκατόμβοι &c.] *Iliad.* ζ, 236. prior. edit. ἑκατόμβη. SEB.

Ἑκατόμβοι' &c.] MS. ἑκατόμβοι' ἐννέα βοιῶν· quo pacto & infra noſter MS. Segm. 73. ubi *Pollux* noſter hanc ſententiam improbat eorum, qui nummum per βοῦν apud *Homerum* intelligunt. De hoc *Homerico* verſu plura apud *Hoſtum* dicto loco n. 7. &c. JUNG.

44 Ἀποτίνειν δεκάβοιον.] MS. εἰκοσάβοιον. *Odyſſ.* α, 431.

—— εἰκοσάβοια δ' ἔδωκεν. hoc eſt, εἴκοσι βοῶν ἄξια. *Schol.* vid. & *Od.* χ, 57. SEB.

Ἀποτίνειν δεκάβοιον.] MSSti & *Salm.* (cujus in V. C. erat εἰκοσάβοιον) εἰκοσάβοιον ἀποτίνειν, *ſolvere viginti boves.* KÜHN.

Ἀποτίνειν δεκάβοιον.] MS. ἀποτίνειν εἰκοσάβοιον· non δεκάβοιον· & vide an verius noſter MS. quemadmodum & *Seberus* in ſuo teſtatur. *Heſychius*: εἰκοσάβοιον, εἴκοσι βοῶν ἄξιον, εἰκοσαπλοῦν. De δεκαβοίῳ hinc & ex *Heſychio Heinſius* noſter Notis ad libr. XV. *Silii.* Et lubet *Heſychii* locum adſcribere, ut illud miraculum hominis reſtituit, quoniam eam emendationem ex *Polluce* hinc infra de Deliis firmat: Δεκάβοιον ἀριθμὸς πόσος καὶ σταθμὸς, ἐφ' ᾧ τετύπωτο βοῦς· ἔνιοι δὲ Δηλίων τὸν βοῦν νόμισμα εἶναι φασίν· vulgo mendoſiſſime legitur in *Heſychio*: δεκαβοίων & ἔνιοι δὲ δειλιέντων βοῦν &c. quæ ita tamen & bonus *Favorinus* tranſcripſit, ut noſter *Heinſius* notat. JUNG.

45 Παρὰ Δηλίας] MSSti & *Salm.* παρὰ Δηλίοις, *in ſacris ludis apud Delios.* KÜHN.

Παρὰ Δηλίας] MS. παρὰ Δηλίοις· & quis non videt ita reponendum? vulgatum Δηλίας falſum vidiſſe credo & *Hoſtum*: quum lib. III. c. 3. n. 4. hæc citans habeat, παρὰ Δηλίους· ubi cum alias videre potes. JUNG.

Τῇ παρὰ Δηλίας θεωρίᾳ] Nullo ſenſu certe: ſed cum MSS. & *Kühnio* noſtro reſtituendum παρὰ Δηλίοις· atque ita habet & vir Eruditus *Sperlingius* cap. 22. de Numm. non Cuſ. ubi hunc totum adfert locum: eamdem quoque ſcripturam *Falckenburgius* ex ſuo Codice adnotavit. Intelligenda vero hic apud *Pollucem* eſt ſacra legatio, quam ſingulis annis ſoliti fuere ad *Apollinem* Delium mittere Athenienſes: & ex hoc *Onomaſticographi* noſtri loco conſtare etiam arbitror dona fuiſſe diſtributa ab Architheoro, haud dubie in populum, ut puto, Delium, aut quoſdam ſaltem de Athenienſium republica, ſeu rebus geſtis, ſeu etiam inſigni favore bene meritos: hujus autem ſacræ Athenienſium legationis meminit *Callimachus* H. in Delum, ad quem videndus eſt Illuſtris *Spanhemius*. Mox in *Polluce* male fuit lectum vulgo, δωρεὰν, & ad *Jungermanni* mentem in textum retulimus δωρεά.

46 Ὁπότε δωρεὰν τινι ἐδιδ.] C. A. & *Salmaſ.* δωρεά τινι ἐδίδοτο, (*Salm.* ἐδίδοτο, qui & mox hoc ordine, ἴδιον εἶναι νόμισμα &c.) ὅτι βόες τοσοῦτοι δοθήσονται αὐτῷ, *quando donum alicui ex publico dabatur.* Solebant enim Græci præmia de Republica bene meritis decreta in ſolennibus ludis pleno theatro per præconem promulgare, ut honor alicui habitus eo teſtatus eſſet, & alii exemplo invitarentur ad bene merendum de Republica. KÜHN.

Ὁπότε δωρεὰν τινι ἐδιδ.] MS. ὁπότε τινὶ δωρεᾶ διδο

βόες· καὶ δίδοσθαι καθ' ἕκαστον βοῦν δύο [47] δρα-
χμὰς Ἀττικάς· ὅθεν ἔνιοι Δηλίων, ἀλλ' οὐκ [48] Ἀ-
θηναίων, ἴδιον εἶναι νόμισμα τὸν βοῦν νομίζουσιν·
ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὴν παροιμίαν [49] εἰρῆσθαι τὴν,
[50] Βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκεν, εἴ τις ἐπ' ἀργυρίῳ
62 [51] σιωπήσειεν. • [52] ἦν μέντοι, ὡς Ἀριστοτέλης
φησὶν, ἐν Κυρήνῃ [53] καὶ τετραστάτηρον, καὶ
στατὴρ, καὶ ἡμιστάτηρον, χρυσᾶ νομίσματα·

boves. & dari pro ſingulis bobus bi-
nas drachmas Atticas. Unde nonnulli
Deliorum, non Athenienſium proprium
quoddam numiſma eſſe, Bovem intelli-
gunt. Hinc quoque dictum eſſe Proverbium,
Bos linguam conſcendit: cum quis argenti
cauſſa tacuit. • Erat etiam, ut Ariſtote- 62
les in Cyrene tradit, Quadriſtater, & Te-
traſtateria, ſemiſtaterum aurea numiſmata.

το, ὅτι &c. Et quid eſt δωρεὰν vulgatum, niſi addas τὶ vel tale quid: omnino itaque δωρεὰ ſcribendum eſt; ut etiam Avus meus interpretatus eſt, ubi & alia hinc explicat. libell. de Numiſm. *cum præco datum iri alicui præmium pronunciaret*: & *Eraſmus* Adagio: *Bos in lingua, ſi cui munus dandum erat.* JUNG.

47 Δραχμὰς] Emenda δραχμάς. JUNG.

48 Ἀθηναίων, &c.] MS. hoc ordine: Ἀθην. εἶναι νόμισ. ἴδιον τὸν β. &c. JUNG.

49 Εἰρῆσθαι.] Abeſt a C. A. KÜHN.

50 Βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβ.] Proverb. *Bos in lingua.* SEB.

Βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβ.] Proverbium hoc quod attinet βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκε, utitur eo *Æſchylus* in *Agamemnone*:

> Τὰ δ' ἄλλα, inquit, σιγῶ· βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας
> Βέβηκεν &c.

Euſtath. in *Iliad.* p. 962. ita effert, βοῦν ἐπὶ γλώσσης φέρειν· vide & *Suidam* in βοῦν ἐπὶ γλώττης, & brevia *Scholia Homeri* pag. 347. *Thomas* in Eclogis ἀρσενικῶς δὲ μόνον τὸν τῆς παροιμίας ἐκφέρομεν βοῦν, οἷον τὸ, βοῦν ἐπὶ γλώττης φέρει· eodem modo C. V. hic habet βοῦς ἐπὶ γλώσσης β. *Q. Septimius Florens* in *Ariſtoph. Veſpas* proverbium de tarda & impedita lingua accipit: rectius *Noſter*, εἴ τις ἐπ' ἀργυρίῳ σιωπήσειεν, vel, ut MSSti & *Salm.* σιωπῴη, *ſi quis pecunia corruptus obticuerit*, proverbium uſurpari docet. KÜHN.

Βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβ.] MS. βοῦς ἐπὶ γλώσσης βέβ. pariter recte; nam proverbium ita quoque effertur βοῦς ἐπὶ γλώττης, puto, ut apud *Suidam*, & *Euſtathium*, ni fallor, quoque. Tamen vulgata placet, quod χρῆσις *Æſchyli* iſta prorſus eſt, apud quem in *Agamemnone* legis ipſo fere initio:

> Τὰ δ' ἄλλα σιγῶ· βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας
> Βέβηκεν ——

Quamvis tamen *Eraſmus* Adagio *Bos in lingua* ex *Æſchylo* citet ἐπὶ γλώττης· de eo Adagio alias & *Hoſtus* lib. III. Rei Numm. c. 3. n. 13. JUNG.

Βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκεν] Meminit & ipſius nummi bovis, & hujus parœmiæ *Snellius* de R. N. p. 54. *Idem hoc numiſma*, de didrachmo ipſi ſermo eſt, *inde antiquitus a Draconis ætate uſitatum*, Bos *vocabatur*, ὅτι βοῦν εἶχε ἐντετυπωμένον, quia *bovem* haberet inſculptum, *inquit* Pollux. *Unde & proverbio locus apud* Theognidem Gnomis, βοῦς μοὶ ἐπὶ γλώσσης, Bos in lingua, *quo ſignificatur argento taciturnitatem redemptam.* Sed ſupra jam ad parœmiographos lectorem remiſimus.

51 Σιωπήσειεν.] MS. σιωπῴη, pro σιωπήσειεν. JUNG.

52 Ἦν μέντοι, ὡς Ἀριστ. φ. ἐν Κυρ.] Ita diſtingue: ἦν μέντοι, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν, ἐν Κυρήνῃ καὶ &c. Sic enim res planius intelligitur. Hæc nempe *Ariſtoteles* in ſuis Rebuſpublicis ſcripſerat, ubi inter alias ultra centenas & de Cyrenenſium tractavit, ex quo opere & quæ mox Segm. præced. de pentadrachmo habuiſti excerpta puto; πολιτεῖαι πόλεων δυοῖν δεούσαιν ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν, ait *Laërtius* in illius philoſophi vita, opera ejus recenſens. *Liber vere aureus*, ut noſter *Caſaubonus* ibi exclamat, qui & huic capiti *Polluci* magnam lucem inferret, aliquam inde forte reciperet quoque, ſi extaret. Ejus fragmenta ab illo magno *Caſaubono* ex promiſſo nobis diu eſt quod debentur. JUNG.

53 Καὶ τετραστατὴρ, &c.] MS. τετραστατὴρ, καὶ στατὴρ, καὶ ἡμιστατὴρ χρ. SEB.

Καὶ τετραστατὴρ, &c.] MSS. τετραστάτηρον καὶ στατὴρ καὶ ἡμιστάτηρον χρυσᾶ ν. *Salm.* V. C. τετράστηρον, unde legit τετραστάτηρον. conſentit etiam in ſequentibus. KÜHN.

Καὶ τετραστατὴρ, &c.] MS. poſt Κυρήνῃ καὶ τετραστάτηρον καὶ στατὴρ, καὶ ἡμιστάτηρον χρυσᾶ ν. Et non poſſum hanc lectionem vulgatæ poſtponere, modo pro στατὴρ, τετραστατὴρ ſcribas. nam vulgatum ἡμιστατήρων falſum putem eſſe, nec enim τετραστατὴρ eſſe νόμισμα ἡμιστατήρων poteſt, ſed adhuc pluſquam στατὴρ ipſe: nec id tamen conſideravit *Hoſtus* lib. III. Rei Numm. n. 22. & lib. V. c. 2. n. 23. ubi vulgatam ſequitur. Ἡμιστάτηρον, ut mox ἡμίδραχμον· ita enim mox MS. habet, non ἡμιδράχμιον. JUNG.

Καὶ τετραστατὴρ, &c.] *Cl. Salmaſius* de *Modo Uſur.* pag. 70. adducit atque emendat hunc *Pollucis* noſtri locum: iſto videlicet modo: ἦν μέντοι, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν, (ubi adverte mihi rectam loci diſtinctionem, quam & textus, probante *Jungermanno* noſtro, habet) ἐν Κυρήνῃ καὶ τετραστάτηρον, καὶ στατὴρ καὶ ἡμιστάτηρον, χρυσᾶ νομίσματα. Additque: *Ita ibi ſcribendum ex optimo, quod contulimus, exemplari*: eademque omnia ex illo veteri Codice habet in Excerptis MSS. ad oram libri ſui: καὶ τετράστηρον V. C. *lege* καὶ τετραστάτηρον· *ſequitur in eodem*, καὶ ἡμιστάτηρον· *& ita omnino ſcribendum.* Reſtituimus itaque textui, quam MSS. habent, lectionem: erat vulgo: καὶ τετραστατὴρ, καὶ τετραστατήρια, ἡμιστατήρων χρυσᾶ νομίσματα· quæ lectio corrupta, dum a viris eruditis retinetur, eos in errores haud leves præcipites dedit: de *Snellio* monuit recte *Gronovius* loco ſuperius citato, qui tamen nec ipſe ſe ſatis ex vitiis hiſce extricat: utitur & hoc loco *Sperlingius* de N. non C. p. 132. atque hæc ἡμιστάτηρα eadem cum ἡμιχρύσοις fuiſſe adfirmat; recte, niſi forſitan pretio diverſi fuerint ſtateres Cyrenenſes ab aliis aureis. Et occurramus quoque *Jungermanno* opus eſt, qui pro στατὴρ recta, ut puto, MSS. lectione, τετραστάτηρ ſcribendum inquit: ſed profecto animum vir acutiſſimus heic non attendit: quid enim? an non inanis & inepta ejuſdem rei fuerit repetitio, ſi ſcribas καὶ τετραστάτηρον καὶ τετραστάτηρ? & qua tandem in re τετραστάτηρ differet a τετραστατήρῳ· & vero Cyrenenſes puto non dicturos fuiſſe τετραστάτηρ· nam prout a στάτηρ eſt ἡμιστάτηρον, ita quoque τετραστάτηρον eadem analogia. *Heſychius*: Τετράστηρον, τετράμνουν· legunt τετραστάτηρον, & recte: ſed quid eſt, quod τετράμνουν exponat? ſtatuatne igitur ſtaterem & minam æquales ſeu pretio ſeu pondere? ſed ſupra minam & ſtaterem nullo modo ad idem ſive pretium ſive pondus redigi poſſe probavimus: ſitne igitur *Heſychii*, ceterorumque, ex quibus id hauſit, Grammaticorum παρόραμα; ita quidem exiſtimo, nec minam & ſtaterem eoſdem fuiſſe aliquando credam, niſi clariſſima adſint documenta. Apud eundem & ἡμιστάτηρον eſt in Τέταρτον ἥμισυ, quod exponit, τὸ τέταρτον ἡμιστάτηρον· apud auctorem quendam, qui de ſtateribus fuerat locutus, repererat,

Media autem drachmæ pars, ſemidrachma vocatur. Et tertia ſemidrachma, duæ drachmæ dimidiatæ. Semidrachmam vero etiam triobolum vocabis. Oboli enim octo Semiſextarius appellan-

τῆς δὲ δραχμῆς τὸ ἥμισυ, [54] ἡμίδραχμον καλεῖται· καὶ τρίτον ἡμίδραχμον, [55] αἱ δύο καὶ ἥμισυ δραχμαί· τὸ δὲ ἡμίδραχμον, καὶ τριώβολον ἂν καλοῖς· οἱ μέντοι ὀκτὼ ὀβολοὶ [57] ἡμίεκτον ὠνομά-

τὸ τέταρτον ἥμισυ, de quarto ſtateris dimidio; alias certe ἥμισυ nunquam fuerit ἡμιστάτηρον.

54 Ἡμιδράχμιον] C. V. & *Salm.* ἡμίδραχμον. C. A. ἡμίδραχμον καὶ τρίτον ἡμίδραχμον αἱ δύο καὶ ἥμισυ· ſuperſcriptum eſt hic quidem καὶ ἥμισυ, ſed C. V. id ipſum in textu habet, id eſt, *duæ drachmæ cum dimidia.* KÜHN.

Ἡμιδράχμιον] MS. ἡμίδραχμον· reſtitue itaque illud ἡμίδραχμον, quod & *Pollux* ipſe firmat, ſubjiciens nimirum, τρίτον ἡμίδραχμον, prorſus eo modo quo ſupra Segm. 55. τρίτον ἡμιτάλαντον· quod, τρίτον ἡμίδραχμον inquam. & apud *Dinarchum* obſervat *Caſaubonus* noſter dicto Comm. ad *Theophr.* Charact. περὶ ἀπονοίας, & interpretatur *pro duabus drachmis ſemis.* quin & ſupra VI, 160. *Noſter* diſerte ἡμίδραχμον. Hoc vocabulo *Victoriatum Junius* in ſuo Nomenclatore. ἀπεριςκέπτως itaque vulgatam quoque rectam putavit *Hoſtus* libr. III. Rei Numm. vet. cap. 1. n. 43. quæ non niſi ὑποκοριστικῶς & ſuo loco vera eſt. JUNG.

Ἡμιδράχμιον] Bene eſt, quod cum MSS. reſtituere liceat ἡμίδραχμον, ſine quibus etiamſi fuiſſet, facile id ipſum quoque patere potuiſſet ex ſequentibus *Pollucis.*

55 Αἱ δύο ἡμίσειαι δρ.] MS. αἱ δύο καὶ ἥμισυ δρ. SEB.

Duæ drachmæ dimidiatæ.] Duæ drachmæ ſemis. vid. *Caſaubon.* in *Theophraſt.* Character. pag. 188. SEB. 2.

Αἱ δύο ἡμίσειαι δρ.] MS. αἱ δύο καὶ ἥμισυ δραχμαί, ut *Seberi* noſtri *Auguſtanus.* quam lectionem reſtituamus potius. *Hoſtus* putavit legendum αἱ δύο ἡμίσεια &c. lib. III. Rei Numm. & cap. 1. n. 46. Sed MS. lectio jam ſequenda erit: nec ſcio an ita loqui poſſemus. potius ἡ δευτέρα ἡμίσεια δραχμὴ dicerem, ut ſupra Segm. 56. τὴν μίαν ἡμίσειαν μνᾶν. Sed quid verbigerari opus, ſcriptura MS. quum extet. JUNG.

Αἱ δύο ἡμίσειαι δραχμαί.] Illæ ſint, *duæ dimidiæ drachmæ, bina ſemidrachma,* quæ integram efficiunt: quæ a *Pollucis* noſtri mente abſona ſunt: itaque ex MSS. opem petimus: in illis αἱ δύο καὶ ἥμισυ eſt: & recte: repoſui itaque in textum. Superius Segm. 55. alia loquendi forma legebamus: τρία ἡμιμναῖα, τὴν μίαν ἡμίσειαν μνᾶν, ibique pro his *Etymologum* poſuiſſe obſervabamus τὴν μίαν ἥμισυ μνᾶν non diverſo ſenſu: in priſcis porro *Priſciani* de Figuris numerorum editionibus τὴν μίαν καὶ ἡμίσειαν μνᾶν legere licet, quibus vocibus exponitur τρίτον ἡμιμναῖον· ſed quo dixeris modo, ἡ μία ἡμίσεια μνᾶ ſeu ἡ μία καὶ ἥμισυ μνᾶ, rem eſſe eandem ſentio: nam ſi τὴν μίαν ἡμίσειαν dixeris, ἡμίσειαν ſubintelliges μνᾶν, ſi vero τὴν μίαν καὶ ἥμισυ μνᾶν, μέρος latet, *dimidia minæ pars.* Et lapſus eſt hic *Jungermannus* noſter, cujus te admoneri oportet, dum αἱ δύο ἡμίσεια δρ. vel αἱ δύο καὶ ἡμ. recte dici poſſe dubitat: quin vero rectiſſime dicitur, neque loqui aliter poſſis: nam quod ille adfert ἡ δευτέρα ἡμίσεια δραχμὴ Græciſmum non ſapit profecto: nec meliori ſucceſſu componit loquendi formulam quam ſuperius Segm. 55. habuit *Pollux*; ſi enim bene dicatur ἡ δευτέρα ἡμίσεια δραχμὴ, tum utique apud *Pollucem* dicto loco extare oporteret τὴν πρώτην ἡμίσειαν μνᾶν; quod alienum: viden' itaque quam in minutulis eruditiſſimi etiam viri cæſpitare poſſint. Sed τρίτον ἡμίδραχμον Romane *ſeſtertiam drachmam* reddi poſſe docet Illuſtriſſ. *Scaliger* de R. N. pag. 70. ubi non diſſimilem a Græcis loquendi conſuetudinem obſervat ex legibus *Ripuariorum*, in quibus *tertio dimidio ſolido* tantundem ſit, ac τρίτον ἡμιχρύσινον, Latine *ſeſtertio ſolido*: & ſic *octavo ſolido*, ὄγδοον ἡμιχρύσινον.

Sed adi ipſum illum remotiſſimæ eruditionis fontem: Ego vero hæc tibi de τρίτῳ ἡμιδράχμῳ ulterius illuſtrabo poſitis *Heſychii* verbis: Τρίτον ἡμίδραχμον, αἱ δύο δραχμαὶ καὶ τριώβολον· diſtinctione vulgo laborat iſte locus: ſed opportune omnino *Harpocratio*, qui ex *Dinarcho* id phraſeos adfert: Τρίτον ἡμίδραχμον, inquit, Δείναρχος κατὰ Λυκούργου· τὰς δύο ἥμισυ δραχμὰς οὕτως ὀνομάζειν εἰώθασιν οἱ παλαιοί· quæ ſanequam MSS. lectionem egregie ſtabiliunt.

56 Τριώβολον] C. V. τριώνολον male. KÜHN.

57 Ἡμίεκτον ὠνομάζοντο] C. A. poſt ἡμίεκτον habet ſtatim, ἦν δὲ καὶ τ. C. V. ὀνομάζοιντο. *Salm.* ὁ ἡμίεκτον ἂν ὀνομάζοιντο· verſum *Cratetis* ita concipit *Caſaub.* in *Athenæum*: ἡμίεκτόν ἐστι χρυσοῦ (μανθάνεις) ὀκτὼ ὀβολοί· ut probet ἡμίεκτον & octo obolos tantundem valuiſſe: C. V. *Salm.* plane non habet. De ἡμιέκτῳ autem in diverſa abeunt viri docti. *Gronovius* libr. II. de V. P. veriorem putat conjecturam, quæ eo tendit; fuiſſe, quum aureus Atticus viginti octo paulo plus ſiliquarum (qualis in argento poſtea miliarenſis fuit) atque adeo drachmis argenteis ſedecim reſponderet: quarum quia ſextans ſive ἕκτον ſedecim unciæ, ἡμίεκτον octo erant oboli, quamvis poſtea ſtatere triginta ſex ſiliquarum (hoc eſt duarum auri, vicenum argenti drachmarum) facto manſiſſe in uſu vulgari, ut tum quoque ἡμίεκτον pro ſummula octo obolorum diceretur: ſecus non ſedecim oboli ἕκτον ſed viginti, neque octo ἡμίεκτον ſed decem ſunt ſtateris Attici, quem ſolum, quos habemus, norunt & duabus auri drachmis conſtare, viginti argenteas valere omnes omnino conſentiunt Scriptores, hæc & plura de ἡμιέκτῳ ille. KÜHN.

Ἡμίεκτον ὠνομάζοντο] MS ἡμίεκτον ἂν ὀνομάζοιντο· omiſſis ſequentibus, ὡς φ. ἐ. Λ. Κρ. cum ipſis verbis *Comici.* Et de ἡμιέκτῳ quidem iſta explicare conatur *Hoſtus* libr. V. Rei Numm. cap. 2. n. 24, 25. &c. & Avus meus libr. de Numiſm. qui hæc ad auri æſtimationem referunt, vel referenda putant. Lamiam *Cratetis* vero & *Athenæus* citat, ut X. Animadv. 4. obſervavit *Caſaubonus* noſter, qui & verſiculum vulgatum hic ita concipere nos jubet: ἡμίεκτόν ἐστι χρυσοῦ· μανθάνεις; ὀκτὼ ὀβολοί. JUNG.

Ἡμίεκτον] Proprie quidem de menſuris ἡμίεκτον dicitur, ac tum quatuor chœnices capit dimidium ſextæ partis medimni: hæc dilucide *Heſychius* & *Harpocratio*: ſed in *Etymologo*, puto, mendi quid hæret, cum ἡμίεκτον δὲ, τὸ ἕκτον μέρος τοῦ μεδίμνου inquit: erroremne ipſius agnoſcamus auctoris, an vero potius ad normam veri reſtituemus: τὸ ἥμισυ τοῦ ἕκτου μέρους τοῦ μεδίμνου· atque ita ipſi cum ceteris conveniet: potuit autem facillime ἥμισυ excidere, ſiquidem hoc ſigno S' exprimi in MSS. ſoleat: & alibi quoque locorum ſenſum ſcriptorum, deſiderata hac vocula, quæ ſupinitate librariorum exciderat, turbatum obſervaſſe memini. Ἡμίεκτον præterea *Heſychius* exponit ἡμιωβόλιον & recte, atque tum ἡμίεκτον eſt δραχμῆς, duodecima drachmæ pars, ſiquidem ſex contineat obolos drachma: ſed quomodo tandem ἡμίεκτον octo valeat obolos? aut cujus nomiſmatis octo oboli ſunt duodecima pars? & quis auctor alius ſimilia tradidit? caut, atque quærant hoc, quibus otium non inveniendis rebus indagandis ſupereſt, dum nos interim putemus *Pollucis* ipſius vitio hæc male ſe habere: ille nimirum, cum hunc *Cratetis* legiſſet locum, neque ad totam attendiſſet ſequelam, ἡμίεκτον cenſuit octo valere obolos: & certe hic quidem in *Cratetis* loco ἡμίεκτον octo valet obolos, ſed eodem jure decem, viginti ſex, ſeptemve obolos idem deſignet no-

ζοντο, ὥς φησιν ἐν Λαμίᾳ Κράτης, Ἡμίεκτόν ἐστι χρυσοῦ, μανθάνῃς, ὀκτὼ ὀβολοί· [58] ἦν δὲ καὶ τριώβολον, καὶ [59] διώβολον, εἴδη νομισμάτων Ἀτ-
63 τικῶν· * τὸ μὲν διώβολον [60] ἐντετυπωμένην ἔχον [61] γλαῦκα, καὶ ἐκ θατέρου πρόσωπον Διός· [62] τὸ δὲ τετρώβολον, τὸ μὲν πρόσωπον ὁμοίως, δύο δὲ

tur ut in Lamia Crates inquit. Semiſextarius eſt auri, diſcas octo oboli. Erant etiam Triobolum, & Diobolum, numiſmatum Atticorum ſpecies. * Diobolum qui- 63
dem, noctuam inſculptam habens: illud vero, in utraque parte Jovis faciem. Tetrobolum autem, faciem quidem ſimiliter, duas ve-

men: patebit hoc: *Crates* illthoc loco quendam induxit ab alio commodatam accipientem quandam auri partem: alter ille, qui acceperat, duodecimam mutui auri partem reddit, vertenda igitur *Crateтis* verba: *ſemiſexta* (auri mutui) *pars eſt, intelliginne? octo oboli:* hæc, puto ſunt clara, nec multa demonſtratione indigent.

58 Ἦν δὲ καὶ τριώβολον, &c.] De triobolo vid. *Hoſtum* lib. III. Rei Numm. c. 4. n. 54. & de diobolo ibidem n. 46. ubi male δυώβολον habet. nam quamvis *Pollucis* Codices varient, ut in his ſolet, vera tamen Scriptura διώβολον eſt. ut etiam MS. noſter fere hic. cæteræ Scripturæ, ut mox MS. διόβολον, imperitia librariorum fuerunt invectæ. JUNG.

59 Διώβολον] C. V. διόβολον. KÜHN.

60 Ἐντετυπωμένην ἔχον] Habet MS. ordine diverſo, ἔχον ἐντετυπωμένην. JUNG.

Ἐντετυπωμένην ἔχον γλαῦκαν] Ad hunc *Pollucis* noſtri locum adludit *Sardus* de R. Numm. p. 10. (*Pollux) nominat ſemiobolum ex 4. Chalcis: & a numero Atticos nummos, diobolum, triobolum, tetrobolum, qui inſculptam haberet* Jovis *faciem in altera parte, in altera duas noctuas, ſicut trioboli nota fuit* Jovis *facies in utraque parte, dioboli autem noctua:* *Snellius* de R. N. pag. 56. *Diobolum, duos valens obolos, hinc Plauto,* anus diobolaris: *Atticum numiſma fuit,* ἔχον γλαῦκαν ἐντετυπωμένην (cum ipſis ſordidiſſimis vitiis locum tranſlcriptum vides) *noctuæ effigie ſignatum: & hinc proverbium natum:* Noctuas Athenas, *tanquam ſi guttam mari adjiceres: illa enim urbs hoc nummo quam maxime abundabat. Ex argento fuiſſe* Plutarchus *in* Lyſandro *ſatis aperte indicare videtur: idque de triobolo & tetrobolo quoque verum crediderim:* de proverbii origine γλαῦκ᾽ εἰς Ἀθήνας, quæ ipſi cum pluribus aliis eſt communis, lites non movebo: ſed cetera percenſeamus: *Triobolum,* inquit, *quod & ἡμιδράχμιον* dixiſſe debebat ἡμίδραχμον, ut ſupra docuimus; ibidemque de eodem nummo: *Habebat utrinque inſculptam effigiem* Jovis: de tetrobolo idem: *Tetrobolum, oboli quatuor, drachmæ bes. Altera parte* Iovis *effigie, altera duabus noctuis ſignatum.* Sed ridiculum committunt errorem uterque vir eruditus, dum cœci ſe committunt duci, *Interpreti* noſtro inquam, ex quo nobis commenti ſunt, triobolum utraque parte figura *Jovis* ſignatum rem inauditam, ac omni antiquitatis incognitam prorſus: inepte profecto, & ſic ſolemus, ſi interpretibus nitimur, ſi iſtis opus habeamus: voluit *Pollux*, diobolum habuiſſe inſculptam in hac area noctuam, in altera vero *Jovis* faciem; & turbaverat aliquantulum vulgata lectio καὶ τὸ ἐκ θατέρου &c. ubi illud τὸ delevimus ex MSS. alias crederem locum mala manu mutare coactam hanc vocem, itaque fuiſſe olim, καὶ ἐκ θατέρου τὸ πρ. Sed necdum ex multiplici errorum cumulo noſmetipſos expedivimus: ipſi *Polluci* ſcribenda dica eſt, ut qui dicat diobolum & tetrobolum in altera habuiſſe nummi area *Jovis* faciem: *Jovis?* itane *Juli?* deluſum te habuere oculi tui, cum ejuſmodi inſpexiſſe nummos contigit: quanto melius *Ariſtophanis Scholiaſtes* ad *Aves*, cujus locum & hic *Kühnius* noſter obſervavit, tetradrachmi ἐπίσημον fuiſſe γλαῦκα refert & πρόσωπον, faciem *Minervæ*, non *Jovis*: & idem antea dixerat *Minervæ* ſacratam eſſe alitem noctuam, quam πάνυ τιμῶντες Ἀθηναῖοι διὰ τὴν θεὸν, ἐν τοῖς τετραδράχμοις ἐπιχάραξαν νομίσμασι· quin ipſe noſter *Pollux* Palladis faciem in nummis Athenienſium κόραις, quæ tetradrachmæ erant, novit inferius Segm. 75. tetradrachmi autem, ac dioboli tetrobolique eandem eſſe rationem, ſignaturam quod attinet, putato. & illi tamen, quorum verba modo poſui, aliique eruditæ antiquitatis viri ſtudioſi hæc probant, amplectuntur, boni ſcilicet ac faciles ſecutuleji. Ut autem tota res extra omnem dubitationis aleam ponatur, adponere libuit Athenienſium binos nummos ab egregiæ & nunquam laudatæ ſatis humanitatis viro *Jacobo Wildio* mihi conceſſos, in quorum hoc uno eſt expreſſa noctua cum *Minervæ* facie in parte altera, illo vero noctuæ bina addita Palladis effigie in diverſa nummi area: ſimiles videbis apud *Goltzium* alioſque, qui huic rei ſuam navarunt operam: & tertium addidi rariorem, cui, ne nimis hic ſim longus, alibi forſitan operam dabo. Noctuam autem *Minervæ* ſacram fuiſſe res eſt valde notiſſima, & patuit modo ex adducto *Scholiaſtæ Comici* loco. hinc *Statio* — *flavaque ſonans avis unca Minervæ*, ubi *Lutatium* conſule: de ratione rei *Mythographi* varia ac fabuloſa; ſed alia longe diverſiſſima Theologi in medium adferunt: &, ſpero, locus erit aliquando, ubi hæc accuratius enucleem lucique exponam: *Minerva* vero Athenarum erat Dea tutelaris: & illa, in quorum tutela urbes erant, numina in nummis ſæpiſſime ſignata conſtat aperte: eadem itaque de ratione cum ſacra ſibi noctua *Minerva* in nummis Atticis fuit expreſſa. Sed & in Megarenſium nummis noctuam videmus percuſſam, *in memoriam nempe deductæ in ea loca coloniæ a* Theocle, *Athenienſi, ut ex* Thucydide *&* Strabone *liquet*, inquit vir profundæ eruditionis Illuſtriſſ. *Spanhemius*, quem vide in præcellenti libro de Præſt. & Uſu Numiſm. p. 356. ubi iſtiuſmodi nummi figuram habes depictam: & hunc metropoli ſuæ honorem plerumque deductæ habebant coloniæ. Sed horum jam ſatis eſt. Γλαῦκαν habebat ante nos puerili errore textus, ſed γλαῦκα cum *Kühnio* nos. Διώβολον vero, τριώβολον & τετρώβολον, quæ hoc modo recte ſcribuntur, in MSS. ut plerumque per ὀμικρὸν exarata apparent: ita τριόβολον in *Heliodoro* MS. περὶ μέτρων, & διόβολον, τετρόβολον, πενταώβολον, (πεντόβολον) atque ἡμιοβόλιον bis terve in *Cleopatra*; ſed analogiæ norma poſtulat ὠμέγα.

61 Γλαῦκαν, καὶ τὸ ἐκ. θατ.] Γλαῦκας a γλαύξ. SEB.

Γλαῦκαν, καὶ τὸ ἐκ θατ.] MSSti γλαῦκα· *Scholia* in *Aves Ariſtophan.* notant τετραδράχμοις Atticis nomen γλαυκῶν impoſitum fuiſſe, quod noctua & facie *Minervæ* ſignabantur, olim vero bovis imaginem præ ſe tuliſſe. KÜHN.

Γλαῦκαν, καὶ τὸ ἐκ θατ.] MS. γλαῦκα, καὶ ἐκ θατ. & ſic omnino reſtituendum. quis enim γλαῦκαν dixit unquam? & τὸ vulgatum non valde neceſſarium eſt, ante ἐκ θατέρου· & γλαῦκα, recte etiam *Hoſtus* habet lib. III. Rei Numm. cap. 4. n. 53. & quis enim hoc non videat, niſi ipſe γλαὺξ ſit claro die? JUNG.

62 Τὸ δὲ τετρώβολον] Sic aperte & MS. noſter. ſcilicet quod duplicem γλαῦκα geſtaret, credo, id ſignificabat, & duo valere διώβολα. *H. Stephanus* tamen in ſuo Codice ad oram emendavit τριώβολον, quam lectionem veram eſſe pluribus verbis adfirmat Adpendice de Dialecto Attica cap. 16. tm. 4. quia nempe præceſſerit τριώβολον & διώβολον, quæ utraque *Pollux* nunc explicet. errorem vero inde natum quod mox τετρωβόλου mentio fiat. ſed adhuc deliberandum ego cer-

ro & noctuas. Sed tetrobolum, & triobolum uſitatiſſimum eſt. Cæterum diobolum, ſæpenumero ſolutis dictionibus efferunt: ut Demoſthenes. Sed in duobus obolis videbant, ſi hæc eſſent inſculpta. Eſt vero Diobolum in Aioliſicone Ariſtophanis: quod mihi ſolum in maxilla relictum eſt, fuit
64 diobolum. • Et in Theopompi Militibus tetrobolum accipere, Τετρωβολίζειν dictum eſt. Etenim quis nunc bene vi-

τὰς γλαῦκας. ἀλλὰ τὸ μὲν [63] τετρώβολον, καὶ τριώβολον, [64] καὶ ἐν τῇ χρήσει τέτριπται· τὸ δὲ [65] διώβολον, ὡς [66] ἐπιτοπολὺ λύοντες ἔλεγον, ὡς Δημοσθένης, [67] Ἀλλ' ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἐθεώρουν ἂν, [68] εἰ μὴ τοῦτ' ἐγράφη· ἔστι δὲ καὶ τὸ διώβολον [69] ἐν Αἰολοσίκωνι Ἀριστοφάνους, ὅπερ λοιπὸν μόνον ἦν [70] ἐν τῇ γνάθῳ, διώβολον γένηταί μοι. • παρὰ μέντοι Θεοπόμπῳ ἐν Στρατιώ- 64
τισι καὶ τὸ τετρώβολον λαμβάνειν, τετρωβολίζειν [71] ὠνόμασται, [72] Καίτοι τίς οὐκ ἂν εἰκὸς εὖ πράτ-

te cenſeo: & potius quæ de τριωβόλου typo noſter addidit, excidiſſe credo, quam temere quid immutandum. nec abſurde Codicum tam vulgatorum quam MSS. ſcripturam confirmat, quod dixi, quum διώβολον unam noctuam haberet, in τετρωβόλῳ duas fuiſſe noſtrum narrare. JUNG.

63 Τετρώβολον] MS. mendoſa ſcriptura τετρώβωλον· quod tamen antea recte habebat. JUNG.

64 Καὶ ἐν τῇ χρήσει] C. A. καὶ non habet. KÜHN.

Καὶ ἐν τῇ χρήσει] MS. iterum mendoſe χρίσει. JUNG.

65 Δυώβολον] Διώβολον· ut mox. vide *Matth. Hoſtum* pag 462. SEB.

Δυώβολον] Male ex hoc loco credo *Hoſtus*, ut dixi, putavit apud *Pollucem* ſcriptum: nam διώβολον clare hic habet MS. nec aliter adgnoſcit *H. Stephanus* de Dial. Attic. cap. 16. tm. 4. & vitium typographi eſſe illud υ ſequentia & antecedentia vulgo etiam probant, quæ διώβολον habent ſæpius. JUNG.

Δυώβολον] Διώβολον textus habet ex MS. & male eſt quod non eandem ſcripturam reddiderim VIII, 113. ubi δυώβολον vitio remanſit, probante tamen *Kühnio*: atque ita eſt apud *Polybium* cum Romani militis ſtipendium fuiſſe diurnum ſcribit διώβολον, obſervante *Scaligero* de R. N. p. 16. & *Noſter* Segm. 72. ex *Ariſtophane* Τοῦτ' αὐτὸ πράττω διωβόλῳ, ubi tamen MS. δυοβόλῳ. Τριώβολον vero habet & *Xenophon* Πόροις· Idemque Ἑλλην. lib. V. pag. 325. τριωβόλου Αἰγιναίου mentionem facit, quod triobolum Æginæum ad Atticum eam habet rationem, quam numerus denarius ad ſenarium. *Scholiaſta Ariſtophan.* ad *Equit.* Act. I. Sc. 2. Τριώβολον, ἡμίδραχμόν ἐστι. Hinc τριοβολιμαίος, τριῶν ὀβολῶν ὤνιος, apud *Etymologum*, & *Chryſoſtomum* Orat. πρὸς τοὺς ἔχοντας παρθένους συνεισάκτους dicuntur κόραι τριωβολιμαῖαι, quas *triobolares* dicas, ut *Plauto diobolares anus:* utrobique melius legas τριοβολιμαῖος.

66 Ἐπιτοπολὺ] MS. ἐπὶ τὸ πολὺ tribus vocibus. JUNG.

67 Ἀλλ' ἐν τοῖν δυοῖν ὀβ.] Ἀλλ' ἐν ſuperſcriptum in C. A. marginis etiam eſt, τὸ ἐθεώρουν ἂν, nec comparet vel in textu vel in margine: *Salmaſ.* legit ex Codice ſuo MS. ἀλλὰ τοῖν δυοῖν εἰ μὴ τούτων ἐγγραφῇ. C. V. εἰ μὴ τοῦτ' ἐγγραφῇ· quid ſi legamus ἐνεγράφη, *ſed duobus obolis ſpectarem niſi hoc inſcriptum fuiſſet*: ſermo eſt de duobus obolis, qui dabantur civibus, ut alterum pro *lucare* ſolverent Athenis, alterum in domeſticos uſus reſervarent, de quibus infra *Theopompus*. KÜHN.

68 Εἰ μὴ τούτων ἐγγραφῇ.] MS. εἰ μὴ τοῦτ' ἐγράφη· ἔστι &c. ipſiſſima nempe verba *Demoſthenis* conſervavit MS. quæ vulgo corruperunt. tu, ut ſcripſi, reſtitue. Locus enim *Demoſthenis* eſt in ea περὶ στεφάνου paulo longius a principio: ἀλλὰ τί ἐχρῆν με ποιεῖν; μὴ προσάγειν, γράψαι, τοὺς ἐπὶ τοῦθ' ἥκοντας, ἵν' ὑμῖν διαλεχθῶσιν; ἢ θέαν μὴ κατανεῖμαι τὸν ἀρχιτέκτονα αὐτοῖς κελεῦσαι· ἀλλ' ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἐθεώρουν ἄν, εἰ μὴ τοῦτ' ἐγράφη. JUNG.

Εἰ μὴ τούτων ἐγγραφῇ.] Lectio corrupta, & reſtitui præeunte *Kühnio*, τοῦτ' ἐγράφη ex MSS. nimirum ita ſunt ipſiſſima *Demoſthenis* verba.

69 Ἐν Αἰολοσίκ. Ἀριστ.] Hæc abſunt a C. A. uſque ad γένηταί μοι· conſentit Idem Vetus Codex *Salmaſ.* KÜHN.

Ἐν Αἰολοσίκ. Ἀριστ.] Deſunt in MS. ἐν Αἰολοσ. Ἀριστ. cum verbis ipſis *Comici*. vulgata verba *Ariſtophanis* an ita concinnanda, omiſſo ἦν;

— ὅπερ λοιπὸν μόνον,
Ἐν τῇ γνάθῳ διώβολον γένηταί μοι.

Latet vero mos vetus in his verſiculis, quem primus elegantiſſime expoſuit pluribus *Caſaubonus* noſter ad extremum Charact. *Theophraſt.* περὶ ἀπονοίας, verbis iſtis: καὶ τοὺς τόκους ἀπὸ τοῦ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν. Moris ſcilicet fuiſſe hominibus vilibus & abjectis Athenis, qui in foro res venales habebant, ut pecunias ex venditione collectas in os & buccam conderent: ad quem & referenda quæ paulo poſt ex *Amagyro* habes. & ſupra ex *Eccleſiazuſis* Segm. 92. vide Magni illius *Caſauboni* Comm. JUNG.

70 Ἐν τῇ γνάθῳ, δ.] Diſtinctio tollenda. poſt γνάθῳ, *qui ſolus in maxilla reſtabat obolus, fiat meus.* de more nummulos in os recondendi, plura affert *Caſaub.* in *Theophr.* Charact. c. 7. quibus addatur, quod in *Thalmud Hieroſolymitano* tractatu *Thrunos* monetur דלא מיתן בר נש פריטין בו פומא *ne homo nummos minutos ori indat*, propter periculum. KÜHN.

Ἐν τῇ γνάθῳ] Poſt γένηταί μοι neſcio, quid monſtroſæ vocis habeat margo *Falckenburgiana* ἰδικολλεικὸν, niſi me ſcriptura fallit: forſitan acutior quis boni quippiam eruat. Concinna vero, ut nihil ſupra, *Ariſtophanis* ſunt verba. quæ ita Latina facio: *Quod ſolum mihi reliquum eſt in ore diobolum, lucro apponam*: nugas blaterat ac meras ineptias *Interpres*, dum non cepit elegantiam verbi γίγνεσθαι. Γίγνεσθαι dicuntur, quæ præter τὸ κεφάλαιον, ipſam ſortem, lucro accedunt, ac naſcuntur quaſi: ita *Lucian.* Somnio: ἀεὶ ἀποφέρων τὸ γιγνόμενον· & appoſite ad hunc locum *Xenophon* περὶ προσόδων· ᾧ μὲν γὰρ ἂν δέκα μναῖ εἰσφορὰ γίνηται, ὥσπερ ναυτικὸν, σχεδὸν ἐπίπεμπτον αὐτῷ γίγνεται τριώβολον τῆς ἡμέρας λαμβάνοντι. Imitatus eſt facetiæ Romanæ pater *Catullus* Ep. 10. *At certe tamen, inquit quod illic Natum eſſe dicitur, comparaſti Ad lecticam homines.* De illo autem more ori nummos inſerendi intelligendus & *Artemidorus* lib. I. cap. 31. vide & *Sperlingium* de Nummis non cuſis pag. 182. ubi & hunc quoque *Pollucis* noſtri habet locum: in *Theophraſti* autem loco, quem *Jungermannus* noſter habet, pro ἐκλέγειν legendum cenſeo ἐπιλέγειν· ἐκ & ἐπὶ ſæpiſſime confuſa etiam in *Polluce* noſtro.

71 Ὠνόμασται] Marginis eſt in C. A. tum καίτοι uſque ad γυναῖκα abſunt. KÜHN.

72 *Etenim quis nunc* &c.] *Matth. Hoſtus* vertit: *Atqui quis non commode felix ſit, tetrobolum accipiens? Si nunc diobolum fert vir, ut enutriat uxorem.* lib. III. Rei Numm. vet. p. 468. SEB. 2.

Καίτοι τίς &c.] Hi verſus ita legendi:

τοι τετρωβολίζων, [73] Εἰ νῦν γε διώβολον φέρει ἀνὴρ τρέφειν γυναῖκα· τὸ δὲ τοῦ ὀβολοῦ ἥμισυ, [74] ἡμιωβόλιον· καὶ ἡμιωβολιαῖον, τὸ τοσούτου ὤνιον, ὡς ἐν τοῖς Βατράχοις [75] Ἀριστοφάνους,

> Καὶ κρέα γε πρὸς τούτοισιν [76] ἀνάβραστ' εἴκοσιν,
> [77] Ἀνημιωβολιαῖα. —

[78] Ἐν δὲ τῷ Ἀναγύρῳ, τὰ τρία ἡμιωβόλια, τριημιωβόλιον εἴρηκεν, Ἐν τῷ στόματι τριημιωβόλιον

65 ἔχων. * [79] Ο μέν τοι ὀβολὸς ὀκτὼ [80] χαλκοῦς εἶχε· καὶ οἱ μὲν δύο χαλκοῖ τεταρτημόριον· καὶ [81] κατὰ ἀποκοπὴν, ταρτημόριον

vat τετρωβολίζων? ſi nunc diobolum ad uxorem nutriendam vir accipit. Et oboli dimidia pars, ſemiobolus. Et ſemiobolæum, quod tanti conſtitit, ut in Ranis Ariſtophanis,

> *Et elixatas carnes viginti inſuper haudquaquam*
> *Semiobolares.*

Sed in Anargyro tres ſemiobolos τριημιωβόλιον dixit, in ore habens treſemiobolum. * O- 65
bolus quidem æreos habeat octo. Et duo ærei, quarta pars, & per apocopen τεταρτημό-

> Καί τοι τὶς οὐκ ἂν εἰκὸς εὖ πράττοι τετρωβολίζων;
> Εἰ νῦν γε διώβολον φέρων ἀνὴρ τρέφει γυναῖκα.

> *Quamvis quis non obolis quatuor bene victitarit?*
> *Siquidem nunc obolis duobus uxor alitur a marito.*

Pro τετρωβολίζων C. V. *Salmaſ.* male, τριωβολίζων. KÜHN.

Καίτοι τὶς &c.] Καίτοι &c. γυναῖκα· hæc tota periodus, verba *Comici* continens, deeſt in MS. *Hoſtus* lib. III. Rei Numm. c. 4. n. 67. in duos verſus diſtribuit & ita interpretatur: *Atqui quis non commode felix ſit, tetrobolum accipiens: Si nunc diobolum fert vir ut enutriat uxorem* &c. pro πράττει, forte πράττοι ſcribendum puto. JUNG.

73 εἰ νῦν] Scr. Εἰ νῦν. SEB.

εἰ νῦν γε διώβ. &c.] In hoc certe verſiculo cave quicquam mutes; nam elegans eſt, & puriſſima loquendi formula, ἀνὴρ διώβολον φέρει τρέφειν γυναῖκα, id eſt, ἵνα τρέφῃ, *ut enutriat uxorem*, ſicuti bene *Hoſtus*: imitantur Romani, vetuſtiores præcipue: *Antipater* Ann. I. apud *Cariſium*: *celocem in Africam mittit viſere locum, ubi exercitum exponat*: *Propert.* lib. I. El. 1. *Ibat & hirſutas ille videre feras.* De priori verſu, an ſanus ſit, non habeo ſecure affirmare.

74 Ἡμιωβόλιον.] MS. ἡμιοβόλιον καὶ ἡμιωβόλιον, τὸ &c. mendoſe. JUNG.

75 Ἀριστοφάνους] *Ran.* v. 557. priores editiones mox ἡμιοβολιαῖα. SEB.

Ἀριστοφάνευς] C. A. & *Salm.* Ἀριστοφάνης· verſus ejuſdem margo habet. KÜHN.

Ἀριστοφάνευς] MS. Ἀριστοφάνης· recte etiam. JUNG.

76 Ἀνάβραστ' εἴκοσιν] Margo C. A. ἀνάβραστα εἴκοσι ἂν ἡμιωβολαῖα, nec aliter C. V. vulgatam lectionem ſervat textus *Ariſtophanis*. KÜHN.

Ἀνάβραστ' εἴκοσιν] MS. ἀνάβραστα ut antea vulgata: ſed *Seberus* noſter recte edidit, ut apud *Ariſtophanem* legitur. JUNG.

77 Ἀνημιωβολιαῖα.] MS. ἂν ἡμιωβόλαια. Vide itaque annon *Pollux* ita hunc locum legerit. vel etiam ita ſcripſerit *Ariſtophanes* — εἴκοσιν Ἂν ἡμιωβολιαῖα. — Adfert enim hæc in exemplum vocis ἡμιωβολιαῖον præcedentis. Sane & antea edebatur εἴκοσιν ἡμιωβολιαῖα hic. pari modo infra *Epicharmus* Segm. 82. ἂν ἡμίλιτρον· quamvis non neſciam vulgatam lectionem in *Ariſtophane*, quam & *Seberus* noſter reponit, apud *Suidam* & *Scholiaſtem Ariſtophanis* quoque legi. Sed tamen potius eſt, ut iſtud ἀνημιωβολιαῖα retineamus. *Suidæ* enim, ut nos admonuit *Salmaſius* noſter, auctoritatem hic parvi forte faciendam eſſe, in ſexcentis locis fœdiſſime lapſum a ſe deprehenſum: non & *Ariſtophanis Scholiaſtem* doctum & antiquum, quem *Suidas* fere integrum exſcripſerit, quique illam ſcripturam, ſolam optimam tueatur. Locus *Scholiaſtæ* eſt: ἄλλως· ὅτι ἰδίως ἐπὶ τοῦ ἀνημιωβολίου πωλούμενα· ἀπὸ δὲ συντάξεως ὄνομα γίνεται καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καλοκαγαθία, θεοῖς ἐχθρὸς θεοσεχθρία, ἀνημιωβόλιον, ἀνημιωβολιαῖα. Corruptus ille. Addo ut emendat noſter ille ὁ πάνυ *Cl. Salmaſius*: *Pro* ἐπὶ τοῦ ἀνημιωβολίου, ait, *lego* ἡμιωβολίου, *& hoc veriſſimum eſt. In reliquis quid dicendum? ſi enim mendo vacant, ineptiſſime ille homo illius* συντάξεως *exemplum propoſuerit, quum valde aliena eſt. Quid enim ſimile habet? ſed, niſi magnopere fallor, ille Scholiaſtes* ita ſcripſerat: ἀπὸ δὲ συντάξεως ὄνομα γίνεται, καλὸς καὶ ἀγαθὸς καλοκαγαθία, θεοῖς ἐχθρὸς, θεοσεχθρία, ἀνὰ ἡμιωβόλιον, ἀνημιωβολιαῖα. *Rem vides, verba vides, nihil verius hac noſtra conjectura.* ἀνὰ ὀβολὸν, ἀνὰ δύο ὀβολοὺς, *ita Græci loquuntur, ut Latinis eſt* circiter, ἀνὰ ἡμιωβόλιον· *unde Comicus κωμικῇ ἀδείᾳ vocem compoſuit* ἀνημιωβολιαῖα· *quam ideo τῷ χ̄ notandum eſſe admonet ille doctus enarrator.* In nova ejus *Scholiaſtæ* editione loco nihil opis adfertur, & corrigendum in ea ἀνημιωβολιαῖα, ut in *Baſil.* edit. fuit: non ἀνημιοβολ. ut edidere. Sed & priora *Scholiaſtæ*: ἀνημιωβολιμαῖα δὲ ἀντὶ τοῦ ἕκαστον αὐτῶν, ἥμισυ ὀβολοῦ ἦν· ἄξιον ἡμιωβολιμαίου· ubi pro ultimo ἡμιωβολιαίου edunt, in primo quoque emendanda, & ſcribendum ἀνημιωβολιαῖα. JUNG.

78 Ἐν δὲ τῷ * Ἀναργύρῳ] Vide *Caſaubon.* in *Athenæum* fol. 159. SEB.

Ἐν δὲ τῷ * Ἀναργύρῳ] MSS. ἐν ἀργύρῳ ſed vulgatum malim: infra C. V. Ἀναγύρῳ Segm. 72. KÜHN.

Ἐν δὲ τῷ * Ἀναργύρῳ] MS. ἐν δὲ τῷ ἀργύρῳ, τὰ τρία ἡμιωβόλια, τριημιωβόλιον εἴρηκεν, omiſſis mox ipſis *Comici* verbis, quæ illuſtrat *Caſaubonus* noſter ad *Theophr.* Charact. περὶ ἀπονοίας, modo dicto loco. Sed quod ad ἀργύρῳ antea in *Baſil.* edebatur ἐν ἀργύρῳ, corrupte Ἀναργύρῳ, ut ait *Caſaubonus* noſter IV. *Athen.* 4. ubi de varia ſcriptura hujus fabulæ, vel fabularum *Ariſtophanis*, præſertim in *Pollucis* Codicibus, Ἀργύρῳ, Ἀναργύρῳ, Ἀγύρῳ, Ἀναγύρῳ, quæ ultima forte ubique verior. edit. *Flor.* habet ἐν τῷ ἀργύρῳ, ut MS. de τριημιωβολίῳ alias hinc meminit *Hoſtus* lib. III. cap. 4. n. 41. JUNG.

Ἐν δὲ τῷ * ἀναργύρῳ] Ex emendatione *Kühnii* textus habet Ἀναγύρῳ, quod & ſuperiori in libro alicubi reſtituiſſe memini.

79 Ὀβολὸς ὀκτὼ χ. &c.] Vid. *Hoſtum* lib. III. Rei Numm. c. 5. n. 6. JUNG.

Ὁ μέν τοι ὀβολὸς &c.] *Sardus* pag. 10. *In Græcia* Julius Pollux *refert nummos ex ære*, Chalcon, *octavam partem oboli*, Dichalcon, *ex duobus Chalcis*, *pentechalcon*, *ex quinque*. *Snellius* pag. 57. Chalcus, *oboli pars octava. Obolus chalcos habet octo, inquiunt* Hero, Pollux, *&* Suidas: ibidem & dichalci ac ſemioboli meminit: pluraque de obolo *Budæus* & *Agricola*. *Oribaſius* in obolo eſſe adfirmat ſiliquas tres, id eſt, tria κεράτια· itaque κεράτιον continet chalcos binos & ſemis.

80 Χαλκοῦς] MS. χαλκοὺς & χαλκοί. JUNG.

81 Κατὰ ἀποκοπὴν] *Salm.* κ. ἀποκοπὴν ταρτημόριον, ex *Heſych.* & *Etymolog.* h. v. KÜHN.

Κατὰ ἀποκοπὴν] Σημαντέον ait *Henr. Stephanus* ad

ρον vocatur. hi autem & δίχαλκον fuerint, cum oboli ſint quadrans. Quatuor autem æreі, ſemiobolus. Sex æreі, triens, quando tres oboli partes ſunt: nonnulli & quadrantem hoſce nominaverunt, ut tres quadrantes habentes. Quod autem ſex æreos trientem vocarint, invenire licet in Philemonis Sardio:

Memento, æreos mihi debes quinque: ego
Tibi æreos quinque, tu vero mihi trientem.
Sex ergo dans, quinque æreos accipe.

[82] ἐκαλεῖτο· οὗτοι δ' ἂν εἶεν, καὶ [83] δίχαλκον, ὅτι ἦν τοῦ ὀβολοῦ τέταρτον. [84] οἱ δὲ τέσσαρες χαλκοῖ, [85] ἡμιωβόλιον. οἱ δὲ ἓξ [86] χαλκοῖ, τριτημόριον· ὅτι τὰ τρία μέρη [87] ἐστὶ τοῦ ὀβολοῦ. οἱ δὲ, καὶ τριταρτημόριον αὐτοὺς ὠνόμαζον, ὡς [88] τρία τεταρτημόρια [89] ἔχοντας. [90] ὅτι δὲ τοὺς ἓξ χαλκοῦς τριτημόριον ὠνόμαζον, ἔστιν εὑρεῖν ἐν τῷ Φιλήμονος [91] Σαρδίῳ,

Χαλκοῦς ὀφείλεις πέντε μοι, μέμνησ'; ἐγὼ
Σοὶ πέντε χαλκοῦς, σὺ δέ μοι [92] τριτήμορον.
[93] Τοὺς ἓξ ἀποδοὺς, τοὺς [94] πέντε χαλκοῦς ἀπόλαβε.

66 * Et manifeſtius in Pice occupato, * καὶ ἔτι σαφῶς ἐν τῷ [95] Πιττοκοπουμένῳ, 66

ſuum Codicem, *ἀποκοπὴν licet non in ultima ſyllaba.* JUNG.

Κατὰ ἀποκοπὴν] *Salmaſii* mihi conjectura eſt indubia ταρτημόριον legentis, ſiquidem præter *Etymologum* & *Suidam* & in *Heſychio* ſit: Ταρτημόριον, τὸ τριτημόριον ἢ δίχαλκον· ſed emendant recte eruditi viri, τεταρτημόριον pro τριτημ. Et ſic itaque nos in textu: alias de τεταρτημορίῳ & *Harpocratio* ex *Dinarcho*: τεταρτημόριον, inquit, ἐστι τὸ τέταρτον μέρος τοῦ ὀβολοῦ, τουτέστι χαλκοῖ δύο. Eodem autem modo quo δίχαλκον fuit dictum, & τρίχαλκον *Athenienſes* formarunt de tribus chalcis: id vocis occurrit in *Theophr.* Characteribus cap. περὶ μικρολογίας· καὶ τῆς γυναικὸς ἀποβαλούσης τρίχαλκον, id eſt, nummum qui tres chalcos penderet.

82 Ἐκαλεῖτο.] MS. ἀνομάζοιτο. SEB.

Ἐκαλεῖτο.] MSS. ὠνομάζοντο. KÜHN.

Ἐκαλεῖτο.] MS. & noſter & *Seberi* ὠνομάζοντο, pro vulgato ἐκαλεῖτο. JUNG.

83 Δίχαλκον] *Hoſtus* lib. III. c. 6. n. 4. Sextantem interpretatur *Junius* in Nomenclat. JUNG.

84 Οἱ δὲ τέσσαρες χ. &c.] MS. οἱ δὲ τέτταρες χαλκοὶ, ἡμιωβόλιον· ſic & ſupra VI, 160. MS. ἡμιωβόλιον & hac pagina aliquoties; non tamen ſemper: & vulgata lectio, ni fallor, rectior. JUNG.

85 Ἡμιωβόλιον.] C. V. ἡμιωβόλιον οἱ δὲ ἓξ χαλκοὶ τε τριτημόριον. C. A. χαλκοὶ omittit. KÜHN.

Ἡμιωβόλιον.] *Cleopatræ* verba huic illuſtrandæ rei apponere juvat: χαλκὸς ἔχει τοῦ ἡμιοβολίου τὸ δ' μέρος, ὥστε τοὺς δ' χαλκοῦς ἄγειν ἡμιοβόλιον· melius ἡμιωβολίου & ἡμιωβόλιον.

86 Χαλκοῖ] MS. χαλκοί. JUNG.

Χαλκοῖ, τριτημόριον.] Habet & *Heſychius*: Τριτημόριον, οἱ ἓξ χαλκοῖ· & *Harpocratio* quoque, de cujus loco poſtea. Mox autem in mendo facile cubantem videmus *Pollucem*, ſed MSS. Codices nihil quicquam juvant: tentavit locum & egregie profecto *Salmaſius* de *M. Uſur.* pag. 262. ubi pro τεταρτημόριον reſtituit τριταρτήμορον· optime, niſi mavelis forſitan, τριταρτημόριον, & ita textum, renitentibus etiam MSS. reſtituimus. Cum autem Idem vir ſummus illius nominationis cauſas dari poſſe neget, a vero aberraſſe puto, ſiquidem τριτημόριον *ternas partes* deſignet tum, non tertiam partem: & legenda quæ ex *Camerario Jungermannus.*

87 Ἐστὶ τοῦ ὀβολοῦ.] MS. ἐστι τοῦ ὀβ. JUNG.

88 Τρία τεταρτημόρια] In C. V. *f.* τριτεταρτημόριον. *Salm.* τριταρτήμορον. KÜHN.

Τρία τεταρτημόρια] Nempe τρία δίχαλκα. vid. Avum meum de Numiſm. Hæſit & *Suidas* mox, vel is, quem exſcripſit, in *Philemonis* τριτημορίῳ· ſed ſe pariter expedit, ut hic *Pollux* explicat. Dicti enim ſex χαλκοὶ tam τριτημόριον, quam τεταρτημόριον, *non ſignificantibus vocabulis, quod in communi uſu, ſed certam rationem & reſpectum quendam notantibus*, ut ait Avus meus, qui ſigillatim explicat loco quo dixi. JUNG.

89 Ἔχοντας.] C. A. ἔχοντες. KÜHN.

90 Ὅτι δὲ τοὺς ἓξ χ. &c.] Abſunt a C. A. uſque ad τριτημόριον Segm. ſequ. KÜHN.

Ὅτι δὲ τοὺς ἓξ χ. &c.] Ὅτι δὲ & cætera uſque ad ὅταν μὲν τοι Θουκυδ. &c. Segm. ſeq. deſunt in MS. In *Philemonis* verſu bene *Seberus* repoſuit πέντε χαλκοῦς pro vulgato πενταχαλκοῦς. *Philemonis* verſus adhuc quaſdam mendas pauculas alere videntur, & putem omnia ita legenda:

Χαλκοῦς ὀφείλεις πέντε μοι· μέμνησ'; ἐγὼ (reſpondet jam alter)
Σοὶ πέντε χαλκοῦς; σὺ δὲ μοὶ τριτήμορον·
Τοὺς ἓξ ἀπόδος, τοὺς πέντε χαλκοῦς ἀπόλαβε.

Τριτήμορον enim rectius ad verſum, quam τριτημόριον· eandem κατ' ἀποκοπὴν, ut *Noſter* loquitur, quam in τεταρτήμορον paulo antea indicavit. Sic Segm. ſeq. in ejuſdem *Comici* verſibus: τριτημόρου. Dein ultimo verſu ἀπόδος, imperative quoque vere puto emendaſſe: nec aliter ſat conſtat verſus. JUNG.

91 Σαρδίῳ,] Uti *Noſter* hic laudat *Philemonis Sardium*, ita *Athenæus* meminit Σικελικοῦ. *Harpocrat.* laudat in voce τριτημόριον *Philemonem* ἐν ἀρχῇ τοῦ βίου. KÜHN.

Ὁλκὴν ταλ. &c.] Ἕστηκα τηρῶν in ſequentibus, ſi rectum fuerit, tantundem erit ac ἰτήρησα eleganti Atticiſmo: ſed aliter MSS. in quibus ἵστη κατηγορῶν, quæ crucem mihi figunt, neque certi quid & appoſiti allaturum me ſpondeo: proferam tamen, ſi forſitan aliorum operam atque ingenium provocare ſim aptus: hæc itaque verba fuerint, me judice, tutoris, amicive cujuſdam pueri delicatius, quam par erat, habiti: & quidem, puto, iſti puero, quid quantumque pecuniæ in res non neceſſarias prodegiſſet, enumerat, inter quæ & hoc: Ὁλκὴν ταλάντου &c. & itaque ſervata MSS. lectione ita interpreter: *Talenti pondus aurei tibi, puelle, appendit, increpando admonens*, pater forſitan nimius puero voluptatum indultor: reliqua, quæ non faciebant ad rem, omiſit *Pollux*, talia forte, puerum rei ſuæ magis eſſe debere attentum, capeſſendamque potius pro vitiis ac inutili voluptatum fumo virtutem, atque patris ſui, ſeu quicunque hæc verba fuerit proloqutus, prolixa liberalitate permoto redeundum ipſi eſſe ad meliorem frugem: tum iſta Μακάριος ἐκεῖνος &c. ſervoli ſubſannantis ſunt verba, qui puerilis fuerat nequitiæ ſubminiſter, quales in antiquorum fabulis adhibitos eſſe frequentes *Terentii Plautique* docuerint Comœdiæ: κατηγορεῖν hic eſt opinione mea, *increpare, increpando admonere*, & alio quoque loco, cujus jam nunc non ſuccurrit, ſi non eandem, ſimilem certe verbi notionem obſervaſſe memini: elegans quidem illa atque concinna, cuique probandæ conferant quiddam *Etymologi* verba: Κατηγορεῖν λέγεται κοινῶς τὸ κατά τινος ἀγορεύειν· illaque ſignificatio cum eſſet propria, transferri tamen id verbi obtinuit ad forum, arctatis latæ notionis limitibus: ſed taceamus potius, aliorumque feliciorem atque elegantiorem expectemus operam. Mox vero pro δεκατάλαντον maluerim cum MS. *Jungermanni* δέκα τάλαντα, quamvis nec editam ſcripturam improbem penitus.

5 Ἐπάγει μετὰ ταῦτα] MS. ἐπάγη μ. τ. π. τ' αὐτοῦ. Jung.

6 Περὶ ταυτοῦ λέγων.] Non habet C. A. Kühn.

7 Δεκατάλαντον κατ.] MS. δέκα τάλαντα καταφαγών· τὸ &c. quo pacto reſtituendum locum *Comici* non dubito. Jung.

8 Τὸ μέντοι τῶν ὀβ. ὄν.] C. V. τὸ μέντοι ὅτι τῶν ὀ. ὄ. &c. leg. τὸ μέντοι τῶν ὀβολῶν ὄνομα, ὅτι μὲν πάλαι &c. *quod nomen obolorum attinet, illud ex eo eſt, quod olim longioribus obolis utebantur in permutationibus* &c. lego enim βουπόροις ὀβελοῖς cum *Salmaſio*. *Euſtath.* in Iliad. p. 136. olim inquit ὀβολὸν & ὀβελὸν unius ſignificationis fuiſſe; notaſſe enim coquorum obelum, poſtea diſcrimen ingens inter ea obortum nihilominus tantum obolum ſchema obeli ex parte ſervaſſe: οὐ μὴν καὶ πάντη εἰς ὀξὺ λῆγον· οὕτω δὲ ἁδρὸν ἦν τῇ παχύτητι ἐκεῖνο τὸ ἔλασμα τοῦ ὀβολοῦ, ὥστε ὀβολοὶ ἓξ τὴν δράκα ἐπλήρουν, καὶ τοῦτο ἐλέγετο δραχμή, ὀβολῶν τοιούτων ἑξάς, ὅσων ἐπιδεδράχθαι δύναται χείρ. Kühn.

9 Οἱ μὲν πάλαι] MS. οἱ μὲν ὅτι π. Seb.

Οἱ μὲν πάλαι] MS. οἱ μέντοι ὅτι πάλαι &c. plenius. & ſane illud ὅτι non commode abſit. placetque legere cum *Seberi* MS. οἱ μὲν ὅτι π. Jung.

Οἱ μὲν πάλαι &c.] Agnoſcunt MSS. ὅτι, quod profecto perficiendo eſt ſenſui, ſed non apto ſatis plerique ponunt loco: nos inſeruimus, probante *Jungermanno*, ubi decebat: duplicem proponit Grammaticorum opinionem de origine ὀβολοῦ, quorum hi quidem, quod veteres in commutandis rebus verubus ſint uſi, obolum exiſtimabant dictum; illi vero, & nomine vocat *Ariſtotelem*, qui ipſi hac in re σμικρὸν καινοτομεῖν videatur, ἀπὸ τοῦ ὀφέλλειν, τουτέστι, τὸ αὔξειν appellatos ſtatuebant. Mox fuit βουπόροις ὀβολοῖς vulgo, ſed ὀβελοῖς cum *Kuhnio* malui: βουπόρους ὀβελοὺς dicebant, qui transfigendo aſſandoque bovi ſufficerent: *Heſych.* Βουπόρους ὀβελοὺς, μεγάλους ὀβελίσκους· & ex *Xenophonte* habet *Suidas* βουπόρον ὀβελισκόν· ſed & verua quæcunque majora, quorum præcipue in aſſanda bovina erat uſus, iſto nomine appellata exiſtimo: *Heſychio* itaque μεγάλοι ὀβελίσκοι, adeo ut hoc ſenſu haud incommode cum MSS. retineas in *Polluce* noſtro vocem βουπόροις, quam *irrepſiſſe ab alia manu* credidit *Sperlingius* de N. non C. pag. 150. an vere, arbitrium eſto docti lectoris.

10 *Obelis buporis*] *Herod.* βουπόρους ὀβελοὺς σιδηρέους dicit lib. II. fol. 90. ſed in alia cauſa. id eſt, *verua e ferro ad boves torrendos*, ſive *transfigendos*. vid. Lexic. Ion. *Æmilii Porti*. Seb. 2.

Βουπόροις ὀβολοῖς] MS. noſter, βουπόροις ὀβελοῖς, non ὀβολοῖς. & emenda ita. De verubus enim hic ſermo, a quorum permutatione nomen numo datum: *a verubus, quibus figuntur fruſta bubula. Nam cum in permutationibus aliquis prebenſos ſenos manu obtuliſſet alteri, ex eo* δραχμὴν καὶ ὀβολοὺς *poſtea in numiſmatum nominibus remanſiſſe* &c. ut Avus meus lib. de Numiſm. Jung.

11 Ὧν τὸ ἐπὶ τῇ δραχμῇ &c.] MS. ὧν τὸ ἐπὶ τῇ δρακὶ πλ. *Euſtathius* Iliad. fol. 102. ὀβολὸν σιδήρου τὸ ἔλασμα ἔλεγον, σχῆμα μὲν πως ἔχον ὀβελοῦ, οὐ μὴν καὶ εἰς πάντη ὀξὺ λῆγον· οὕτω δὲ ἁδρὸν ἦν τῇ παχύτητι ἐκεῖνο ἔλασμα τοῦ ὀβολοῦ, ὥστε ὀβολοὶ ἓξ τὴν δράκα ἐπλήρουν· καὶ τοῦτο ἐλέγετο δραχμή, ὀβολῶν τοιούτων ἑξάς, ὅσων ἐπιδεδράχθαι δύναται χείρ. Seb.

Ὧν τὸ ἐπὶ τῇ δραχμῇ &c.] C. A. ὑπὸ τῇ δραχμῇ melius C. V. ὧν τῇ (leg. τὸ.) ὑπὸ τῇ δρακὶ πλῆθος, *quorum multitudo pugillo comprehenſa videbatur dicta* δραχμή, quod firmant verba *Euſtathii* laudata: eandem lectionem habet *Salmaſ.* Kühn.

Ὧν τὸ ἐπὶ τῇ δραχμῇ &c.] MS. ὧν τῇ ὑπὸ τῇ δρακὶ πλῆθος ἐδ. Sed omnino reſtituendum, ut in *Seberi* MS. ὧν τὸ ὑπὸ τῇ δρακὶ πλῆθος &c. elegantiſſime: vulgato δραχμῇ nihil inſulſius. Mirum autem *Pollucem* non meminiſſe literæ ε mutationis in ο· & lubet itaque quædam ex aliis congerere, unde etiam iſta de δρακὶ majorem lucem accipiant. Nam ὀβελοὺς & ὀβολοὺς differre certum. *Heſychius*: Ὀβελοῖς, ὀβελίσκοις· Ὀβολοί, νουμία, καὶ τόκοι, καὶ εἴδη νομισμάτων. *Herennius Philo*, ſive *Ammonius*: Ὀβελὸς ὀβολοῦ διαφέρει. ὀβελὸς μὲν γάρ ἐστιν εἰς ὃν διαπειρῶνται τὰ κρέα μέλλοντα ὀπτᾶσθαι· ὀβολὸς δέ, μέρος δραχμῆς. *Gloſſarium* vel vetus Lexicon: Ὀβελὸς ἐν ᾧ ὀπτῶμεν. *Subula*, *Veru*. Ὀβολός, *Nummum*, *nummus*, *aſſis*, *hoc dupondium*. Sed de hoc nemo dubitat: olim vero hæc eadem, & ſaltem dialecto, diſtabant, ut ὀβελὸς Ionicum eſſet, alterum Atticum. *Euſtathius* ad Ἰλ. ν. ὡς δὲ ταυτὸν ποτε ἦν ὀβελὸς καὶ ὀβολός, δηλεῖ καὶ ὁ ὀβελίας ἄρτος, ὃν εὑρέ φασι Διονύσιος, λεγόμενον οὕτως, ἐπεὶ ὀβολοῦ ἐπιπράσκετο· κατὰ δὲ ἄλλους, ὡς ἐν ὀβελίσκοις ὀπτώμενος. Idem ad Ἰλιάδ. α. ἔοικε δὲ παρὰ μὲν τῷ ποιητῇ ταυτοδύναμα εἶναι ὁ ὀβολὸς καὶ ὁ ὀβελός, σκεῦός τι μαγει-

τὰ δὲ ὀνόματα καὶ [12] τοῦ νομίσματος μεταπεσόντες ἐς τὴν νῦν χρείαν ἐνέμεινεν ἐκ τῆς μνήμης τῆς παλαιᾶς. [13] Ἀριστοτέλης δὲ [14] αὐτὰ ταῦτα λέγων [15] ἐν Σικυωνίων πολιτείᾳ, σμικρόν τι καινοτομεῖ, [16] ὀφέλλους αὐτοὺς τέως ὠνομᾶσθαι λέγων, τοῦ μὲν ὀφέλλειν δηλοῦντος τὸ αὔξειν, αὐτῶν δὲ διὰ τὸ εἰς μῆκος [17] ηὐξῆσθαι ὧδε κληθέντων·
78 • ὅθεν καὶ τὸ [18] ὀφείλειν ὠνομάσθαί φησιν οὐκ

Nomina autem numiſmatis incidentis in hunc uſum, ex veterum monumentis remanſerunt. Ariſtoteles vero eadem dicens, in Sicyoniorum Republica, parvum quoddam cudit, & ophellos nominat dicens, cum ὀφέλλειν idem, quod augeri ſignificet: etiam hos eo, quod magis augeantur, ſic nominatos eſſe.
• Unde & ὀφέλλειν, neſcio qua ratione, 78

ρου, ἐν τῷ ἄκρῳ ὀξὺ, καὶ βάλλειν δυνάμενον, καὶ βολὴν ὡς βέλους ποιεῖν· παρὰ μέντοι τοῖς ὕστερον, μεγάλην ἴσχον διαφορὰν, οἵπερ ὀβελὸν μὲν διὰ τοῦ ε, τὸν αὐτὸν λέγουσι τῷ ποιητῇ, τὸν μαγειρικόν· ὀβολὸν δὲ, σιδήρου τι ἔλασμα ἔλεγον, σχῆμα μὲν πῶς ἔχον ὀβελοῦ, οὐ μὴν καὶ εἰς πάντη ὀξὺ λῆγον· οὕτω δὲ ἁδρὸν ἐν τῇ παχύτητι ἐκεῖνο ἔλασμα τοῦ ὀβολοῦ, ὥς τε ὀβολοὶ ἓξ τὴν δράκα ἐπλήρουν· καὶ τοῦτο ἐλέγετο δραχμὴ, ὀβολῶν τοσούτων ἑξὰς, ὅσων ἐπιδιδράχθαι δύναται χείρ· quem locum partim & *Seberus* noſter attulit. Idem *Euſtath.* ad Ἰλιάδ. γ. (quem locum Avus meus ſua manu ad oram lib. de Numiſm. adſcripſerat) ὁ ὀβολὸς, εἰς ὀξὺ λήγων παρὰ τοῖς ἀρχαίοις κατὰ τοὺς ὀβελοὺς, κἂν νῦν μικροῦ δεῖν ὡς εἰς ἐπιπεδόν τι κατήνεκται· ἀλλὰ καὶ ἡ δραχμὴ, τουτέστιν οἱ ἓξ ὀβολοὶ ἐξ ἀρχαίας χρήσεως, ὡς καὶ αὐτὸ προείρηται, ἔτυχε τοιαύτης κλήσεως· τοσούτων γὰρ ὀβολῶν εἶχε τότε ἡ χεὶρ ἐπιδράττεσθαι, ὡς ἱστορεῖ καὶ Πλούταρχος. Locus *Plutarchi* eſt in *Lyſandro*: attulit eum & *Hoſtus* libr. III. cap. 4. de obolo, ubi plura de hoc nomiſmate vide ſis. *Etymologicon* Magnum: οἱ μὲν οὖν Ἴωνες, ὀβελός· ἡμεῖς δὲ, ὀβολός· πάντων δὲ πρῶτος Φείδων Ἀργεῖος νόμισμα ἔκοψεν ἐν Αἰγίνῃ· καὶ διὰ τὸ νόμισμα ἀναλαβὼν τοὺς ὀβελίσκους, ἀνέθηκε τῇ ἐν Ἄργει Ἥρᾳ· ἐπειδὴ δὲ τότε οἱ ὀβελίσκοι τὴν χεῖρα ἐπλήρουν, τουτέστι τὴν δράκα, ἡμεῖς, καίπερ μὴ πληροῦντες τὴν δράκα τοῖς ἓξ ὀβολοῖς, δραχμὴν αὐτὴν λέγομεν, παρὰ τὸ δράξασθαι. Sed ohe jam ſatis eſt. JUNG.

Ὡν τὸ ἐπὶ τῇ δραχμῇ] Nos cum *Kühnio* in textu τὸ ὑπὸ τῇ δρακί. De drachma, vociſque origine quoque, eſt ubi ſupra ex *Theocriti Scholiaſta* aliiſque dixi, quæ hanc confirmant lectionem. Paulo poſt καταπεσόντος fuit ante nos editum, minus commode: μεταπίπτειν vero verbi quid eſt in hac re uſitatum: eleganter *Themiſtius* in *Sophiſta*: ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ ὀνόματος ὥσπερ νομίσματος μετέπεσεν ἡ δύναμις κατὰ τοὺς ὕστερον χρόνους· ubi eadem qua hic apud *Pollucem*, occurrere videas notione.

12 Τοῦ νομίσματος] MS. καὶ τοῦ νομ. μεταπεσόντος εἰς τ. Deinceps omiſſa ibi omnia uſque ad caput ſeptimum. SEB.

Τοῦ νομίσματος] MSS. & *Salm.* καὶ τοῦ ν. μεταπεσόντος, *etiam numiſmate in præſentem uſum tranſlato, tranſmutato.* KÜHN.

Τοῦ νομίσματος] MS. δὲ ὀνόματα, καὶ τοῦ νομίσματος μεταπεσόντος εἰς τὴν &c. Sed illud μεταπεσόντος ad oram MS. eſt additum, in textu deeſt. placet vero magis quam vulgata ea lectio, & καὶ probe ſententiam pleniorem videtur efficere. JUNG.

13 Ἀριστοτ. δὲ &c.] Hæc & reliqua totius capitis abſunt a C. A. niſi quod in fine hæc ſubjicit: στατὴρ Φωκαΐτης ὡς Θουκυδίδης, ὡς, (leg. ὃς) καὶ νομίσματος εἶδος ἦν Segm. 93. Similique modo in V. C. *Salmaſii.* KÜHN.

14 Αὐτὰ ταῦτα] C. V. δὲ ταυτὸν λέγων *Ariſtoteles eadem dicens in de Republica Sicyoniorum, nonnihil innovat, dum ὀφέλλους eos* (obolos) *dicit, per ὀφέλλειν deſignat τὸ αὔξειν augere, obolis ita nominatis, quod in longitudinem creverint, unde etiam ipſum verbum ὀφέλλειν*, vel, ut C. V. ὀφείλειν *accerſit neſcio quibus modis, in oboli voce quidem φ mutatum eſſe in β propter affinitatem.* KÜHN.

Αὐτὰ ταῦτα] MS. Ἀριστοτ. δὲ ταυτὸν λέγων &c. JUNG.

15 Ἐν Σικυωνίων πολ.] MS. ἐν Σικυωνίῳ πολιτείαις μικρόν τι κ. Sed error in promptu: ſcripſerat πολιτείαι, ι ut ſolet antique adponi, quod ſolet jam ſupponi, pro πολιτείᾳ· huic adhæſit σ a vocula inſequente. JUNG.

16 Ὀφέλλους γε αὐτοὺς ὀνομ. &c.] Vid. *Matthæum Hoſtum* lib. III. cap. 4. SEB.

Ὀφέλλους γε αὐτοὺς ὀνομ. &c.] C. V. ὀφελοὺς αὐτοὺς τέως ὠνομᾶσθαι λέγων. KÜHN.

Ὀφέλλους γε αὐτοὺς ὀνομ. &c.] MS. ὀφελοὺς αὐτοὺς τέως ὠνομᾶσθαι λέγων, τοῦ μέντοι ὀφέλλειν &c. quam lectionem ita reſtituendam cenſeo: ὀφελοὺς nimirum ſaltem una litera, ut & mox exponit, diverſum eſt ab ὀβελοὺς· & cetera ſenſum auctoris noſtri rectius explicant, quam vulgata: ait *Ariſtotelem* quidem novam opinionem adferre de ratione nominis ὀβολῶν. JUNG.

Ὀφέλλους &c.] Hunc tibi locum, duce *Kühnio*, integriorem longe atque meliorem ex MSS. in textu exhibuimus: fuerat ante nos: ὀφέλλους γε αὐτοὺς ὀνομάζειν λέγων, ex quibus legitimum non rite ſenſum elicias: meminique olim in veteri quodam MS. Lexico hæc eadem legiſſe atque obſervaſſe ex *Ariſtotele* de oboli veriverbio excerpta verba, pauculis, quantum memoria recolligere valeo, mutatis, quibus perquam commode, eſſet ad manum Lexicon illud, emendatam ex MSS. lectionem tibi ſtabilire potuiſſem. *Snellius* hoc utitur *Pollucis* loco de R. N. pag. 55. ibique & ὄφελος non ὄφελλος reperio ſcriptum: *Sopingius* autem ad *Heſychium* ὀβολοὺς hic in Onomaſticographo ſcribendum putat pro ὀφέλλους. qua prodit emendatione inutili, ſe quid voluerit *Pollux* non intellexiſſe: & videndus quoque *Ottho Sperlingius* vir doctiſſimus de N. non C. pag. 152. Ὀφέλλειν vero, ea, qua hic ponitur, notione in *Homero* eſt frequens, τιμὴν ὀφέλλειν, quod *Heſiodo*, —— καὶ ἄδηλον ἀέξει, cui & v. 14. Ἐργ. καὶ Ἡμ. Ἡ μὲν γὰρ πόλεμόν τε κακὸν καὶ δῆριν ὀφέλλει. *Suidas*: Ὀφέλλουσιν, αὐξάνουσιν.

17 Ηὐξῆσθαι] C. V. ἐν ζῆσθαι male. KÜHN

18 Ὀφέλλειν] C. V. melius ὀφείλειν habet pro ὀφέλλειν. KÜHN.

Ὀφέλλειν] MS. τὸ ὀφείλειν ὠν. quod annon rectius? ait enim ὀφελοὺς ἀπὸ τοῦ ὀφέλλειν dictos; inde, ait, & ὀφείλειν dictum ait *Ariſtoteles*, neſcio quomodo. Scilicet placet *Polluci* prius etymon ab ὀβελοῖς ταῖς βουπόροις· cur vero hic repetat allatum jam ὀφέλλειν; utinam vero exſtarent illæ centum ſexaginta duobus minus reſp. *Ariſtotelis*! quam liquido hæc omnia cognoſceremus! vel optandum ut hæc talia pro ſuis nugis nobis Grammatici largiri voluiſſent. Scribitur ſane in *Etymologico* magno: Ὀφέλλω, σημαίνει τὸ αὔξω διαβάλλω· ἐξ οὗ πλεονασμῷ τοῦ ι, γίνεται ὀφείλω· ὅθεν καὶ ὀφείλημα τὸ αὐξανόμενον ἐν τῷ τόκῳ δάνειον· & ſuperius: ὀβελίσκος εἰσὶ ὀφελίσκος τις ὤν, ὁ εἰς μῆκος ὀφελλόμενος· ὀφέλλειν γὰρ τὸ αὔξειν· καὶ ὀβελὸς σημαίνει δὲ ἀμφότερα τὰς σούβλας. &c. ait, εἰς μῆκος ὀφελλόμενος· quæ ſane cum noſtri ex *Ariſtotele* allatis εἰς μῆκος ηὐξῆσθαι conveniunt. JUNG.

Ὀφέλλειν] MSS. ὀφείλειν, quod præeunte *Kühnio*, in textum retuli: in illis ante *Seberum* editionibus & hic & modo male fuerat ὀφιλλεῖν. De lectione MSS. non eſt quod dubitemus, ſiquidem & eandem referat

di-

dictum tradit. & in oboli vocabulo, φ in β mutari propter literarum harum affinitatem. Byzantiorum autem ferreus, numiſma quoddam erat ſic dictum, fer-

οἶδ᾽ ὅπως· ἐπὶ μέντοι [19] τῶν ὀβελῶν ὑπηλλάχθαι τὸ φ εἰς τὸ β κατὰ συγγένειαν· [20] Βυζαντίων γε μὴν [21] σιδήρῳ νομιζόντων ἦν οὕτω καλούμενον σι-

Etymologus originem: & ipſa Grammatici verba attulit *Jungermannus* noſter; quibus proxima habebat nominatum mihi modo Lexicon MS. Mox vitio fuit ante nos τὸν ὀβολὸν, pro quo ex MSS. reſtitui τῶν ὀβελῶν.

19 Τὸν ὀβολὸν] C. V. ἐπὶ μέντοι τῶν ὀβελῶν. KÜHN.

Τὸν ὀβελὸν] MS. ἐπὶ μέντοι τῶν ὀβελῶν ὑπ. τὸ φ εἰς τὸ βῆτα κ. σ. & hoc pacto reponendum judico: quid enim eſt ἐπὶ τὸν ὀβολὸν, ut vulgo corrupte eſt? JUNG.

20 Βυζαντίων &c.] *Schol. Ariſtoph.* fol. 73. ἐδόκει τὸ τῶν Βυζαντίων νόμισμα ἐλάχιστον εἶναι πάντων καὶ φαυλότατον, ἅτε σιδηροῦν ὑπάρχον. vide *Matthæum Hoſtum* lib. I. pag. 103. SEB.

Βυζαντίων &c.] Sequitur de Byzantiorum numo ferreo, de quo vide *Hoſtum* libr. I. Rei Numm. vet. c. 7. n. 5. De numis ferreis, coriaceis, plumbeis, ſtanneis, quædam etiam *G. Forner.* ad l. 159. *etiam aureis.* JUNG.

Βυζαντίων γε μὴν] Corruptiſſimum MSS. ſequuti duces integritati ſuæ reſtituimus hunc locum: eſt ubi facem in quibuſdam Doctiſſ. *Kuhnius* præluxit ad oram ſui Codicis: juverit & appoſuiſſe, quæ fuit in prioribus ante nos editionibus vulgata lectio: Βυζαντίων γε μὴν σιδηροῦν νομίσματος ἦν οὕτω καλούμενον σιδήρεόν τι νόμισμα λεπτόν· quæ tibi verba, ni fallor, ſenſum non reddunt aptum. Sed pro iſtis σιδηροῦν νομίσματος ineptis atque improbis feliciter Codices manu deſcripti, σιδήρῳ νομιζόντων· quam tibi ſcripturam veram eſſe atque opportunam confirmat egregie *Ariſtides* in illa ſecunda πρὸς Πλάτωνα, ubi de Byzantinorum ferreo nomiſmate σιδαρέῳ, quod chalcum valuiſſe ex iſtis, quæ mox apud *Pollucem* noſtrum, facile colligas, ſic inquit: οὐδὲ γὰρ εἰ Βυζάντιοι σιδήρῳ νομίζουσι, τούτου χάριν εἰσὶ δίκαιοι τῶν Ἑλλήνων καταγελᾶν· viden' itaque σιδήρῳ νομίζουσι, *ferrea utuntur moneta*, qualiter apud noſtrum eſt emendatum: & addere liceat obiter, eundem paucis interpoſitis de Carthaginienſium coriaceo meminiſſe quoque nummo, de quo & apud auctorem dialogi, cui titulus *Eryxias*, quique inter *Platonicos* non rite ſibi locum vendicat. Notavit & ex hoc *Pollucis* noſtri loco ferreum Byzantinorum nomiſma *Snellius* de R. N. p. 1. & aliunde *Schottus Tab. Numm.* cap. 1. cujus tibi verba ponam: *Ferreo uſos nummo Byzantinos refert* Ariſtophanes *in* Nebulis, & Plato Comicus *in* Piſandro: *Comici Platonis* locum relatum debet indicio *Scholiaſtæ Ariſtophanis*, cujus ad hæc *Pollucis* noſtri integriora exhibet atque emendatiora verba præſtantiſſ. *Jungermannus*. Byzantinorum vero extant in variis præſtantium virorum cimeliarchiis nummi pluſculi atque elegantes: nos tibi, benivole lector, binos exhibemus ex illa *Wildiana* nomiſmatotheca rariſſimæ atque delectæ veteris monetæ inexhauſto fonte, quorum primus rarus ille quidem, ſed tamen in publicum eruditis notus eſt; alter vero, præterquam quod eximia ſit raritate, necdum in lucem fuit prolatus, ut ipſe mihi adſeruit vir ſpectatiſſimus J. de WILDE: neque ego talem nummum aut memoria recolligere potui editum, aut quacunque adhibita diligentia reperire: extet igitur, atque eruditorum hominum exerceat ingenia; nos enim puſilli quid ad talia remotioris indaginis conferre habeamus? ut tamen aliorum eliciamus auxiliatricem induſtriam, quid nobis in hoc nummo planum, quid obſcurum atque intricatum veniat, proponere animus eſt. Figura illa, quæ in altera nummi parte conſpicitur ſola, me judice, *Minerva* fuerit: illam eſſe a Byzantiis eximie cultam ex *Codino* de *Originib. Conſtantin.* conſtat, qui *Palladi* erectum a *Byzante* templum inſigne refert: quin vero, quod magis eſt, *Minervam Byzantii* πολιοῦχον fuiſſe Deam teſtis eſt *Marinus* in vita *Procli*: nummis autem tutelares urbium Deos Deaſve præ ceteris quibuſcunque rebus imprimi ſolitos res eſt longe notiſſima: porro Deorum Dearumve formam Byzantinorum in nummis olim fuiſſe ſignatam patere arbitror, quod *Comici* illos adpellent σιδαρέους θεούς, qua utique alia de ratione, quam quod Deos ſibi præ ſe ferrent inſculptos: nec moretur te, *Palladis* caput nulla, quod ſolitum vulgo, inſigne galea, ſiquidem ex variis *Pauſaniæ* locis conſtet, quam diverſo picta fuerit ſculptaque *Minerva* modo, ut ſcirpum in nodo quærere haud opus ſit: forſitan tamen quis putet non nulla de ratione *Dianam* eſſe, quam dixi *Minervam*: certe & hanc venatricem Deam in honore fuiſſe a Byzantinis habitam ex *Codino* novimus: & faciat huc forſitan, quod in quibuſdam eorum nummis luna falcata, uti vocat Illuſtriſſ. *Spanhemius* de Præſt. & Uſu Numiſm. conſpiciatur: ſed quod prius propoſui mihi probatur magis: lectori liberum eſto arbitrium. Percuſſum vero hunc nummum, adhucdum vigente libera Byzantiorum republica ex partis adverſæ ἐπιγραφῇ patet, quod forſitan hoc aut ſimili modo ſupplere liceat, ΕΠΙ ΦΟΚΙΟΝΟΣ, ἱερομνήμονος ſcilicet; nam per ἱερομνάμονας ſuos publici temporis rationes diſtribuiſſe atque digeſſiſſe Byzantinos ex illorum pſephiſmate liquet apud *Demoſthenem* de Corona, quippe quod ſic infit: Ἐπὶ ἱερομνάμονος Βοσποριχω, Δαμάγητος ἐν Τευλίᾳ ἔλεξεν ἐκ τᾶς βωλᾶς λαβὼν ῥήτραν· ſed hæc aliaque talia commodiori forſitan loco alibi. Illud autem in hoc nummo, quod ſolicitum me atque implicitum habuit habetque totum, eſt huic inſculpta parti figura, quæ ſeu ſtruthionem, ſeu ciconiam, quod putem potius, qui de ciconiis bene de Byzantinis meritis legiſſe quid in eorum hiſtoria meminerim, cum canicula, uti videtur, cujus forſitan ſit mentio in iſto, quod Byzanti datum perhibent, oraculo: Ἔνθα δύο σκύλακες διερὴν μάρπτουσι θάλασσαν, habet impreſſam: pervolutis, quæcunque noveram, Byzantinorum monumentis, nihil quicquam me reperiſſe profiteor, quod aut mihi aut ipſi rei integre ſatis faciat: frigidulis quibuſdam conjecturis, quæque rationum non nitantur tibicine, lectorem lactare abſit ut velim: rogatos itaque quam poſſum enixe viros eruditiſſimos volo, quorum in hoc ſtudiorum genere florent & ſempiternum florebunt labores, ut huic nummo eleganti lucem publice accendant: te præcipue, Illuſtriſſime *Spanhemi*, qui eruditioni nummariæ penitiſſimam poſſides conjunctam antiquitatis reconditæ ac remotæ notitiam, te, inquam, vir Eruditiſſime, efflagitat hic labor, qui nullo nobis negotio, quid enim tuæ diffidamus profundiſſimæ doctrinæ? hujus nomiſmatis operta recludes atque pandes. Alias & Byzantinorum diverſos ab his pelamidibus inſignes videbis nummos apud Eruditiſſ. *Lambecium* ad *Codini Origines Conſtantinopolitanas*, quibus & urbis fortuna cenſetur incuſa.

21 Σιδηροῦν νομίσματος] C. V. σιδήρῳ νομιζόντων, uti mox Segm. ſeq. κασσιτέρῳ ποτὲ &c. νομίσαι· eſt autem σιδήρῳ νομίζειν, *ferreo uti nomiſmate. Suid.* Νομίζουσι, ἀντὶ τοῦ νομίσματι χρῶνται. Deinde: ἦν οὕτω καλούμενον σιδήρεόν τι νόμισμα λεπτόν. *Byzantinorum, qui numiſmate utebantur ferreo, erat ita dictum σιδάρεον quoddam tenue numiſma.* C. V. σιδάρεον (quod & *Salm.* habet, videndoſque monet *Heſych.* & *Ariſtoph. Interpretem*) νόμισμά τι. KÜHN.

Σιδηροῦν νομίσματος] MS. pro σιδηροῦν νομίσμ. habet σιδήρῳ νομιζόντων, ἦν οὕτω καλούμενον σιδήρεον νόμισμά τι λεπτόν· & neſcio annon recte, certe melius quam

δήρεον, νόμισμά τι λεπτόν· ὥς τε ἀντὶ τοῦ [22] πριῶ μοι τριῶν χαλκῶν λέγειν, πριῶ μοι τριῶν [23] σιδηρῶν· ὅθεν καὶ ἐν τοῖς [24] Στράττιδος [25] Μυρμιδόσιν εἴρηται, Ἐν τοῖς [26] βαλανείοις, προκέλευθος [27] ἡμέρα, ἅπασα ἅπαξ γῆ, στρατιαὶ, σιδαρέων·

rea moneta parva. Adeo ut pro eme mihi duobus æreis dicamus, eme mihi duobus ferreis. Unde & in Strattidis Myrmidonibus dictum eſt: In balaniis, præfinitus dies, tota tellus, ô Milites, ferreorum.

vulgo, ita ſcribas; modo σιδήρεον, νόμισμά τι λ. ſcribas: ait, Byzantiorum, quibus ferrum in uſu communi, fuiſſe ſic vocatum σιδήρεον, numi minuti genus. *Heſychius*: Σιδάρεοι, παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Νεφέλαις, σιδάρεοι θεοὶ, ὡς ἐν Βυζαντίῳ ἔτι εἰσὶ ἐν τῷ λεπτῷ νομίσματι, ᾧ σιδηρῷ καὶ ἐλαχίστῳ ἐχρῶντο Βυζάντιοι· verba *Comici* ſunt:

Ποίους θεοὺς ὀμεῖ σύ, πρῶτον γὰρ θεοὶ
Ἡμῖν νόμισμ' οὐκ ἔστι. Στρ. τῷ γὰρ ὄμνυτ'; ἢ
Σιδαρέοισιν, ὥσπερ ἐν Βυζαντίῳ;

Ubi apud *Scholiaſtem Ariſtophaneum* habes e *Platonis Comici* Πεισάνδρῳ verſiculos de iiſdem, quos ita reconcinno:

Χαλεπῶς ἂν οἰκήσαιμεν ἐν Βυζαντίοις,
Ὅπου σιδαρέοισι χρῶνται νομίσμασι.

Vulgati enim nuperrime etiam habent, νομίσμασι χρῶνται voculis, credo, tranſpoſitis. Certe in vulgatis σιδηροῦν νομίσματος non multum ſani eſt; ut & mox in σιδήρεον, ut ex ſequentibus etiam patet. Illud σιδήρῳ νομιζόντων vero ita in ſuo MS. γράφεσθαι & *Schottus* noſter hic adnotavit: & ſine dubio ita *Ariſtoteles* dixerat: eadem phraſi & vulgo non omnino corrupta mox Segm. 79. habes καττιτέρῳ (ita enim MS.) ποτὶ ἀντ' ἀργυρίου νομίσαι Syracuſanos. Nummulum hunc Byzantinum, quem σιδηροῦν vocitabant, ejuſdem valoris fuiſſe cum χαλκῷ vult *H. Junius* Nomenclatore in *Chalcus*. JUNG.

22 Πριῶμοι] Scribe πριῶ μοι binis vocibus, ut & ſtatim πριῶ μοι τριῶν σιδηρῶν, ut MS. habet: id eſt ἀγόρασον· quamvis hoc potius paroxytonως πρίω μοι dicant. Sane duabus vocibus legendum, ſive ſit illud πριῶ, ex πριάου, ſive πριάου· ſic apud Doricum *Epicharmum* Segm. 80. πριῶ μοι &c. μόσχον. *Etymologus* in ἀπρίατην· πριῶ οὖν, πρίαμαι ἐξ οὗ καὶ, πριῶ μοι, φησὶν ὁ Κωμικὸς, σελάχιον· ubi in indice *Sylburgius* *eme* interpretatur imperative. JUNG.

Πριῶμοι] Cum *Jungermanno* noſtro ſeparavi utraſque voces, quæ vitio coaluerant. In quam ſyllabam accentum referas tanti non eſſe puto: *Etymologus* monſtrante *Jungermanno*, vulgatæ accentus poſitioni facit patrocinium: apud *Heſychium* tamen & *Suidam*: Πρίω, ἀγόρασον. Et disjunctis vocibus ſcripſiſſe πριῶ μοι *Sperlingium* animadverto p. 184. dictæ ſæpius diſſertationis, ubi totius loci ſenſum voculæ γένος ſupplemento fulcire tentat: nos meliora MSS. docent.

23 Σιδηρῶν.] C. V. σιδηρίων. KÜHN.

24 Στράτιδος] MS. Στραττίδος. Sed ſcribe Στράττιδος· quamvis noſter *Caſaubonus* ſe tam *Strattim* quam *Stratim* invenire ait VII. *Athen.* 23. ubi de omnibus hujus *Comici* fabulis plura habes. Illi Catalogo forte & ποταμοὺς, *Pluvios* poſſumus addere: certe ſi recte capio quæ *Scholiaſtes Ariſtophanis* ad extremum *Plutum* adnotat: ἀλλὰ γὰρ Στράτις (ſcribe Στράττις) πρὸ ἀμφοτέρων τούτων (*Lycophrone* & *Ariſtophane*) τοὺς ποταμοὺς διδάσκων, εἰς Φυλλίον ἀναφέρει τὸ πρᾶγμα· ſubjicitque ipſos verſiculos *Strattidis* inde:

Ὑμεῖς τε πάντες ἕξετ' ἐπὶ τὸ Πύθιον
Ὅσοιπερ ἐστὲ μὴ λαβόντες λαμπάδας,
Μηδ' ἄλλο μηδὲν ἐχόμενον φυλλίου.

Qui ultimus verſiculus tamen claudicat: nec nuperi editores *Ariſtophanis* ſanarunt, quod videtur tamen viris doctis facile fuiſſe: nos imperitiores potius expectabimus alios. JUNG.

Στράτιδος] Στράττιδος littera τ geminata cum *Kühnio* textus habet; idemque ſuperius alicubi factum memini: alias & apud *Michaelem Apoſtolium* Στράτις ſcriptum reperio. De Μυρμιδόσι confirmant MSS. niſi quod, puto, in iſtis integrius extet Μυρμηδόσιν titulo Dorico: *Heſychius*: Μυρμηδόνες, οἱ μύρμηκες ὑπὸ Δωριέων· nam, aut fallor, aut fallatur ſi quis nominatam a Myrmidonibus populo cenſeat fabulam: fuit alias, quum conjectarem Μακεδόσι, ſiquidem Μυρμηδόνες nec in *Athenæo*, nec *Suida*, aliove quopiam reperiri ſciam: neque alium hoc *Pollucis* noſtri locum *Caſaubonus* adtulit: Μακεδόνες vero fabula *Strattidis* notiſſima: ſed ne quid nimis temerarium a nobis dictum fiet, caveamus. Ipſum *Comici* locum infelicius tentaſſe *Kühnium* Eruditiſſimum, atque expoſuiſſe exiſtimo: eſt & in MSS. nævi quiddam: ita conſtituo totum: Ἐν τοῖς βαλανείοις προκέλευθος ἡμέρα, Ἅπασα ἅπαξ γῆ, στρατιαὶ, σιδαρέοι· νοῦμοι puta, quæ vox & a Byzantinis, credo, ſiquidem loquendi modo uterentur Dorico, fuit uſurpata. Προκέλευθον autem ἡμέραν voce Byzantina τὴν προκηρυττομένην εἰς τὸ ἐκκλησιάζειν appellatam exiſtumo: neque alio ſenſu *Kühnius* cepiſſe videtur: tum quoque ſtatuamus neceſſe eſt traduci in his atque ſugillari a *Strattide* Byzantinorum βαλανειομανίαν, qua mihi voce uti liceat: iſtis ad calculum poſitis hic mihi ſenſus ab ſeſe fluere ſponte videtur: *ita deditos fuiſſe balneis Byzantinos, ut in iſtis populi celebrarentur comitia, in iſtis totus ſimul eſſet terræ Byzantinæ populus, in iſtis de expeditionibus conſuleretur, & in iſtis denique ipſa mercatura exerceretur*; quæ omnia alias in foro peragi mos erat: & hæc quidem cum ipſis *Strattidis* verbis commodoque ſenſu egregie, ni me decipiam, concinunt: non itaque in hanc rem plura prodigam verba. Βαλανείοις habes ex emendatione *Kühnii* pro βαλανείοις· tum ἅπασα ἅπαξ, quod erat in MSS. præferendum videbatur editæ lectioni ἅπαξ ἅπασα· & σιδηρέων quoque vitioſum erat, itaque σιδαρέων in textu: quid noſtræ ſit ſententiæ, expoſui.

25 Μυρμιδόσιν] C. V. Μυρμηδόσιν *Strattidis* ῥῆσιν ita collocarem:

Ἐν τοῖς βαλανείοις προκέλευθος ἡμέρα
Ἅπαξ ἅπασα, ἡ στρατιὰ, σιδάρεον.

In ipſis balneis dies indicitur
Quæcunque, expeditio, σιδάρεον.

Indicant verſus, Byzantios ita voluptatibus deditos eſſe, ut quæ alias in foro aliiſque locis publicis per præconem ſolent indici, apud eos in balneis, ubi vinum immodice hauſtum excoquebant per ſudorem, ſint intimanda: eo namque frequentes confluebant Byzantii, ſive igitur dies ſtatuta quævis, ſive expeditio, vel quædam ad rem nummariam pertinentia publice promulganda venerint, in balneis ea indicta ſunt, vel indici potuerunt commodius quam in alio loco publico. C. V. in priori verſu legit: ἡμέρα ἅπασα ἅπαξ γῆ, ex quo legi poſſet ἁρπαγή. *rapinas* in hoſtico ſcilicet, vel res raptas, quæ etiam ſolent indicari per præconem; in poſteriori σιδαρέων· vid. & *Heſych.* in σιδάρεοι Θεοί ex *Ariſtoph. Nubibus*: unde patet ferreum illud numiſma Dei alicujus ſignatum fuiſſe imagine. KÜHN.

Μυρμιδόσιν] MS. mendoſe μυρμηδόσιν. JUNG.

26 Βαλανείοις] MS. βαλανείοις. JUNG.

27 Ἡμέρα ἅπαξ ἅπασα γῆ] MS. ἡμέρα ἅπασα ἅπαξ γῆ στρατιαὶ σιδαρέων· ego adhuc parum in illis *Strattidis* video, quæ nobis elucidabunt viri docti. JUNG.

79 * Ferrea quoque moneta Lacedæmonii utuntur, ingenti magnitudine parum valente: aceto vero ejus vigorem, propter ſcindendi difficultatem, extinguunt. Syracuſiis vero ſtannum argenti loco haberi, Dionyſius author eſt. & numiſma illorum quatuor faciebat drachmas Atticas, pro una. Numus vero,

* [28] σιδηρῷ δὲ νομίσματι καὶ Λακεδαιμόνιοι χρῶνται ἐκ πολλοῦ ὄγκου ὀλίγον δυναμένῳ· ὄξει [29] δὲ αὐτοῦ τὴν ἀκμὴν [30] εἰς τὸ ἄτομον κατασβεννύουσι· [31] τοὺς μέντοι Συρακουσίους [32] κασσιτήρῳ ποτε ἀντ' ἀργυρίου νομίσαι Διονύσιος κατηνάγκασε· [33] καὶ τὸ νομισμάτιον τέσσαρας δραχμὰς Ἀττικὰς ἴσχυεν, ἀντὶ μιᾶς· [34] ὁ δὲ νοῦμμος δοκεῖ 79

28 Σιδηρῷ δὲ νομ. &c.] MS. σιδαρέῳ δὲ νομισμ. κ. λ. χρ. ἐ. π. ὀ. ὀ. δ. ὄξει. Eadem *Plutarchus* in *Lycurgo* & *Lyſandro*, ut adnotavit *Hoſtus* libr. I. Rei Numm. c. 7. n. 4. JUNG.

Σιδηρῷ δὲ νομ. &c.] De ferreo Laconum nomiſmate meminere plures: ſunt tamen qui coriaceum fuiſſe perhibent; in iis *Nicolaus* apud *Stobenſem*: de utraque veterum opinione *Lipſius* de R. N. pag. 7 & 8. ubi *Polluci* noſtro ſuccenturiantes nominat *Plutarchum* in *Lycurgo* & *Lyſandro*, *Polybium* & *Xenophontem*: plura reperies apud eruditiſſimum *Sperlingium* de *N. non C.* cap. 29. ubi de *Lacedæmoniorum* nummis tractat effuſe: *Pollucei* loci mentionem quoque feciſſe *Cragium* in Commentario de *Rep. Laced.* reminiſcor.

29 Δὲ αὐτοῦ τὴν ἀκμὴν] Quam multa adhuc vitioſa atque mutila ſint in hoc capite vix credas: ut credas, in ſequentibus abunde dabimus, quæ fidem perhibent. Nec enim commodius nobis potuit accidere, quam quod MS. noſter ita in hoc capite nos non prodat, ut omnia iſta fidelius & plenius, exceptis paucis aliquot χασμοῖσι, exhibeat, quam vulgati: optimus *Noſter* amicus a ſuo deſertus fuit nec in tempore nec loco opportuno. Nos e noſtro fideliter exhibebimus, quæ inveniemus: viri docti porro a ſe operam dabunt: nam nobis ad hanc rem nec vires nec ingenium ſuppetit: hic itaque pro δὲ αὐτοῦ τὴν ἀ. MS. habet: δ' αὐτὴν ἀκμὴν &c. JUNG.

30 Εἰς τὸ ἄτομον] *Ut vim ſecandi perdat ferrum, aciem ejus candefactam aceto ſuffuſo extinxerunt*, ut nec exportari potuerint nummi ferrei in alias regiones. *Plutarch.* in vita *Lycurgi*: ὄξει γάρ, ὥς λέγεται, διαπύρου σιδήρου τὸ στόμωμα κατασβέσας, ἀφείλετο τὴν εἰς τἄλλα χρείαν καὶ δύναμιν ἀσθενοῦς καὶ δυσέργου γενομένου &c. Quæ *Porphyrius* de *abſtinentia* habet, de ferreo nummo Laconum, omnia ad verbum deſcripta ſunt ex *Plutarcho*. Cæterum C. V. pro δὲ αὐτοῦ leg. δ' αὖ τὴν ἀκμὴν &c. *Salm.* pro ἄτομον leg. ἄστομον vel ἄτονον, quæ eodem recidunt. KÜHN.

31 Τοὺς μὲν τοι Συρακουσίους &c.] Egregie MS. τοὺς μέντοι Συρακουσίους καττιτέρῳ πότε ἀντ' ἀργυρίου νομίσαι δ. κ. Jam vulgata vel caſſa nuce non emam: reſtitue iſtam lectionem optimam & veriſſimam, ſine dubio *Noſtro* ex *Ariſtotelis* Syracuſanorum πολιτείᾳ acceptam: καττιτέρῳ νομίσαι, ut modo ex ejuſdem philoſophi, credo, Byzantinorum republica dixerat, σιδήρῳ νομιζόντων, quemadmodum ex MS. ibi legimus: extat vero hæc eadem hiſtoria & in II. Oeconomicorum *Ariſtotelis*, ut bene obſervavit *Hoſtus* lib. I. Rei Numm. c. 7. n. 8. Locus eſt Oeconom. II. cap. 2. Διονύσιος Συρακούσιος &c. οὐκ εὐπορῶν δὲ ἀργυρίου, νόμισμα ἔκοψε καττιτέρου· καὶ συναγαγὼν ἐκκλησίαν, πολλὰ τοῦ κεκομμένου νομίσματος ὑπεῖπεν· οἱ δὲ ἐψηφίσαντο καὶ μὴ βουλόμενοι ἕκαστος ὃν εἴλετο ἔχειν ὡς ἀργυροῦν, ἀλλὰ μὴ καττιτέρινον. JUNG.

Τοὺς μὲν τοὶ Συρακ. κασσιτήρῳ &c.] Præſtantiſſimam atque Ἑλληνικωτάτην MSS. lectionem textui non reſtituiſſe ineptum foret: dudum eſt, quod mendi quid in hoc loco viris eruditis ſuboluit; *Salmaſ.* de M. Uſur. pag. 247. pro τοῖς Συρακουσίοις vere habet τοὺς Συρακουσίους, quam emendationem ſecutus eſt *Sperlingius* de *Nummis non Cuſis*, p. 17. cui tamen ceteram eluere maculam ex aliis ſimilibus, quæ adducit, locis in promptu fuerat ac facili: ſed neque *Salmaſius* id præſtiterat, cui eadem erant ad manum de *Uſur.* p. 436. Mox pro νόμισμα αὐτῶν melius in MSS. & ex iis in textu νομισμάτιον. Ἀττικὰς autem cur dicto loco *Salmaſius* poſt δραχμὰς abolendum cenſeat rationem hercle nullam video.

32 Κασσίτηρον] Κασσίτερον. SEB.

Dionyſius autor eſt] *Dionyſius* Syracuſios coëgit ſtannum pro argento habere. Atqui *Democritus* apud *Athenæum* XV. fol. 669. μνημονεύσω, inquit, τοῦ χαλκοῦ ποιητοῦ καὶ ῥήτορος Διονυσίου· χαλκοῦς δὲ προσηγορεύθη διὰ τὸ συμβουλεῦσαι Ἀθηναίοις χαλκῷ νομίσματι χρήσασθαι. SEB. 2.

Κασσίτηρον] C. V. τοὺς μέντοι Συρακουσίους καττιτέρῳ ποτε· vid. ſupra Segm. præced. & *Ariſtot.* libr. II. *Oeconom.* de *Dionyſio*. KÜHN.

33 Καὶ τὸ νόμισμα αὐτῶν] C. V. νομισμάτιον τέτταρας. KÜHN.

Καὶ τὸ νόμισμα αὐτῶν] MS. καὶ τὸ νομισμάτιον τέτταρας δραχμὰς Ἀττ. quæ omnia pro vulgatis reſtituamus. JUNG.

34 Ὁ δὲ νοῦμμος &c.] *F. Urſinus* hæc adfert ad *Feſti* fragmentum, ad iſta: *Nummum ex Græco vocabulo* νοῦμμος *exiſtimant dictum &c.* Tu vide incomparabilem *Scaligerum* Conjectan. in lib. IV. Varronis de ling. Latin. ad iſta: *In argento nummi: id a Siculis;* JUNG.

Ὁ δὲ νοῦμμος] Hoc *Pollucis* noſtri loco qui de *nummo* ſcripſere viri eruditi plurimi utuntur: *Scaliger* de R. N. hinc evincit *falſo credidiſſe virum ſummum* Georgium Agricolam *Siculos a Romanis in re nummaria accepiſſe multa*: ibidemque vir maximus Δωριέων legendum docet pro ὁρίων, quæ prava erat editionum ante *Seberum* lectio. *Lipſii* vero hæc pono verba, quibus & hanc *Pollucis* particulam Latine redditam habet: *Nummi nomen a Græcis aut Siculis eſſe breviter Varro teſtatur: & Pollux uberius:* Nummus, *inquit*, videtur Romanorum nomen eſſe, eſt autem Græcanicum eorum, qui in Italia aut Sicilia Dores habitarunt. *Et addit auctoritates* Epicharmi, *tum &* Ariſtotelis, *qui in Tarentinorum republica teſtatur nummum ab iis dici pecuniam cum impreſſa effigie* Tarentis *filii* Neptuni. *A Græcis vero vicinis Romani ſumpſere, & duplici m recte ita ſcripſeris, etſi alii tamen a* Numa *nomen derivant: Tranquillus ejus ſententiæ auctor apud* Suidam, *qui primum* Numam *regem pecuniam e ferro atque ære ſignaſſe apud Romanos, atque ab ejus nomine numos dictos: quæ derivatio unicum m adprobat; & ſane lapides ac libri priſci ambigue ſcribunt.* Quibus addenda tibi, quæ *Snellius* habet, mox ab initio libelli de Re Nummaria, & ex *Salmaſio Sperlingius* pag. 222. Quod autem de origine nummi a *Numa* adfertur, nihil eſt aliud, quam putidiſſimus otioſi Grammaticulorum cerebri abortus: non meminerant illi ſcilicet, quæ vetuſtiores probatioreſque Romanæ hiſtoriæ ſcriptores de ſignatis a *Jano Saturnoque* nummis tradiderant poſteris: neque alio tibicine hæc fulcitur nugaciſſima etymologia, quam utriuſque nominis ſimilitudine, qua ſæpius ratione adducti poſterioris ævi Grammatici mirum quæ etymologiarum monſtra pepererint: hanc eandem rem reperies in *Cedreno* ac *Chronico Paſchali*: & eſt mihi quoddam MSS. Chronici breviſſimum fragmen, ubi idem extet. Cum MSS. mox poſt Ἑλληνικὸν commode particulam καὶ, quæ pleniorem efficit ſenſum, inſeruimus.

μὲν εἶναι Ῥωμαίων τοὔνομα τοῦ νομίσματος· [35] ἔστι δὲ Ἑλληνικὸν, καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᳳ καὶ [36] Σικελίᳳ [37] Δωριέων· ὁ Ἐπίχαρμός τε γὰρ ἐν ταῖς Χύτραις φησὶν, [38] Ἀλλ᾽ ὅμως καλαὶ καὶ [39] πῖοι ἄρνες, εὑρήσουσι δέ μοι καὶ νούμμους, πωλατιᾶς γὰρ
80 ἐντὶ τᾶς ματρός· * καὶ πάλιν, [40] Κᾶρυξ ἰὼν εὐθὺς πριῶ μοι δέκα νούμμων μόσχον καλήν· [41] καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ταραντίνων πολιτείᾳ φησὶ, καλεῖσθαι νόμισμα παρ᾽ αὐτοῖς [42] νοῦμμον, [43] ἐφ᾽ οὗ

Romanum videtur numiſmatis nomen : eſt vero Græcum Dorienſium, qui in Italia & Sicilia habitarunt. Epicharmus quidem in ollis inquit : ſed ſimul pulchræ & pingues oves mihi inveniunt numos. * & rurſum : Præ- 80
co ſtatim profectus eme mihi decem numis pulchrum vitulum. Et Ariſtoteles in Tarentinorum Republica tradit, numiſma ab ipſis numum vocari : eique

35 Ἔστι δὲ Ἑλλην. τῶν ἐν Ἰτ. &c.] Καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᳳ, id eſt, in *ora illa Italiæ*, quæ dicta eſt *magna Græcia*. KÜHN.

Ἔστι δὲ Ἑλλην. τῶν ἐν Ἰτ. &c.] MS. ἔστιν δὲ Ἑλληνικὸν, καὶ τῶν &c. plenius & rectius. JUNG.

36 Σικελίᳳ] *Varro* de LL. lib. IV. *in argento nummi : id a Siculis :* νοῦμμος a Dorico νοῦμος, lex, ut νοῦσος pro νόσος, nam Græci Sicilienſes & Italici Dorica dialecto utebantur; eſt enim νοῦμμος quaſi lex quædam ad æqualitatem redigens pretium inter emptorem & venditorem, omnemque ſuam vim a lege habet. KÜHN.

37 Δωριέων] Ita emendat *Matthæus Hoſtus*, lib. I. pag. 68. priores editiones, ὁρίων. SEB

Δωριέων] MS. δωριιέων· quæ virorum doctiſſimorum emendationem confirmant, qui δωριέων ſcripſerunt, ut *Scaligeri* loco dicto ad Varronem ita hinc laudantis, ut *Henr. Stephani*, quodque bene repoſuit noſter *Seberus*. *Hoſtus* eam etiam indicavit lib. I. Rei Numm. cap. 3. ubi de nummorum adpellatione a cauſa efficiente, in νοῦμμος. n. 2. vulgo enim peſſime legebatur ὁρίων, quod & doctiſſ. *Urſinus* ad *Feſtum* loco dicto retinuit. *H. Stephani* vero manus in Codicis ſui ora hæc eſt, ad illud ὁρίων. Δωριέων, ait, *ut in* κύβιτον dicit, τῶν ἐν Σικελίᳳ Δωριέων (*ſupra nimirum II*, 141.) *Hanc meam emendationem probavit etiam* Scaliger, *& ita emendavit in ſecunda editione ſuarum annotationum in Varronem*. Cæterum quæ ſequuntur apud *Pollucem*, ὁ Ἐπιχ. deſunt in MS. noſtro, uſque ad iſta καὶ Ἀριστ. JUNG.

38 Ἀλλ᾽ ὅμως] *Epicharmus* in *Chytris* :

Ἀλλ᾽ ὅμως καλαὶ πῖοι ἄρνες
Εὑρήσουσι δή μοι καὶ νούμμους·
Πωλατιᾶς γὰρ ἐντὶ τᾶς ματρός.

Bonæ tamen agnæ nitidæque
Invenient etiam mihi nummos;
Vendituris enim eas in Matris,

ſc. æde, in ματρῴῳ, ubi proſtare videbantur agni ſacris faciendis apti, ultima autem verba ſunt alterius, qui reſpondit alteri ſubjicitque cauſſam, cur agni facile ſint inventuri emptorem. KÜHN.

Ἀλλ᾽ ὅμως] Verſus hi *Epicharmi* primi quomodo diſponendi ſint, fortaſſe non laborem, niſi me vox νούμμων turbaret; ita enim ſciberem:

— ἀλλ᾽ ὅμως
Καλαὶ κ. πῖοι ἄρνες, εὑρήσουσι δὲ
Μοι καὶ νούμμους; πωλατιᾶς γὰρ ἐντὶ τᾶς
Ματρός. —

In *Scaligeri* noſtri Conjectaneis ita editi ſunt:

Ἀλλ᾽ ὅμως καλαὶ καὶ πῖοι ἄρνες, εὑρήσουσι δὲ
Μοι καὶ νούμμους καὶ γὰρ ἐντὶ πωλατιᾶς τᾶς ματέρος.

Cæterum πῖοι an forte Siculi ita, pro πίονες, dixerint cogitandum eſt. De πωλατιᾶς taceo cum aliis. JUNG.

Ἀλλ᾽ ὅμως καλαὶ &c.] In verſuum formam *Epicharmi* verba redegit apposite *Jungermannus* noſter : πῖοι ἄρνες, *oves pinguiculæ*, voce non tantum Siculis ſed & ipſis Græcis apprime nota : in *Heſychio* πιώτατον exponitur λιπαρώτατον· quod utique fuerit a πῖος vel πίος. *Nicander* — ἔνθα Πιωτέρην ὅτε βότρυν ἐσίνατο κήκας ἀλώπηξ· ab eademque origine eſt in *Philoxeni Gloſſis*: Πιότης, *obeſitas*: tum vero, εὑρήσουσι δέ μοι καὶ νούμμους dictum eleganter: εὑρίσκειν ἑαυτῷ δόξαν, apud *Thucydidem*, *honorem ſibi acquirere*: ſimilique notione apud Romanos *invenire*, uti monet ad iſta *Terentii* in *Eunucho*, *Utinam tam aliquid invenire poſſis Phædria Quam hoc peribit* — *Donatus*, cui & hæc alia ex *Comici Heautontimorumeno* adfertur χρῄσεις· *ut ſerves, quod labore invenerit*, ὅπερ ἂν πόνῳ εὑρίσκῃ, *paraverit*. Illa jam ſequuntur in *Epicharmi* verſiculis, quæ vere ſunt obſcura atque difficilia, eo magis, quod Siculæ dialecti parum omnino nec niſi ſtetilia ſuperſint veſtigia: opem tamen, quam poſſumus, adferre tentabimus, nec infeliciter plane, uti ſpero: ἐντὶ pro εἰσὶ Dorice dictum, quis ſit eruditorum, qui ignoret? non tamen id advertiſſe *Kuhnius* videtur: pro πωλατιᾶς minima mutatione refingo πωλατίας· πωλατίας γὰρ ἐντὶ τᾶς ματρὸς, iſto ſenſu: *vendendas enim eas habet mater*: nec loquendi formulam mirabere duriuſculam atque difficilem primo adſpectu, ſi Sicula memineris eſſe: quin vero nihil eſt in ea, quod cum analogia pugnet linguæ Græcæ, exhibetque potius elegantem dialecti Doricæ vel Siculæ characterem: arbitrium eſto aliorum de hac qualicunque emendatione; mihimet tamen ipſi favente Critica illa *Epicharmi* poſteriora reſtituiſſe videor. In altera Siculi *Comici* χρήσει κᾶρυξ emendavi pro Κῆρυξ.

39 Πῖοι] An πίονες; & quid mox πωλατιᾶς; *Hoſtus* tacite hunc locum tranſilit: & poſteriorem iſtam clauſulam interpres quoque. SEB.

40 Κῆρυξ ἰὼν &c.] Verſus ita formarim:

— Κῆρυξ ἰὼν
Εὐθὺς πριῶ μοι δέκα νούμμων μόσχον καλήν.

— *Præco abito &*
Statim eme mihi decem numis vitulum bonum.

KÜHN.

Κῆρυξ ἰὼν &c.] Hic ſcribe Dorice κᾶρυξ. Sic & *Scaliger* habet : κᾶρυξ εὐθὺς ἰὼν πριῶμοι &c. & πριῶ μοι reſtituit etiam *Henr. Stephanus* in ſuo Codice: quum alias ederetur πριῶμαι. Sic ſupra Segm. 78. πριῶ μοι τριῶν σιδηρέων. Sed ad MS. noſtrum. JUNG.

41 Καὶ Ἀριστ. ἐν τῇ Ταρ. πολ.] Ita MS. καὶ Ἀριστ. ἐν τῇ Ταραντίνων πολιτείᾳ, καλεῖσθαι, φησὶ, νομ. &c. JUNG.

42 Νοῦμμον] *Salm.* leg. νοῦμμος νόμισμα παρὰ Ταραντίνοις. KÜHN.

43 Ἐφ᾽ οὗ] MS. ἐφ᾽ ᾧ ἐντ. JUNG.

Ἐφ᾽ οὗ ἐντετυπῶσθαι &c.] Quæ ſuperius ex *Lipſio* in medium dedimus & hæc *Pollucis* noſtri tangebant. Se quoque tales vidiſſe nummos refert Illuſtriſſ. *Scaliger* pag. 3. de R. N. *Sed Tarentinis* νοῦμμος *erat argenteus*, ipſa viri verba pono, *cui incuſus erat* Taras Neptuni *filius delphino inſidens*, *cujuſmodi multos vidimus hodie drachmæ pondere*, *ſi bene memini*. Et *Snellii* quoque locum legendum dabimus, quem, ut *Pollucem* illuſtret, inquit ſcripſiſſe: *Ariſtoteles ſcriptum reliquit in Tarentinorum republica numiſma quoddam* νοῦμμον *vocari*, *in quo Tarenti* (Tarantis) Neptu-

inſculptum eſſe Tarentum, Neptuni fi-
lium delphino vectum. Inſuper in Agri-
gentinorum Republica inquit Ariſtoteles,
aliquem mulctari triginta litris: litram
vero conſtituere obolum Æginæum. cæ-
terum apud eundem in Himereorum Po-
litia, etiam alia inveniet Siculorum no-
mina: utpote unciam, quæ valet æreum
81 unum. * & ſex talenta, quod eſt duo æ-
rei. & tria talenta, quæ ſunt tres. Et ſemi-
litrum, quod ſex & litram facit, quam obo-

ἐντετυπῶσθαι Τάραντα τὸν [44] Ποσειδῶνος, [45] δελ-
φῖνι ἐποχούμενον· καὶ μὴν ἐν [46] Ἀκραγαντίνων πο-
λιτείᾳ φησὶν Ἀριστοτέλης, ζημιοῦσθαί [47] τινα
[48] τριάκοντα λίτρας· δύνασθαι δὲ τὴν λίτραν ὀβο-
λὸν Αἰγιναῖον· ἀλλὰ μέντοι παρ' αὐτῷ [49] τις ἂν
ἐν τῇ Ἱμεραίων πολιτείᾳ καὶ ἄλλα [50] εὕροι Σικε-
λικῶν νομισμάτων ὀνόματα, οἷον [51] οὐγκίαν, ὅπερ
δύναται χαλκοῦν ἕνα· * καὶ [52] διξάντα, ὅπερ 81
ἐστὶ δύο χαλκοῖ· καὶ τριξάντα, ὅπερ τρεῖς.
[53] καὶ ἡμίλιτρον, ὅπερ ἕξ· καὶ λίτραν, ἣν εἶναι ὀβο-

ni *filii delphino invecti eſſet imago expreſſa: hujuſmodi nummum areum pondere granorum* 124. *habui, cui parte una impreſſa effigies viri nudi delphino inſidentis; ſub delphini corpore quaſi ſpina aut ſpherula: in ora literis Græcis* ΤΑΡΑΝΤΙ· *notis fugacibus, ſed tamen qui ab attento facile legerentur: parte altera itidem vir nudus ſedens, manu, ut videbatur, ſuper aram extenſa, ita obſcure ut reliqua conjectare non potuerim: cujus deſcriptionem hic propterea exhibui, ut* Pollucis *locus ille clarius intelligatur.* Elegans autem nummi Tarentini pari figura, quam retulit *Pollux*, ſignati ſuppeditavit ectypum præſtantiſſima cimeliotheca *Wildiana*, quem itaque in tuam, benivole lector, gratiam apponendum curavimus: in hac parte Τάρας ὁ Ποσειδῶνος δελφῖνι ἐποχούμενος, quique hac arcum, altera teneat telum. adverſa *Caſtoris* equitantis effigies cum adjecta ſolito Dioſcurorum inſigni ſtellula: Lacedæmoniis nimirum oriundos ſe hoc ſigno teſtabantur, qua de re eſt in *Pauſania Phocicis.* Sed hæc tibi eruditius antiquarii, ut dicimus, expedient.

44 Ποσειδῶνος] MS. Ποσιδῶνος. JUNG.

45 Δελφῖνι] Talem nummum Tarentinum exhibitum *Proſpero Pariſio*, qui edidit *rara numiſmata Magnæ Græciæ*, videre eſt *Tabul.* XII, 1. 9. KÜHN.

46 Ἀκραγαντίνων] MS. Ἀκραγεντίνων. JUNG.

47 Τινα] MS. ζ. τινὰς τρ. & ſupra ſane eſt, quamvis alio numero, ex eadem Acragentinorum republ. ὡς ἐζημιοῦτο πεντήκοντα λίτραις IV, 174. alterutro itaque loco vitium in numero λιτρῶν· nam eundem locum eſſe hunc & qui ſupra allatus eſt, patet vel ex eo quod ſupra quoque ſtatim inducit *Ariſtotelem* hæc verba: ἡ δὲ λίτρα δύναται ὀβολὸν αἰγιναῖον. De λίτρᾳ alias *Hoſtus* lib. III. Rei Numm. c. 8. tm. 17. JUNG.

48 Τριάκοντα λίτρ.] *Salm.* alibi πεντήκοντα λίτραις. KÜHN.

49 Τις ἂν ἐν τῇ Ἱμερ. &c.] MS. αὐτῷ τὶς ἐν τῇ Ἡμεραίων. Antea male vulgabatur Ἱμερίων· ſed Ἱμεραίων etiam in ſuo Codice repoſuit *Henr. Stephanus*, ut ſupra IV, 179. fuit: nec aliter viri docti agnoſcunt. JUNG.

50 Εὕροι Σικελῶν ὀνόματα] C. V. εὕροις Σικελικῶν νομισμάτων ὀνόματα, οἷον οὐγκίαν. KÜHN.

Εὕροι Σικελῶν ὀνόματα] MS. εὕροι Σικελικῶν νομισμάτων ὀνόματα, οἷον &c. reſtitue ita vulgata, quæ mutila ſunt & mendoſa. JUNG.

Εὕροι Σικελῶν ὀνόματα] Suppleri ex MSS. Σικελικῶν νομισμάτων ὀνόματα, ita poſtulante ſenſu: ſequebatur vulgo οὐγγίαν· ſed melius in MSS. οὐγκίαν, quod, favente *Jungermanno*, repoſuimus: nam quod οὐγγία apud recentiores legitur, id potius a Romanis eſt deſumptum, quam a *Siculis*, qui οὐγκίαν ab ὄγκος dixere. Vide *Snellium* de R. N. pag. 19. ubi hunc de uncia *Pollucis* adfert locum.

51 Οὐγγίαν] MS. οὐγκίαν· & ſic repone, ut etiam fecerat in ſuo Codice *H. Stephanus*, & *Scaliger* habet Conjectan. ad libr. IV. Varron. de ling. Latin. ubi Varronem notat ſcribentem: *Uncia ab uno* &c. quum Siculum ſit vocabulum. JUNG.

52 Ἓξ τάλαντα, &c.] *Salm.* pro ἓξ τάλαντα legit ἑξάντα & mox τετράντα vel τριάντα. KÜHN.

Ἓξ τάλαντα, &c.] Ἓξ τάλαντα & mox χαλκοῖ· καὶ τρία τάλαντα etiam MS. noſter habet. Sed *H. Junius* pro illo; ἑξτάντα· & pro altero, τρίαντα, reponendum certo adfirmat, quemadmodum & ſupra IV, 179. *Pollux* eadem referens, tamen ἑξάλιτρα, & τριάκοντα habet: nempe ita Sicula lingua dicta, pro *Sextante* & *Triente*, ait *H. Junius*, Nomenclat. in *Sextans. Junii* lectionem, quaſi certam, ſecutus eſt, textu *Pollucis* ita prolato, *Hoſtus* lib. III. Rei Numm. cap. 5. n. 5. & c. 8. tm. 18. n. 1. ubi tamen male τετέραντα, pro *Juniano* τρίαντα habet. Ego ſupra dixi, nihil temere mutandum in iſta variantia contextus: & ſi idem jus mihi non emendandi, ſed conjectandi tamen; dixi mihi longe δωρικώτερον videri, ſi conjiciamus διξάντα & τριξάντα· cujus ſententiæ me nondum pœnitet, quamvis nihil certi queam adfirmare, idque mihi ita videatur, ut non certo tamen videri fatendum ſit. Commendabimus hæc alios, quos ſcimus de re nummaria moliri rara & recondita, vel jam molitos tantum nondum publicaſſe. JUNG.

Ἓξ τάλαντα, &c.] Devenimus ad locum corruptiſſimum, quique Criticorum exercuit plurimum ingenia: *Kühnius* in textum referebat ἑξάντα & mox τριάντα pro τρία τάλαντα, quorum neutrum probamus utut textui reſtituta ſupra IV, 174. quin potius accedimus *Jungermanni* noſtri, cujus acumen ingenii cum pari judicio feliciſſime conjunctum miramur quotidie, ſuſpicimuſque magis, indubitatæ conjecturæ, qua διξάντα & τριξάντα reponit: ſuperius nimirum pro ἑξάλιτρα MSS. ad unum omnes διξάντα habebant: de MS. *Palatino*, quo & *Jungermannus* noſter eſt uſus, monet quoque *Salmaſius* de *Modo Uſurarum* pag. 157. *Vetuſtiſſimum exemplar* Pollucis, *quod in Bibliotheca* Palatina *pro theſauro ſervabatur, atque oſtentabatur, & quo olim uſus eſt eruditiſſimus juvenis* Jungermannus, *qui innumeris mendis eum auctorem liberaverat, utrobique habuit* pro ἑξάλιτρα vel ἓξ τάλαντα, διξάντα· probatque mox iſtam ſcripturam tanquam veriſſimam jure merito: ſed opinionis falſus eſt *Salmaſius*, cum & hoc loco iſtum Codicem διξάντα habere ſcriberet. Illam itaque lecturam ſequutis tanquam Cynoſuram & hæc & cetera reſtituere nobis licuit: ἓξας alienum a loco & re, ut optime contra *Scaligerum* probavit *Salmaſius. Sperlingius* expediſſe ſe locum putabat, ſi ἑκτάλιτρα pro ἑξάλιτρα IV, 174. & ἓξ τάλαντα, atque pro τριάκοντα & τρία τάλαντα reſtitueret τριάγγια· illa quidem arguta, ſed quæ tamen nobis ſordent præ MSS. lectione: quid enim inventis frugibus βαλανηφαγῶμεν; in *Heſychio* Διξὸς, διττός· & idem monuiſſe, ni decipiat memoria, credo *Philoponum* & *Corinthum.* Ipſa de re plura per temporis anguſtias non licet.

53 Καὶ ἡμίλιτρον, &c.] MS. καὶ ἡμίλητρον, ἢ ὅπερ &c. Sed diſtinguendum certe eſt: καὶ ἡμίλιτρον, ὅπερ ἕξ· (ſcilicet χαλκοῖ ſupra IV, 179.) καὶ λίτραν &c. JUNG.

λόν· τὸ μέντοι δεκάλιτρον δύνασθαι μὲν δέκα ὀβολοὺς, εἶναι δὲ στατῆρα κορίνθιον· ὅτι δὲ καὶ τῶν Κωμῳδῶν τινες τῆς λίτρας μνημονεύουσιν, ἐν τοῖς [54] περὶ στατικῆς προείρηται· οὐ γὰρ οἱ Δωριεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν Ἀττικῶν [55] τινες, ὡς Δίφιλος ἐν Σικελικῷ, [56] Οἷον ἀγοράζειν πάντα· μηδ' ἓν δ' ἔχειν Εἰ μὴ [57] κικίννους, ἀξίους λίτραιν δυοῖν· [58] σὺν δὲ ταῖς λίτραις, καὶ ἄλλα ὠνόμασε νομισ-

lum eſſe autumant: decalitrum vero obolos facere decem, & ſtaterem eſſe Corinthiacum. Quod autem & Comicorum nonnulli litræ mentionem faciant, Supra de Ponderibus dictum eſt: non enim Dores modo, ſed etiam Atticorum quidam, ut Diphilus in Sicelico, Emere paſtillos, nihil vero habere, niſi cicynos quoſdam, valentes duas litras. Cum litris vero, etiam alia nominavit numi-

Καὶ ἡμίλιτρον, ὅπερ ἓξ καὶ λίτρας, &c.] Diſtinxi locum cum *Jungermanno*: & probant, quæ ſuperius IV, 174. τοὺς δὲ ἓξ (χαλκοῦς) ἡμίλιτρον. In *Herone Heliodoro* & *Cleopatra* MSS. reperio: ἡ λίτρα ποιεῖ οὐγγίας ιβ. ἡ δὲ οὐγγία δραχμὰς η· ſed illud de pondere dictum in nummaria quoque re locum habet: ſequitur in *Herone*: γίνεται οὖν τὸ τάλαντον λίτρας ξβ S' ἐν νομίσματι· τὸ δὲ ξυλικὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ τάλαντον ἐστὶ λιτρῶν τοε· dixerat ſuperius: εἶδος δὲ τὸ ξυλικὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ τάλαντον ἕτερον, ὃ μνᾶς μὲν ἰδίας ἔχει ξ· ἑξαπλάσιον δὲ σχεδὸν τοῦ νομίσματος ἀριθμοῦ. Sed vide *Scaligerum* de R. N. pag. 44. ubi horum quædam reprehendit. At ſcrupuli quid in iſtis *Pollucis*: ἡμίλιτρον ſex valet chalcos, cum dimidium ſit litræ: & obolum valere litram dixit, Æginæum puta, id eſt, decem chalcos, cujus dimidia pars quinque fuerint chalci: apud *Heronem* litra uncias valet duodecim: unciam vero æqua valere χαλκῷ docuit *Pollux*; ut ſtatuendum ſit potius litram, non obolum Æginæum ſeu decem chalcos, ſed duodecim continuiſſe; aut fuerit forſitan non æquale ſemper τῆς λίτρας pretium, quod & in aliis deprehendimus, & illuſtrabunt hæc quæ inferius ad *Epicharmi* verſiculos dicemus. *Heſychii* de litra hæc verba habeto: Λίτρα, ὀβολὸς, οἱ δὲ νόμισμα παρὰ Σικελοῖς, οἱ δὲ ἐπὶ σταθμῷ· (ita recte conjectant pro σταθμῶν) οἱ δὲ Ῥωμαῖοι διὰ τοῦ β λίβρα. Inde & λιτρισκόποι dicti Siculis ἀργυραμοιβοὶ, eodem teſte. Poſt ἓν, quod mox ſequitur, ἕνα neſcio qua de cauſa interſerebat *Kuhnius*.

54 Περὶ στατικῆς] Supra IV, 171. priores editiones, περιστατικοῖς. SEB.

Περὶ στατικῆς] Optime ita *Seberus* noſſet: & *H. Stephanus* ita hic emendaverat, adducto loco ſupra IV, 171. JUNG.

55 Τινες] MS. τινές. JUNG.

56 Οἷον ἀγοράζειν π.] Leg. οἷος ἀγοράζειν· dein C. A. πάντα μηδὲ ἓν, verſus ita conſtituerem:

> Οἷος ἀγοράζειν πάντα, μηδ' ἓν δ' ἔχειν
> Εἰ μὴ κικίννους ἀξίους λίτραιν δυοῖν.
> *Empturiens omnia, & tamen nihil habens*
> *Niſi cincinnos obolorum duorum.*

Perſtringit aliquem πτωχαλαζόνα, qui in foro omnia quæ proſtant venalia licitatur quaſi empturus, ſed cum pecunia non ſuppetat, tandem cincinnos quoſdam duobus obolis emit, uti *Mamurra Martialis*, qui pretioſas merces in ſeptis Romæ expoſitas diu perluſtraverat, pretiumque earum ſibi indicari voluerat, tandem vero

> *Aſſe duos calices emit & ipſe tulit.*

lib. IX. Epigr. 60. de κικίννοις agit *Auctor* ſupra II, 28. μαλλακίννης *Heſych.* eſt *mulierum ornamentum*, γυναικεῖον κοσμάριον· *comas emptas* Læliæ perſtringit iterum *Martialis* lib. XII. Epigr. 23. KÜHN.

Οἷον ἀγοράζειν π.] MS. οἷον ἀγορ. πάντα μηδὲ ἓν δ' ἔχειν εἰ μὴ κικίνους, κ. ξ. & pro vulgato, κικίννους repoſuerat etiam *H. Stephanus* hic; ut malim, licet MS. hic uno ν habet: ſupra II, 28. etiam duobus habebat, alias lectio MS. reliqua certe præſtabilior quam vulgata: certe alter verſiculus ut concipiendus, mihi in promptu puto:

> Εἰ μὴ κικίννους ἀξίους λίτραιν δυοῖν.

De priori ἐπέχω, an οἷον *Pollucis* ſit χρῆσιν hanc ex *Diphilo* ſubjicientis, an ad *Diphili* verſum pertineat,

> Οἷον ἀγοράζειν πάντα μηδὲ ἓν δ' ἔχειν.

Et ſic prior verſus quoque conſtet: nondum tamen in ejus extremo mihi ſat ſenſus. JUNG.

Οἷον ἀγοράζειν πάντα. &c.] Sanant hunc locum MSS. quorum lectionem in textum dedimus: pro μηδ' ἓν fuit μηδὲν· ubi mihi obſerva, quæ ſuperius de ſolita vetuſtiorum MSS. ſcriptione, cum elidendas literas ponunt, dixi: habebamus & hoc capite τριημιωβολιαῖ' ἐστὶ, recte; pro quo manu exarati Codices τριημιωβολιαία ἐστί· κικίννους reddidimus textui nativam vocem, cujus vice * κικύνους extitit. De loci ſenſu mihi cum *Kühnio* non convenit: proverbii ſpeciem habuiſſe puto iſta, μηδ' ἓν ἔχων, εἰ μὴ κικίννους ἀξίους λίτραιν δυοῖν, de homine pauperculo, cuique divitiarum eſſet nihil. Delicatulos fuiſſe Siculos atque luxuriæ deditos res eſt manifeſta, adeo ut parœmiæ Σικελικαὶ πολυτέλειαι, quæ apud *Lyſidem* eſt Epiſt. ad *Hipponem*, originem dederint: nitidos itaque cum cura capillos aluiſſe par eſt, ut credamus: naturam ars adjuvit: ſi qui capillos haberent deformes, emptis aliis atque προσθέτοις ſeſe ornabant, qui κίκιννοι dicti: *cincinnos* a voce Græca vocavere Romani, iique tam quos in uvæ racemique modum pendulos concinne finxerat natura, quam ars compoſuerat: μυροβρεχεῖς *Mæcenatis* cincinnos uſquequaque perſequutum fuiſſe *Auguſtum Suetonius* refert: meminitque de Cultu Mulierum *Tertullianus*: in *Gloſſis Cincinni*, βόστρυχοι, *cirri*: *cincinnulos* dixit *Varro*: hinc & quivis molliculi *cincinnati*: *nullus ei juvenis*, *nullus cincinnatus arrideat*, *Hieronymus* inquit in epiſtola ad *Letam*: ab eademque voce Romæ *Cincinnatorum* familiæ, cujus inſigne cincinnus: neque Deam Romanorum *Cincinniam* ignoraveris: Græcam vocem habet *Ariſtophanes* in *Veſpis* —— ἐγὼ Τουμὸν νομίζω γέρας εἶναι κρεῖττον, ἢ πολ—— Λῶν κικίννους ηκκιῶν· ad quæ Commentator antiquus κικίννους exponit τὰς περιεστιγμένας καὶ πεπηνισμένας τρίχας· adducit illum *Comici* locum *Suidas* in voce, ubi & ex alio quodam, quem *Alcæum* putabam aliquando, hanc ita emendandam adfert χρῆσιν· καὶ μὰ τὸν εὔειρατα Τιμοῦς φιλήματος κίκιννον· per amicarum capillos atque comas juraſſe juvenes amatores, ex veterum lectione didicimus. Huc pertinet quod apud *Heſychium* lego: Κικιννα, τριχόπλαστος· conjectabam aliquando: κικιννάτος, quo de deliberent eruditi: eſt & in *Syneſii*, ſi bene memini, de *Calvitiei encomio*. Fuere itaque cincinni tortuoſis turbinatiſque flexibus penduli in humeros capilli, quos ſummo habuiſſe pretio Siculos exiſtimo; & qui talem comam a natura non haberet, nummis comparaſſe: dictum igitur in hominem egenum: *nil habet, niſi viliſſimi pretii cincinnos*: jamque, puto, patebit diſtichi ſenſus: *tanquam qui omnia vellet emere, neque aliud haberet quicquam quam binis æſtimandos litris cincinnos*: quæ mihi eo magis apparent veriora, quod *Diphilum* Σικελικῷ ſua fabula perſtrinxiſſe cenſeam Siculorum etiam pauperum mores ſuperbe luxuriantes. Sed tandem me longius, quam par erat, in cincinnis Siculiſque deliciis hæſiſſe ſentio: in viam igitur.

57 Κικίννους] *Sylb.* leg. κικίννους. SEB.

58 Σὺν δὲ ταῖς λίτραις] MS. σὺν δὲ τῇ λίτρᾳ, καὶ

ſmatum nomina Epicharmus in Harpagis,
82 utpote cum dixit. * Vates ſane, quæque mulieres fatuas defraudant argento. alia quidem, litram: aliæ vero, ſemilitram recipientes, & omnia ratione cognoſcunt. & rurſum, Ego vero marſupium, litrodecalitrum,

μάτων ὀνόματα Ἐπίχαρμος ἐν Ἁρπαγαῖς,
* [59] — ὥσπερ αἱ πονηραὶ μάντιες, Αἱθ᾽ ὑπονέμονται, [60] γυναῖκας μωρὰς ἀμπετώγκιον Ἀργυρίου, ἄλλαι δὲ λίτραν, αἱ δ᾽ ἂν ἡμίλιτρον δεχόμεναι, Καὶ πάντα γιγνώσκοντι· [61] καὶ πάλιν, [62] Ἐγὼ γὰρ τὸ βαλάντιον λίτρα καὶ δεκάλιτρος 82

κλ. & ita emenda: *λίτραν* enim, non *λίτρας* nominat in ſequentibus *Epicharmus*: error in vulgatis credo inde, quod hæc in MS. etiam noſtro ita ſunt ſcripta, *τῆι λίτραι*, adpoſito *τῷ μὴ ἐκφωνουμένῳ* jota, non ſubſcripto. JUNG.

59 *Ὥσπερ εἶπον. Ἦρ᾽ αἱ μ.* &c.] C. V. *ὥσπερ αἱ πονηραὶ μάντιες αἶθ᾽* &c. ac tum *μωρὰς ἀμπιτάκιον ἀργυ.* quid ſi hos verſus ita ſcripſerimus?

> *Ὥσπερ αἱ πονηραὶ μάντιες αἶθ᾽ ὑπονέμοντι*
> *Γυναῖκας μωράς· αἳ μὲν ἀμπιτάκιον ἀργύρου,*
> *Ἄλλαι* (ita C. V.) *δὲ λίτραν· αἱ δ᾽ ἂν ἡμίλιτρον δεχόμεναι*
> *Πάντα γινώσκοντι τὄτι λόγῳ.* —
>
> *Uti depaſcuntur hæ malæ divinatriculæ*
> *Mulieres ſtultas, hæc quidem argenti ampetacium,*
> *Illæ vero accipiunt litram, ſunt & quæ ἡμίλιτρον*
> *Et tum cuncta ſcire ſe ajunt.* —

Ἀμπιτάκιον ἀργύρου quid ſit perinde ſcio, ac *antempuccium*: minuti valoris nummulum fuiſſe *τὸ ὑπονέμεσθαι* arguit; nam ſecundum *Juvenalem* Satyr. VI.

> *Implet & illa* (vaticinatio) *manum, ſed parcius ære minuto.*

Salm. pro *ἀντιμπούκιον* leg. *πεμπούγκιον*, uti mox *ἑξάγιόν τι καὶ πεμπούγκιον*. *Valeſius Epicharmi* verſus ita ſcribit:

> *Ἦρ᾽ αἱ μαντεῖαι αἶθ᾽ ὑπονέμονται γυναῖκας,*
> *Μῶρος ἂν πεντούγγιον ἀργύριον ἄλλη δὲ λίτραν* &c.

KÜHN.

Ὥσπερ εἶπον. Ἦρ᾽ αἱ μ. &c.] Jam miræ nomiſmatum voces, unde quis ſe expediat? nec dubito tamen multo ſaniora in MS. noſtro ſervata, qui ita ait: *ὥσπερ αἱ πονηραὶ μάντιες, αἱ θυπονέμονται γυναῖκας μωρᾶς, ἀμπιτάκιον ἀργύριον, ἄλλαι δὲ λ. α. δ᾽ ἂν ἡμίλιτρον* &c. poſtremum ita vulgavit & *Seberus* noſter: antea editi *ἀνημίλιτρον* una voce: quod & *H. Stephanus* emendaverat, adpoſito ad oram *ἂν ἡμίλιτρον*. Cætera ut dixi ita in MS. ſunt, quæ porro reconcinnet ingenioſior. Interim MS. lectio pro vulgata reponatur potius; & puto legendum *αἶθ᾽ ὑπονέμονται γυναῖκας μωρᾶς* &c. Videtur ſane ſenſus tum nonnullus: ſcilicet quemadmodum malæ ſagae, quæ deprædatæ fuerint ſtultæ neſcio cujus fœminæ *ἀμπιτάκιον ἀργύριον*· aliæ vero *λίτραν*· aliæ *ἡμίλιτρον* accipientes: quæque omnia cognoſcant. JUNG.

Ὥσπερ εἶπον. Ἦρ᾽ αἱ μ. &c.] *Ἡρακλεῖς ἀλεξίκακε*, cum quibus hic monſtris nobis eſt decertandum? ſuperabimus tamen, ſpero, bonamque mendorum copiam profligabimus: quid inquam profligabimus, cum id egregie præſtiterit Illuſtr. *Salmaſius* de Modo Uſur. pag. 261. a quo non niſi in paucis, quæ indicare animus eſt, diſſentimus: pro iſto corruptiſſimo vocabulo *ἀντιμπούκκιον* MSS. habent *ἀμπιτάκιον* vel *ἀμπιτάκιον*· unde nobis effingit *Salmaſius*: *αἱ πεττούγκιον*· ſed felicius quam proxime ad *Palatini* Codicis lecturam reſtituo, *ἀμπιτώγκιον*, quod tibi omne cum Doriſmo ad amuſſim congruum monſtrabo: *ἀμπιτώγκιον* itaque tantundem eſt ac *ἡμιπεττούγκιον*, *quinque unciarum dimidia pars*: Dores pro *ἡμεῖς*, *ἅμμες*, *ἡμέρα*, *ἁμέρα*, *ἥμισυς*, *ἅμισυς*, *ἡμι*, *ἀμι*, quod ultimum *ι* per apocopen in compoſitione eſt abjectum, ut ſæpiſſime fieri amat: tum *πετώγκιον* pro *πεττώγκιον*, quod & *Æolica* facit dialectus, in qua *πίτορες* pro *πίττορες* ex *τέτταρες*, unde & *petorita*, qua de re conſule *Feſtum*: *ου* denique Dores mutaſſe in *ω* res eſt patula, *μῶσαι*, *μοῦσαι*, unde *πετώγκιον*, pro quo & *πετάγκιον* ex C. V. vel *πετάγγιον* haud male ſcribas, uti mox *πεντάγγιον* (*πεττάγγιον* ad Doriſmi normam malim) in altera ſcribitur *Epicharmi χρήσει*, ubi tamen MS. *πεντόγκιον*, quod nullo negotio in *πεττώγκιον* mutaveris: ſed & manu exaratorum Codicum lectionem toleremus quoque. Jam nunc porro videamus, quam id cum ipſa re conveniat egregie: litra decem continebat chalcos ſeu uncias, cujus dimidia pars *ἡμίλιτρον*, quinque unciæ ſeu chalci: eadem & *πεττώγκιον*· bini vero chalci & ſemis *ἀμπεττώγκιον*, ita ut *Epicharmum* admiſſa hac emendatione noſtra duplicato gradatim pretio adſcendere videamus: taceo, quod abſurdi quiddam otioſæque ac ineptæ repetitionis in *Salmaſii* lectione deprehendam, ſiquidem *ἡμίλιτρον* & *πεττώγκιον* non differant quicquam: munitam ergo ab omni parte lectionem meam feciſſe opinor; in textum itaque adſcivi haud gravatim. De ceteris nunc eſt monendum: iſtorum loco *ὥσπερ εἶπον. Ἦρ᾽ αἱ μαντεῖαι* MSS. ſcripturam cum *Salmaſio* textui reddidimus: tum erat in vulgatis, *ὑπονέμονται*, *γυναῖκας μῶρες*, & *ἀργύριον*· *ἄλλαι* pro *ἄλλη* & ad ſui Codicis marginem *Kuhnius* emendarat: *αἱ δ᾽ ἂν ἡμίλιτρον*· omnino ita ſcribendum cum MSS. non ſine *ἂν*, quod hic eleganter additum: tandem *τῷ τι λόγῳ*, quod poſt *γιγνώσκοντι* ſequebatur ineptiſſime, delevimus. Senſus erit, niſi me fallam, cuique facillimus. *Epicharmi Ἁρπαγαῖς* ſuperius hoc libro Segm. 26. nominat *Pollux*, ibique *ὑπόθεσιν* fabulæ digito demonſtrare volui: needum ſententiæ pœnitet, quam etiam hic planioribus exponam verbis: videri nimirum *Epicharmum* iſta fabula de rebus quibuſdam egiſſe, quæ Siculam rempublicam peſſum dabant atque diripiebant: inter illos, credo, enumerat *τὰς πονηρὰς μάντιας*, quæ aniculas ſtultiores emungebant pecunia; & plures inter antiquos fuere eruditi viri quibus id circulatorum genus ſummo opere diſplicuit: *Ennium* vide in fine ſecundi de Divinatione & apud *Euſebium* Præpar. Euang. varios.

60 *Γυναῖκας μῶρος ἀντιμπούκκιον*] Quærendum ulterius de hoc loco, & ſeq. interprete dicente neſcio quid: MS. vero prorſus tacente. SEB.

61 *Τῷ τι λόγῳ.*] C. V. non habet *τῷ τι λόγῳ*. KÜHN.

Τῷ τι λόγῳ.] Illa *τῷ τι λόγῳ* deſunt in MS. JUNG.

62 *Ἐγὼ γὰρ τὸ βαλ.*] C. V. *τόγε β. λιτρεκαιδεκάλιτρος στατὴρ ἑξάντιόν τι πεττόγκιον*· ubi legerim:

> *Ἔχω γὰρ τόγε βαλάντιον, λίτραν, καὶ δεκάλιτρον,*
> *Ἑξάνταν τε καὶ πεντόγκιον.* —
>
> *Habeo enim marſupium litram & decalitrum*
> *Hexantamque & pentuncium.* —

Στατὴρ puto gloſſema eſſe ex ſuperioribus ubi *δεκάλιτρον στατὴρ* Corinthiis dicitur: *ἑξάντα* quid fuerit *Siculis* patet ex libr. IV. cap. 24. Sect. 2. v. 4. KÜHN.

Ἐγὼ γὰρ τὸ βαλ.] Alius *Epicharmi* locus, qui ita in MS. *ἐγὼ γὰρ τόγε βαλάντιον λιτρεκαιδεκάλιτρος στατὴρ ἑξάντιόν τι πεττόγκιον*. Sed lubet aufugere hinc, quam ſaltem verba ſerere rebus inania: accedant ii, qui reapſe prodeſſe hiſce locis poſſunt. Illud *ἑξάντιον* vero pro *Junii* conjectura ſupra allata fuerit, ſi id probum. Ne tamen omittam, quid alii ad hunc locum, Avum meum in lib. de Numiſm. patet legiſſe

στατὴρ, ἑξάντιόν τε καὶ πεντόγκιον· ἔχει μὲν δή τι καὶ φιλόκαλον ἡ τούτων γνῶσις· ἴσως δὲ οὐδὲ ἡ χρῆσις ἄτοπος· [63] εἰ μηδὲ τοὺς σίγλους ὁ Ξενοφῶν ὄνομα Βαρβαρικοῦ νομίσματος εἰπεῖν ἐφυλάξατο· [64] καὶ μὴν καὶ τὸν δανάκην εἶναί τινές φασι

exangium, & pentangium. Habet enim jucundum quiddam horum cognitio, fortaſſiſque nec uſus abſurdus eſt. Puto enim & Hyllos, quo nomine Xenophon uti conſuevit, monetæ Barbaricæ nomen eſſe. Tum & Danicam, nonnulli

ἑξούγκιον & πεντούγγιον· unde credo arripuit & *Hoſtius* libr. III. Rei Numm. cap. 8. tmem. 18. n. 5. Sed pergo. JUNG.

Ἐγὼ γὰρ τὸ βαλ. &c.] Locus corruptiſſimus, cuique nos ſanando expediendoque non eſſe fatemur: periculum fecit *Salmaſius* de *M. U.* p. 260. ubi partim conjectura, *Palatino* partim Codice fretus hanc nobis concinnat lectionem:

— ἐφ' ᾧ γὰρ καὶ τὸ βαλάντιον, λίτρα,
Δεκάλιτρος στατὴρ, ἑξάντιόν τε, καὶ πεντούγκιον.

Ponam, quod olim, calidius quanquam ſit atque audaculum, conjecturæ mihi venit in mentem: καὶ πάλιν λέγει γὰρ ἐν Ἀταλάντῃ vel Ἀταλάνταις, pro iſtis, ἐγὼ γὰρ τὸ βαλάντιον. *Epicharmi* Ἀταλάντας laudat *Athenæus*: at hanc ego conjecturam hoc minus audeam commendare, quod MSS. non adjuvent, ſed editam lectionem in his prioribus defendant unanimi conſenſu. Hoc conſtituo tamen pro λιτροκαιδεκάλιτρος στατὴρ legendum λίτρα καὶ δεκάλιτρος στατὴρ, itaque in vulgaris ſupplendum: tum quoque cum MSS. pro ἑξάγγιον & πεντάγγιον integriorem certe lectionem reponamus potius ἑξάντιον & πεντόγκιον. *Kühnius* MSS. non conſultis reſtituerat in ſui Codicis margine λίτραν, δεκάλιτρον, ἑξάνταν τε καὶ πεντούγγιον· quæ itaque ſequi fas non fuit: ſenſum ſi quis extricet, libenter audiemus, quamvis hæc etiam dimidiata, tantum ut nummorum haberemus nomina, poſuiſſe *Pollucem* credi poſſit.

63 Οἶμαι δὲ τοὺς * ὕλλους] Vitium eſt in voce ὕλλους· nam nuſquam *Xenophon* utitur eo vocabulo barbarici nomiſmatis. Atque pro eo legendum τοὺς σίγλους, qua voce utitur in primo de aſcenſu *Cyri*: (fol. 256.) καπίθην ἀλεύρων ἢ ἀλφίτων, τεττάρων σίγλων· ὁ δὲ σίγλος δύναται ἑπτὰ ὀβολοὺς καὶ ἡμιωβόλιον Ἀττικούς· id eſt, *Capithen farinæ quatuor ſiglis. Siglus autem valet ſeptem obolos & dimidium Atticos. Leopard.* Emend. libro decimo, capite decimoquinto. Σίγλος etiam *Heſych.* qui nonnihil ab adducto loco diſcrepat. Alias σίκλος ſcribunt & maxime quidem LXX. *Interpr.* Hebr. eſt שֶׁקֶל ut recte *Pollux* Βαρβαρικὸν dicat. *Heſych.* autem νόμισμα Περσικὸν, ſi primam originem ſpectes, minus proprie. vid. *Matth. Hoſtum* libro quarto, capite primo. SEB.

Οἶμαι δὲ τοὺς * ὕλλους] C. V. melius εἰ μηδὲ (conjungendum μηδὲ) τοὺς σίγλους &c. probat non tantum elegantiæ ſtudioſis hæc nummorum Siculorum nomina inſuper habenda eſſe, verum etiam uſum ſuum habere, ſiquidem nec *ſiglus Xenophon* faſtidivit, quamvis eſſet nomen barbaricum: ab *Hebræo* שקל *ſiclus.* KÜHN.

Οἶμαι δὲ τοὺς * ὕλλους] MS. ἄτοπος, εἰ μηδὲ τοὺς σίγλους ὁ Ξενοφ. egregie. Sic omnia cohærent, & reſtituas ita: *& ingenuo homine digna harum rerum cognitio*, ait *Noſter*, *& uti iis forte non abſurdum fuerit, ſi neque* Xenophon *refugerit* σίγλους *numi barbarici nomen.* σίγλους vero legendum, pro vulgato ὕλλους, viderunt jamdudum viri docti: in quibus & Avus noſter lib. de Numiſm. ſcribens: *Apud* Xenophontem *cautius poſitum videtur* τοῦ σίγλου *nomen, qua eſſet moneta Aſiatica, & valeret obolis ſeptem Atticis & ſemiobolo.* Ait *cautius poſitum* ob mendoſum textum vulgatum *Pollucis* qui hoc dicere videtur: quum MS. nobis veram lectionem reddiderit. Locum *Xenophontis*, quem *Leopardus* indicaverat, ut & σίγλους hic legendum, habes in Notis *Seberi* noſtri ex primo ἀναβασ. Κύρου. At bonus *Hoſtus* lib. III. Rei Numm. c. 11. peculiare hinc tmema ultimum adornat, inſcriptum ὕλλος, hoc mendum non videns: quum tamen antea tm. 6. de σίγλῳ locum *Xenophontis* nobis narraſſet, & alia ex *Heſychio* prænarraſſet, quæ cum de emendatione hujus loci commonefacere potuiſſet. JUNG.

Οἶμαι δὲ τοὺς * ὕλλους] In textu nos εἰ μηδὲ pro οἶμαι δὲ, & tum σίγλους dedimus, quod & *Canterus* ad ſui Codicis oram: *Kühnius* recte minus σίκλους, quamvis hoc origini ſuæ proximius eſſe non diffitear: ſequenda tamen MSS. ipſiuſque *Xenophontis* ita ſcribentis veſtigia.

64 Καὶ μὴν καὶ τὴν δανικὴν] *Suid.* δανικόν vide *Hoſtum* pag. 523. SEB.

Καὶ μὴν καὶ τὴν δανικὴν] C. V. δανάκην. *Heſych.* δανάκη, rectius δανάκη, ut legerunt docti in h. v. דנקא obolus Talmudicis ab Arabica radice, quæ notat *obolatim numeravit.* confer *Etymolog.* de voce δανάκη. KÜHN.

Καὶ μὴν καὶ τὴν δανικὴν] MS. καὶ μὴν καὶ τὸν δανάκην εἶναί τινας φασὶ νομίσματι π. & placet hæc lectio. Scribamus itaque: καὶ τὸν δανάκην εἶναί τινες φασὶ νόμισμά τι π. quamvis & δανάκη legatur apud *Suidam*, & ita apud *Heſychium* pro δανάκη ita legendum putem cum *Hoſto* libr. III. Rei Numm. cap. 11. tm. 9. licet is de δανικῇ peculiare ibi tmema 7. inſtruat. Sed id vitioſum eſt: δανάκης, ut παρασάγγης, ἀχάνης, καπίθης, alia ejuſmodi Perſarum nomina, quæ plerumque in Doricum σὰν, vel Ionicum σίγμα τελευτῶσι, ut & omnia Perſarum nomina propria, quemadmodum ex *Herodoto* noſtro *Clione* c. 139. diſcimus. Iſta rerum nomina vero non omnia, & ea etiam quæ deſinebant, Græci uſurpantes, ſuo ſibi modo reformarunt; inde & δανάκης, & δανάκη. De his numis Perſicis poteſt & προσθήκη fieri ad *Briſſonii* libr. II. de Regn. Perſ. ubi ſaltem *Daricos*, & Stateras enumerat. JUNG.

Καὶ μὴν καὶ τὴν δανικὴν] Τὸν δανάκην præeunte *Kühnio* textus habet. Illam vocem eſſe Perſicam bene eſt quod opinetur *Pollux*: & ita ſe res habet omnino: דאנך ſextam drachmæ partem dici in Lexico quodam Perſico mihi obſervavi, monuitque ſummus literarum Orientalium inſtaurator *Jac. Golius* de eadem apud Arabas uſitata voce ex *Camuſi* auctore, quem ipſum ſuper hac re & noſmet conſultum ivimus: אבולוס Syra civitate donatam vocem altera, quam dixi, Arabica exponit *Iſa Bar Ali* in Lexico: meminit quoque *Nuveirius*, qui pandectas eruditionis condidit Arabicæ, ubi de moneta; ibidemque ex Græcis quis cudendi nummos artem primus invenerit, refert. *Hebræi doctores*, quibus & ea vox in uſu, τοῦ דינר *denarii* ſextam ſtatuunt partem: vide auctorem Aruch; ſed temporis nos urget articulus, non licet itaque plura. Hunc danacem mortuorum ori fuiſſe impoſitum veterum teſtimonio novimus: elegantes ea de re ſed corruptiſſimi ſunt apud *Etymologum Callimachi* verſiculi, quibus tamen plurima ex parte ſuppetias ivit *Bentlejus*: nos alibi, ſpero: extat & eadem vox corrupta in *Heſychio* & *Suida*, quos utroſque emaculatunt jam eruditi viri: & *Etymologus* quidem habet de *danace* ex *Heraclide* ſecundo rerum Perſicarum, unde, puto, patet & illum ſcriptorem inter Perſica nomiſmata recenſuiſſe aut nominaſſe danacem, ejuſque tanquam Perſicæ monetæ mentionem feciſſe.

nu-

83 numiſma putant Perſicum. • Numiſmatis quoque nomen, Crapattallus, ſive joco, ſive ſerio dixit Pherecrates in cognomine Fabula. Dicit vero Crapattallum eſſe Enadri drachmam: continet vero euthias octo. Euthiam autem eſſe triobolum, & va-

νόμισμα Περσικόν· • [65] ὄνομα δέ τι νομίσματος 83
[66] καὶ κραπατάλλους, εἴτε παίζων, εἴτε σπουδάζων, Φερεκράτης ὠνόμασεν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι· [67] λέγει δὲ τὸν μὲν κραπάταλλον εἶναι [68] ἐν ᾅδου δραχμήν· [69] ἔχει δ' αὐτὸς ὀκτὼ ψωθίας· τὴν δὲ ψωθίαν εἶναι τριώβολον, καὶ δύ-

65 *Ὄνομα δέ τι νομ.*] MS. *ὄνομα δὲ νομ.* ſine *τι*, quod ſane hinc commode faceſſat. JUNG.

66 *Καὶ κραπαττάλλους*] Scr. *κραπατάλλους*· & mox *κραπάταλλον*· nec aliter *M. Hoſt.* pag. 489. vid. & ſupra VII, 152. SEB.

Καὶ κραπαττάλλους] C. V. *κραπάταλλοι*· *Heſych.* *Κραπάταλλοι, ἰχθύες τινές. Κραπάταλλος, παρὰ πολλοῖς ὁ μωρὸς, ἢ νόμισμα.* Ambigit *Auctor*, utrum *Pherecrates* luſerit hac fabulæ inſcriptione nec ne: mihi equidem videtur luſiſſe, ut & alii fecerunt: argumentum eſt quod dicit crapatallum valere apud inferos drachmam; nam pro *ἐνάδρου δ.* recte legit *Caſaub.* *ἐν ᾅδου*, quam emendationem firmat C. V. legendo *ἐν αἴδου*, ex quo facile fit *αἴδου* vel *ᾅδου*. *Scaliger εὐάδρου δ.* legit. *Salmaſ. an, εἶναι ἐν ᾅδου δ.; an, εἶναι τετράδραχμον· nam crapatallus quatuor drachmas valebat, ex hac denumeratione: an εἶναι τέτραχμον*; hæc ille. KÜHN.

Καὶ κραπαττάλλους] MS. *κραπατάλλοι, εἴτε* &c. & ſic ſcribamus. Sic alias & *Heſychius*, *κραπάταλλος*, & recte *Hoſtus* lib. III. c. 8. n. 9. JUNG.

Κραπαττάλλους, &c.] *Κραπάταλλοι Kühnius*: nos potius *κραπατάλλους*, ut & *Seberus*: fabulæ titulum ſuperius quoque emendaſſe in memoriam revoco. Sed mox *Pollux ἐν ὁμωνύμῳ δράματι*, quæ tibi ad *Harpocrationem* illuſtrabit *Mauſſacus* pag. 29. ubi iſtis *Harpocrationis* dicentis in *Ἀλόπῃ*, *καὶ Εὐριπίδης ἐν τῷ ὁμωνύμῳ*, ſcilicet *δράματι* inſcripto *Ἀλόπη*, quo de agebat, ex hoc *Pollucis* noſtri loco lucem adſundit.

67 *Λέγει δὲ τὸ μὲν κραπάττ.* &c.] MS. mendoſe partim, *λ. δ. τὸν μὲν κράταλλον*. Emenda: *τὸν μὲν κραπάταλλον*, ut etiam *Caſaubonus* noſter habet III. *Athen.* 3. ubi vide de hac fabula, cujus nomen plerumque corruptius habent Codices vulgati. JUNG.

68 *Ἐνάδρου δρ.*] Quid *ἐνάδρου* ſit, incertum eſt: niſi fortaſſis pro *ἐνάδρου δραχμὴν* legendum *τετράδραχμον*· quod octo *Euthia*, octo *τριώβολα*, & octo *ἡμίδραχμα*, & quatuor drachmas faciant. Valeret ergo hac ratione Crapatallus groſſum argenteum ſemiuncialem, ſeu duodenos groſſos miſnicos. Ita *Matth. Hoſt.* pag. 490. *Caſaub.* lege, inquit, *ἐν ᾅδου*, in *Athen.* lib. III. cap. 3. SEB.

Ἐνάδρου δρ.] In his vero ſequentibuſque locos multos mendoſos MS. reſtituit, & mutilos etiam aliquot non parva lacuna ſupplet: bene ſe ſtatim habent principia. MS. *εἶναι ἐν αἴδου δραχμήν*. Scilicet legendum *ἐν αἴδου δραχμήν*· imo potius ut eximius *Caſaubonus* III. *Athen.* 3. *ἐν ᾅδου δρ.* *Hoſtus* computabundus Rei Numm. c. 8. tm. 9. n. 2. hæc minime exputavit, male *τετράδραχμον* corrigendum ſuſpicatus. JUNG.

Ἐνάδρου δραχμὴν] Veriſſime MSS. *ἐν ᾅδου*, & ſic cum *Kuhnio* in textum dedimus: opinionis itaque ſunt falſi, qui aliter reſtituebant, eruditiſſimi viri. Argumentum vero *Pherecratea* fabulæ tanquam per nebulam aſſequi me conjectura puto: ſcilicet, cum Athenis eſſet in pretio pretium, maximique haberentur divitiæ, & habendi dira libido; quæ omnia injuriarum flammas, lites & funeſtiſſimas accendebant atque concitabant turbas, vitam hac fabula inferorum animarumque felicium quietiſſimam deſcripſit, ubi cuncta pacate agebantur: nummum itaque qui plurimum apud eos valebat, *κραπάταλλον* finxit; abſit enim vere talem extitiſſe, eoque dictum nomine nummum cenſeamus; & ſi forte *Grammatici νόμισμα* exponant, id ex *Pherecratis* tractum *Crapatallis*: ſed tamen viliſſimum quodque cum *κραπάταλλον* deſignaſſe ducam, monentibus *Grammaticis*, & minimi pretii viliſſimumque notare potuit nummum, qua ratione *γρῦ* exponitur *εἶδος τι μικροῦ νομίσματος* ab antiquis ad *Ariſtophanem Criticis*, eodemque modo *στίλη*· ſic itaque *ψωθίας* quoque & *κικκάβους*, prout utrobique legendum MSS. docent, ficta facete nummorum nomina exiſtumo: & de *ψωθία* bene eſt, quod remittant nos *Commentatores* noſtri ad VII, 24. ad quæ *Pollucis* vide de *ψωθίοις* aliiſque ſimilibus dicta. Et hac quidem elegantiſſime ratione *Pherecrates* perſtrinxiſſe potuit perditiſſimos Athenienſis populi ditiorum præcipue mores, qui omnia peſſumdabant atque corrumpebant, quæ utique materia in nullis non agebatur fabulis *Comicis*: & cum hæc talia Athenis in hiſce terris patrarentur, apud inferos poſt exantlatos hujus vitæ labores redditumque naturæ debitum placida erant atque tranquilla omnia, tantique non opes æſtimatæ, ut crapatallus etiam viliſſimæ rei nomen ſummæ, quæ valebat in iis, monetæ effecerit pretium: & talibus ergo pluribus hominum ridenda ſugillavit deſideria, adjectis forſitan, quæ impios manebant poſt vitam, pœnis: neque video certe, quod aliud rebus hiſce commodum comminiſci poſſis argumentum: & hæc tibi, ſpero, certiora faciam atque clariora, hac altera in medium prolata conjectura mea, cujus mihi aliquando titulos quarundam fabularum inveſtiganti atque agitanti in mentem venit: *Callimachum* hauſiſſe nimirum præcipuam ex hac *Pherecratis* fabula *Choliamborum* ſuorum hypotheſin, in quibus Poëta tradiderat de ſtatu atque inferorum felicitate: & opportunum ſuperius hoc capite *Noſter* adduxit *Ἐκ τῶν, ὅκου βοῦν χαλλύβου πιπρήσκουσι*, ſicut emendavimus. Grammatici porro obſervant, quod ſibi famam *Pherecrates* comparaverit non paucis rebus novis repertis & in ſcenam prolatis *γενόμενος εὑρετικὸς μύθων*· eos vide *περὶ κωμῳδίας*· & id quidem huc, ut puto, facit haud parum, ſiquidem ejus toti *Κραπάταλλοι* fuerint *μῦθος*, fictaque ad verum fabula. Ex *Pherecratis* autem *Crapatallis* varia in *Grammaticis* extant fragmina: apud *Ariſtophanis Commentatorem* antiquum ad *Veſpas*: *Ὦ δέσποτ' Ἀγυιεῦ, ταῦτα σὺ μέμνησο μου*· apud *Athenæum* quoque diverſis in locis, præcipue lib. III. pag. 75.

69 *Ἔχει δ' αὐτ. ὀ. εὐθείας.* &c.] C. V. *ψωθίας, τὴν δὲ ψωθίαν εἶναι*· *Ψώθια* ſunt panis fruſta &c. vel cruſtarum retrimenta, quæ ſubter panem ſunt rejicula & ſordida: iſta apud inferos tres valere obolos iterum finxit luſitque *Comicus*. KÜHN.

Ἔχει δ' αὐτ. ὀ. εὐθείας. &c.] Pergit noſter MS. eadem oratione: *ἔχειν δ' αὐτὸν ὀκτὼ ψοθίας· τὴν δὲ ψωθίαν εἶναι.* &c. longe alio modo, ac vulgo: & certe ita, quamvis ad oram ab eadem, ut videtur, manu *εὐθείας*, quaſi illud pro *ψοθίας* ſit reponendum, legero & reſcripſero hæc: *ἔχειν δ' αὐτὸν ὀκτὼ ψωθίας· τὴν δὲ ψωθίαν* &c. Ita enim infernales triobolos ille *Comicus* facetus nominavit, ut *ψώθια* furya *ἀποθραύσματα*, vel *τὰ ὑποκάτω τοῦ ἄρτου ὑπερόντου* exponit *Heſychius*. Sic & *ψωθιαὶ* in MS. ſupra VII, 23. de hiſce talibus in panificio, genere fœmineo. Et apud *Athenæum* hæc ipſa ſunt lib. XIV. *Φερεκράτης Κραπατάλλοις· λείψει δ' ἐν ᾅδου κραπάταλλον τριωβόλου καὶ ψωθία·* quamvis inter placentarum *εἴδη* recenſeat. Nondum tamen *Pherecratea* omnia ſana vulgo. JUNG.

Ἔχει δ' α. ὀ. εὐθείας.] Quis hæc unquam ſine MSS. auxilio feliciter expediviſſet, ubi ipſarum rerum alibi locorum nulla, quam hic, appareant veſtigia? reddidimus itaque in textu hos ſecuti duces, *Kuhniumque*

νασθαι ὀκτὼ [70] *κικκάβευς·* [71] *τάχα δ' ἄν τις φιλότιμον εἶναι νομίζοι, καὶ τὸν ἐπὶ τῷ νομίσματι* [72] *λόγον* [73] *ἐπιζητεῖν, εἴτε* [74] *Φείδων πρῶτος ὁ Ἀρ-*

lere cidabos octo. Fortaſſis autem honeſtum aliquis putaverit, etiam numiſmatum rationem inquirere, ſi Phedon primus Græ-

præeuntem *ψωθίας* hic, & mox *ψωθίαν*, de quibus nihil habeo, quod lectorem moneam præter illa, quæ ſuperiori nota dixi.

70 Κιδάβους.] C. V. *κικκάβους*. *Heſych.* Κικκάβινον, ἐλάχιστον, οὐδέν· unde Latinorum *ciccum*, id eſt, *membrana tenuis malorum puniceorum*, & *Plauti* proverbialis locutio, *neque ciccum interduim*. KÜHN.

Κιδάβους.] MS. non *κιδάβους*, ſed *κικκάβους* habet: quod mihi videtur comicum magis, & reponam cum MS. lubens. Quid vero ſi & *βιβαιντὴς* accedat? neſcio: tamen in *Heſychio* eſt: Κίκκαβος, ὁ ἐκ τῶν παραμυρίων ἰδεὼς ῥίων καὶ βόλου ὄνομα. legendum enim puto *κίκκαβος* & *ὀβολοῦ ὄνομα*. Inde nimirum antea idem, Κικκάβινον, ἐλάχιστον, οὐδέν· & de primo vix dubito; de altero vero *βόλου*, convellam temere haud ego: & *κυβευτικοῦ* enim *βολοῦ* nomen eſſe potuit, quales habuiſti ſupra VII, 204. & ſequ. plures, quos non alibi legas. Valeat vero jam & *εὐθεῖα*, & *κίδαβος* apud *Hoſtum* lib. III. Rei Numm. c. 8. tm. 7, 8. JUNG.

Κιδάβους.] Hic in *Falckenburgii* Codice, cujus hoc toto nobis capite ſubſidium atque opem defuiſſe ſerio dolemus, literis tranſpoſitis legitur *κιβάδους*, unde nihil eſt, quod ſingam: vera lectio eſt, quam *Kühnius* ad marginem ſui libri ſcripſit *κικκάβους*, & eam emendato *Heſychii* loco adſeruit erudite *Jungermannus*: ſic itaque in *Polluce* repoſuimus.

71 Τάχα δ' ἄν τις φ. &c.] Sequitur hic brevis *Pollucis* enumeratio de inventoribus monetæ: de quibus & *Hoſtius* lib. I. Rei Numm. cap. 2. Breviter & hinc *H. Junius* Nomencl. cap. de Re Nummaria. Diſputat de hac re & *Polyd. Virgilius*, lib. II. de Invent. Rer. cap. 20. JUNG.

Τάχα δ' ἄν τις &c.] Titulus ante hæc in Excerptis *Falckenburgianis* præſigitur talis: Περὶ τοῦ τίς ἔγραψε πρῶτος νόμισμα· καὶ χαραγμάτων ἰδέαι. *De eo, quis ſculpſerit primus monetam, & ſignaturarum forma.* Sed iſtud haud dubie librarius addiderat eruditior paululum.

72 Λόγον] Id eſt, *hiſtoriam de origine numiſmatum*. *Interpr.* qui aliter *λόγον* accepit, locum hunc obſcurius reddit. KÜHN.

73 Ἐπιζητεῖν] MS. ζητεῖν, pro ἐπιζ. JUNG.

74 Φίδων] C. V. Φείδων· *Strabo* lib. VIII. *καὶ μέτρα ἐξεῦρε τὰ Φειδώνεια καλούμενα καὶ σταθμοὺς καὶ νόμισμα κεχαραγμένον τό τε ἄλλο καὶ τὸ ἀργυροῦν.* KÜHN.

Φήδων] MS. εἴτε Φίδων πρῶτος ἀργ. ἔκοψε ν. emendandum vero ita eſt: ita tamen ut Φείδων ſcribas ut & ſupra X, 179. Φείδων vaſculi nomen ἀπὸ τῶν Φειδωνίων μέτρων nempe hujus Argivi nominatum, ut apud *Strabonem* lib. VIII. eſt, ubi narrat Φείδωνα τὸν Ἀργεῖον inveniſſe etiam νόμισμα κεχαραγμένον, τό τε ἄλλο, καὶ τὸ ἀργυροῦν· habuiſti & ſupra ex *Etymologico* in ὀβελίσκος· πάντων δὲ πρῶτος Φείδων Ἀργεῖος νόμισμα ἔκοψεν &c. valeat & vulgatum ἔγραψε, unde *Hoſtius* lib. I. cap. 2. νόμισμα γράψαι exponit, *nummum ſignaſſe*: cujus phraſeos exemplum mihi dari cupio: alterius nulli non enim credo in promptu eſſe, & infra Segm. 85. ἐκόψατο. JUNG.

Φήδων &c.] Vitioſa lectio: MSS. Φίδων, quam tu ſcripturam non jure repudies, ſpuriamve ducas: utrumque enim recte exaratur, Φείδων & Φίδων. *Phidonis* equiſonis mentio eſt in *Mneſimachi Hippotropho* apud *Athenæum*: εἰς ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀναβαίνειν μελετᾷ Φίδων καὶ καταβαίνειν· videnne Φίδων, prout hic eſt in MSS. pictum: quin vero hujus ipſius Argivi *Phidonis* nomen ita ſcriptum reperio in *Plutarchi* Ἐρωτικαῖς διηγήσεσι, ubi Φίλων typi vitio ſemel iterumve extat: indeque diſcas licet, cur Corinthius a quibuſdam, inter quos *Pindari Scholiaſtes*, nominetur. In ipſis ſubinde nummis antiquis ΦΙΔΟ ſculptum apparet, quorum bene magna eſt in antiquariorum Theſauris copia: *Begerum* conſule *Theſauro Brandeb.* meminitque *Sperlingius* de *Nummis non Cuſis*. Attamen non rarius ſolet ſcribi Φείδων, quam ſcriptionem, cum *Kühnius* probaverit reſtitueritque, in textum lubentes admiſimus. Non nummos hunc *Phidonem* tantum, ſed & menſuras atque pondera reperiſſe plures ſunt, qui teſtantur: *Plinius* H. N. libr. VII. cap. 56. *Menſuras & pondera Phidon Argivus*: quamvis *Gellium* ad *Palamedem* horum inventionem retuliſſe potius addat, cujus accedunt opinioni *Alcidamas* & *Gorgias* Rhetores, quorum hic pro *Palamede*, alter declamationem adverſus eum adparavit. Sed & *Herodotus* in *Eratone* menſuras inventas *Phidoni* contribuit, cujus tibi verba, quod & alia contineant de hoc Argivorum rege ſcitu non indigna, in medium promam: Φείδωνος δὲ τοῦ τὰ μέτρα ποιήσαντος Πελοποννησίοισι, καὶ ὑβρίσαντος μέγιστα δὴ Ἑλλήνων ἁπάντων, ὃς ἐξαναστήσας τοὺς Ἠλείων ἀγωνοθέτας, αὐτὸς τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ ἀγῶνα ἔθηκε· a quibus haud parum diverſa de ſacro Olympiadum certamine narrat *Pauſanias* lib. VI. c. 22. quem componere poſſis cum *Herodoto*, ſi forſitan hujus tibi veriora videantur; nobis enim in hiſce neque morari lubet, nec licet. Dictis auctoribus *Syncellum* Chronographum adjicio, qui de *Phidone* ita: Φείδων Ἄργους κρατῶν ἀδελφὸς Καράνου τοῦ α̅ βασιλέως Μακεδόνων μέτρα καὶ στάθμια πρῶτος ἐφεῦρεν, ὥς τινες· ἦσαν δὲ καὶ πρὸ τούτου· cui & alii temporum ex Eccleſiaſticis collectores ſimilia ſcribunt: *Euſebium* vide, & *Incerti Chronographiam*: at quod & ante *Phidonem* menſuras atque pondera dicat extitiſſe *Syncellus*, non eſt ſine cauſa ullave dictum ratione: ſcilicet qui ex Chriſtianis temporum tradidere rationes, *Cainum* ponderum atque menſurarum auctorem ſtatuunt: cum aliis ſcriptor *Anonymus*, qui *Malalæ* Chronographiam præcedit: πρῶτος μέτρα καὶ στάθμια καὶ γῆς ὅρους ἐπινόησεν. Signatæ vero monetæ qui primam *Phidoni* laudem adſerant, ſunt plures: graviſſimi ſcriptoris, *Strabonem* dico, lib. VIII. locus inſignis in vulgum notus eſt; &, ad eum inſpice, quæ notata præſtantiſſimo *Caſaubono*, ubi *Scholiaſta Pindari* ad Olympion. Εἰδ. ιγ, qui tamen non niſi de μέτροις & σταθμίοις inventis, non etiam nummis mentionem facit, & *Pollucis* noſtri locum, quem inferius libr. X. de *Phidoneis* offendemus, advocat, hoc tamen, quem ſub manibus habemus, prætermitto. De aureo nomiſmate a *Phidone* cuſo indicat *Etymologus* in Εὐβοϊκὸν νόμισμα· ἐπειδὴ Φείδων ὁ Ἀργείων βασιλεὺς ἐν Εὐβοίᾳ χωρίῳ τοῦ Ἄργους (cujus & in Argiva regione loci *Stephanus* in voce meminit) πρῶτος ἔκοψε χρυσὸν νόμισμα· Idemque in ὀβελισκὸς, quem tibi locum *Jungermannus* exhibuit, in Ægina inſula hoc ipſum factitaſſe *Phidonem* tradit: conjectabam aliquando pro Αἰγίνῃ ſcribendum potius Ἄργει· nam & addit mox Argis obeliſcos in *Junonis* templo ſuſpendiſſe *Phidonem* ſacros in antiqui moris memoriam, cum mercaturam verubus exercerent: ſed tamen & vulgatam lectionem retineamus, cum in mentem mihi revoco, quæ de Æginæorum moneta optima atque laudatiſſima legimus frequenter: & Æginam quidem Cycladum unam proximamque Peloponneſo ſub ſuo habuiſſe *Phidonem* imperio, res eſt, quæ fidem mereatur: videri itaque poſſit illa præſtantiſſima Æginæorum moneta *Phidoni* originem ſuam atque primordia referre accepta: quin vero lectionem editam extra dubii ponit aleam *Strabo*, qui diſertis ex *Ephoro* verbis *Phidonem* in Ægina argenteos primum ſignaſſe nummos commemorat. Sed affatim eſt hujus rei: monendum reſtat retinuiſſe me in textu ἔγραψε νόμισμα propter formulæ loquendi raritatem, quæ neque analogia, neque, puto, exemplo caret, quamvis poſterioris in mentem non veniat: certe & ita legiſſe qui

cus numiſma excuderit: ſive rempublicam, ſive aleam adminiſtrans: ſive Athenienſibus & Lyciis, Erichthonius: ſive Lydis, Xenophanes: ſive Naxii, ſecundum Agloſthe-

γεῖος ἔγραψε νόμισμα, [75] εἴτε Δημοδίκη ἡ Κυμαία συνοικήσασα Μίδᾳ τῷ Φρυγὶ, παῖς δ' ἦν Ἀγαμέμνονος Κυμαίων βασιλέως, εἴτε Ἀθηναίοις Ἐριχθόνιος, καὶ [76] Λύκος, [77] εἴτε Λυδοὶ καθά φησι Ξενοφάνης, εἴτε Νάξιοι, κατὰ τὴν [78] Ἀγλωσθέ-

titulum in *Falckenburgiano* Codice ante hæc præfixit, eſt clarum: mutataque vox in *Jungermanni* MS. in ἔκοψε ab amanuenſi propter phraſeos inſolentiam: obſervent interim linguæ Græcæ ſtudioſi, & ſi quid reperiant ſimile, adnotent: *Sperlingius* certe eleganter ita loquutum *Pollucem* ſtatuit, & appoſite ad rem.

75 Εἴτε δημοτικῇ ἡ κυβαίᾳ &c.] Præclare emendat C. V. hunc locum: εἴτε Δημοδίκη ἡ Κυμαία συνοικήσασα Μίδᾳ τῷ Φρυγὶ παῖς δ' ἦν Ἀγαμέμνονος Κυμαίων βασιλέως· εἴτε Ἀθηναίοις &c. ſive *Demodice Cymæa, quæ nupſerat Midæ Phrygi, filia autem Cymæorum Regis Agamemnonis erat: de Cyma Æolica* hic ſermo eſt, quam condiderunt *Agamemnonis Oreſtes* & ejus poſteri, in quibus aliquis fuit primo *Agamemnoni* cognominis; hujus filia *Demodice* celebrata eſt ab inventione numiſmatis. Hoc egregium laudati Codicis ſupplementum opportune aſtruit *Heraclid.* in *Politiis*, dicens: Ἑρμοδίκην γυναῖκα τοῦ Φρυγῶν βασιλέως Μίδου, φασὶ κάλλει διαφέρειν, ἀλλὰ καὶ σοφὴν εἶναι, καὶ τεχνικὴν, καὶ πρώτην νόμισμα κόψαι Κυμαίοις· quem locum Illuſtris Dn. *Ulricus Obrechtus Prætor* apud Argentinenſes *Regius* pro ſuo bonas litteras juvandi ſtudio indefeſſo commodum ſuppeditavit. *Herodotus* in genere de *Lydis* lib. I. πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, νόμισμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κοψάμενοι ἐχρήσαντο. *Salm.* hunc locum ita conſtituit: εἴτε Ἑρμοδίκη Κυμαία, additque *Heraclidis* teſtimonium: ſed lectionem Codicis *Voſſiani* non eſt quod deſeramus. *Valeſ.* notis in h. l. vidit ex repetita vocula εἴτε nomen proprium latere ſub δημοτικῇ· deinde legit ἡ Κυβαίου συνοικήσασα, *uxor Cubai*: ſi vidiſſet Cod. *Voſſiani* lectionem, ſine dubio ipſi diſplicuiſſent iſtæ conjecturæ: tandem ex *Heraclide* ſine dubio legendum ait, Ἑρμοδίκη ἡ Κυμαῖα συνοικήσασα τῷ Μίδᾳ· ſive *Hermodicem* dicas ſive *Demodicem* perinde fuerit. KUHN.

Εἴτε δημοτικῇ ἡ κυβαίᾳ &c.] Quæ ſequuntur in *Polluce*, quid non monſtri alunt? At in MS. omnia plana & plena, qui habet: εἴτε Δημοδίκη ἡ Κυμαία, συνοικήσασα Μίδᾳ τῷ Φρυγὶ, παῖς δ' ἦν Ἀγαμέμνονος Κυμαίων βασιλέως, εἴτε &c. inſignis defectus ſuppletus. Illud κυβαία vulgatum ſaltem exortum fuit ex priſca ſcriptura litera β, quæ u eſt, τῷ μι non abſimilis, præſertim in connexis literis. *Cælius Rhodiginus* XXI. Antiq. c. ult. & eum ſequtus *Hoſtus* lib. I. c. 2. vocant eam *Hermodicen*, neſcio quo auctore. JUNG.

Εἴτε δημοτικῇ ἡ κυβαίᾳ συνοικήσας] Hæc fuit priorum ante nos editionum inepte vitioſiſſima lectio, pro qua tibi in textum elegantem aliam atque undiquaque plenam reddidimus cum *Kühnio*: nimirum χρύσεια χαλκεῖα· iſtius autem reſtitutæ lectionis habuit non obſcura veſtigia Codex *Falckenburgii*, ex cujus Excerptis hæc adfero: εἴτε δημ. ἡ κυβ. συνοικήσασα μηδὶ τῷ Φρυγὶ παῖς δ' ἦν Ἀγαμέμνονος κυβαίων βασιλεύς· ſed illa nobis integriora ceteri dedere MSS. Quam dixit *Demodicem Pollux*, a *Rhodigino* appellatam *Hermodicen*, non eſt quod cum *Jungermanno* mireris, dictive quæras auctoritatem; attulit enim *Heraclidis* locum, monitore *Obrechto*, ubi id nominis extet, *Kühnius* noſter: ſed, dicam quod ſentio, in *Heraclide* omnino mihi ex *Polluce* reſtituendum videtur Δημοδίκη. Ἑρμοδίκην an inter mulierum nomina propria ullibi locorum ſis reperturus, penitus addubito: niſi forſitan qua dicitur analogia Ἡροδίκη, & Ἑρμοδίκην dici poſſe pertendas. Δημοδίκη vero, & de viris Δημόδικος cognitum eſt ſatis: & quiddam, niſi me fallo, hujus rei eſt apud *Diodorum Siculum*: ſed eruditius alii atque felicius collatis plurium auctorum teſtimoniis hiſce lucem affundent.

76 Λυκίοις] C. V. Λύκος· legerem, εἴτε Λυκίοις Λύκων vel Λύκος filius *Pandionis*, a quo *Lycii* nomen traxere: vel, ſi hoc non placet: εἴτε Λύκιοι, εἴτε Λυδοὶ κ. φ. Ξ. εἴτε Νάξιοι, κ. τ. Ἀγλαοσθένους δόξαν. KUHN.

Λυκίοις] Pro Λυκίοις, MS. Λύκος habet: an itaque *Lycus*, quem Heroëm fuiſſe ex *Suida* & *Heſychio* novimus, una cum *Erichtonio* ſibi vendicat hanc inventionem? JUNG.

Λυκίοις] Pro his in textu *Kühnius*: εἴτε καὶ Λύκιοι· quæ quidem MSS. auctoritate deſtituta amplecti non potui: nos itaque Λύκος· & omnino de *Lyco* Heroë, cujus & *Jungermanno* ſuboluit, intelligendum ſtatuo, ut dicat *Pollux Erichthonium* atque *Lycum* utroſque nomiſmatis ſignaturam Athenienſibus inveniſſe: & potuere ſimul mutuiter operam ſibi præſtitiſſe, ſiquidem temporis patiatur ratio: at, inquis, ubi hæc eadem de *Lyco* & *Erichthonio*? ubi ſimilia? hic mihi, neque diffiteor, ex diverſis ſcriptoribus non ſuppetit auctoritas: ſed vero, quid impedit, quo minus calidius quid aggrediar, ſi forſitan audentem fortuna juvet: in *Plinio* lib. VII. H. N. cap. 56. *Argentum invenit Erichthonius Athenienſis; ut alii, Æacus*: non quidem hæc de nummi ſignatura dicuntur, ſed tamen res ab hac haud ita diſſentiens adſcribitur *Erichthonio*: at vero *Plinio* teſte, *Æaco* erant, qui reperti honorem argenti vindicabant: de *Æaco* meminiſtine aliunde tale quid? non puto ſane: & variant in illa voce *Pliniani* MSS. in *Polluce* vero cum junctos habeamus auxilio MSS. *Erichthonium* & *Lycum*, *Lycum* in *Plinio* quoque reponere ſuadet animus: & alibi quoque eſt ubi vitio ſit poſitum hujus Herois nomen, quod librariis imputamus, qui ignotis ſibi notiora ſupponere non dubitarunt. Conſiderent accuratius eruditi ſingula, & diſcutiant, ſi ipſis aut meliora adferre liceat, aut hæc noſtra ſtabilire ulterius.

77 Εἴτε Λυδοὶ] Λυδοί. De iis *Herodot.* libr. I. fol. 44. πρῶτοι ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, νόμισμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κοψάμενοι ἐχρήσαντο. Sed lege *M. Hoſt.* lib. I. pag. 26. SEB.

Εἴτε Λυδοῖ] MS. εἴτε Λύδοι. Sed emenda Λυδοί. *Xenophanes* vero an ille *Colophonius*, de quo *Laërtius* lib. IX. JUNG.

Εἴτε Λυδοῖ] Accentum recte *Kühnius* mutaverat. Notavit & hanc rem de Lydis ex *Herodoto*, puto, *Euſtathius* ad *Dionyſium Perieg.* v. 840. *Xenophanem* vero *Colophonium* intelligo, qui varia ſcripſit, cujuſque fecere mentionem *Athenæus*, *Diogenes Laërtius*, quem vide in *Epimenidis* vita, aliique.

78 Ἀγλωσθένους] Pro Ἀγλωσθένης conjiciebam primum Ἀγλαοσθένης, & *H. Junium* Nomencl. cap. de Re Nummaria *Aglaoſthenem* ſcribere video: tamen & alterum forte rectum. Ille ſcriptor & apud *Lactantium* laudatur, quem locum debeo *Grutero* meo, lib. I. Inſt. c. 11. Cæſar *quoque in Arato refert*, Aglaoſthenem *dicere*, Jovem *cum ex Inſula Naxo adverſus Titanas proficiſceretur, & ſacrificium faceret in littore*, &c. Ubi vides de Naxo tractaſſe *Aglaoſthenem*, vel Hiſtoriam Naxiam ſcripſiſſe. Sic itaque tota hæc periodus ſcribenda: λόγον ζητεῖν (ſive ἐπιζητεῖν) εἴτε Φείδων πρῶτος ὁ Ἀργεῖος ἔκοψε νόμισμα· εἴτε Δημοδίκη ἡ Κυμαία, συνοικήσασα Μίδᾳ τῷ Φρυγὶ, παῖς δ' ἦν Ἀγαμέμνονος Κυμαίων βασιλέως· εἴτε Ἀθηναίοις Ἐριχθό-

84 νεους δόξαν· * οὐ γὰρ [79] ἀξιώσει τις ἡμᾶς ἐν τῷ παρόντι [80] πολυπραγμονεῖν, [81] εἰ Μιτυληναῖοι μὲν Σαπφὼ τῷ νομίσματι [82] ἐνεχάραττον, Χῖοι δὲ Ὅμηρον, [83] Ἰασεῖς δὲ παῖδα δελφῖνι ἐποχούμενον,

nis opinionem : * nemo enim hic curioſum eſſe, dignum putabit. Mitylenæi quidem Sappho monetæ ſuæ inſculpſerunt. Homerum, Chii. Aſis, puerum delphino vectum, 84

νιος καὶ Λύκος· εἴτε Λυδοί, καθά φησι Ξενοφάνης· εἴτε Νάξιοι, κατὰ τὴν Ἀγλωσθένους δόξαν. JUNG.

Ἀγλωσθένους] Non diſſentiunt ab editis MSS. *Kühnius* tamen Ἀγλαοσθένους in textu reponebat, quod ipſum & ad oram ſui Codicis *Salmaſius* reſtituit : intactam ego liqui vulgatam lectionem, ſiquidem Ἀγλωσθένης non aliter dici cenſeam, quam Σωκράτης pro Σαοκράτης, & Σώστρατος pro Σαόστρατος· hoc ſi licuit ponere, cur non & ſimili jure Ἀγλωσθένης ſcribas pro Ἀγλαοσθένης; Poſteris autem tradiderat hic *Agloſthenes*, ſeu dictum mavelis *Aglaoſthenem*, inſulæ Naxi hiſtoriam, qua primordia gentis, atque res, dum floruere, geſtas literis mandaverat, & ab ipſo repetierat, quod ſolitum iſtis ſcriptoribus, tempore fabulari : quin etiam, niſi me fallo, ipſe Naxo fuerat oriundus *Aglaoſthenes :* meminit ejus *Hyginus Poëtico Aſtron.* ubi de minori urſa: *Hanc*, inquit, *Aglaoſthenes, qui Naxica conſcripſit, ait Cynoſuram eſſe unam de Jovis nutricibus ex Idæis nymphis :* quæ tibi petita ſunt ex *Eratoſthenis Cataſteriſmis*; cui & Ἀγλαοσθένης ἐν τοῖς Ναξικοῖς laudatur : ſed ad *Hygini* locum doctiſſimus *Munckerus* in tribus Ulitianis MSS. legi teſtatur *Gloſthenes*, ex quo refinge *Agloſthenes*, adeo ut iſta ſcriptura cum *Pollucis* noſtri concinat egregie: eſt & apud *Parthenium* hujus hiſtorici mentio, ad quem præſtantiſſimus *Thomas Gale*, quod & dicto loco *Munckerus* adnotavit, maculam ex *Germanici Scholiaſta* eluiſſe ſe putat, in quo *Agathoſthenes in Aſiaticis carminibus* ſcriptum fuerit male *Galæi* judicio pro *Aglaoſthenes in Naxiacis carminibus*; ubi tum carmina mihi pro ſcriptis aut hiſtoria intellige, ſic ut & apud alios recentioris ævi: alias autem & *Agathoſthenem* reperio ſcriptores inter antiquos, adductum *Tzetzi* ad *Lycophronis Alexandram* v. 704 & 1021. quo poſteriori loco philoſophi nomine inſignitur : Σωτίων τε καὶ Ἀγαθοσθένης οἱ φιλόσοφοι· & de *Aglaoſthene* quidem reſtituendo ut cogites apud *Iſaacium* rationis eſt nihil ; videturque *Agathoſthenes* iſte Geographicam edidiſſe deſcriptionem quorundam celebrium in orbe locorum : penſites igitur, annon retinere poſſis vulgatam in *Germanici Scholiaſta* lectionem ; aut, ſi quid mutatum velis, *itineribus* optem reponere pro *carminibus*: & vero quid ni potuerit ea, quæ de *Naxiacis Aglaoſthenis* alii promunt, retuliſſe *Agathoſthenes* in itineribus Aſiaticis? hæc ſi vera, prout videntur omnino, *Itinera* protulit in lucem *Aſiatica Agathoſthenes* ille: ſed hæc ὡς ἐν παρόδῳ. At tamen ab *Agloſthene* necdum diſcedere juvat, ſiquidem bene mereri de *Athenæo* hujus ipſi ſcriptoris feliciter reſtituto nomine animus impellat: apud *Dipnoſophiſtam* igitur lib. III. c. 5. Νάξιοι δὲ, ὡς Ἀνδρίσκος, ἔτι δ' Ἀγλωσθένης ἱστοροῦσι, μειλίχιον καλεῖσθαι τὸν Διόνυσον, διὰ τὴν τοῦ συκίνου καρποῦ παράδοσιν. *Andriſcum* hiſtoriam conſcripſiſſe Naxiacam ex *Parthenio* obſervat ad hunc locum vir ſummus *Iſ. Caſaubonus :* ſed *Agaſthene* hoc ſpurio, cujus inauditum in Græcis hiſtoricis nomen, ad Cynoſarges delato, meo tu periculo reponas Ἀγλαοσθένης· nominis veſtigia manifeſta, ipſaque pro me rei veritas ſponſionem faciunt : meminit & *Clemens* in *Protreptico*. Jamque tandem ad *Pollucem* repatriemus. Totum hunc *Onomaſticographi* noſtri locum de monetæ repertoribus adtulit in *Diſſertatione* de *N. non C.* Doctiſſ. *Sperlingius*, cap. 1. plurimamque decerpſit partem *Lipſius* cap. 5. ubi & ex *Lucano* Theſſaliæ cuidam regi *Itono* hanc inventæ monetæ gloriam tribui docet : *Poeta* verba producam ; eo magis, quod nullam iſtius *Itoni* mentionem fecerit *Pollux* noſter :

Primus Theſſalicæ rector telluris Itonus
In formam calidæ percuſſit pondera maſſæ
Fudit & argentum flammis, aurumque moneta
Fregit, & immenſis coxit fornacibus æra.

Ad illa mihi omnino lege, quæ dixit Excellentiſſimus *Hugo Grotius*, gentis Batavæ decus nunquam interiturum.

79 Ἀξιώσει τις] *Non enim volet quiſquam nos in præſens agere curioſius, ſi. M. an Mytilenæi* &c. εἰ pro οἱ leg. C. V. & ita eleganter connectit textum. KÜHN.

Ἀξιώσει τις] MS. τις. JUNG.

80 Πολυπραγμονεῖν. Οἱ Μ.] Progreditur nunc ad nummorum varios typos, de quibus etiam peculiari capite 8. lib. I. Rei Numm. *Hoſtus*, & *H. Junius* & Avus meus dictis locis: hic itaque MS. πολυπραγμονεῖν, εἰ Μιτυληναῖοι μὲν &c. & prorſus ita ſcribendum. Sic omnia rectius cohærent : vulgata, οἱ Μιτυληναῖοι vitioſa ſunt. JUNG.

Πολυπραγμονεῖν. Οἱ &c.] In textu bene *Kühnius* reddiderat MSS. lectionem, quam ſequimur omnino planiſſimam utique atque facillimam.

81 Μιτυληναῖοι] Μιτυληναῖοι. Infra Segm. 92. SEB.

Μιτυληναῖοι] Mitylenæorum *Sapphonis* imagine ſignati nummi extant varii : & binos quidem, ut lucem acciperent atque auctoritatem hæc *Pollucea*, adpingendos curavi, quorum primus antiquior ipſam nobis ab una parte *Sapphonem* erectam atque ſtantem repræſentat, addita hac inſcriptione : ΣΑΠΦΩ ΛΕΣΒΙΣ· alter vero ſub *Julia Procula* cuſus eandem exhibet ſedentem cum hac ἐπιγραφῇ, Μιτυληναίων· ſi de Mytilenæis nataque apud eos *Sapphone* legere geſtiat animus, conſulendi ſunt, qui nummos illuſtrarunt veteres, *Begerus*, *Nonnius* ad *Goltzium*, aliique. Sequitur in *Polluce* noſtro de Chiis, quos habuiſſe ſculptum in nummis ſuis *Homerum* inquit : diverſas fuiſſe gentes, quæ ſibi vindicarent *Homeri* natales, res eſt nota : inter eas, monente *Allatio*, & *Spanhemio*, præ reliquis excelluere Chii atque Smyrnæi, quarum hæc alteri dubiam fecit de *Homeri* nativitate atque incunabulis palmam : utræque monetam ſummi vatis figura percuſſam edidere, de quibus omnibus, ne quid præter rem & neceſſitatem moremur, videndi ſunt nominati modo ſcriptores eruditiſſimi, ille quidem in libello de Vita *Homeri* c. 13. hic vero de Præſt. & Uſu Nom. pag. 487. quibus ſi quæ adhuc habeamus adjicienda, commodiori reſervemus loco.

82 Ἐνεχάραττον.] C. V. ἐνεχαράξαντο, quod eodem recidit. KÜHN.

Ἐνεχάραττον] MS. ἐνεχαράξαντο, Χῖοι &c. JUNG.

83 Ἄσις] C. V. bene Ἰασεῖς· leg. Ἰασσεῖς. Ἰασσὸς *urbs Cariæ maritima*, quæ puerum Delphino inſidentem nummis ſuis habuit inſcriptum, quod Delphinus in urbe illa puerum amore proſecutus ſæpius eidem tergum ſubjecerat & per maris ingens ſpatium vexerat: de qua hiſtoria pleni ſunt libri. Vid. præter *Plutarch.* de *Solertia Animal.* & *Ælianum* quos laudat vir eruditus ad Excerpta C. V. *Ariſtot.* H. A. libr. IX. cap. 48. *Athenæum* libr. XIII. cap. 9. *Plinium* libr. IX. cap. 8. *Oppianum*, *Solinum*, qui in eo fallitur, quod *Jaſſum* facit urbem Babyloniæ, eo deceptus quod *Plinius* ſcripſit, hunc puerum ab *Alexandro M.* Babylone ſacerdotio *Neptuni* admotum; quaſi facilius ſit, urbem cum omnibus incolis Babylonem transferri, quam unum inde puerum ad *Alexandrum* evocari : idque factum eſſe *Athenæus* ex *Duride* annotavit ſatis clare. KÜHN.

Ἄσις] Ἄσις in vulgatis, plane mendoſe, quamvis *Rhodiginus* id ſecutus ſit X. Antiqu. 1. ubi *Aſis* habet : & *Hoſtus* lib. I. c. 8. qui ineptius *Aſia*. *H. Junius* id plane omittit, mendum ſcilicet ſubolens, &

Dardanis, gallinaceorum pugnam, Aſpendii, [84] Δαρδανεῖς δὲ ἀλεκτρυόνων μάχην, [85] Ἀσπένδιοι

id expedire neſciens. Sed MS. noſter veram lectionem habet: Ἰασεῖς δὲ παῖδα &c. quam certe non ignoravit & Avus meus lib. de Numiſm. ubi iſta explicans, hæc ita vertit, *Jaſenſes pueri inſidentis Delphino*, ſcilicet imagine ſignaſſe pecuniam ſuam: qui pluribus ibi ex *Plutarchi* libello πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερσαῖα ἢ τὰ ἔνυδρα, extremo, ubi Ἰασία παῖδα vocat, & πάντων Ἰασέων & ſic claudit: καὶ τοῦ πάθους ἐπίσημον Ἰασεῦσι τὸ χάραγμα τοῦ νομίσματός ἐστι, παῖς ὑπὲρ δελφῖνος ὀχούμενος· quæ verba quum in promptu habuerit & *Heſtus* illo cap. 8. lib. I. Rei Numm. mirum non vidiſſe, quam abſurde id *Aſiæ* tribuerit. Eundem ἤρατο δελφῖνος ἐν Ἰάσῳ ἐς μειράκιον καλὸν, ut caput incipit. *Ælianus* narrat prolixe lib. VI. περὶ ζώων ἰδιότ. cap. 6. Ethnicographus de *Jaſo*: Ἰασσὸς, πόλις, Καρίας, ἐν ὁμωνύμῳ νήσῳ κειμένη, ἡ καὶ ὀξυτόνως λεγομένη· ὁ πολίτης αὐτὸς Ἰασσεύς, ἀφ' οὗ Χοιρίλλος ἐὼν Ἰασσεύς. De eadem in Caria *Strabo* lib. XIV. εἶτ' Ἰασσὸς ἐπὶ νήσῳ κεῖται προσκειμένη τῇ ἠπείρῳ· ἔχει δὲ λιμένα, καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου τοῖς ἐνθάδε ἐκ τῆς θαλάττης. &c. Eandem vero hiſtoriam quæ in urbe *Jaſſo* contigerit, & aliam ſimilem narrat *Plinius* libr. IX. c. 8. quodque in eadem narratione apud *Solinum* eſt: *apud Jaſum urbem Babyloniæ puerum* &c. non ita in ſuis membranis eſſe teſtatur *Ortelius* in Theatro, ſed *Babylonem*, quaſi hoc nomen pueri fuerit: certe apud *Plinium*, unde iſte illius ſimius ſua pleraque exſcripſit, nihil de Babylonia legas eo loco: & quid ſi Ioniæ legamus? invenerat aliquis bardus *Ioniæ*: & id non capiens nimitum finxit ſibi *Babyloniæ*, quam norat. Sed hæc extra oleas: ad *Pollucem* noſtrum. JUNG.

Ἄσις] *Kuhnius* Ἰασεῖς in textu, & mox Δαρδανεῖς, quod utrumque ita & nos reſtituimus: vitio dedit originem junioris Græciæ pronunciatio, quæ diphthongum ει efferebat tanquam ſimplex jota; ſic & qui hodie vivunt in Græcia barbari mage quam Græci. Horum autem nummorum reliquias non puto ullas extare in eruditorum Theſauris nummariis: certe, quantum equidem ſcio, in lucem tales non ſunt editi.

84 Δαρδανὶς] C. V. Δαρδανεῖς a recto Δαρδανεύς, nomen gentis Illyricæ. KÜHN.

Δαρδανὶς] MS. Δαρδανεῖς δέ· recte: de populis enim agit: male itaque *Rhodiginus Dardanis*, X. Ant. 1. & *Hoſtus Dardania*: bene *Junius Dardani*, & prorſus ad veram lectionem Avus meus, *Dardanienſes*, ut ab Ἴασος, Ἰασεῖς, ſic Δαρδανεῖς, a Δάρδανος, quæ, exponente Ethnicographo, πόλις Τρῳάδος, ἡ πρότερον Τευκρίς· unde & regio Δαρδανία, ut apud eum videas. Vide de urbe ea in deſcriptione Troadis & *Strabonem* lib. XIII. JUNG.

85 Ἀσπένδιοι π.] MS. plenius Ἀσπ. δὲ παλ. JUNG.

Ἀσπένδιοι παλ.] Plenior eſt ſenſus, inſerta particula δὲ, quam & hic & mox poſt Κεφαλλῆνες, conſentiente *Jungermanno*, in textum ex MSS. recepimus. Utraque vero, de Aſpendiis, & quæ mox de Rheginis *Pollux* habet nummis, clariora tibi reddam prolatis utriuſque populi nummorum ectypis, quæ ſubminiſtravit eximia præſtantiſſimi WILDII atque humaniſſima benignitas: Aſpendiorum ille, quem vides, nummus ſub *Gallo* & *Voluſiano* Imperatoribus percuſſus eſt, & oſtentat ab altera parte, quos *Pollux* commemorat, luctatores: neque vero ſolis Aſpendiis hac inſignes figura nummi ſunt ſignati, ſed & Laodicenſibus: & horum quoque nummum propter exactam cum Aſpendiorum illo poſito ſimilitudinem in medium producere libuit: inſcriptio eſt ΛΑΥΔΙΚΕΩΝ, quo ſcilicet modo in *Petronio Laucontem* pro *Laoconte* legiſſe memini, vetereſque Romani *lautumias* pro Siculorum *laotomiis* dixere. Potuerit autem impreſſæ figuræ hæc eſſe ratio, quod Laodicenſes & Aſpendii præſtantiſſimos aluerint atque in certamina produxerint luctatores: ſed hæc, aliis, quibus ad iſta talia inquirenda majus eſt otium, curæ ſint. De Rheginis vero, non quidem ipſorum nummum apponere licuit, ſed Meſſeniorum, qui Rhegio non procul erant ſiti, & communia, credo, jura, reipublicæque inſignia cum Rheginis habuere: plures videre tales poteris in *Auguſtino de Paruta*, neque nos morabimur amplius. Sed quid illud eſt rei, quod *Thaſios* habuiſſe numinis ſuis inſculptum Perſam commemoret *Pollux*? ſuperſunt *Thaſiorum* nomiſmata, ſed tamen non, puto, quæ Perſam exhibeant: neque rationis quicquam comminiſcaris, quam propter impreſſum *Thaſiorum* numinis Perſam ſtatuere liceat: jam olim fuit cum ad animum meum hæc revocarem, cogitaremque, num forſitan inſigni aliqua menda Πέρσην irrepſiſſet pro Ἡρακλῆν· certe, ſi animum attendas, non ita plane literæ abludunt; atque tum veritati res tota conveniet: nil tamen, quod conjecturæ noſtræ opituletur, MSS. fovent: & forſitan aut deceperit ſe *Pollux*, aut talis olim extiterit *Thaſiorum* nummus, qui ad hanc tempeſtatem non pervenit: alterutrum hac de re fuerit verum, tu judica: ſed *Thaſiorum* habeto nummum, qui *Herculem* armatum clava atque leonina cinctum pelle præ ſe ferat: addita eſt inſcriptio: Ἡρακλέους Σωτῆρος, quo titulo notiſſimus in antiquis monumentis *Hercules* venit: & cauſam ſcies nummis inſculptæ *Herculis* figuræ, ſi *Stephanum* in voce lectum iveris. Potuerant autem ad hæc *Pollucis* noſtri alia ſimilia ex veterum ſcriptis colligi atque adnotari, veluti, quod Pariorum drachmæ *Aratum* habuerint impreſſum, unde & iſte ſit verſiculus *Simonidis* epigrammate in *Arceſilaum*: Δραχμαὶ ταὶ Πάριαι, τῶν ἐπίσημ' Ἄρατος· quod *Gergithii Sibyllam* & Sphingem in ſua ſignaverint moneta, tradente *Stephano* ex *Phlegonte* in primo de *Olympiadibus*, Tenedii ab hac parte ſecurim, ab altera vero ex uno ſurgentia collo bina viri mulieriſque capita, eodem *Stephano* auctore in Τένεδος, & planius etiam *Heraclide* in Tenediorum politia, unde petiit *Suidas*; quod Perſæ in ſuis habuerint nummis χάραγμα τοξότην, uti conſtat ex *Plutarchi* Apophtegm. Lacon. *Epheſii* cervam, utpote *Dianæ*, cujus in tutela hæc erat urbs, ſacram, ut indicat *Libanius* Orat. in *Dian.* Ἐφεσίοις δὲ καὶ τὸ νόμισμα καὶ τὴν ἔλαφον ἔφερεν ἀμοιβὴν τῇ θεῷ μεγάλων ἀγαθῶν· Argivi denique lupum, cujus rei teſtis eſt *Sophoclis* haud ineruditus *Scholiaſtes* ad *Electram* v. 6. & ejus tibi verba in medium poſuiſſe, haud fuerit indignum: Οἱ δὲ (Λυκοκτόνον τὸν Ἀπόλλωνα ὀνομάζεσθαι λέγουσι) διὰ τὸ ἱερὸν εἶναι τὸ ζῶον, ὡς καὶ τῆς Ἀρτέμιδος τὰς ἐλάφους· ὅθεν καὶ τῷ νομίσματι τῶν Ἀργείων ἐγχαράττεσθαί φασι λύκους, ὡς καὶ τὰς γλαῦκας Ἀθήνησι. Et de lupo quidem non habet *Pollux* noſter, qui murem in Argivorum nummis ſculptum perhibet: ſed vero Argivi tam murem quam lupum, & utrumque diverſis etiam temporibus in ſua ſignatum habuere moneta: at apud eundem obſerva ſis, de noctuis quæ dicit, ſiquidem ad ſuperiora referendum, ubi de iſtis Athenienſium nummis eſt actum: lupum vero ſacerrimum fuiſſe animal plures ſunt qui teſtentur, *Macrobius* Saturn. libr. I. ubi de Λυκοκτόνῳ, *Apollonii Schol.* ad II. *Argon.* *Ariſtoph.* Comment. ad *Aves*, *Æſchyli* ad *ſeptem contra Thebas*; *Ælianus* de Animal. lib. X & XII. *Etymologus* in πόλιος λύκοι, aliique plures, quorum hi Athenienſibus, & Ægyptiis, illi Delphis in honore habitos fuiſſe lupos referunt: ſed quo delabimur? Hæc, inquam, talia de ſignatura nummorum variiſque figuris ad *Polluceam* recenſionem poſſent adjici, ſed pauca tantum delibare conſtitueram, οὔτε γάρ, ut cum *Polluce* meo loquar, κατὰ τὴν ἐμὴν ὑπόθεσιν ἡ πολυπραγμοσύνη, præcipue, ſi ſingulorum originem atque rationes indagare & exponere animus eſſet. Et hæc quidem ſuperaſſe gaudemus, reſtant tamen quæ curam & diligentiam his non minorem poſtulant.

δὲ παλαιστὰς, καὶ [86] ῥηγῖνοι μὲν [87] λαγῶν, [88] Κεφαλλῆνες δὲ ἵππον, Θάσιοι δὲ Πέρσην, Ἀργεῖοι δὲ μῦν· οὔτε γὰρ [89] κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τῶν βιβλίων ἡ πολυπραγμοσύνη· [90] καὶ ἄλλοις ἤδη τὰ τοιαῦτα ἔστιν συνειλεγμένα. Ἴσως δὲ τῶν ὀνομάτων καταλόγῳ προσήκουσιν οἱ [91] Κροίσειοι στατῆρες,
85 καὶ Φιλίππειοι, καὶ Δαρεικοί· * καὶ τὸ Βερενίκιον νόμισμα, καὶ [92] Ἀλεξάνδρειον, καὶ [93] Πτολεμαϊκὸν,

Luctatores. Rhegini, Leporem. Cephalenii, Equum. Thaſii, Perſam. Argivi, Murem: non enim ſecundum librorum argumentum, curioſitas. Inſuper audiuntur Stateres Crœſii, Philippici, Darici. * Numiſma Bereni- 85
cium, Alexandrinum, Ptolemaicum,

86 Ῥηγῖνοι] MS. Ῥηγινοί· ſupra de eodem typo *Noſter* V, 75. JUNG.

87 Λαγών.] Talem nummum exhibet *Proſperi Pariſii Tab. II. rariorum magnæ Græciæ numiſmatum* n. 4. forte inde manavit proverbium, quo Ῥηγίνους vocarunt qui timidiores erant: vid. *Heſych.* in Ῥηγῖνοι. His adde quod in nummis Trœzeniorum extiterit tridens ex altera, & *Minervæ* facies ex altera parte: *Pauſan.* in *Corinth.* in ſtateribus *Cyzicenis* virgo ſtetit. *Heſych.* in Κυζικηνοὶ στατῆρες &c. *Samii Junoniam* avem nummis præferebant: *Athenæus* lib. XIV. cap. 20. confer dicta ad ſupra Segm. 75. KÜHN.

88 Κεφαλλῆνες] MS. Κεφαλληνεῖς δὲ ἵππον. Et ita emenda: quamvis & vulgatum rectum, unde Κεφαλλῆνας apud *Strabonem* habes libr. X. a Κεφαλλὴν, quod ex *Sophocle* adnotat *Euſtathius* ad *Hom.* Ὀδύσσ. α. & ea forma apud *Homerum*, alios: altera tamen quoque bona, quam MS. habet: ſic apud Ethnicographum ab Ἀζανίας, Ἀζανεῖς· ab Ἀλωπεκίας, Ἀλωπεκεύς· a Καττα βανίᾳ, Καττα βανεύς, alia. Tota vero hæc periodus, qua *Pollux* numorum imagines refert, obiter cohæret, & itaque, ut ſcribenda & diſtinguenda, lubet proponere totam: οὐ γὰρ ἀξιώσει τις ἡμᾶς ἐν τῷ παρόντι πολυπραγμονεῖν, εἰ Μιτυληναῖοι μὲν Σαπφὼ τῷ νομίσματι ἐνεχαράξαντο, Χῖοι δὲ Ὅμηρον, Ἰασεῖς δὲ παῖδα δελφῖνι ἐποχούμενον, Δαρδανεῖς δὲ ἀλεκτρυόνων μάχην, Ἀσπένδιοι δὲ παλαιστὰς, καὶ Ῥηγῖνοι μὲν λαγὼν, Κεφαλληνεῖς δὲ ἵππον, Θάσιοι δὲ Πέρσην, Ἀργεῖοι δὲ μῦν· οὔτε γὰρ &c. JUNG.

89 Κατὰ τὴν ὑπόθεσιν] *Neque enim argumento libri convenit curioſitas.* KÜHN.

90 Καὶ ἄλλως ἤδη ἤκουσιν &c.] Locus mutilus, quem ita ſupplet C. V. καὶ ἄλλως ἤδη τὰ τοιαῦτα ἐστὶν συνειλεγμένα· ἴσως δὲ ὀνομάτων καταλόγῳ προσήκουσιν οἱ Κ. *& alias*, (vel ſi legendum, ἄλλοις) *aliis iſta jam ſunt collecta: forte autem nominum ad catalogum pertinent* Crœſi *ſtateres* &c. quid Δαρεικὸς *Suidas* dabit h. v. KÜHN.

Καὶ ἄλλως ἤδη ἤκουσιν &c.] Iterum magna lacuna & corruptela invaſit vulgatos Codices: tu reſtitue ex MS. qui ita habet: καὶ ἄλλοις ἤδη τὰ τοιαῦτα ἔστιν συνειλεγμένα· ἴσως δὲ τῶν ὀνομάτων καταλόγῳ προσήκουσιν οἱ Κρ. &c. Scilicet iſtam hiſtoriam non convenire horum librorum propoſito: eamque jam ab aliis collectam eſſe auctoribus. Sed ad præſentem nominum catalogum forte pertinere iſta, nempe *Cræſeos* ſtateres &c. JUNG.

Καὶ ἄλλως ἤδη ἤκουσιν] Reſtituit atque locum ſupplevit *Kühnius* ad oram ſui Codicis, quomodo in textu a nobis eſt emendatum: ante nos & mutila erant hæc & mendoſa.

91 Κροίσειοι στατῆρες] Priores editiones Κροίσιοι· vid. ſupra III, 87. SEB.

Κροίσειοι στατῆρες] MS. Κροίσιοι στατῆρες, καὶ Φιλίππιοι, ut antea vulgati: & ſupra III, 87. etiam Κροίσιοι MS. & ſupra IX, 59. etiam Φιλίππιοι. Sed non tamen & Ἀλεξάνδριοι ibidem, verum, ut vulgo, Ἀλεξάνδρειοι· & ea forma ſcilicet uſitatior. Κροίσειοι hinc citat & *Hoſtus* lib. V. *Rei Numm.* cap. 8. tm. 6. de *Cræſeo*: ubi & tm. 2. de *Philippeo.* De *Darico* ibidem plura tm. 9. de quo & *Briſſonius* lib. 2. de *Reg. Perſ.* JUNG.

Κροίσειοι στατῆρες] In Codice *Falckenburgiano* Κρούσειοι στατῆρες male legitur: eorum quoque ſuperius factam fuiſſe mentionem memini, uti & *Philippicorum, Daricorum*, ac *Alexandrii* nomiſmatis Segm. 59. Hunc autem adducit locum *Sperlingius* de *Nummis non Cuſis* p. 133. & quæ hæc illuſtrent plurimum habet *Sardus* p. 16. *de Nummis*: ponam verba: *Philippeius, quem habebat* Jacobus Sadoletus *Cardinalis optimus & Doctiſſimus fuit ponderis trium drachmarum, totidem ſiliquarum, hoc eſt, trium ducatorum.* Alexandreium *conciſum, ejuſdem ponderis pæne apud ſe eſſe teſtatur* Henricus Glareanus. Nos & *Philippici* & *Alexandrii* nomiſmatis repræſentare tibi voluimus figuram: utrumque aureum extat in nomiſmatotheca *Wildiana*; pondere, uti puto, non diverſo ab iſto quod deſignavit *Sardus.* In hac autem *Alexandrii* nummi parte expreſſum quod videas *Minervæ* caput, non eſt abſque ratione, quippe quam inſigniter coluerit *Alexander*, qua de re vide *Arrianum* lib. I. de *Expedit. Alex.* p. 36. ibique producentem binos alios elegantiſſimos nummos *Alexandri* nomine inſcriptos Eruditiſſimum *Gronovium*, qui nuperrime auctorem eximium caſtigavit & in lucem dedit. Hi autem *Alexandri* nummi percuſſi ſunt, antequam eum ſe natum pronunciaſſet *Hammon*; ſiquidem tum animo elatus, quippe qui ſe ſortis humanæ modum exſuperaſſe putaret, *Jovem* ſuis incudi juſſerit nummis: talem exhibitum videbis ab Eruditiſſimo *Morello* depromptum ex pinacotheca clariſſimi viri *P. Petavii* in Notis ad II. *Conſtantini Porphyrogenneta* de Them. p. 132. & *Porphyrogennetæ* tibi verba promam, quibus *Alexandri* ornamenta, prout in nummis ab eo viſis ſunt depicta, literis conſignat: Macedoniæ reges ſe ipſos Ἡρακλέους ἀπογόνους vocitaſſe refert, adeoque & iſtis uſi ſunt inſignibus, quibus gaviſus fuit generis auctor *Hercules*: διὸ καὶ ἀντὶ ταινίας καὶ στέμματος καὶ πορφύρας βασιλικῆς τῷ δέρματι τῆς κεφαλῆς τοῦ λέοντος ἑαυτοὺς ταινιοῦσι· καὶ στέμμα τοῦτο καὶ κόσμον ἡγοῦνται, καὶ ὑπὲρ πάντα λίθον· καὶ μάρτυς ἀξιόπιστος αὐτὸ τὸ νόμισμα τοῦ Μακέδονος Ἀλεξάνδρου τοιαύτῃ εἰκόνι καλλωπιζόμενον. Sed in iſto tamen nummo, quem protulit *Morellus*, an non ipſum potius *Herculem* depictum putemus? ſiquidem *Alexandrum* ſi præ ſe ferret, cornutam ejus imaginem futuram prius exiſtimem, præcipue cum ab altera parte *Jovem* Fulminatorem oſtentet: neque diffiteri tamen poſſum apprime convenire hunc nummum deſcriptæ a *Conſtantino* figuræ: ſed deliberent peritiores.

92 Ἀλεξάνδρειον] *Zeno* Philoſophus Alexandrini argenti meminit, ut elegantis & oculos ferientis, ſed alias malæ notæ apud *Laert.* lib. VII. KÜHN.

93 Πολεμαϊκὸν] C. V. Πτολεμαϊκόν· nec aliter legit *Interpres.* KÜHN.

Πολεμαϊκὸν] MS. Πτωλεμαϊκόν· quivis videt emendandum Πτολεμαϊκὸν, ut etiam recte habet *Hoſtus* lib. III. Rei Numm. cap. 11. tm. 13. & *Ptolemaicam monetam* interpretatur Avus meus *J. Camerarius* lib. de *Numiſm.* JUNG.

Πολεμαϊκὸν] *Kühnius* in textu Πτολεμαϊκὸν, & ita *Gualtherus* in ejus expreſſit verſione, neque legebat aliter *Falckenburgii* Codex: alterum vulgatum nauci non eſt. Sequitur Δημαρέτιον νόμισμα, quod Siculis ἡμιχρυσοῦν effeciſſe putat *Scaliger* de R. N. p. 13 & 17.

Demaretium, quorum cognomina nota ſunt omnibus. Demareta enim Gelonis uxor, in Libyco bello illo penuria laborante, petito a mulieribus ornatu (muliebri) confuſoque, numum cudit. Hoc autem non omittendum quod Atticum Talentum ſex mille faciebat drachmas At-
86 ticas. * Babylonium vero ſeptem mille. Æginæum vero decem millia. Syrorum autem quingentas & mille: ad

καὶ Δημαρέτιον, ὧν [94] τοὺς ἐπωνύμους γνωριζόντων ἁπάντων, ἡ Δημαρέτη Γέλωνος οὖσα γυνὴ, κατὰ τὸν πρὸς [95] Λίβυας πόλεμον ἀποροῦντος αὐτοῦ, τὸν κόσμον αἰτησαμένη παρὰ τῶν γυναικῶν, [96] συγχωνεύσασα νόμισμα ἐκόψατο. [97] Τοῦτό γε μὴν οὐκ ἄκαιρον, [98] ὅτι τὸ μὲν Ἀττικὸν τάλαντον [99] ἑξακισχιλίας ἐδύνατο [100] δραχμὰς Ἀττικάς·
* [1] τὸ δὲ Βαβυλώνιον, ἑπτακισχιλίας· τὸ δὲ Αἰ- 86
γιναῖον μυρίας· [2] τὸ δὲ Σύρων πεντακοσίας καὶ τετρακισχιλίας· τὸ δὲ Κιλίκων τρισχιλίας· τὸ δὲ Αἰγυπτίων πεντακοσίας καὶ χιλίας, ὡς

cujus autem vir ſummus hoc noverit indicio, quove dixerit argumento, prorſus ignorare me fateor: neque deſignare nummi *Demaretii* pretium valeo, niſi ſtaterem forſitan cenſeas: certe nummus *Alexandri* ſtaterem valuit, ut ex primo capite ſcimus: eodem itaque ſtateris conſtitiſſe pretio *Berenicium*, *Ptolemaïcum*, & *Demaretium* nomiſma cum *Alexandrio*, veri non eſt abſonum: meminit *Demaretes*, ab ejuſque nomine dicti nomiſmatis *Scholiaſtes Pindar.* ad *Olympion.* εἰδ. β. ἦν δὲ ὁ Θήρων (cujus honori ode *Pindarica* erat ſacrata) ἀνέκαθεν ἀπὸ Οἰδίποδος· ἐκήδευσε δὲ Γέλωνι τυράννῳ ἐπιδιδοὺς αὐτῷ τὴν θυγατέρα Δημαρέτην, ἀφ' ἧς καὶ τὸ Δημαρέτειον προσωνομάσθη νόμισμα· quæ eadem non multum diverſis vocibus paululum inferius ad ipſam Oden ita reperiuntur: Θήρων ὁ τῶν Ἀκραγαντίνων βασιλεὺς Γέλωνι τῷ Γέρωνος ἀδελφῷ ἐπικηδεύσας, γάμῳ συνάπτει τὴν αὐτοῦ (αὑτοῦ) θυγατέρα Δημαρέτην, ἀφ' ἧς καὶ τὸ Δημαρέτειον νόμισμα ἐν Σικελίᾳ. Δαμαρέτην autem & Δαμαρέτειον νόμισμα cum dixit *Diodorus*, Sicule ſeu Dorice loquutus eſt. Mox autem vulgo fuit in textu γνωριζόντων πάντων· pro quibus ἁπάντων addita meliori diſtinctione reddidi.

94 Τοὺς ἐπωνύμους] Ἐπώνυμοι dicuntur illi, a quibus nomina ſua acceperunt numiſmata. Mens itaque Auctoris eo redit, ſe nolle explicare quid ſit *Philippeum* &c. cum omnes norint illos, qui dederunt nomina his nomiſmatibus: ſolum autem Δημαρέτειον enarrat, quia non æque in vulgus notum eſt, ejus denominatio unde ſit. KÜHN.

Τοὺς ἐπωνύμους] MS. ἐπονύμους, & ἁπάντων· & mox Δημαρέτη· emenda omnino & diſtingue: ὧν τοὺς ἐπωνύμους γνωριζόντων ἁπάντων, ἡ Δημαρέτη Γέλωνος &c. quorum nominatores, vel illos, a quibus nomen acceperint *Cræſei*, *Philippei*, *Darici*, *Berenicium*, *Alexandrium*, *Ptolemaicum*, & *Demaretium*, illos inquam cum noſcant omnes, quod ad *Demaretam* attinet, illa &c. Δημαρέτη paroxytonωs recte habet & *Hoſtus* hæc referens, libr. III. cap. 8. tm. 16. itaque apud *Heſychium* eſt in Δημαρέτειον· & apud *Diod. Siculum* lib. II. Δαμαρέτη, Δαμαρέτειον. JUNG.

95 Λιβύας] MS. plenius τοὺς Λιβύας &c. Sed accentu pariter perverſo: ſcribe τοὺς Λίβυας. JUNG.

96 * Συγχωρεύσασα] *F.* συγχωνεύσασα. Quod ad rem ipſam, *Heſychius* ſimiliter refert: ſed *Diodorus Siculus* diſcrepat, quem viſe libro undecimo, fol. 21. *Wechel.* SEB.

* Συγχωρεύσασα] C. V. συγχωνεύσασα, *conflans*, recte, ſi modo addatur καὶ σ. *Diodorus* hoc nomiſma 10. drachmas Atticas valuiſſe, dictumque eſſe a Siculis πεντηκοντάλιτρον ἀπὸ τοῦ σταθμοῦ. KÜHN.

* Συγχωρεύσασα] Rectiſſime noſter *Seberus* conjecit συγχωνεύσασα· id enim prorſus ita habet MS. noſter: ne dubites id itaque *Polluci* reddere. Vidit id & Avus meus, qui libr. de Numiſm. hæc ita vertit, *&* *conflato univerſo*, mundo ſc. *Hoſtus* inepte, *ac tradidit*, *& nummum percuſſit.* JUNG.

* Συγχωρεύσασα] Cum *Kühnio* textum emendavimus, dedimuſque συγχωνεύσασα· nec aliter legit *Sperlingius.*

97 Τοῦτό γε μὴν] Laudat hunc locum *Budæus* libro quarto de aſſe circa princ. legens mox τὸ δὲ Σύρον· & mox omittens δραχμὰς, quod nec ſenſus fert. SEB.

Τοῦτο γε μὴν] Scribe τοῦτό γε μ. ut & MS. habet: in quo ad oram tale ſummarium: περὶ διαφορᾶς ταλάντων. JUNG.

98 Ὅτι τὸ μὲν Ἀττ. τ. &c.] Deeſt μὲν in MS. JUNG.

99 Ἑξακισχιλίας &c.] *Sex millibus denarium* ait *Aldus Manutius* libr. II. de quæſit. per epiſt. φ. 7. & *Ant. Auguſtinus* Annotat. in *Feſtum* ad *Euboïcum*: vid. & *Hoſtum* lib. II. de Ponderib. cap. 7. tm. 1. n. 7. & lib. III. Rei Numm. c. 12. tm. 1. JUNG.

100 Δραχμὰς] Emenda δραχμὰς Ἀττ. JUNG.

1 Τὸ δὲ Βαβυλώνιον] MS. τὸ Βαβυλώνιον, ἑπτ. ſine δὲ· & poſſumus ſcribere: τὸ δὲ Βαβυλώνιον· quamvis parum refert: ita tamen & τὸ δὲ Σύρων mox MS. & alia quæ ibi dicam. Sed de Babylonio talento vid. *Hoſtum* ibid. lib. III. Rei Numm. cap. 12. tmem. 7. cui videtur *Pollux* rem ad vivum non putaſſe: vid. & *Ant. Auguſtinum* ad *Feſtum* in *Euboïcum*. De *Æginæo* idem *Hoſtus* lib. III. Rei Numm. cap. 12. tm. 3. JUNG.

2 Τῶν δὲ Σύρων,] C. V. τὸ δὲ Σύρων πεντακοσίας καὶ τετρακις χιλίας· τὸ δὲ Αἰγυπτίων ὡς πρὸς τὸν τῆς Ἀττικῆς δ. λογισμόν· leg. τετράκις χ. Ægyptii talenti valorem non exprimit, ſed in genere dicit, id computandum eſſe ſecundum Atticæ drachmæ rationem: vid. *Plinium* libr. XXXIII. cap. 3. *Salmaſ. an* πεντακισχιλίας; KÜHN.

Τῶν δὲ Σύρων,] MS. τὸ δὲ Σύρων· ut antea Βαβυλώνιον & mox ex MS. alia: non itaque emendatione *Budæi* opus. Sed *Pollux* etiam mutilus hic eſt, addideratque de Cilicio & Ægyptio talento, quæ MS. noſter reſervavit, ut & de Syro talento, quod non ſaltem quingentas & mille continet drachmas ut vulgatus *Pollux*, & *Hoſtus* ex eo lib. III. Rei Numm. cap. 12. tm. 8. & lib. II. de Ponderib. cap. 14. tm. 2. n. 5. ſed quingentas & quater millenas. Sic enim totus locus in *Polluce* ſcribendus & ſupplendus eſt ex MS. ita habente: τὸ δὲ Σύρων, πεντακοσίας καὶ τετρακισχιλίας· τὸ δὲ Κιλίκων, τρισχιλίας· τὸ δὲ Αἰγυπτίων, πεντακοσίας· ὡς πρὸς τὸν τῆς Ἀττικῆς δρ. λογ. ubi vides Ægyptium inter iſta eſſe minimum. Non itaque video quomodo idem erit cum Attico magno, quemadmodum cenſeri ait *Hoſtus* lib. III. Rei Numm. c. 12. tm. 9. Alias de hac talenti varietate ex *Budæo* idem *Hoſtus* lib. III. c. 13. JUNG.

Τῶν δὲ Σύρων, πεντακοσίας, καὶ χ.] Inſigni locupletiorem hic *Pollucem* augmento fecimus: nihil erat in vulgatis de Cilicum Ægyptiorumque talento, quæ tamen omnia egregie ſupplent & reſtituunt MSS. in paucis diſſentiunt *Falckenburgiani* Codicis Excerpta, quippe quæ poſt πεντακοσίας καὶ χιλίας, ſicuti in vulgatis erat poſt τῶν δὲ Σύρων ſcriptum, ſubjiciant demum: τῶν δὲ Κιλίκων τρισχιλίας· τῶν δὲ Αἰγυπτίων πεντακοσίας καὶ χιλίας· ſed tamen, niſi me veſtigia fallant, in ipſo MS. Codice non aliter extitit ac in ce-

[3] πρὸς τὸν τῆς Ἀττικῆς δραχμῆς λογισμὸν, ὥσπερ οὖν καὶ τὰς μνᾶς τὰς Ἀττικάς· τὸ μὲν Ἀττικὸν ἑξήκοντα [4] μνᾶς εἶχε· τὸ δὲ Βαβυλώνιον, ἑβδομήκοντα· τὸ δὲ Αἰγιναῖον, ἑκατὸν, [5] κατὰ ἀνάλογον. Ἡ μνᾶ δὲ ὡς [6] παρ' Ἀθηναίοις ἑκατὸν [7] εἶχε δραχμὰς Ἀττικὰς, οὕτω καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις τὰς ἐπιχωρίους δυναμένας πρὸς λόγον [8] τοῦ παρ' ἑκάστοις ταλάντου κατά τε προσθήκην, καὶ ὑφαίρεσιν.
87 * τὸ μέντοι Σικελικὸν τάλαντον ἐλάχιστον ἴσχυε· τὸ μὲν ἀρχαῖον, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει, [9] τέσσαρας καὶ εἴκοσι τοὺς νούμμους· τὸ δὲ ὕστερον, δυο-

Atticæ ſcilicet drachmæ calculationem, quemadmodum & minas Atticas. Atticum quidem minas habet ſexaginta. Babylonium vero ſeptuaginta. Æginæorum, centum, ſecundum proportionem. Mina vero, qualis apud Athenienſes eſt, centum habuit drachmas Atticas: ſic & apud alios valuit nationis ejus minas, ſecundum proportionem ſingulorum talentorum, juxta additionem ſubtractionemque. * Talentum quidem Siculum quam minimum valuit. 87
Vetus quidem, ut Ariſtoteles tradit, viginti quatuor numos. Poſterius vero duo-

teris MSS. ſed qui hæc decerpſit, ipſam textus variantiam adnotaſſe ſuſque deque habuit. Tum quoque paulo poſt fuit, πρὸς τὸν Ἀττικῆς δρ. ubi τῆς ante Ἀττικῆς inſeruimus lubentes. Hunc autem *Pollucis* noſtri totum locum de diverſo talentorum cujuſque populi valore adduxit, in quibuſdam illuſtravit etiam *Snellius* p. 41. neque operam luſeris, ſi *Sardum* de *Nummis* p. 19. & ſequent. inſpicere tibi grave non fuerit; ibi enim & aliis ex auctoribus, *Polybio* præſertim hanc rem illuſtrat, eoſque cum *Polluce* componit: adde, ſi lubet, *Schottum Tabula Rei Nummariæ* cap. 6. Præter *Polluci* noſtro enumerata talenta, in *Herone* & alia adhuc plura reperio: *Ptolemaïcum* ſcilicet & *Antiochicum*, quæ utraque refert Attico talento ἰσοστάσια & ἰσάριθμα ἐν πᾶσι· δυνάμει δὲ, ſiquidem ipſius hæc *Heronis* verbis quam meis proponere malim, τοῦ μὲν Πτολεμαϊκοῦ κατὰ τὸ νόμισμα τετραπλάσιον, (*Scaliger* τριπλάσιον legendum pertendit) ἐπὶ τρίτον (ſic enim in meis ſchedulis legitur) δὲ τοῦ Ἀντιοχικοῦ, τῷ δὲ Τυρίῳ ἴσον· in quibus itaque & Tyrium habes talentum quod Attico reſpondeat exacte. Porro noviſſe ſe memorat protinus duplex talentum ξυλικὸν, cujus quidem nominationis cauſam juxta cum ignariſſimis ignoro; non enim, puto, ita dictum cenſebis, quod in emendis vendendiſque lignis hoc præcipue talento uſi fuerint *Antiochenſes* & *Alexandrii*, τὸ ἐν Ἀντιοχείᾳ ſcilicet, & τὸ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ· prius quidem μνᾶς μὲν ἰδίας ἔχει ξ. ἑξαπλάσιον δὲ σχεδὸν τῷ τοῦ νομίσματος ἀριθμῷ· alterum vero τῷ πέμπτῳ διαφέρει πρὸς τὸ προειρημένον ἐπιχώριον περιττεῦον, *Antiochicum* ſcilicet. Hæc quidem ex *Herone* libuit excerpere, quæ pleraque habet & examinat *Scaliger* de R. N. pag. 45. & ſequ. ubi pluſcula reperies, quæ ad hanc rem faciunt, non tamen omnia ſine quibuſdam nævis: ſed hæc alias.

3 Πρὸς τὸν Ἀττ. δρ. λογ.] Πρὸς τὸν τῆς Ἀττ. in MS. plenius eſſe jam dixi. JUNG.

4 Δραχμὰς] Δραχμὰς bene notavit *Seberus* a *Budæo* omiſſum: nec id locum habeat: eſt tamen idem & in MS. noſtro, ſed tranſverſo calamo lineam perductam gerens, & ſupra ſcriptum habens μνᾶς· quod ſi reponamus & hic, nihil abſurdi video amplius. JUNG.

Δραχμὰς] Non convenire loco drachmas recte vidit *Jungermannus*, & itaque reſtituit, favente MS. μνᾶς, quod rectum. Sequitur tum talentum Babylonium continuiſſe ſeptuaginta minas, qua quidem in re diſſentit *Ælianus* a *Polluce* noſtro V. H. libr. I. cap. 22. δύναται δὲ τὸ τάλαντον τὸ Βαβυλώνιον δύο καὶ ἑβδομήκοντα μνᾶς Ἀττικάς· utiturque ad eum locum Doctiſſ. *Schefferus* his *Pollucis* noſtri verbis, ut *Ælianum* a vulgari computatione diſcedere perſuadeat: ſed alia eſt *Willebrordi Snellii* ſuper hoc *Æliani* loco ſententia, ſiquidem exiſtimet iſta δύο καὶ ex præcedentibus irrepſiſſe hoc non commode loco: neque vero, quod huic eruditi viri ſententiæ opponam, habeo quicquam; deletiſque iſtis voculis in gratiam *Ælianus* cum *Herodoto* & *Onomaſticographo* noſtro redibit: ſed hæc eruditi melius. Mox autem de minarum & drachmarum diverſitate tangit obiter, exigendamque harum ad ceterorum analogiam rationem inquit, quo de & *Voſſii Etymol.* in *Talentum* conſule: ſed ex *Herone* adferre lubet, quod ad hunc faciat rhombum: Οὐ λανθάνει δέ με καὶ τῶν δραχμῶν εἶναι πλείους διαφοράς· τήν τε γὰρ Αἰγινίαν (Αἰγιναίαν) καὶ τὴν Ῥοδίαν μνᾶν τῆς Πτολεμαϊκῆς εἶναι πενταπλάσιον· ἑξαπλάσιον δὲ τὴν νησιωτικὴν οὕτω προσαγορευομένην· τῇ οὖν Ἀττικῇ πρός τε σταθμὸν τὸ νόμισμα (καὶ νόμ.) χρηστέον· ἰσοδύναμος γὰρ ἐστι καὶ ἰσοστάσιος τῇ Ἰταλικῇ μνᾷ στατήρων ἐστὶν εἴκοσι καὶ πέντε· ἡ δὲ Ἰταλικὴ λίτρα στατήρων κδ. αἱ δὲ λοιπαὶ διαφέρει. *Cleopatra* Ægyptiacæ quoque drachmæ facit mentionem, quæ ſextam Atticæ conſtituat partem: δραχμὴ δὲ καὶ ἄλλη ὁμώνυμος καλεῖται, ἡ Αἰγυπτιακὴ, ἥτις ἕκτον μέρος ἐστὶ τῆς Ἀττικῆς δραχμῆς· & in eodem paulo poſt *Ptolemaïca* mina nominatur. Sed eho! jam hujus eſt ſatis.

5 Κατὰ ἀνάλογον.] C. V. καὶ τἄλλα· adde, κατὰ ἀνάλογον. KÜHN.

Κατὰ ἀνάλογον.] MS. ἑκατόν· καὶ τἄλλα ἀνάλογον· bene: id eſt, ἀναλόγως· *& alia, ut Syrum, ut Cilicium, ut Ægyptium, eadem proportione*, ait. Sic reſtituamus itaque. JUNG.

6 Παρ' Ἀθηναίοις] MS. παρὰ Ἀθην. Hunc locum adfert *Hoſtus* lib. III. Rei Numm. cap. 1. n. 12. & de Ponderib. lib. II. cap. 7. tm. 2. n. 3. JUNG.

7 Εἶχεν δρ.] Scribe εἶχε δρ. ut MS. etiam habet: quamvis hoc minutiſſimum eſt obſervare. JUNG.

8 Τοῦ καθ' ἕκαστον ταλ.] C. V. ἑκάστοις, quæ lectio docet fuiſſe τοῦ παρ' ἑκάστοις ταλάντου· prout talentum variat apud ſingulas gentes, ita vel adduntur eidem vel detrahuntur minæ, eidem nationi uſitatæ. KÜHN.

Τοῦ καθ' ἕκαστον ταλ.] MS. τοῦ παρ' ἑκάστοις ταλάντου, κ. &c. quo pacto ſcripſit *Pollux*, non ut vulgo eſt. JUNG.

Τοῦ καθ' ἕκαστον] Ex MSS. textus habet παρ' ἑκάστοις.

9 Τέσσαρας] MS. τέτταρας. In Avi mei *J. Camerarii* libello de Numiſm. invenio ipſius manu ita adnotatum: *in Oratione* Nazianzeni ἐπιτάφιῳ εἰς πατέρα *annotatio hæc legitur:* τὸ τάλαντον, ὥς φησι Διόδωρος περὶ σταθμῶν, μνῶν ἐστιν ἑξήκοντα, ἡ δὲ μνᾶ δραχμῶν ἑκατὸν, ἡ δὲ δραχμὴ ὀβολῶν ἕξ· ὁ ὀβολὸς χαλκῶν ἕξ· ὁ χαλκοῦς λεπτῶν ἑπτά· τὸ τάλαντον δὲ Ἀττικὸν παρὰ δὲ Σικελιώταις τὸ ἀρχαῖον ἦν μνῶν (*fortaſſe* νομῶν) εἰκοσιτεσσάρων, νῦν δὲ δώδεκα· δύναται δὲ ὁ νόμος τρία ἡμιωβόλια. Eadem verba in *Suida* invenio omnia ſub voce τάλαντον· niſi quod in medio plenius *Suidas:* τὸ τάλ. δὲ τὸ νῦν λεγόμενον Ἀττικὸν παρὰ Σικελιώταις, τὸ μὲν ἀρχ. & deſunt iſta ultima: δύναται δὲ ὁ. ν. τ. ἡ. non vero temerarium videri cuiquam credo poſſe, quo & Avum meum reſpexiſſe credo, ſi illo loco pro μνῶν, tam apud *Suidam*, quam *Scholiaſtem Nazianzeni*, ſcribamus, νόμων, vel νούμμων· & mox apud *Scholiaſtem* νοῦμμος, pro νόμος· confirmat enim id prorde-

decim. Valere autem numum homolia tria. Nihil autem refert, numiſmatum expoſitioni ſubjicere, cur Χρήματα dixerint Attici. Χρήματα quidem apud illos de re, aut negocio: apud Iones vero etiam de pecuniis dicuntur: quemadmodum & Κέρματα, id eſt Æris minutiæ. Sed κέρμα dicere, Atticum non eſt.

καίδεκα· δύνασθαι δὲ τὸν νοῦμμον τρία [10] ἡμιωβόλια. [11] Κωλύει δ' ἂν οὐδὲν προσθεῖναι τῷ περὶ νομισμάτων λόγῳ, καὶ [12] διότι [13] χρήματα μὲν ἂν εἴποιεν οἱ Ἀττικοί· τὸ δὲ χρῆμα μὲν αὐτοῖς [14] ἐπὶ τοῦ πράγματος ἢ κτήματος· παρὰ δὲ τοῖς Ἴωσι καὶ ἐπὶ τῶν χρημάτων· ὥσπερ καὶ κέρματα, ἀλλ' οὐ κέρμα [15] λέγειν Ἀττικόν.

ſus *Pollux*, ut ipſe vides, ſi modo ipſi ſuam ſcripturam reddas: mox enim ubi ὁμόλια, quamvis *Henr. Stephanus* ὀβόλια adſcripſerit in ſuo Codice, nondum tamen locus reſtitutus eſt. MS. habet τρία ἡμιωβόλια· ſcribe itaque τρία ἡμιωβόλια· quo pacto & recte *Budeum* reſtituiſſe refert *Seberus* noſter. De talento Siculo alias & *Hoſtus* lib. III. Rei Numm. c. 12. tm. 4. & tm. 9. n. 5. Jung.

10 * Ὁμόλια.] Lexic. *Baſileenſe* jubet legi ὀβολία. *Sylburg.* ὀβόλια aſcripſit. *Budæus* legit: δύναται δὲ ὁ νοῦμμος τρία ἡμιοβόλια, *valet autem nummus ſeſquiobolum.* Nam nummus ſeſtertius, inquit, quartam partem drachmæ valet: drachma autem ſex obolos: quare tria hemiobolia, id eſt, ſeſquiobolum nummus ſeſtertius valuit: libro quarto de Aſſe fol. 184. Seb.

* Ὁμόλια.] C. V. ἡμιωβολία, recte, accentu retracto ad ο. *Salmaſ.* omnino legendum τρία ἡμιόβολια. *nam talenta Syracuſana trium denarium fuiſſe ſcribit Feſtus*; ita ille. Kühn.

* Ὁμόλια.] *Kühnius* in textum conſentientibus MSS. repoſuerat ἡμιωβόλια, quem ſequti ſumus: neque aliter cenſuiſſe *Scaligerum* patet, cum pag. 3. de R. N. ſic ſcribit: Νοῦμμος *autem erat* τριῶν ἡμιωβολίων, *hoc eſt*, XII. χαλκῶν, *quantorum octo eſt obolus Atticus:* Non itaque nec MSS. lecturæ, nec ipſius etiam rei veritati congruere puto, quam *Salmaſius* adtulit, emendationem: & tamen ſic, tanquam ſi ne quidem in dubium revocari fas eſſet, ſcribit confidenter: *Subjicit* Pollux *pretium illius* νούμμου *Siculi ex eodem* Ariſtotele, *ſed corrupte; ſic enim ſcribitur:* δύνασθαι δὲ τὸν νοῦμμον τρία ὁμόλια· *ubi meo periculo ſcribe:* δύνασθαι δὲ τὸν νοῦμμον τρίτον ἡμιωβόλιον, *id eſt, duos obolos & ſemiſſem:* cetera non pono: & appareat hinc facile, haud leviter errare debuiſſe virum ſummum in Siculi talenti reliquarumque, quæ ad hanc pertinent rem, æſtimatione, cum abſurdæ ſe commiſerit emendationi: atque de his quidem omnibus meliora longe ac præſtantiora *Budæus*, qui veram & a MSS. ſtabilitam lectionem fuit amplexus. Cum *Stephano*, qui, monente *Jungermanno*, ὀβόλια reſtituerat, ſentit & *Sperlingius* de *Numm. non Cuſ.* cap. 28. Iſta vero pleraque, ſi non omnia, quæ improbæ ſuperſtruunt lectioni tam *Sperlingius* quam *Salmaſius*, longum abeſſe a vero facile ſibi perſuadebit eruditus lector. Hos autem eoſdem, quos citavi, eruditos viros iiſdem locis de talento quoque Siculo diſputantes adire poteris: ſed illi inter ſeſe diverſa ſentiunt, *Scaliger* præcipue & *Salmaſius*: noſtrum vero non eſt tantas componere lites, præcipue cum & inſtituti & temporis ratio vetet.

11 Κωλύοι δ' ἂν οὐδὲν προσθῆναι &c.] Leg. προσθεῖναι vel προστιθῆναι· dein C. V. εἴποιεν οἱ Ἀττικοί τὸ δὲ χρῆμα μὲν αὐτοῖς ἐπὶ τοῦ πράγματος ἢ κτήματος, παρὰ δὲ &c. Kühn.

Κωλύοι δ' ἂν οὐδὲν προσθῆναι &c.] MS. κωλύει δ' οὐδὲν ἂν προσθεῖναι τῷ περὶ τῶν νομισμ. λ. & non diſplicere poteſt: imo vulgatis prætulerim. Sane προσθεῖναι omnino ſcribendum videtur. Jung.

12 Διότι] MS. καὶ δι' ὅτι. Jung.

13 Χρήματα μὲν ἂν εἴπωσιν] MS. χρήματα εἴποιεν ἂν οἱ Ἀττικοί· τὸ δὲ χρῆμα μὲν αὐτοῖς ἐπὶ τοῦ πράγματος ἢ κτήματος· παρὰ δὲ τοῖς Ἴωσι καὶ ἐπὶ τῶν χρημάτων· ὥσπερ καὶ &c. *Henr. Stephanus* ad vulgata adſcripſit, *Corrupta hæc*, aſteriſco addito: & ſane turbat διότι· an pro eo legendum forte ὅτι ſaltem? ſed ſenſus poteſt e ſequentibus pendere: quod hæc talia in re pecuniaria, ut χρήματα, κέρματα, minime ἑνικῶς, ſed πληθυντικῶς Attici veteres uſi fuerint: contra vero ἀργύριον, χαλκίον, χρυσίον dixerint potius ἑνικῶς, quam πληθυντικῶς· ut ex ſequentibus diſcas licet. An itaque locum ita ſcribimus ex MS. κωλύει (ſive κωλύοι vulgatum plus ames) δ' ἂν οὐδὲν προσθεῖναι τῷ περὶ τῶν νομισμάτων λόγῳ. καὶ διότι χρήματα εἴποιεν ἂν (ſic certe legendum, non εἴπωσιν pro quo Edit. *Flor.* εἶπεν) οἱ Ἀττικοί, τὸ δὲ χρῆμα μὲν αὐτοῖς ἐπὶ τοῦ πράγματος ἢ κτήματος· παρὰ δὲ τοῖς Ἴωσι καὶ ἐπὶ τῶν χρημάτων· ὥσπερ καὶ &c. Non enim puto *Pollucem* negaſſe Atticos pecuniam etiam χρήματα nominaſſe: quo modo? cum id tam ſæpe occurrat apud *Demoſthenem*: δεῖ δὴ χρημάτων, ait ſtatim *Olynth.* I. καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων· & ſupra *Noſter* II, 234. ex ipſo χρήματα νεῦρα τῶν πραγμάτων· & πεπορισμένοι χρήματα· & clare nimis III, 86. τὸ δὲ ἀργύριον, ait *Noſter*, καλεῖται χρήματα καὶ νόμισμα &c. adeo ut ei injuria fiat, ſi quis eum putet id negaſſe hic. In ſingulari vero pro pecunia non uſurpaſſe, ſed pro re ſaltem & poſſeſſione: ſed Ionas etiam ſingulari hoc pro pecunia uti, quæ Attici plurali ſaltem χρήματα adpellaverint. Hic ſenſus loci, ni fallor, quem viri docti corruptum putantes adgredi noluerunt: ſi fallor, pro conatu tamen ne mihi male dixeris. Certe tam de ſingulari χρῆμα quam de plurali χρήματα *Pollucem* hic egiſſe, clamat etiam ſupra ſeries capitum, Segm. 4. καὶ περὶ τοῦ χρῆμα καὶ χρήματα. Ionas autem ſingulari etiam uſos ita hac voce de pecuniis ipſis, ex *Herodoto* noſtro tibi facile planum fiat: ſic enim accipiunt eum locum e *Thalia* cap. 30. Δαρεῖος ἐπὶ τῆς ἑωυτοῦ ἀρχῆς καλέσας Ἑλλήνων τοὺς παρεόντας, εἴρετο, ἐπὶ κόσῳ ἂν χρήματι βουλοίατο τοὺς πατέρας ἀποθνήσκοντας κατασιτέεσθαι· οἱ δὲ ἐπ' οὐδενὶ ἔφασαν ἔρδειν ἂν τοῦτο· & mox quærit ex Indis Callatiis, ἐπὶ τίνι χρήματι δεξαίατ' ἂν τελευτέοντας τοὺς πατέρας κατακαίειν πυρί. &c. Sed prior locus aptior videtur ad hanc rem. Viri docti omnia conſiderabunt accuratius & nos juvabunt, dirigent potius, quam calumniabuntur, ſpero. Jung.

Χρ. μὲν ἂν εἴπωσιν οἱ Ἀττ.] Necdum a multiplici mendorum cumulo, quibus oppreſſum fuit atque obrutum hoc caput, reſpirare licet: & reſtant adhuc bene multa atque gravia, quæ loco ſuo MSS. ope movebimus. Hic itaque pro εἴπωσιν in textu reſtituimus εἴποιεν· tum extitit in editis ante nos hoc modo: τὰ δὲ χρήματα παρὰ μὲν αὐτοῖς, pro quibus *Kühnius* recte τὸ δὲ χρῆμα· eliminavique præterea voculam παρὰ, quam MSS. non adgnoſcunt: poſt πράγματος demum auctius in *Noſtro* textu ἢ κτήματος, quæ ſenſum perficiunt: *Kühnius* præiverat. Sciet autem, quæ tradit *Pollux*, eſſe vera, qui utriuſque dialecti Atticæ inquam & Ionicæ habuerit uſum: nos alibi fortean; hic enim non morabimur.

14 Ἐπὶ τοῦ πράγματος.] *Dionyſius Halicarnaſſæus* libro quarto Antiq. R. fol. 230. καλὸν μὲν χρῆμα πολλαὶ πόλεις μιᾷ χρώμεναι γνώμῃ· alia exempla recitat *Camerar.* de Mon. veteri pag. 289. Seb.

15 Λέγειν] C. V. λέγει quod nolim: ſenſus eſt, *ubi Atticum non eſt dicere* χρῆμα, *quando ſermo eſt de pecunia, ita nec κέρμα dicunt*, quod tamen mox reſtringitur: vid. *Suid.* in χρήματα. Kühn.

Λέγειν] Vellem nos defunctos hoc capite numma-

88 • [16] παρὰ μέντοι τοῖς Δωριεῦσι καὶ τὸ κέρμα ἐστὶν εἰρημένον· εὕροι δ᾽ ἄν τις αὐτὸ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς· [17] ὥσπερ καὶ [18] ἐν τῷ Ἄμφιδος Ἀμπελουργῷ, Μικρόν τι [19] κέρμα· [20] καὶ παρ᾽ Ἀντιφάνει ἐν τῷ Κύκλωπι, [21] Κέρμα γάρ τι τυγχάνω· [22] ἐν μέντοι τῷ Φιλίππου Φιλευριπίδῃ, [23] Οὗτος οἴεται περισπάσειν κερμάτιον αὐτοῦ. Καὶ κατακεκερματίσθαι μὲν, ἐπὶ λόγου [24] Πλάτων·

• apud Dores vero etiam Κέρμα dictum eſt : idemque & apud Atticos quis inveniat, ut Amphidis Vinitore, parvula quædam minutia. Et apud Antiphanem in Cyclope; Κέρμα enim adipiſcor. In Philippi quidem Phileuripide, ſic putat ejus diſtrahere minutiam. Et Κατακερματίσθαι, id eſt in minutias redigere, de oratione dixit Plato. 88

rio: ſed adhuc elegantiſſimas emendationes nobis in eo MS. ſubminiſtrabit: hic MS. λέγειν ſed vulgatum rectius. *Pollucis* obſervationem hinc adducit & *Nunneſius* Not. in *Phrynich.* Eclog. II. voce εὐκερματεῖν. JUNG.

Λέγειν Ἀττικόν.] Illius quidem rei, quod Attici non κέρμα ſed κέρματα potius dixerint, quandam adferre rationem conatur *Sperlingius* de *Numm. non Cuſis* c. 26. ubi varia promit de κέρμασι & κερματίῳ, quæ huic loco illuſtrando eſſe poſſint. In *Heſychio* κέρματα exponuntur χρήματα, θραύσματα· *Ariſtophan. Plut.* v. 379.

Τὸ στόμ᾽ ἐπιβύσας κέρμασι τῶν ῥητόρων.

Nummulis obſtruens rhetorum rabularumque forenſium ora.

Notantque *Grammatici*, quod χρημάτων λεπτότατον τι μέρος deſignent κέρματα· & vere, ſiquidem pretii majoris nummi his ſolerent minoribus commutari, unde recentioribus κερματιστικὴ eadem quæ κολλυβιστικὴ, ſeu potius, ut Attice dicamus, ἀργυραμοιβική. Κέρμα tamen & numero ſingulo communis habet dialectus: *Euang. Joh.* II. v. 15. τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα, ubi *numulos* interpretatus eſt eruditiſſimus ſenex *Theod. Beza*, cum alii maluerint *as*: Eidemque, qui præceſſerant apud *Johannem*, κερματισταὶ, & κολλυβισταὶ in *Matthæo* & *Marco* vertuntur *numularii*: rectiſſime, ſiquidem & in *Gloſſis* veteribus *Cyrilli*: *Nummularius*, κολλυβιστὴς, τραπεζίτης, χαλκολόγος, & *Nummulus*, κερμάτιον, quod & in MSS. *Servii* reperio *Gloſſis*: pertineant huc quoque, quæ de *Collectario* in *Gloſſis Nomicis* extant: Κολλεκτάριος· ὁ ἀργυραμοιβὸς, ἤτοι ὁ κέρμα ἀντὶ ἀργυρίου ἀλλασσόμενος τραπεζίτης, ὁ ἀργυροπράτης· unde κέρμα nummulos æris minuti viliorisque pretii fuiſſe videas, quæ lucello inhiantes nummularii argenteis aureisve permutabant: & huic lucri generi deditos jam olim avidiſſime Judæos ex prolatis Euangelii locis patet. In *Diogene* quoque, ſi modo vitio vacat, ubi ſingulo numero κέρμα ponatur, hic eſt locus in *Cynici* cognominis vita: τοῦ δὲ συγχωρήσαντος, (*Apolline*, qui a *Diogene* fuerat conſultus) τὸ πολιτικὸν νόμισμα, οὐ συνεὶς τὸ κέρμα, κιβδηλεύσας καὶ φωραθεὶς, ὥς μέν τινες, ἐφυγαδεύθη· quæ quidem verba eruditorum hominum ingenia plurimum exercuerunt: neque nos extricare valemus, niſi ſi forſitan legi placeat κόμμα pro κέρμα, quomodo ſenſus ſibi conſtabit magis. Κερματίων porro meminit incertus apud *Suidam* ſcriptor, καὶ μέγα κεφάλαιον ἠθροίσθη τῶν λεπτῶν κερματίων· legendum puto, ἐκ τῶν λεπτῶν &c. ut retulerit ille, quicunque tandem, collegiſſe aliquem amplam ſortem ex ære minuto, atque arte nummularia.

16 Παρὰ μέντοι τοῖς Δωρ.] MS. παρὰ δὲ τοῖς Δωριεῦσι καὶ τ. κ. ἐστιν. ε. De κέρμασιν & ab iis deductis etiam *Hoſtus* lib. I. Rei Numm. cap. 3. extremo & lib. III. cap. 8. nn. 14. ubi tamen quædam, quæ hic ſupra vitioſa, talia quoque ſervavit. JUNG.

17 Ὥσπερ καὶ ἐν τῷ &c.] MS. ὥσπερ ἐν τῷ ſine καὶ, quod ſane abeſſe poteſt. JUNG.

18 Ἐν τῷ Ἄμφιδος ἀμπελ.] Supra VII, 170. SEB.

19 Κερμάτιον.] C. V. κέρμα, quod res ipſa, quæ in quæſtionem venit, poſtulat. KUHN.

Κερμάτιον.] MS. μικρόν τι κέρμα· καὶ π. non κερμάτιον· & lectio MS. reſtituenda eſt: nam & ſupra *Noſter* clare ait non κερμάτιον, ſed κέρμα εἰπὼς Ἄμφις εἴρηκεν ἐν ἀμπελουργῷ VII, 170. ubi eadem de κέρμα & κέρματα tradit. JUNG.

Κερμάτιον.] Κέρμα cum MSS. in textu.

20 Καὶ παρ᾽ Ἀντιφάνει] MS. καὶ παρὰ Ἀντ. *Antiphanis Cyclopem* & *Athenæus* laudat, obſervante *Caſaubono* noſtro VII. *Athen.* 12. JUNG.

21 Κέρμα γὰρ τυγχ.] C. V. γάρ τι τ. dein ἐν μέντοι τῷ Φιλ. &c. KÜHN.

Κέρμα γὰρ τυγχ.] Verſum *Antiphanis* ita emenda ut MS. habet:

— Κέρμα γάρ τι τυγχάνω. JUNG.

Κέρμα γὰρ τυγχάνω.] Ad MSS. normam hic eſt a nobis reſtitutus *Antiphanis* verſiculus: tum mox elegantius ἐν μέν τοι, quæ poſtrema vocula vulgo deerat. *Philippi Phileuripiden* nominat *Ariſtophanis Scholiaſtes*: vide *Suidam*, quem erudite maximus *Caſaubonus* ad *Athenæum* caſtigat: Φιλιππίδης ὁ τῆς Κωμῳδίας ποιητὴς apud *Ælian.* H. V. XII, 31. non, credo, fuerit *Opuntius* ille, cujus in *Platone Diogenes*: & illius quoque verba ex MSS. a nobis ſunt reſtituta: *Hic ſe putat alterius inducturum eſſe nummulos*: quomodo *Varro* dixit: *portitorum æra induxere*: in *Sperlingio* reperio pro περισπάσειν, περισπάσαι· ſed vulgatum amplector potius.

22 Ἐν μὲν τῷ &c.] MS. plenius, ἐν μέντοι τ. Φ. bene: addit & exemplum in quo non κέρμα, ſed diminutivum ab eo κερμάτιον. JUNG.

23 Οὗτος οἴεται κ. περισπ. α.] C. V.

Οὗτος οἴεται περισπάσειν κερμάτιον αὐτοῦ.

Hic putat ei ſe detracturum æris paululum. KÜHN.

Οὗτος οἴεται κ. περισπ. α.] MS. inverſo ordine, περισπάσειν κερμάτιον· an itaque *Comici* verba ita concipienda,

— Οὗτος οἴεται

Περισπάσειν κερμάτιον αὐτοῦ. — JUNG.

24 Πλάτων] In Politico: πᾶν ἤδη κατακεκερματίσθαι· de diviſionibus minutiſſimis, quibus omnia in pulverem fere ſecantur, ibi loquitur. KÜHN.

Πλάτων] Sæpius ita loqui ſolet: ut in Politico: καὶ μὴν τόγε ζῷον, ὅσον ἥμερον καὶ ἀγελαῖον σχεδὸν, πλὴν γενοῖν δυοῖν, πᾶν ἤδη κατακεκερματίσται. In Sophiſta: τὰ δ᾽ ἐν ἰδίοις αὖ, καὶ κατακεκερματισμένον ἐρωτήσεσι πρὸς ἀποκρίσεις, μῶν εἰθίσμεθα καλεῖν ἄλλο πλὴν ἀντιλογικόν· & iterum ibi & alibi. Sed locus, quem hic reſpexit *Pollux*, eſt forte is, qui in eodem Sophiſta extat: ἡ θατέρου μοι φύσις φαίνεται κατακεκερματίσθαι, καθάπερ ἐπιστήμη· vel iſte lib. de Rep. καὶ ἔτι γε τούτων φαίνεταί μοι εἰς μικρότερα κατακεκερματίσθαι ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις. Utitur & ſimplici ita in Menone: μὴ καταγνύναι μηδὲ κερματίζειν τὴν ἀρετήν. Ubi mox & alterum: καὶ ἐὰν σὺ κατακερματίζῃς αὐτὴν κατὰ μόρια. JUNG.

Πλάτων] Varia *Platonis*, in quibus id verbi occurrat, produxit loca *Jungermannus* noſter: iſtis & hunc *Plutarchi* de *Muſica* poſſis adjicere: καὶ ἄλλοι δὲ κωμῳδοποιοὶ ἔδειξαν τὴν ἀτοπίαν τῶν μετὰ ταῦτα τὴν μουσικὴν κατακεκερματικότων, *eorum abſurditatem, qui muſicam in plures dividerant divulſerantque partes*: & audacius etiam *Agatharcides*: τὰ δὲ ἀνειμένα τῇ πέτρᾳ σιδήρῳ λατομικῷ κερματίζοντες· niſi mavelis ab hoc κερματίζεσθαι non tranſlata notione a κέρμασι parvulo nomi-

De argento vero Ariſtophanes in Convivatoribus,

Neque argentum in minutias commutatum eſt.

89 • Et in Sphingibus,

--- drachmam paulo ante me abiens
Sumptum permutant in piſcibus.

In Æoloſicone quidem, minutia carere, Ἀκερμίαν nominavit. Ut vero apud veteres Atticos Κέρματα minime ſingulariter dicta ſunt: ſic & argenta, pro argento, rarius apud illos aliquis inveniat: ego autem inveni in Inſulis Ariſtopha-

ἐπὶ δὲ ἀργυρίου Ἀριστοφάνης [25] ἐν Δαιταλεῦσιν,

[26] Οὐδ' ἀργύριον ἐστιν κεκερματισμένον.

• καὶ [27] ἐν τοῖς Σφηξί, 89

--- δραχμὴν μετ' ἐμοῦ πρώην λαβὼν,
Ἐλθὼν, [28] διεκερμάτιζέ μ' ἐν τοῖς ἰχθύσιν.

ἐν μέν τοι τῷ [29] Αἰολοσίκωνι τὸ μὴ ἔχειν κέρματα, ἀκερματίαν ὠνόμασεν· ὡς δ' ἐπὶ τῶν κερμάτων οἱ ἀρχαῖοι Ἀττικοὶ ἥκιστα [30] τῷ ἑνικῷ ἐχρῶντο, οὕτως δ' ἐπὶ τῷ ἀργυρίῳ τῷ πληθυντικῷ· τἀργύρια γὰρ ἐπὶ τοῦ ἀργυρίου σπανίως ἄν τις εὕροι παρ' αὐτοῖς· [31] ἐγὼ δ' εὗρον ἐν ταῖς Νήσοις Ἀριστοφά-

ſmate uſurpatum, ſed formato a κέρματα verbo, cum θραύσματα deſignat: eſt &, ubi propria veniat ſignificatione id verbi, elegans apud *Suidam* auctoris incerti locus: ἐξήγαγεν ἐκ τῆς ζώνης τοὺς χρυσοῦς Δαρεικοὺς, κατακερματίσαι θέλων, καὶ διαλῦσαι τῷ πανδοκεῖ· ubi vides *Daricos* aureos, quos facta commutatione ad minorem ſpeciem redigere volebat ille.

25 Ἐν Δαιταλεῦσιν] MS. ἐν ταταλεῦσιν (ſed ſuperpoſito δαι priori ſyllabæ) Ἀριστοφάνης. JUNG.

26 Οὐδ' ἀργ. &c.] Supra VII, 170. SEB.

Οὐδ' ἀργ. &c.] Sed verſus ita concipiendus:

Οὐδ' ἀργύριόν ἐστιν κεκερματισμένον.

Supta VII, 170. etiam mendoſus erat. JUNG.

Οὐδ' ἀργύριον &c.] Emendavi verſiculum ad mentem *Jungermanni*: apud *Sperlingium* ita conceptum video: Οὐδ' ἀργύριον ἐστὶ κεκερματισμένον. Sequitur tum alter ex ejus *Veſpis* locus, quem quoque *Sperlingius*, non conſulto *Ariſtophane*, ita citat, haud dubie, ut emendandum putabat: διεκερμάτισα μὲν τοῖς ἰχθύσιν· ſed vulgata valent.

27 Ἐν τοῖς Σφηξί] Fol. 339. SEB.

Ἐν τοῖς Σφηξί] C. V. Σφιγξίν· & ita *Interpr. in Sphingibus*: verum enimvero etiamnum in *Veſpis Ariſtoph.* hi extant verſus:

Αἴσχιστα γάρ τοι μ' εἰργάσατο Λυσίστρατος
Ὁ σκωπτόλης δραχμὴν μετ' ἐμοῦ &c.

Peſſimis enim modis me habuit Lyſiſtratus
Ille ſcurra drachmam mecum nuper capiens
Obolis eam mutabat piſcium in foro &c. KÜHN.

Ἐν τοῖς Σφηξί] MS. καὶ ἐν τοῖς Σφιγξί· ſed Σφηξὶ legendum; extat enim in *Veſpis* locus: & ſua manu adnotaverat Avus meus *J. Cam.* lib. de Numiſm. Σφηξί, διεκερμάτιζέ μ' ἐν τοῖς ἰχθύσιν· i. διῄρει κερματίζων, *commutans obolis drachmam pecunia nimirum minutiore partiebatur mecum.* JUNG.

28 Διεκερμάτιζέ μ' ἐν τ. ἰ.] C. V. leg. διεκερματίζετο ἐν τ. ἰ. vid. *Marſ. Cagnati* libr. IV. *Var. Obſ.* c. 6. ubi ex hoc loco vult conficere, obolum fuiſſe etiam argenteum, ſed tam exiguum, ut potuerit *Philocles Ariſtophanis* in matutinis tenebris pro obolo ſquamam piſcis accipere, ſplendore captus & figura. At enim aliis opus eſt ad hoc probandum argumentis: vid. *Schol.* Græcum in h. l. KÜHN.

Διεκερμάτιζέ μ' ἐν τ. ἰ.] MS. διεκερματίζετο ἐν τ. ἰ. ut etiam priores editiones: ut jam editum, ita & in *Ariſtophane* legis. JUNG.

29 Αἰολωσ. τ. μ. ἔχ. κ. ἀκερμίαν ὠν.] C. V. κέρματα, ἀκερματίαν ὠ. quod præferrem. KÜHN.

Αἰολωσ. τ. μ. ἔχ. κ. ἀκερμίαν ὠν.] Emenda ut MS. habet: Αἰολοσίκωνι τὸ μὴ ἔχειν κέρματα, ἀκερματίαν ὠνόμασεν· egregie: præ quibus vulgata οὐ σκυτίνου κερματίου ἄξια judico. Sæpius Αἰολοσίκωνα hanc laudat, ut paulo ante Segm. 63. vulgatum ἀκερμίας etiam *Hoſtus* adnotavit, ut rectum: ſed id πονηροῦ κόμματος fuiſſe, indicio MS. jam novimus: ἀκερματία ab obliquo κέρματος vel κερμάτων· ut ἀπὸ τῶν χρημάτων, ἀχρηματία ſupra III, 111. Sic εὐκερματίαν quoque *Comicum* in morem credo fingere poſſimus: certe dixiſſe aliquem εὐκερματεῖν, inde patet, quod *Phrynichus* in Eclog. Attic. XI. id carpat: εὐκερματεῖν, ἀηδὲς πάνυ· ait, ἥδιστα ἂν εἴποις εὐπορεῖν κερμάτων. JUNG.

Αἰολωσίκωνι] Αἰολοσίκωνι ex *Kühnii* emendata margine textus habet, qui & bene reſtituit mox ἀκερματίαν· editum ante nos ἀκερμίαν eſt ineptum: de *Æoloſicone Comici* videndus in *Att. Biblioth. Meurſius.*

30 Τῷ ἑνικῷ] C. V. ἐχρῶντο, οὕτως δ' ἐπὶ τῷ ἀργυρίῳ τῷ πληθυντικῷ· τἀργύρια γὰρ ἐπὶ τ. &c. addit, quod omnino neceſſarium eſt. KÜHN.

Τῷ ἑνικῷ] Iterum mutilus *Pollux*, quod tamen MS. probe explet, ex quo hunc locum reſtitue: ita enim habet: ἑνικῷ ἐχρῶντο, οὕτως ἐπὶ τῷ ἀργυρίῳ τῷ πληθυντικῷ· τἀργύρια γὰρ &c. ſenſus clarus. Ut κέρματα potius, quam κέρμα dixerint veteres Attici: ſic contra ἀργύριον potius dixiſſe quam ἀργύρια· vid. & ſupra *Noſtrum* eadem dicentem de ἀργυρίῳ III, 86. ubi admonui Avum meum & ex *Platone* locum adferre, ubi ἀργύρια de pecunia pluraliter uſus eſt ille Athenienſis eximius: nempe de Legibus V. κεκτημένοι δ' αὖ ἀργύρια καὶ χρυσία. Quare *Scholiaſtæ* adnotatio *Ariſtophanis* ad locum illum Νεφέλαις, ὅτι ἡ κατὰ μῆνα γ' ἀργύριον δανείζεται· ita ſcribentis: ἀργύριον) οὕτως ἡ γραφὴ ἀργυρίων παρὰ Φρυνίχῳ κεῖται· ὅτι οἱ Κωμικοὶ πληθυντικῶς φασίν, οἱ δὲ ῥήτορες, ἑνικῶς· καὶ Σώφρων πληθυντικῶς, ἀργυρίων δεῖσθαι· hæc adnotatio non vera videtur. Et *Comici* enim Attici rariſſime in plurali uſi, ut noſter *Pollux* docet, qui vix unum locum ejuſmodi in *Ariſtophanis* & quidem ſuſpecto dramate invenit: apud quem alias ſexcenties ἀργύριον ἑνικῶς, ut apud rhetores occurrat. JUNG.

Τῷ ἑνικῷ, καὶ τὰ ἀργύρια &c.] Planior eſt & plenior in MSS. hic locus; eorum itaque lectionem in textum recepi: *Kühnius* ad marginem ſcripſerat, quæ a MSS. lectione differebant: & illa itaque mihi non ſequenda duxi. Paulo poſt vulgo fuit: ἐγὼ δ' εὗρον· ſed recte *Kuhnius* emendaverat εὗρον· & tum defuit in editis ante nos particula, ſicuti loquuntur Grammatici, negativa: ὡς Ἀριστοφάνους γνήσιον. Quæ autem hic obſervat *Pollux* noſter de ἀργυρίῳ & ἀργυρίοις, eadem adduxit *Sperlingius* p. 173. ubi quoque ſcriptum reperio εὗρον pro εὗρον· & in *Eupolidis* verſiculo ſecundo ἀργύρια habet, non τἀργύρια· ſed placet recepta lectio. Ἀργύριον autem in *Theophraſti* Charact. ſæpiſſime: καὶ τὸ ἀργύριον παρὰ τούτου λαβών· cap. 5. ἀπολαμβάνων ἀργύριον ὀφειλόμενον cap. 15. ὅτε δεῖ τὸ ἀργύριον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ cap. 18. alibique, nec aliter unquam, niſi numero ſingulo.

31 Ἐγὼ δ' εὗρον &c.] Deſunt in MS. ἐγὼ δ' εὗρον ἐν τ. Ν. Ἀρ. & cætera uſque ad ἐν δὲ τῷ Τριφάλητι· verum in vulgatis pro εὗρον, emendo εὗρον· & ſic video etiam Magnum *Caſaubonum* II. *Athen.* 15. ubi de *Inſulis Ariſtophanis*, ſcribere: quare amplius non dubito de ea emendatione. JUNG.

νους, εἰ μὴ ὑποπτεύεται τὸ δρᾶμα [32] ὡς Ἀριστο-
90 φάνους οὐ γνήσιον· * ἀλλ' οὔτι γε καὶ οἱ Κόλακες Εὐπόλιδος, ἐν οἷς εἶπε,

> Φοροῦσιν, ἁρπάζουσιν ἐκ τῆς οἰκίας
> Τὸ χρυσίον, τἀργύρια πορθεῖται.

ἐν δὲ τῷ [33] Τριφάλητι Ἀριστοφάνης, καὶ ἀργυρίδιον εἴρηκεν·

> [34] Ἤτουν τι τὰς γυναῖκας ἀργυρίδιον.

[35] Τὸν δὲ νῦν χαλκὸν, οἱ Ἀττικοὶ χαλκίον εἰώθασι καλεῖν· ὡς ἀπὸ τοῦ ἀργύρου, ἀργύριον, καὶ ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ, χρυσίον· [36] ὥσπερ Ἀριστοφάνης μὲν ἐν Βατράχοις ἔφη,

> Οὔτε γὰρ τούτοισιν οὖσιν οὐ κεκιβδηλευμένοις,
> Ἀλλὰ καλλίστοις ἁπάντων, ὡς δοκεῖ, νομισμάτων,
> 91 * Καὶ μόνοις ὀρθῶς κοπεῖσι, καὶ κεκωδωνισμένοις
> Χρώμεθ' οὐδὲν, ἀλλὰ τούτοις τοῖς πονηροῖς χαλκίοις,
> Χθές τε καὶ πρώην κοπεῖσι τῷ κακίστῳ κόμματι.

σαφέστερον δ' Εὔβουλος ἐν [37] Παμφίλῳ,

> [38] Πρῶτον μὲν αὐτοῦ παραλαβὼν τῷ χαλκίῳ
> Τὸν ἰὸν ἐκ τῆς χειρὸς ἐξεσπόγγισεν.

nis, niſi hæc ceu non Ariſtophanis propria, ſuſpecta eſt. * Non tamen ſic Eupolidis adulatores, in quibus dixit: 90

> *Ferunt, rapiunt aurum*
> *Ex familia, argentaque vaſtata ſunt.*

Sed in Triphallite Ariſtophanis etiam Argentulum dictum eſt:

> *Poſtulanti a mulieribus argentulum.*

Quem vero nunc æreum, Attici Χαλκίον vocare conſueverunt. quemadmodum ab argento, Argenteum, & ab auro, Aureum: ut Ariſtophanes quidem in Ranis inquit:

> *Neque enim hos, qui plumbei non ſunt: ſed hos*
> *Qui ſunt omnium optimi, negligit hæc noſtra civitas.*
> * *Nam ſolis probe cuſis, optimeque tinnientibus* 91
> *Omnino non utitur, ſed improbis & æreis,*
> *Qui nuper & heri ſunt excuſi nota quam peſſima.*

Manifeſtior autem Eubulus in Amphibolo,

> *Primum illos applicans æreo*
> *Venenum e manu abſterſit.*

32 Ὡς Ἀρ. γνήσιον.] Leg. Ἀριστοφάνους οὐ γνήσιον. *Caſaub.* in *Athen.* lib. II. c. 15. SEB.

Ὡς Ἀρ. γνήσιον.] Leg. ὡς οὐκ Ἀ. γ. ſuſpectum eſt drama, quaſi non ſit genuinum *Ariſtophanis*, ſed ſuppoſititium. KÜHN.

Ὡς Ἀρ. γνήσιον.] Scribe cum *Caſaubono* οὐ γνήσιον· ut etiam *Seberus* noſter monuit. JUNG.

33 Τριφαλλῆτι] Τριφάλητι, ut infra X, 121, 151 & 162. item apud *Athen.* lib. XII. fol. 525. ubi tamen *Dalec.* exp. *in Luxurioſo*, aſcribens in marg. τρυφαλήτῃ. SEB.

Τριφαλλῆτι] C. V. Τριφάλητι. *Suid.* Τριφάλης ait eſſe nomen proprium apud *Ariſtophanem.* KÜHN.

Τριφαλλῆτι] MS. Τριφάλητι, quomodo certiſſime reponendum eſt, ut & *Seberus* noſter monuit. Citat hoc δρᾶμα & *Harpocratio* in διὰ μέσου τείχους· ὡς, ait, καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Τριφάλητι. JUNG.

Τριφαλλῆτι] *Kühnius* Τριφάλητι· quod in textum recepi: fabulam laudat *Athenæus*, & *Heſychius* in Ἑρμῆς τρικέφαλος & Γλάων· nec illi aliter MSS. noſtris ſcribunt. Ipſa *Comici* verba mendoſa erant vulgo: *Kühnius* ἤτουν τι pro αἰτοῦντι reſtituerat: fuit & ante nos τἀργυρίδιον.

34 Αἰτοῦντι τὰς γ. τἀργ.] C. V. ἤτουν τι τὰς γυναῖκας ἀργυρίδιον. *Salm.* ἀργύριον·

> *Petebam quid a fœminis argentuli.* KÜHN.

Αἰτοῦντι τὰς γ. τἀργ.] MS. ita: ἤτουν τι τὰς γυναῖκας ἀργυρίδιον· quo pacto reſtituendus verſiculus videtur. Locutus vero & alibi ita *Ariſtophanes*, ut in *Pluto*:

> Ἔγωγε τοι διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον
> Δοῦλος γεγένημαι. —

Et poſtea inferius:

> — Λαβεῖν τι μικρὸν ἀργυρίδιον. JUNG.

35 Τὸν δὲ νῦν χαλκὸν] MS. ὃ δὲ νῦν χαλκὸν &c. de hoc & *Hoſtus* libr. I. Rei Numm. cap. 3. ubi de triplici materia nummorum apud Græcos in χαλκός. JUNG.

Τὸν δὲ νῦν χαλκὸν, &c.] Vid. *Sperlingium* p. 169. qui non hæc ſibi conſtare putat; injuria tamen: neque ſemper enim vir eruditiſſimus mentem *Pollucis* fuit adſecutus.

36 Ὥσπερ Ἀριστοφάνης &c.] Vid. cum *Scholiaſt.* fol. 159. SEB.

Ὥσπερ Ἀριστοφάνης &c.] Deſunt in MS. ὥσπερ Ἀριστ. μὲν ἐν β. ἔ. cum verſibus Poëtæ uſque ad σαφέστερον δ' Εὔβουλος. JUNG.

37 Ἀμφιβόλῳ] C. V. ἐν Παμφίλῳ. *Eubuli Pamphilum* laudat & *Athenæus* lib. XI. c. 6. KÜHN.

Ἀμφιβόλῳ] MS. ita: σαφέστερον δὲ Εὔβουλος ἐν Παμφίλῳ· non Ἀμφιβόλῳ· & MS. lectio longe verior videtur. JUNG.

Ἀμφιβόλῳ] *Amphibolum Eubuli* non eſt, qui laudet: *Pamphilum* habet *Athenæus*, quem itaque titulum, cum MSS. probent, reponamus potius: fecerat id quoque in Codicis ſui margine *Kühnius*. *Eubuli* porro verſus primus erat in vulgatis corruptiſſimus in hunc modum: Πρῶτον μὲν αὐτοὺς παραβάλλων, τοῦ χαλκίου &c. Reſtitutæ a nobis ſcriptionis hic eſt ſenſus:

> *Primum quidem acceptis ab eo binis æreolis*
> *Æruginem e manu exterſit.*

Uti hic ἐκσπογγίζειν, ſic apud *Theophr.* Charact. cap. 26. περισπογγίζειν, *ſpongia mortuum undiquaque abſtergere.* Quod autem in *Pollucis* ſuperioribus deficere quædam velit *Jungermannus*, non equidem probo, ſiquidem, me judice, plena omnia.

38 Πρῶτον μὲν αὐτοὺς παραβ. &c.] Forte παρβαλών. SEB.

Πρῶτον μὲν αὐτοὺς παραβ. &c.] C. V. πρῶτον μὲν αὐτοῦ παραλαβὼν τῷ χαλκίῳ· leg. τῶν χαλκίων·

> *Primum ibi accipiens de nummis æneis,*
> *Æruginem e manibus abſterſit ſpongia.*

Ἰὸς, quando de ferreis æneiſque rebus ſermo eſt, æruginem ferruginemque notat, non *venenum*, ut *Interpr.* KÜHN.

Sic & Cratinus aurum aurea dixerit, Quando adulatores ex Ægypto aurea furantes compeſcuit.
92 * Ærei quidem, numiſma quoddam erant parvum: ut cum Demoſthenes inquit: Nec æreum unquam, & hodie nullum. Multorum vero & idiotarum uſus æs pro pecunia dicit: ut æs non habet, & ære alieno laborans. Hoc autem in Epicharmi Perſis dictum eſt, Aurum &

[39] οὕτως ἂν καὶ ὁ Κρατῖνος ἐν ταῖς Θράτταις εἰρηκὼς εἴη τὸν χρυσὸν χρυσία, [40] Ὅτι τοὺς κόρακας τἀξ Αἰγύπτου χρυσία κλέπτοντας, ἔπαυσεν.
* [41] Οἱ μὲν οὖν χαλκοῖ, νομισμάτιον ἦν λεπτόν· 92
ὡς [42] ὅταν εἴποι Δημοσθένης, Οὐδὲ χαλκοῦν οὐδέπω καὶ τήμερον οὐδένα· ἡ δὲ τῶν πολλῶν καὶ ἰδιωτῶν [43] χρῆσις τὸν χαλκὸν τὸ ἀργύριον λέγει· οἷον, οὐκ [44] ἔχει χαλκὸν, καὶ ὀφείλω χαλκόν· εἴρηται δὲ καὶ τοῦτο ἐν Ἐπιχάρμου Πέρσαις, [45] Χρυσὸν καὶ

Πρῶτον μὲν αὐτοὺς παραβ. &c.] MS. *πρῶτον μὲν αὐτοῦ παραλαβὼν τῷ χαλκίῳ·* puto legendum:

> *Πρῶτον μὲν αὐτοῦ παραλαβὼν τὼ χαλκίω.*
> *Τὸν* &c.

Et ſic verſus reſtitutos eſſe: ſaltem accentum in *τὼ* emendavi, cetera MS. ita habet. Ceterum cur *τὼ χαλκίω* duali numero mihi verum videatur dicam, & hoc ſimul, mutilum *Pollucis* eſſe locum mihi quoque videri. Dixit enim primum, ut *κέρματα* amabant dicere pluraliter Attici: ſic contra *ἀργύριον* in re pecuniaria potius dicebant ſingulariter, raro inde apud eos eſſe diſceſſum; ſe tamen inveniſſe exempla, quæ profert: his ſubjicit idem de *χαλκίῳ*, id ἑνικῶς dixiſſe eoſdem quemadmodum *ἀργύριον·* ſic & de *χρυσίῳ*. Atqui hiſce ſubjicit ex *Ariſtophane χρῆσιν*, ubi *χαλκία* pluraliter habes, *τοῖς πονηροῖς χαλκίοις·* & parem perinde ex *Eubulo*, ubi dualiter *τὼ χαλκίω·* tum perinde *χρυσία* narrat apud *Cratinum* dictum. Quis jam non videt quid deeſſe ibi *ὥσπερ* &c. nimirum quod & ibi *Pollux* dixerat, quod ſupra in *ἀργύριον*, pro eo, quoſdam tamen Atticos *ἀργύρια* dixiſſe: nempe & *χαλκία* inveniri, ut apud *Ariſtophanem*, ut apud *Eupolidem*, & *χρυσία*, ut apud *Cratinum*: quomodo ſupplendum itaque, quod deeſt, facile jam vides: verbis tamen quibus *Pollux* in eam rem uſus ego de me largiri nolim, quum ſenſum ſat aperuerim. JUNG.

39 *Οὕτω δ' ἂν καὶ Κρατ. εἰρηκὼς εἴη* &c.] C. V. *ἐν ταῖς Θράτταις εἰρηκώς.* KÜHN.

Οὕτω δ' ἂν καὶ Κρατ. εἰρηκὼς εἴη &c.] Pergendum ad alium locum inſignem: videlicet ſtatim mox iterum vulgatus mutilus; & ſcribe itaque ut in noſtro MS. *οὕτως δ' ἂν καὶ ὁ Κρατῖνος ἐν ταῖς Θράτταις εἰρηκὼς εἴη* &c. Ex *Threſſis Cratini*, quas vulgo omiſerant: *Noſter* eas & infra laudat X, 67 & 160. & *Harpocratio* in *ἄρκυς·* Κρατῖνος, ait, Θράτταις. Cæterum *χρυσία* dixit & *Plato* lib. V. Legum: *κεκτημένην δ' αὖ ἀργύρια καὶ χρυσία·* ut antea meum Avum lib. de *Numiſm.* obſervaſſe dixi. JUNG.

Οὕτω δ' ἂν καὶ Κρ. εἰρ. &c.] Melius hæc & locupletius in MSS. quorum lectionem ſumus ſecuti in emaculando textu: *ἐν ταῖς Θράτταις* eſt & in *Falckenburgii* Codice: illaque *Cratini* fabula ſæpiſſime in veterum ſcriptis laudatur: vide *Meurſii Biblioth. Att.* Tum pro iſtis: *Ὅτι τοὺς κόλακας τ' ἐξ* &c. *ἔπαυσεν*, veriſſime reſtituimus eam, quæ eſt in textu, lectionem e MSS. *Κόρακες* de hominibus rapacibus, quique omnia involant, & flexis ad ſe trahunt unguibus, dici, res eſt nota: non itaque moras agamus.

40 *Ὅτι τοὺς κόλακάς τ' ἐξ Αἰγ.* &c.] C. V. *τοὺς κόρακας τἀξ Αἰγύπτου χ. κ. ἔπαυσαν·* quæ in ordinem ita vellem redigere:

> —— *Ὅτι τοὺς κόλακας*
> *Τἀξ Αἰγύπτου χρυσία κλέπτοντας ἔπαυσαν.*
>
> —— *Quod adulantes,*
> *Auri ex Ægypto fures fecerunt deſinere.* KÜHN.

Ὅτι τοὺς κόλακάς τ' ἐξ Αἰγ. &c.] MS. *ὅτι τοὺς κόρακας τἀξαιγύπτου χρυσία κλέπτοντας, ἔπαυσαν.* &c. Poſſumus itaque *κόρακας* & *ἔπαυσαν*, pro vulgatis *κόλακας*, quod *Alcibiades* quis dictavit, & *ἔπαυσεν*, ni fallor, reponere. JUNG.

41 *Οἱ μὲν οὖν χαλκοῖ*] MS. *οἱ μέντοι χαλκοῖ*, *ν.* &c. de *χαλκῷ* nummo *Hoſtus* lib. III. *Rei Numm.* peculiari c. 5. JUNG.

42 *Ὅταν εἴποι Δημοσθ.*] In *Midiana ἀλλ' οὐδὲ χαλκοῦν οὐδέπω καὶ τήμερον·* abeſt *οὐδένα* a noſtris exemplaribus, quod nollem factum; auget enim rei indignitatem multiplicata negatio, magiſque exprimitur, ne minimam quidem partem mulctæ ſolutam eſſe. KÜHN.

Ὅταν εἴποι Δημοσθ.] MS. *ὅτ' ἂν εἴπῃ*. *Demoſthenis* locum eſſe in ea *pro Cor.* ad ſuum Codicem adnotavit *H. Steph.* ſed memoria lapſus: nam in Theſauro ex ea contra *Midiam* protuliſſe *Pollucem* docet: in qua etiam ita legitur totus: ubi antea dixerat *δραχμὴν δ' οὐδέπω μίαν ἐκτέτικεν·* paulo poſt adhuc fortiore negatione: *ἀλλ' ἐπειδήγε ἠτίμωσεν ὃν ἐβουλήθη, καὶ τοῦτ' ἐχαρίσασθε αὐτῷ* &c. *ἐκεῖνο ἐποίησε, τὴν καταδίκην ἐκτέτικε, δι' ἣν τὸν ἄνθρωπον ἀπώλεσεν; ἀλλ' οὐδὲ χαλκοῦν οὐδέπω καὶ τήμερον· ἀλλὰ δίκην ἐξούλης ὑπομένει φεύγειν·* qui locus auctiore negatione forte ex *Polluce* noſtro replendus eſt, *ἀλλ' οὐδὲ χαλκοῦν οὐδέπω καὶ τήμερον οὐδένα.* Dele vero in vulgato contextu *Pollucis* comma poſt *οὐδέπω*, quod nec MS. adgnoſcit. *H. Stephanus* etiam in ſuo Codice hic verbum *ἐκτέτικεν* adſcripſit. Scilicet quod id ex *Demoſthene ὑπακούειν* debeamus. JUNG.

43 *Χρῆσις τὸν χαλκὸν* &c.] MS. *χρ. τὸν χαλκὸν τὸ ἀργύριον λ. ο. οὐ. ἔ. χ. καὶ ὀφείλω χαλκόν.* &c. & putem ita vulgata emendanda & ſupplenda. JUNG.

Χρῆσις τὸν χ. ἀργ. λέγ.] Advocat hunc *Pollucis* locum *Lipſius* de R. N. pag. 10. ubi ex *Ulpiano* de Romanorum uſu notat, *etiam aureos nummos æs dicimus: Cui ſimiles*, addit, *apud Græcos* Pollux *notavit: communis, inquit, & plurium uſus etiam æs argentum dicit*: & huc etiam, credo, reſpexit *Scaliger* de R. N. pag. 11. ubi ex *Epigrammate* adfert elegans verbum *ἀχαλκεῖν*, *pecuniam non habere.* Mox erat vulgo: *ὀφείλων χαλκόν·* nos cum MSS. *ὀφείλω.*

44 *Ἔχει χαλκὸν*, &c.] C. V. *ἔχω* &c. *ὀφείλω χ.* dein omittit *χρυσὸν καί.* KÜHN.

45 *Χρυσὸν καὶ χ.*] In *Epicharmi χρήσει* MS. omittit duas primas voculas *χρυσὸν καί.* JUNG.

Χρυσὸν καὶ χ.] Hic quidem in *Epicharmi χρήσει* de nummis, de pecunia *χαλκὸς* uſurpatur: quod itaque an ſatis Atticum ſiet *Auctor* noſter dubitat; neque, qui pure Atticeque loqui deſtinat, utatur iſta notione vocabulo *χαλκὸς*, niſi *βιαζόμενος*, ac vim quaſi faciens genio ac elegantiæ linguæ: & ſanequam in iſtis prius auctoribus, qui non nimiam habuere nitidæ ſcriptionis curam, *χαλκὸν* pro pecunia poſitum invenias, quam apud eos, qui verborum formularumque loquendi venati ſunt delectum: ſic itaque reperies in *Arriani Epicteticis*, in *Jure Græco*, eodemque modo in *Gloſſis*, quæ *Cyrilli* præ ſe ferunt nomen, *Æſculator*, *χαλκολόγος*, qui minutos nummos, minuta colligit æra: quo de ſimilibuſque *Voſſius ὁ πολυμαθὴς* in *Etymol.* voce *Æs* adeundus eſt: attamen & in *Heſychio* de hac ſignificatione *χαλκοῦ* monetur: Χαλκοῦς, (*χαλκὸς*) *τοῦτο ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου ἔλεγον* in Eodemque

χαλκὸν ὀφείλων· ἴσως δὲ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὅστις βιάζοιτο. καὶ γὰρ [46] εἰ τὸ παρ' Ἀριστοφάνει [47] ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις τὸ νόμισμα δηλοῖ, [48] ὅταν φῆ,

Μεστὴν [49] ἀπῆρα τὴν γνάθον χαλκῶν ἔχων·

93 • ἀλλὰ τὸ [50] μετὰ ταῦτα, ἔστ' ἀμφίβολον,

Ἀνέκραγ' ὁ κῆρυξ, [51] μὴ δέχεσθαι μηδένα
[52] Χαλκὸν τὸ λοιπόν· ἀργύρῳ γὰρ χρώμεθα.

[53] Θουκυδίδης μὲν δὴ καὶ στατῆρας τινὰς Φωκαΐτας κέκληκεν· ἦν δέ τι καὶ νομίσματος εἶδος οὕτως ὀνομαζόμενον· [54] φησὶ γοῦν ἐν τοῖς Ἀπο-

æs debens: fortaſſis idem & apud Atticos, ſi quis torqueat. Tum & illud in Ariſtophanis Concionantibus numiſma ſignificat, cum inquit:

Plenam abiit æris peram habens:

• ſed illud quod ſequitur, ambiguum eſt, 93

Proclamavit præco, ne acciperet ullus
Æreum amplius: argento enim utimur.

Thucydides porro ſtateres Phocaïtes nominavit. Erat vero quoddam numiſmatis genus, ſic dictum. unde narrat in Apo-

paulo ſuperius, *Χαλκολογεῖν, νομίσματα συλλέγειν*· & faciunt huc quæ apud *Suidam* ex *Scholiaſte Ariſtophanis* excerpta leguntur in *χαλκία*· λέγεται δὲ οὕτω καὶ τὸ κακὸν νόμισμα τὸ χρυσοῦν· unde diſcimus *χαλκία* dicta peculiari modo nummos aureos, quibus æris plurimum erat admixtum. *Χρυσὸν* vero, quod & in *Epicharmi* verbis eſt, pro divitiis poni atque opibus res eſt longe notiſſima: *Theophraſt.* Charact. *Eth.* c. 24. καὶ τῷ παιδὶ μάχεσθαι οὐκ ἔχων χρυσὸν νῦν τῷ ἀκολουθεῖν· qui quidem locus mihi cubare in mendo videtur, attulique ut emacularem: ſic itaque reſtituam: καὶ τῷ παιδὶ μάχεσθαι, οὐκ ἔχοντα χρυσὸν αὐτῷ ἀκολουθεῖν· ſenſum optime *Caſaubonus* expreſſit in verſione, quem tamen ut admitteret, ita mutandus, ut poſui, videbatur locus: αὐτῷ pro νῦν τῷ eſt lectionis manuſcriptæ, monente *Galeo.*

46 *Εἰ τὸ παρ' Ἀριστ.*] C. V. ἐν τῷ π. Ἀ. in illo apud *Ariſtophanem* in *Concionantibus:* ubi quidam parcus dicit:

— *Πωλῶν γὰρ βότρυς*
Μεστὴν &c.
— *Vendens enim uvas*
Plenam abii habens maxillam nummulis.

Interpres γνάθον interpretatur *peram*, oblitus eorum, quæ ſupra Auctor ex eodem *Ariſtophane* laudaverat Segm. 63. KÜHN.

Εἰ τὸ παρ' Ἀριστ.] MS. τῷ παρὰ Ἀρ. errore ſolito. JUNG.

47 *Ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζ.*] Fol. 503. prior. edit. γλιάθῳ pro γνάθῳ. SEB.

48 *Ὅταν*] MS. ὅτ' ἄν. JUNG.

49 *Ἀπῆρα τὴν γνάθον*] MS. ἀπῆρε τὴν γνάθον· & bene repoſuit γνάθος noſter *Seberus*, quod & ad ſui Codicis oram emendaverat ita *H. Stephanus*, quum ante inepte vulgaretur γλίαθον· ſed ἀπῆρε noſtri MS. non rectum: ait enim quis ἀνὴρ φειδωλὸς in illo dramate de ſe ipſo. Totus locus eſt, ut videas, quomodo hæc ſe conſequantur, quæ noſter laudat.

— Τοὺς χαλκοῦς δ' ἐκείνους ἡνίκα
Ἐψηφισάμεσθ' οὐκ οἶσθα· φεῦ· καὶ κακὸν γέ μοι
Τὸ κομμ' ἐγένετ' ἐκεῖνο, πωλῶν γὰρ βότρυς
Μεστὴν ἀπῆρα τὴν γνάθον χαλκῶν ἔχων·
Κἄπειτ' ἐχώρουν εἰς ἀγορὰν ἐπ' ἄλφιτα·
Ἔπειθ' ὑπέχοντος ἄρτι μου τὸν θύλακον,
Ἀνέκραγ' ὁ κῆρυξ μὴ δέχεσθαι μηδένα
Χαλκοῦν τὸ λοιπόν· ἀργύρῳ γὰρ χρώμεθα.

Vides autem & hic morem condendi obolos vel chalcos in buccam, ut ruſtici ſolebant in foro res venales habentes: de quo ſupra ad Segm. 63. dixi, ut *Caſaubonum* noſtrum videas ad *Theophraſt.* Charact. περὶ ἀπονοίας. JUNG.

Ἀπῆρα τὴν γνάθον] Τὴν γλίαθον inepte ante *Seberum* edebatur: ſed & ita, ut in aliis eſt MSS. hic locus in Codice *Falckenburgiano* legitur: Μεστὴν ἀπῆρε τὴν γνάθον &c. at habeamus potius, quæ in *Ariſtophanis* extat editis codicibus, illam lectionem, ſiquidem ſenſus ſequelæ conveniat prorſus.

50 *Μετὰ ταῦτα, ἔστ' ἀμφίβολον*] Ambiguitas illa evaneſcet ſtatim, ſimulac textum *Ariſtophanis* in laudata fabula inſpexeris. KÜHN.

Μετὰ ταῦτα, ἔστ' ἀμφίβολον] MS. μετὰ τοῦτο ἀμφ. JUNG.

51 *Μὴ δέχεσθαι*] MS. omittit μὴ δέχεσθαι. JUNG.

52 *Χαλκοῦν τὸ λ.* &c.] MS. χαλκὸν τὸ λοιπόν· ἀργύριον γὰρ χρ. ubi vide an *Pollux* forte χαλκὸν in illo *Ariſtophanis* loco legerit: agit enim hic de χαλκῷ, non liquido ex *Ariſtophane* poſſe probari uſos fuiſſe Atticos παλαιοὺς χαλκὸν, ut nunc ſolent, τὸ ἀργύριον ſignificantes. JUNG.

Χαλκοῦν] Bene eſt, quod in *Jungermanni* MS. ſit χαλκόν· atque ita omnino ſcripſiſſe *Pollucem* mihi perſuadeo, ſiquidem de voce χαλκὸς non χαλκοῦς loquatur: & ſi χαλκοῦν legiſſet num ἀμφίβολον, dubiamve vocis ipſi ſignificationem futuram fuiſſe exiſtimas? non ſanequam magis, quam in adducto paulo ante ſummi Oratoris loco; quippe tum de nummo æreolo, neque aliter, intelligi debebat: non itaque dubitavi in textum reddere Χαλκὸν ad *Pollucis* mentem, quamvis in ipſo ſic *Comico* legi non probem.

53 *Θουκυδ. μὲν δὴ καὶ στ. Φωκαΐτας*] C. V. στατῆρας τινὰς Φωκαΐτας, locus extat lib. VIII. pag. 286. unde in inſula Lesbo & Aſia minori uſitatos fuiſſe hos ſtateres colligere eſt, quod & confirmat *Noſtri* ſuffragium de Poëta quodam, de quo mox plura. *Salmaſ.* ex V. C. Φωκίτας, & videndum indicat *Heſych.* in Φωκαΐς. KÜHN.

Θουκυδ. μὲν δὴ καὶ στ. Φωκαΐτας] MS. Θουκυδίδης δὲ καὶ στατῆρας τινὰς Φωκαΐτας κ. & placet iſtud τινὰς non negligi. Locus vero *Thucydidis*, ni fallor, eſt ille lib. IV. Ξυγγραφῆς, de Mitylenæis & Lesbiis exulibus, qui Rhœtium occuparant: καὶ λαβόντες δισχιλίους στατῆρας Φωκαΐτας, ἀπέδοσαν πάλιν, μηδὲν ἀδικήσαντες. JUNG.

Θουκυδίδης μὲν δὴ καὶ στ. Φ.] Afuit in vulgatis poſt στατῆρας vocula, quæ ſenſum explet, τινάς· in textum itaque repoſui de MSS. Hos autem στατῆρας Φωκαΐτας, qui apud *Thucyd.* IV, c. 52. extant, *Phocaïcos ſtateres* bene vertit politiſſimus *Valla*: a Phocæenſibus nimirum hi cuſi erant; ſed aurum ad eos peſſimum erat adhibitum atque adulteratum, monente *Heſychio*: & prout hoc aurum vilitate ſua fuit celebre, ita contra ea *Colophonium* ſua probitate atque præſtantia plurimum excelluit.

54 *Φησὶ γοῦν ἐν τοῖς ἀποφθ.*] MS. γ' οὖν· ſed quæ ſequuntur cetera *Caſaubonus* noſter Notis ad Perſii vitam illuſtrat, ubi de hoc Perſio Poëta Græco *Phocaenſi*, & ejus urbano dicto in *Eubulum* Atarnenſem: atque merito vulgata corrupta, eaque, ut ſit aliqua ſententia ita legit: τὸν ποιητὴν Πέρσιον (ante inepte γέρσιον legebatur in *Baſil. Florentina* editio Πέρσιον habet etiam) ἀπολούμενον, εἰς Μιτυλήνην ἀποδόντα γράψαι, διότι τοὺς Φωκαΐτας οὓς εἶχεν, ἴσχεν ἥδιον ἐν Μιτυλήνῃ μᾶλλον ἢ ἐν Ἀτάρνῃ· & ejus explicationem potes videre ibidem. Sed MS. noſter a vulgata lectione valde abit, varians etiam in Poëtæ nomine, quem *Perſinum* vo-

phthegmatis Calliſthenes, ab Eubulo Atarnito neglectum Poëtam Perſium profectum,

φθέγμασιν ὁ Καλλισθένης, [55] ὑπ᾽ Εὐβούλου τοῦ Ἀταρνίτου [56] τὸν ποιητὴν Περσῖνον ἀμελούμενον,

car, non *Perſium*, retinetque verbum θαυμάζοντα. omnia autem ita habet poſt Καλλισθένης MS. ὑπὸ Εὐβούλου τοῦ Ἀταρνίτου τὸν ποιητὴν Περσῖνον ἀμελούμενον, εἰς Μυτιλήνην ἀπελθόντα θαυμάζοντα γράψαι, διότι τὰς Φωκαΐδας ἔχει ἦλθεν ἥδιον ἐν Μιτυλήνῃ μᾶλλον, ἢ ἐν Ἀτάρνει καταλάττει. Certe τὰς Φωκαΐδας non temere mutandum videtur: & priores etiam editiones τὰς Φωκαΐτας habebant. *Heſychius*: Φωκαΐς, ὄνομα ἰδίους καὶ τὸ κάκιστον χρυσίον· nec verbum καταλλάττει, quod plerumque a librariis unico λ exaratum, fruſtra MS. ſervavit. Pro ἥδιον, editio *Flor.* ἴδιον habet. Denuo itaque viri doctiſſimi hæc examinabunt, an MS. noſtri lectione adjuti prorſus in integrum reſtituere queant. JUNG.

Φησὶ γοῦν ἐν τ. ἀπ. ὁ Καλλ.] *Calliſthenes* hic quis, quive & unde patria fuerit compertum non habeo liquide: *Calliſthenis* quidem *Sybaritæ* plurima collegit ſcripta *Meurſius* in *Bibliotheca Græca*, & in his ἀποφθέγματα quoque ex hoc *Pollucis* noſtri loco: ſed illa non omnia unius fuiſſe *Calliſthenis* mihimet ipſi perſuadeo: præter hunc enim *Sybaritam* fuit & *Olynthius* *Æliano* de *Anim.* XV. cap. 30. adductus, quem de *Lyciis* retuliſſe capris, non nominato libro, commemorat: huic ſaltem adſcribam quoque Κυνηγετικὰ *Plutarcho* de *Fluminibus* citata, & ex iis hauſiſſe puto quæ de *Lyciis* habet ex *Calliſthene* capris *Ælianus*: interim ad mentem meam hic diſpeſcam *Calliſthenum* opera: *Calliſthenem*, qui ſcripſit Ἑλληνικὰ, & περὶ Ἱεροῦ πολέμου, quo de *Diodorus Siculus* libr. XII. ubi ἱστοριογράφον appellat, ſcriptique initia atque fines monſtrat, auctorem τῶν ἀποφθεγμάτων eſſe quoque putem: tum *Calliſthenis Sybaritæ* Γαλατικὰ fuerint Θρακικὰ, Περίπλους & Μακεδονικὰ, ex quibus quæ *Tertullianus* habet de *Animo* petita credo: hujus an fuerint etiam τὰ περὶ μεταμορφώσεως dicere non habeo: puto tamen: præter adductos *Meurſio* locos & *Michaëli Apoſtolio Cent. I. §. 79.* *Calliſthenes* citatur ἐν β μεταμορφώσεως· *Olynthii* demum *Calliſthenis* fuere Κυνηγετικὰ, ut conjectabam modo: eidemque *Olynthio* philoſopho Τὰ Περσικὰ quoque adſcribenda probabili evincam argumento: itaque rem perſequi lubet paulo latius. *Calliſthenes Olynthius* fuit *Ariſtoteli* propinqua cognatione conjunctus, ſiquidem *Herone* genitus ſummi philoſophi conſobrina: illum ergo *Stagirita* puerum eduxit, atque melioribus inſtruxit artibus: qua de omni re teſtis eſt in *Alexandri* vita *Plutarchus*: καὶ γὰρ ἐτέθραπτο Καλλισθένης παρ᾽ αὐτῷ (Ἀριστοτέλει) διὰ τὴν συγγένειαν, ἐξ Ἡροῦς γεγονὼς ἀνεψιᾶς Ἀριστοτέλους. Moribus fuiſſe dicitur ſubruſticis atque aſperis ab *Arriano*, quos tamen eum *Plutarchus* viriles oſtentaſſe liberæque congruos philoſophiæ pronunciat. Ad *Alexandrum* veniſſe putabatur pro civibus ſuis oratum, ut cum iis reſtitutis atque reductis patriam poſſet incolere: ſic quidem, ea de re *Plutarchus*: ſed cum vero *Trogi* compilator, neſcio quo auctore, *ab ipſo rege ad prodenda memoria acta ejus accitum commemorat: &* illum quoque poſteris tradidiſſe res *Alexandri* geſtas conſtat, ſiquidem, *Arriano* teſte, gloriatus ſit ſe ad Regem veniſſe, non, ut ſibi ab eo honorem compararet atque laudem, ſed ut immortale faceret *Alexandri* decus atque nomen ſcriptis ſuis: quæ tamen caſtiſſimum atque prudentiſſimum philoſophum dixiſſe non mihi perſuadeo: potius a malivolis conſtructa falſe credam: illius autem uſum, dum *Alexandri* res geſtas commemorat, bis terve *Plutarchum* teſtimonio deprehendo, & in iſtis talibus quidem, quæ *Calliſthenis* præceſſere mortem. Περσικὰ vero id operis inſcriptum, quod in iſto libro Perſarum res atque reges omnes ad ſuam uſque memoriam recenſuerit; nam & de *Sardanapalis* eum egiſſe Grammaticorum indicio novimus, & hunc ea de ratione librum ab eo conſcriptum puto, ut, narrata expoſitaque Perſici imperii magnificentia atque opibus, melius & planius de virtute *Alexandri*, qui illud devicerit, conſtaret ac judicari poſſet; fuerit itaque, tanquam prodromus hiſtoriæ *Alexandri*. Perhibetur autem tam largo eloquii abundaſſe flumine, ut, laudatis in convivio Macedonibus eorumque actis, plauſum omnium atque jactas in ſe meruerit coronas: inter eos, qui pthiriaſi periere, hunc noſtrum Καλλισθένην τὸν Ὀλύνθιον *Plutarchus* enumerat in *Sylla*; ſed tempus eſt, ut ab hoc diſcedamus. *Plutarchus* autem indicto, unde habeat, libro *Calliſthenis* haud raro facit mentionem, ſed plerumque tamen unde ſint, cujuſve facile cognoſcas ex materia. ſuperius ubi de *Anaxandride* dictum, magni *Chæronenſis* adtulimus locum e *Quæſtionibus* Græcis, ubi de Pythia *Calliſthenis* & *Alexandridæ* nixa teſtimoniis paucula tradit, quæ quidem ad *Calliſthenis* hiſtoriam de *Sacro Bello* referenda ipſa rerum ſimilitudo poſcere videtur; ſic & in *Ariſtide*, *Pelopida* & *Cimone* quæ citat ex eo, in *Hellenicis* extitiſſe veri non eſt abſimile. Meminit & *Calliſthenis Iſaacius* ad *Alexandram Lycophronis* v. 519. ἢ ὅτι, κατὰ Καλλισθένην, τρίτῃ τοῦ μηνὸς ἐγεννήθη· ideo ſcilicet *Minerva* τριγένητος appellatur: ſed hoc quidem loco vitio poſitum *Calliſthenis* nomen pro *Eratoſthene* cenſebo, quem in eadem re *Phavorinus* habet, ut monetur in emendationibus ad *Tzetzis* Commentarios. Sed horum eſt affatim.

55 Ὑπ᾽ Εὐβούλου] *Eubulus* ille dicitur *Atarnites*, quod Tyrannus eſſet Aſſi & Atarnes: Atarne Thraciæ civitas: ut apud *Photium Helladius*, alias Myſiæ ad Helleſpontum, id eſt, Bithyniæ eſt: *Strabo* collocat in littore Troadis inter *Adramytium* & *Pitanam*. Non magni momenti oppidum fuiſſe vel ex eo colligas, quod cum Satrapa Perſicus *Antophradates* obſidionem ejus cogitaret, *Eubulus* eo audito juſſerit nuntiari *Antophradati* ut temporis pariter & ſumptuum in obſidione conſumendorum rationem iniret, & cognito pretioſam fore obſidionem ſibi multo minorem ſummam ſi daret, ſe oppido ſuo ſponte demigraturum. *Antophradates* cum hæc ad animum revocaret, incepto deſtitit. Hic *Eubulus* menſarius primum ingentem vim pecuniæ confecit: poſtea Aſſum & Atarnem occupavit, in eo fideli opera uſus ſervi ſui *Hermiæ*. *Strabo* lib. XIII. pag. 610. Habuit autem hic *Dynaſta* penes ſe Philoſophos, quos audiebat, alebatque liberaliter, unde apud *Suidam* in Ἑρμείας & ipſe dicitur *Philoſophus*. *Gyraldus* Dialog. VII. de Poët. hunc *Eubulum* confundit cum *Eubulo Comico*, dubitat tamen annon alter ſit, ſed quod addit, *Pollucem* tradere *Perſinum* Poëtam de *Eubulo Atarnite* ſcripſiſſe, διότι &c. id manifeſte indicat, non ſatis eum cepiſſe *Pollucem*. KÜHN.

56 Τὸν ποιητὴν Πέρσιον] Prior. edit. Πέρσιον· & mox τὰς Φωκ. ἃς εἶχε· vid. *Caſaubonus* Notis ad Perſii vitam. SEB.

Τὸν ποιητὴν Πέρσιον] C. V. Περσῖνον, unde fecit Illuſtris Dn. *Obrechtus* Περγῖνον Poëtam *Mileſium*, quem *Suidas* inter *Orphaicos* Scriptores commemorat, in voce Ὀρφεύς· male *Gyraldus* Dialog. de Poët. IV. *Perſium Poëtam Græcum* hinc extudit, de quo ſit *Eubuli Atarnitis* dicterium de *Phocaitis*: nec felicior *Caſaub.* in Notis ad vitam *Perſii* hunc Poëtam fecit *Phocæenſem*. KÜHN.

Τὸν ποιητὴν Πέρσιον] Ita *Sebertus* edidit, cum in *Baſileenſi* Πέρσιον typi vitio legeretur; nam certe non in *Florentina* tantum, ſed & editione *Veneta* apud *Aldum* Πέρσιον expreſſis conceptum literis extat, quod & in *Falckenburgii* Codice notatum reperio: & hæc quidem lectio quam proxime ad veram MSS. accedit; eamque *Kuhnio* præeunte, textui reddidimus, Περσῖνον. *Perſinum* Poëtam hunc in ſcriptis veterum rariſſimum attendent eruditi viri, atque ſibi notabunt, ſi

εἰς Μιτυλήνην ἀπελθόντα [57] θαυμάζοντι γράψαι, [58] διότι τὰς Φωκαΐδας, ἃς ἔχων ἦλθεν, ἥδιον ἐν Μιτυλήνῃ μᾶλλον, ἢ ἐν Ἀτάρνῃ καταλλάττει.

Mitylenam. mirari ſe (ad eum) ſcripſiſſe: quod Phocaïtas, quos haberent, Mitylenæ haberent libentius quam Atarnæ.

94 • ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ Ζ.

[59] Περὶ τῶν ἐν συμποσίοις παιδιῶν, περὶ κύβων, περὶ πεττῶν, [60] καὶ τοῦ κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς, καὶ τῶν ἑξῆς.

Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν συμποσίοις παιδιῶν, οἷον κοττάβων, καὶ [61] γρίφων, καίπου καὶ περὶ κύβων προειρήκαμεν, οὐκ ἂν φαῦλον εἴη [63] διὰ βρα-

• CAPUT VII. 94

De ſympoſiorum ludis, talis, teſſaris, movebo hunc a ſacra linea, & cæteris.

QUandoquidem vero de ſympoſiorum ludis, utpote cottabis, & griphis, atque teſſaris prædiximus: non abſurdum nimirum fuerit, breviter ludo-

forſitan alicubi reperire contingat, unde lux poſſit affulgere *Pollucis* loco: *Suidam* profecto voce Ὀρφεὺς, unde Περγῖνον hic apud *Pollucem* reſtitutum volebat *Obrechtus*, prætuleram emendari ex MS. *Onomaſticographi* noſtri lectione Περσῖνον neque obſtat cur non eundem cum hoc *Polluceo* putemus: & itaque inter *Orphicos* numerandus eſt hic *Perſinus*, quorum plerumque nomina deliteſcunt, nec ſcripta poëmata minus, ſiquidem non ita fuerint in vulgus ſparſa, ſed inter homines ut plurimum ſacros adſervarentur; quod tibi conſtabit confirmatius, ſi dicto *Suidæ* loco videris recenſitos, quorum plerorumque nomen alibi temere non legas: adde, quod ſuo ſibi proprio non citari ſoleant nomine, ſed Ὀρφικῶν, ut apud *Scholiaſtem Euripidis*, *Apollodorum* alioſque. Ab his nunc diſcedamus, quæ felicius alii. Sequitur mox θαυμάζοντα γράψαι, quod puerili errore in *Meurſii Bibliotheca Græca* vertitur: *admiranda ſcripſiſſe*: alieniſſimum id a verbis: ſed nobis quidem rem acu tetigiſſe *Kühnius* videtur, qui θαυμάζοντι reponat: error haud dubie ex ſimili præcedentis vocis termino progenitus: in textum itaque dedi: θαυμάζοντι ſcilicet *Eubulo Atarnitæ*: id eſt in Græcis Ἀταρνίτου, & recte quidem: ſcribitur tamen alibi quoque Ἀταρνήτης, & *Pauſaniæ* Ἀταρνίτης eſt & Ἀταρνεὺς, *Atarnenſis*, in *Stephano* & *Suida*.

57 Θαυμάζοντα] Terminatio irrepſit ex præcedenti ἀπελθόντα· exiſtimo enim *Pollucem* ſcripſiſſe θαυμάζοντι, ſc. *ſcripſit Eubulo abitum ejus demiranti* &c. KÜHN.

58 Διότι τοὺς Φωκαΐτας] Senſus Apophthegmatis obſcurior eſt propter corruptelas textus. C. V. ita legit: διότι τὰς Φωκαΐδας ἔχων ἦλθεν ἥδιον ἐ. μ. μ. ἢ ἐν Ἀτάρνῃ καταλλάττει; ex quibus hanc exſtruerem lectionem, ὅτι δὴ οὓς Φωκαΐτας ἔχων ἦλθεν, ἥδιον ἐν Μιτυλήνῃ μᾶλλον ἢ Ἀτάρνῃ καταλλάττει· ſcripſit miranti, *quod Phocaïtas, quos ſecum habuit, cum veniſſet Atarnem, libentius Mitylenæ quam Atarnæ permutet*; quo dicterio perſtringit *Eubulum*, quod Atarnæ ſui nullam habuerit rationem, ſiveritque ſuo ſe vivere ſumptu permutando *Phocaïtas* minutioribus nummulis; at ſi ita ſibi vivendum ſit, ſe inquit malle Mitylenæ in urbe elegantiori & copioſiore, quam in oppidulo Atarnenſi ſuo ſe alere ſucco: alluditur ſimul ad priorem vitam *Eubuli*, cum lucro collybiſtico pingueſceret ἐπὶ τραπέζῃ. Hæc mihi quidem videtur ſimpliciſſima hujus dicterii interpretatio. *Caſauboni* explicationem ex verbis textus vix poteris elicere. Ex Lectione C. V. ita etiam haberet textus: θαυμάζοντι ἔγραψε, διότι τοὺς Φωκαΐτας, οὓς εἶχεν ἐλθὼν, ἥδιον ἐν Μιτυλήνῃ καταλλάττῃ ἢ ἐν Ἀτάρνῃ· *miranti* (Eubulo) *reſcripſit Perſinus, ſe propterea Atarnæ abiiſſe, quod Phocaïtas, quos ſecum habuit, cum veniſſet Atarnem, libentius Mitylenæ permutet quam Atarnæ*: id eſt, ſuo ſumptu malit vivere Mitylenæ quam Atarnæ in oppido obſcuro & ignobili. KÜHN.

Διότι τοὺς Φωκαΐτας, &c.] Et hic itaque tot ſuperatis difficultatum ſcopulis in ipſo moleſtiſſimi capitis coronide nobis carceres anhelantibus objicitur, quod mentem noſtram detineat occupatamque habeat totam? bono tamen agamus animo, ſi & hæc feliciter expedire ſors dederit. In Codicis itaque *Falckenburgiani* Excerptis omnia vulgata retinentur exacte, non ulla mutata vocula; niſi quod adjicitur in fine καταλλάττειν· unde profecto hanc omnibus abſolutam numeris atque concinnam prorſus potueris efficere lectionem: ὅτι δὴ τὰς Φωκαΐδας, ἃς εἶχον, ἔσχον ἥδιον ἐν Μιτυλήνῃ μᾶλλον, ἢ ἐν Ἀτάρνῃ καταλλάττειν· *quod equidem ſtateres Phocaïcos, quos habui, Mitylenis libentius quam Atarnæ commutare voluerim*; ſeu: *Mitylenis ſuavius atque pacatius quam Atarnæ commutare potuerim*: nam quidem Atarnæ, præterquam quod ipſi ſuo ſumtu vivendum erat, ab arbitrio tyranni pendere, illumque oculis ferre neceſſe fuit, cum Mitylenis potuerit liberius animoque quietiore Phocenſes ſuos, quos Atarnam ſecum attulerat, ſtateres impendere comparando victui. rebuſque quas deſiderabat, aliis. Sed tamen maluimus utriuſque Codicis *Voſſiani* & *Palatini* nixam auctoritate lectionem in textum deferre: nihil a nobis in iſta mutatum, ſi ἃς modo exceperis, quam voculam ſenſui fulciendo inſeri res ipſa poſtulabat; & ea quidem in re *Kühnium* habemus conſentientem aliquatenus. Videtur autem *Perſinus* ille invitatus Atarnam ab *Eubulo*: apud quem dum moratur, de ſuis ſibi divitiis vivendum eſſe cum videret, Mitylenas *Eubulo* relicto conceſſit, neque injuria; ſiquidem evocatis a regibus eruditis viris omni modo honorem haberi mos obtinuerit: aluiſſe quam plurimos publica σιτήσει, atque egregio foviſſe ſtipendio, qui curis eruditis incumberent atque toti vacarent, *Ptolomæos*, res eſt, quam ut moneri debeat, notior: celeberrimum exinde Muſæum Alexandriæ, quo de *Caſaubonus* ad *Suetonium*: neque aliter Imperatores Romani fecerunt, qui σίτησιν publicam honoris ergo in eruditos viros contulere non raro, qua de re liquet e *Philoſtrati Sophiſtis*. De cetero dicti ſenſum aperuit luculenter Doctiſſ. noſter *Kühnius*.

59 Περὶ τῶν ἐν συμπ.] Sequitur caput ludicrum, cujus titulus MS. a vulgato non diſcrepat, niſi quod mox deſit particula τῶν. In his luſibus MS. noſter ſerio certe reſtituere nos admonebit multa. JUNG.

60 Καὶ τοῦ κινήσω] Hoc & reſidua tituli abſunt a C. A. KÜHN.

61 Γρίφων] MS. γρίφων, καίπου περὶ κ. ſine καὶ medio. Cæterum de luſibus conviviorum, cottabis & gripho ſupra dixit lib. VI. c. 19. περὶ κύβων vero ſine lib. VII. Segm. 203 & ſeq. JUNG.

62 Φαῦλον] MS. φαύλων. JUNG.

63 Διὰ βραχέων] *Salm.* διὰ βραχέος. KÜHN.

Διὰ βραχέων] Devolvimur itaque ad caput ludicrum curaſque puerilles, in quibus tamen omnem ſerio dili-

rum

rum nomina percurrere, obſcuritatem eorum explicantes. De teſſaris quidem, bona & mala teſſararum fortuna uti dicitur: tum & jactu infœlicem & fœlicem
95 eſſe. * Notandum vero, quod teſſara illud ipſum eſt quod jacitur: & inſculptum ei concavitatis ſignum, figura ſcilicet, vel linea, jactus numerum ſignificans. Et maxime

χέων ὀνόματα [64] παιδιῶν [65] ἐπιδραμεῖν, [66] παρεξηγούμενοι τὴν ἐν αὐτοῖς ἀσάφειαν. [67] Ἐν μέντοι γε τοῖς κύβοις τὸ δυσκυβεῖν, καὶ εὐκυβεῖν, ὀνομάζεται· καί που καὶ [68] τὸ δύσβολον, [69] καὶ τὸ εὔβολον εἶναι. * Ἰστέον ὅτι κύβος [70] αὐτό τε τὸ βαλλόμενον καλεῖται, [71] καὶ ἡ ἐν αὐτῷ κοιλότης, τὸ σημεῖον, [72] ὁ τύπος, ἡ γραμμή, τὸ δηλοῦν τὸν ἀριθμὸν τῶν βληθέντων· [73] καὶ μάλιστά γε ἤγε 95

gentiam adhibendam eſſe ſentio, ut qua corrupta reſtituantur priſtino nitori, qua obſcura & intricata expediantur, atque lucem accipiant. Non pauci ſunt, qui in hoc puerilium ludorum ſtadio cum laude decucurrerunt, inter quos *Meurſium* omni jure reponas, qui hanc materiem effuſe, qua veterum erat vaſtiſſima lectione inſtructus, tractavit, atque luci expoſuit: neque ſua tamen laude fraudandi vir Eruditiſſimus *Cæſar Bulengerus*, *Daniel Souterius*, & *Andreas Senſtlebius* utrique poſteriores de *Aleatoribus* & *Alea*: his tamen pleriſque palmam in hoc certamine præripit vir Orientalis literaturæ peritiſſimus *Thomas Hyde* de *Ludis Orientalibus*, quo quidem acutius nemo in iſtis verſatus eſt ludicris, quippe qui pleraque, pauculis exceptis, expedivit, & facta cum iſtis, qui vigent hodie, luſibus comparatione plurima luce perfudit. Hos autem ſi quis advocare voluerit & in conſilium adhibere, cum ubere fructu hoc *Polluceum* caput evolvet: nos tamen id operam dabimus, ut, ſi quid aut ad emendandum, aut ad *Pollucem* egregie habeant illuſtrandum, in noſtris hiſce ſtricturis, quantum per urgentem temporis articulum licuerit, exhibeatur. Cetera vero, ſi quæ de his luſibus ab aliis necdum obſervata teneamus, commodiori loco alias exponere eſt animus, inceptis modo lector benivolus faverit. Non diſſimili loquendi ratione præcedens caput exorſus eſt auctor noſter: *οὐ φαῦλον ἂν εἴη βραχέα καὶ περὶ νομισμάτων εἰπεῖν·* & itaque reſpexerit eo forſitan Codicis *Voſſiani* amanuenſis, qui reddidit *εἰπεῖν* pro *ἐπιδραμεῖν*, quod tamen vulgatum prætulerim. Mox erat *ἐξηγούμενος τὴν ἐν αὐτοῖς ἀσ.* ſed MSS. melius *παρεξηγούμενοι τὴν ἐν αὐτοῖς ἀσ.* quod itaque in textum reſtitui.

64 Παιδιῶν] MS. *παιδίων*, errore quo fere alias: infra tamen Segm. 96. recte *παιδιᾶ* habet. JUNG.

65 Ἐπιδραμεῖν] C. V. *εἰπεῖν*. KÜHN.

66 Ἐξηγούμενοι] MS. *παρεξηγ. τὴν ἐν αὐτ.* SEB.

Ἐξηγούμενοι] Uterque Codex *παρεξηγούμενοι*, *obiter narrantes*: pro *ἀσάφειαν* leg. C. A. *ἀσφάλειαν*, uti ſupra Segm. 67. at C. V. & *Salm.* *τὴν ἐν αὐτοῖς ἀσάφειαν*. KÜHN.

Ἐξηγούμενοι] MS. *παρεξηγούμενοι τὴν ἐν αὐτοῖς ἀσάφειαν·* quam lectionem & MS. *Seberi* noſtri *Auguſtanus* habet: eam ego meliorem & rectiorem vulgata non vereor pronunciare. JUNG.

67 Ἐν μέντοι γε τ. κύβ. τὸ δυσκ.] MS. *κύβ. ὅπου τὸ δυσκ.* SEB.

Ἐν μέντοι γε τ. κύβ. τὸ δυσκ.] C. A. *ἐν μέντοι τοῖς κ.* præmiſſo titulo *Ὅσα ἐν κύβοις·* *γε* etiam delet *Salm.* poſt *κύβοις* leg. *ὅπου· & ita legendum*, inquit, *ſi tollatur τελεία στιγμὴ ante ἰστέον·* dein, *ἰστέον δέ.* KÜHN.

Ἐν μέντοι γε τ. κύβ. τὸ δυσκ.] MS. *ἐν μέν γε τοῖς κύβοις, ὅπου τὸ δυσκυβεῖν τε καὶ εὐκυβεῖν, ὀνομάζεται, καίπου* &c. Illud *ὅπου* & *Seberi* MS. habet: *δυσκυβεῖν* & ſupra habuiſti VII, 204. ubi & *εὐκυβεῖν·* *δυσκυβοῦντες* & apud *Athenæum* initio lib. XV. forte ex *Platonis Διὶ κακουμένῳ* excerptum, ubi id & *Scholiaſti Ariſtophaneo* reponit *Caſaubonus* noſter XV. *Athen.* 1. JUNG.

68 Τὸ δύσβολον &c.] Δύσβολος, cui, ut eſt apud *Propert.* IV, 9. *damnoſi ſubſiluere canes.* SEB.

Τὸ δύσβολον &c.] MS. *τὸ δύσβολον, καὶ εὔβολον* (ſine præcedenti *τὸ*) *εἶναι·* male autem *εὔβουλον* exaraverat ſcriba: quod *υ* eraſum tamen eſt penitus: *δυσβόλων βόλων* & ſupra enumeratio eſt VII, 204. JUNG.

69 Καὶ τὸ εὔβολον] C. A. omittit *τό*. KÜHN.

Καὶ τὸ εὔβολον &c.] Hinc *εὐβολεῖν* *Luciano* de *Amoribus*: *μάλιστα δ' εἴ ποτε τὴν θεὸν αὐτὴν εὐβολήσειε· præcipue quidem, ſi fortean aliquando ipſam Venerem felici jactu ſortiatur*: & *εὔβολος* itaque, *qui felices plerumque ſortitur jactus*, cui *δύσβολος* contrarius: utrique dicuntur aut *εὐβολεῖν* vel *εὐκυβεῖν*, aut *δυσβολεῖν* vel *δυσκυβεῖν·* *δύσκυβος* autem vel *εὔκυβος* neutiquam ea notione, qua *δύσβολος* & *εὔβολος*, eſt in uſu. *Ariſtænetus* lib. I. Ep. 23. *ἐμὲ γὰρ καταλλάξασαν ἄπληστος ἑταίρα, καὶ πεσσοὶ πίπτοντες ἀτυχῶς μὲν ἐμοί, εὐβολώτερον δὲ τοῖς ἐναντίοις*; ut egregie pro *εὐβουλότερον* emendavit *Salmaſius*: quo vitii genere *Suidas* habet: *Μίδας κύβου ὄνομα εὐβουλοτάτου, καὶ παροιμία, Μίδας ὁ ἐν κύβοις εὐβουλότατος·* utrobique reſtituendum *εὐβολώτατος*, quod & *Eraſmus* victurum ſemper nomen fecerat, & egregie *Proverbia Vaticana* confirmant, in quibus & *Eubulum* ἐν *Κυβευταῖς* id jactus habere monetur: non eſt itaque quod Codicem MS. in *Suida* nil variare prætendat *Schottus*.

70 Αὐτό τε τὸ βαλλ. ἂν εἴη] MS. *βαλλόμενον καλεῖται.* SEB.

Αὐτό τε τὸ βαλλ. ἂν εἴη] C. A. *αὐτὸ τὸ βαλλόμενον καλεῖται·* quod *καλεῖται* habet *Salmaſ.* etiam. KÜHN.

Αὐτό τε τὸ βαλλ. ἂν εἴη] MS. *βαλλόμενον καλεῖται*, pro *ἂν εἴη·* & habet etiam MS. *Seberi* illud *καλεῖται*, reponique id malim. JUNG.

71 Καὶ τὸ ἐν αὐτῷ κοιλότητος σ. &c.] E MS. & *Had. Jun.* Animadverſ. II. cap. 4. prior. edition. *κυλοτ.* SEB.

Καὶ τὸ ἐν αὐτῷ κοιλότητος σ. &c.] C. A. *καὶ ἐν αὐτοῖς κοιλότης.* C. V. *καὶ ἡ ἐν αὐτῷ κοιλότης τὸ σημεῖον.* KÜHN.

Καὶ τὸ ἐν αὐτῷ κοιλότητος &c.] Sed hic quidem MS. noſter longe meliora habet: *καὶ ἡ ἐν αὐτῷ κοιλότης, τὸ σημεῖον*, &c. Vel enim valde fallor, vel non recte acceperunt hæc viri docti, ut *Junius* II. animadv. 4. quaſi *Pollux* diceret *κύβον* tam de jactu ipſo, quam nota jactus accipi: hoc alterum enim vix verum eſt, illud quidem in primis de monade, ut noſter addit: & alias, ſi *δύο*, vel *τρία*, numerus ὁ *δηλούμενος*, ſcilicet adjungeretur. Hoc enim, ſi bene capio, ait *Pollux*: Sciendum eſſe, quod & ipſe jactus vocetur *κύβος·* cavitas vero in ipſo *κύβῳ*, illam adpellari *σημεῖον*, & *τύπον*, & *γραμμήν*, quæ ſit id ipſum quod indicet numerum, quem jactus contineat. JUNG.

Καὶ τὸ ἐν αὐτῷ κοιλότητος] Aliter MSS. & melius, *καὶ ἡ ἐν αὐτῷ κοιλότης·* ſic itaque textus habet: neque hæc aliter reſtituit *Salmaſius* ad *Hiſtor. Aug. Scriptores*, ut paulo poſt, ubi totum eruditiſſimi viri producemus locum, patebit.

72 Ὁ τύπος] C. A. *τύπος, γραμμή, δηλοῦν τ. ἀ. τ. β.* &c. KÜHN.

73 Καὶ μάλιστά γε ἤγε μονάς, &c.] C. V. *ἀληθέντων καὶ μάλιστα ἡγεμόνες ἡ ἐν αὐτοῖς ὄνομα εἶχε κύβος καλεῖσθαι.* C. A. *β. κ. μάλιστα ἡγεμόνας ὁ ἐν αὐτοῖς ὄνος καλεῖσθαι εἶχε κύβον·* unde legi facile poterit: *καὶ μάλιστα ἤγε μονὰς ἡ ἐν αὐτοῖς ὄνομα εἶχε καλεῖσθαι κύβοι.* *Salmaſ.* in *Vopiſci Proculum* locum ita conſtituit:

μονὰς, ἢ ἐν αὐτοῖς, ὄνομα εἶχε κύβος καλεῖσθαι, καθάπερ καὶ ὁ παροιμιώδης λόγος [74] *μηνύειν ἔοικε,* [75] Ἢ *τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς κύβοι· τῷ*

unitas, quam aſinum nominant, teſſera dici obtinuit: ſicuti & Proverbium teſtari videtur, Aut ter ſex, aut tres teſſeræ. Fo-

καὶ μάλιστα ἤγε μονὰς, ἡ παρ' Ἴωσιν οἴνη, εἶχε καλεῖσθαι κύβος· nec aliter *Idem* Notis in h. l. huc, puto, ibat Auctor, vocem *κύβος* homonymia quadam inter alia ſignificare unionem vel monadem: idque probat proverbio: *ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι*, Ionice, *ἢ τρεῖς οἶναι* ita enim legendum, quamvis C. V. habeat mox *σὶξ τρὶς κύβοι·* aut *Cæſar* aut *nihil*, alias dicimus eodem ſenſu: vide *Schottum* in *Zenobium*. KÜHN.

Καὶ μάλιστά γε ἥτε μονὰς, &c.] Mire videtur monſtroſa lectio MS. quæ hæc eſt: *καὶ μάλιστα ἡγεμόνες· ἡ ἐν αὐτοῖς, ὄνομα εἶχεν κύβοι καλεῖσθαι, καθάπερ* &c. ſed non eſt adeo præter unum monſtellum: & vel valde fallor, ita hæc omnia certe legenda: *καὶ μάλιστα ἤγε μονὰς, ἡ ἐν αὐτοῖς, ὄνομα εἶχε κύβοι καλεῖσθαι.* Hoc enim ait, quum prædixerit & *τὸ βαλλόμενον* vocari *κύβον· & imprimis*, inquit, *unio, qui in teſſeris, nomen habebat illud, ut vocaretur κύβον·* cui rei exemplum ſubjungit ex parœmia; ubi nihil plane de ὄνῳ, cui hic nullus locus, ſed infra in aliis ludis ut in *Οὐρανίᾳ σφαίρᾳ* Segm. 106. de qua etiam *Eraſmus* cepit illud *Rex aut Aſinus* in Adagiis, ut in Oſtracinda Segm. 112. Ille vulgatus ὄνος vero, quem & ſupra dixi ad VII, 204. forte ex ὀνὸ, ut & vocabulum ὄνομα ſcribebant, credo, decurtato compendio, exortus eſt: & in errorem impulit doctiſſimum *H. Junium*, ut ibidem oſtendi. Impulit & *Cœl. Calcagninum* in diſſertatiuncula de Teſſeris, ubi quoque exiſtimat *τὴν μονάδα* dictam ὄνον· quam *οἴνην* potius Iones vocaſſe ſupra declaravi. JUNG.

Καὶ μάλιστά γε ἥτε μονὰς] Aliter longe ac in vulgatis MSS. hunc locum exhibent, ad quorum itaque normam integrum reſtitui decuit: habebatur ante nos in textu: *ἢ ἐν αὐτοῖς ὄνος καλεῖσθαι εἶχε κύβον·* quæ quidem verba ad commodum ita ſenſum effingi facile ſit: *καὶ μάλιστά γε ἥτε μόνας, ἡ ἐν αὐτοῖς* vel *ἡ καὶ ἐν αὐτοῖς οἰνὸς, καλεῖσθαι εἶχε κύβος· & præcipue vero unio, quæ & in iſtis* (teſſeris) *œnus, appellari obtinuit κύβος·* ita nimirum libro VII, 204. noſter *Auctor*: *Χῖος, ὃν καὶ κῖον ἐκάλουν, καὶ οἰνὸν καὶ οἰνήν· ἔστι δὲ καὶ οἰνὴ παρὰ Ἴωσι μονάς.* Non equidem alias hoc capite, ubi maxime decebat, *οἶνον* aut *οἰνὴν* habuerit *Pollux*, niſi ſic hoc loco reſtitueris, quo dixi modo: præſtat tamen MSS. auctoritati honorem haberi. Jam quoque fuerit opportunum, quam alii ad hunc locum medelam adferre conati ſint, ſcire, & errorem, qui inde ſit ortus, haud levem commonſtrare. In *Meurſio* de *Græcorum Ludis* ſub voce *Κυβεία* ita conceptum video atque diſtinctum *Pollucis* noſtri locum: *καὶ μάλιστά γε ἥτε μονὰς, ἡ ἐν αὐτοῖς ὄνος καλεῖσθαι εἶχε, καὶ κύβος·* quo calidiori audacia *Salmaſius* ad *Vopiſcum* ita ſe partim ex veteris exemplaris auctoritate, partim ex conjectura reſtituere dicit: *Ἰστέον δὲ ὅτι κύβος αὐτὸ τὸ βαλλόμενον καλεῖται, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ κοιλότης, ὁ τύπος, ἡ γραμμὴ, τὸ δηλοῦν τὸν ἀριθμὸν τῶν βληθέντων· καὶ μάλιστα ἤγε μονὰς, ἡ παρ' Ἴωσιν οἴνη, εἶχε καλεῖσθαι κύβος, καθάπερ καὶ ὁ παροιμιώδης λόγος μηνύειν ἔοικεν, Ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς κύβοι.* In ceteris quidem recte, & pleraque ſic etiam in textum recepimus: ſed id *ἡ παρ' Ἴωσιν οἴνη* & a vulgatæ lectionis veſtigiis, & a MSS. recedit quam plurimum: non tamen eſt dubium, quin, dum hæc ita reſtitueret *Salmaſius*, præ oculis ſibi habuerit alterum illum a nobis adductum *Pollucis* noſtri locum; & moremur licet; ſiquidem *Pollucis* id illuſtrandi gratia fiat: in iſtis Auctoris noſtri verbis *Meurſius*, illumque ſecuti *Bulengerus* & *Senſtlebius* ὄνον invitis Muſis aggreſſi ſunt reponere; hi nimirum omnes, quibus & *Tiraquellum* ad *Alexandrum ab Alexandro* adnumeres, ſibi perſuaſum habuere, non alio quam hoc *Pollucis* noſtri commaculato loco ni-

xi, unionem inter jactus dictum fuiſſe a Græcis ὄνον· ſed iſtos quidem, acerbius quamvis, aſinos eſſe pronunciat *Salmaſius*, qui ὄνον in *Polluceo* loco defendere velint: & preſſius adhuc dum *Thomas Hyde*: *Qui enim unitatem etiam aſinum dici exiſtimant, errant, & ipſi ſunt aſini: nam in teſſeris ὄνος idem quod οἴνη, in taliis κύων dictus*: dixiſſe potius debuerat *οἶνος*· nam nihili vox eſt in hac re ὄνος, quæ quoque deceptum habuit optimum *Schottum* ad *Zenobii Proverbia*, ubi cubos eſſe uniones ὄνους teſtem adfert *Pollucem*, apud quem *οἴνους* vitioſe ſit editum non ſemel: ſed in *Polluce* tam, quam in *Zenobio* retinendum *οἶνος*, *œnus*, *unus*: & vero qui hanc primus ſenſerit ſententiam, fuiſſe *Jungermannum* noſtrum exiſtimo, qui ad librum VII, 204. illum in teſſeris ὄνον ad aſinos eliminavit. Non equidem apud Romanos, quos tamen in his talibus belle Græcis congruere ex *Hydæo* ſcire potes, ſimile quicquam extat. Inter Europæos quidem, Belgas præcipue & Germanos uniones jactuum ſeu *μονάδες* dici ſolent, Eʒels, quod, ſi quid aliud, auctoritatem aliquam eorum opinioni, qui ὄνος in Græcis pro *οἰνῷ* tenent, conciliaret: ſed me quidem judice, non aliam id nominis habet originem quam illorum hominum errorem, qui ὄνον ita Græcis unionem dici cenſebant. Exulet itaque a ludo teſſerario jactuumque nominibus commentitius ὄνος. Sed addere lubet hic loco non incommodo de *Pollucis* verbis VII, 204. quæ, quod proprio ſibi loco non poſuerim, feſtinatio præpedivit; *Pantinum* ſcilicet hominem eruditum ad *Apoſtolii* Parœmiam Τρὶς ἓξ, hanc talem ſcripturam ex Codice *Pollucis* MS. quem aliquando *Demetrii Chalcondylæ* fuiſſe ait, adnotare: *ἐκδύειν καὶ Χιῷ, ὃν καὶ Κῖον ἐκάλουν· ἔστι δὲ καὶ μονὰς* &c. omiſſis iſtis *καὶ οἰνὸν καὶ οἴνην*, quibus tamen non libenter caream, ut ad eum locum eſt monitum.

74 *Προμηνύειν*] *Salmaſius* l. c. *μηνύειν* vel *ὑπομηνύειν*, *ſubindicare*. KÜHN.

Προμηνύειν] MS. *μηνύειν·* non *προμηνύειν·* & cur uſus fuerit compoſito iſto? quum ſimplex rectius ſententiam explicet, quod itaque reponere ex MS. poſſumus. JUNG.

Προμηνύειν] Cum MSS. textus habet *μηνύειν·* & eam quoque lectionem placuiſſe *Salmaſio* ſuperiori nota dictum. In *Falckenburgiano* Codice quid ſit rationis cur pro ἔοικε poſitum reperiam *εἴρηκε*, non video.

75 Ἢ *τρὶς ἓξ*, &c.] Ἢ *τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς κυβ.* Prov. *Aut ter ſex, aut tres teſſeræ.* vid. &: *Rex aut aſinus.* SEB.

Ἢ *τρὶς ἓξ*, &c.] Ipſam parœmiam MS. ita habet: *ἢτρισἓξτρεις κύβοι. Heſychius* quoque, ut vulgo, *ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρὶς κύβοι.* Malim tamen legere, *ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς κύβοι*, ut apud *Suidam* & *Euſtath.* ad Ὀδυσσ. α΄. & *Zenobium* eſt, qui ex *Didymo* & *Tarikæo* proverbiorum nobis confecit epitomen. Et apud *Heſychium* non aliter adgnoſcit *Cœlius Calcagninus* diſſertatiuncula de teſſeris, quem quoque de hiſce non inutiliter adeas. Et clarum ita legi debere ex *Platonis* loco, quem adfert *Eraſmus* Adagio: *Aut ter ſex aut tres teſſeræ*: *ἢ τρὶς ἓξ, φασὶν, ἢ τρεῖς κύβους βάλλοντας. Schottus* noſter in ſuis Obſervationibus interpretatur hoc proverbium, i. *vel dexter vel ſiniſter jactus.* JUNG.

Ἢ *τρὶς ἓξ, ἢ τρὶς κύβοι.*] De hoc jactu meminit *Souterius* I. cap. 28. & *Senſtlebius* cap. 9. de *Alea Vet.* Sed opera *Polluci* danda: pro *τρὶς κύβοι*, cui non legendum appareat *τρεῖς κύβοι· tres uniones*: & ſic cum *Kuhnio* in textu repoſui: eſt & in *Suida* eodem modo corruptum, *ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρὶς οἶναι*, ſed & eodem modo emendandum: itaque mirari ſubit potuiſſe *Meurſium*, cum illi adeſſet ad manum ipſa parœmia, hæc

ramine vero hoc teſſeram denominatam dicimus, argenti aliquem numerum adnumerantes ſecundum ſingulas unitates diſtinctas drachmam, aut ſtaterem, aut quantum liberet, ludebant ludo dicto plei-

[76] τρυπήματι δὲ [77] τούτῳ, ὃν κύβον [78] ἐπωνομάσθαι φαμέν· [79] ἀργυρίου τινὰ ἀριθμὸν [80] ἐπιφημίσαντες, καθ' ἑκάστην μονάδα διηρημένην, [81] δραχμὴν, ἢ στατῆρα, ἢ μνᾶν, ἢ ὅπως οὖν ἔπαιζον τὴν [82] πλειστοβολίνδα καλουμένην

utriuſque, *Pollucis* inquam & *Suidæ*, loca relinquere inemendata. Tribus autem luſiſſe teſſeris antiquos recte vero hinc notant, ſiquidem tres ſimul jacti uniones, quod non niſi tribus teſſeris fieri potuit, infelicem redderent luſorem: huic itaque bolo ternus ſenarius oppoſitus fauſtiſſimus erat, multoque victorem lucro augebat: victoriam itaque παντελῆ atque plenam adferre ait *Diogenianus* & *Michael Apoſtolius*, ad cujus, *Apoſtolii* dico, locum *Pantinus* obſervat in XII. *Platonis* de *Legibus* id extare proverbii, cum ſignificare vellet *Philoſophus*, *omnia tentanda eſſe vel cum periculo ad juſtam de republica tractationem inſtituendam*: ponam eximium ſummi Athenienſis locum a pleriſque hac in re præteritum, ſiquidem in promptu ſit, haud procul a fine ſcilicet ultimi libri: καὶ εἴπερ κινδυνεύειν περὶ τῆς πολιτείας ἐθέλομεν ξυμπάσης, ἢ τρὶς ἓξ, φασιν, ἢ τρεῖς κύβους βάλλοντας πάντα ποιητέον· quæ ſimul reſtitutam *Polluci* noſtro lectionem confirmant: & adjiciam alium perinde elegantiſſimum *Epicharmi* de nuptiis apud *Stobenſem*: τὸ δὲ γαμεῖν ὅμοιον ἐστι τῷ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβους ἀπὸ τῆς τύχης βαλεῖν· at hunc quidem præcepit etiam *Bulengerus*. Sed ire juvat in rem præſentem, atque *Zenobium* nemini intellectum, *Salmaſio* quoque emaculatum prave, illuſtrare, de eoque bene mereri, quo ſimul eadem opera *Polluci* lux fiat: is itaque poſita parœmia *Pherecratem* in *Myrmecanthropis* uſum fuiſſe docet; adduque de periclitantibus dici, ſiquidem τρὶς ἓξ perfectam deſignet victoriam, τρεῖς vero κύβοι ſeu tria puncta, diſpendium: olim enim tribus uti ſolebant ad ludendum teſſeris, non, ut nunc fieri amat, binis ſolum: hæc omnia plana atque facilia: illa, quæ ponam, intellecta male eruditiſſimos viros in errores præcipitarunt: Ἔστι δὲ ὁμωνυμία· κύβον γὰρ ἔλεγον ἰδίως αὐτὸν τὸν ῥιπτούμενον, ὅτι πλήρης ἐστὶ καὶ μή· τοὺς δὲ κύβους τοὺς τοιούτους οἱ Ἴωνες καλοῦσιν οἴνους, καὶ τὴν παροιμίαν οὕτως ἐκφέρουσιν, Ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς εἶναι· in his poſterioribus οἰνὰς reponebat *Salmaſius*: maluero cum *Jungermanno* noſtro οἴνους· minus enim ab edita ſcriptura recedemus, & in ipſo dicto vice τοῦ εἶναι, οἰναί· quæ ſe bene habent: ſed quod idem mutare ſuſtineat κύβον γὰρ ἔλεγον &c. in hæc alieniſſima: κύβον γὰρ ἔλεγον διχῶς. αὐτὸ τὸ ῥιπτούμενον, καὶ ὁ πλήρης ἐστὶ καὶ μή· non equidem probo laudoque: ſcilicet ignotus ipſi fuit βόλος πλήρης, ut & omnibus aliis, qui hac de re commentati ſunt: is itaque qui fuerit jactus oſtendam: ἑξίτης, ſeu jactus ſenarius illo fuit nomine; quod tibi ex *Paræmiographo Vaticano* commonſtrabo: Τρὶς ἓξ, νικητήριος βόλος, ἐπὶ τοῦ εὐστόχου, ἀπὸ τῶν κυβευόντων· ὁ γὰρ βόλος ὁ πλήρης ἓξ ἦν· τὸ πάλαι δὲ τρεῖς ἐβάλλοντο κύβοι· huic autem oppoſitus κενὸς de unione: *Michael Apoſtolius*: οἱ μὲν τρὶς ἓξ νικῶν· οἱ δὲ τρεῖς κύβοι, κενοί· eademque notione in *Heſychio* & *Suida*. Jam itaque patebit facile, quæ fuerit *Zenobio* mens: plena ſit ex ejus opinione hoc modo parœmia: ἢ τρὶς ἓξ κύβοι, ἢ τρεῖς κύβοι· in iſtis ergo hanc adnotat homonymiam, quod proprie dixerint κύβον teſſeram projectam, tam quæ prætulerit ſenionem, quam unionem: tales autem uniones Ionas appellaſſe οἴνους, *ænos*, ſeu præferas οἰνὰς, unde & iſtis hoc ita proverbium efferatur: Ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς οἰναί· hæc ſe puto facile probabunt attento lectori. Et in iſto, quod & *Zenobius* adfert, κύβος de unione ſeu puncto intelligendus: Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβους καὶ τέτταρα, quæ tibi deſumta ſunt e *Ranis Ariſtophanis*: teſſeras ibi male interpretantur. Uniones autem & punctula vocant Arabes נקש & נקש,

puncturas, *picturas*. Non lubet amplius morari.

76 Τρυπήματι] C. V. τροπήματι male. KÜHN.

77 Τούτῳ τὸν κ.] Obſcuriora mihi verba: ſuſpicabar, ſi forte an ſcripſiſſet, τούτῳ, ᾧ τὸν &c. JUNG.

Τούτῳ τὸν κύβον] Reddidimus in textu, ut *Kuhnius* ad oram ſui libri reſtituerat: quæ lectio, quamvis a MSS. auctoritatem non habeat, ſenſui conficiendo eſt opportuna neceſſario: ſic & eodem modo apud *Meurſium* reperio.

78 Ἐπωνομάσθαι φαμὲν] C. A. παρωνομάσθαι· poſt φαμὲν tollenda diſtinctio commatica & reponendum punctum, quod & ita *Salmaſius* fecit; nam verba illa explicant hoc proverbii: τρεῖς κύβοι· nempe, quod puncta tria vocentur τρεῖς κύβοι· dein incipit nova periodus in ἀργυρίου &c. agiturque primo loco de luſu, qui dicebatur πλειστοβολίνδα, vel πλειστοβόλινδα: vid. *Caſaub.* in *Auguſt. Suet.* c. 71. KÜHN.

79 Ἀργυρίου τινὰ ἀριθμὸν] Adi *Caſaubon.* Animadv. in *Sueton. Tranquill.* pag. 146. SEB.

80 Ἐπιφημίσαντες] *Attribuentes*, *ſtatuentes* ſingulis ante diſtinctis unitatibus certam pecuniam: tum C. A. leg. προδιειρημένην, leg. προδιηρημένην, *ante diſtincte enumeratam*: *Salm.* διηρημένην, qui & hæc addit: *in punctum Sueton. dixit*: ſcilicet *Neron.* cap. 30. KÜHN.

Ἐπιφημίσαντες, καθεκάστην] Dividit hanc ultimam vocem *Kühnius* in binas: καθ' ἑκάστην· nec aliter in *Meurſio* atque *Bulengero* ſcriptum video: nihil in MSS. uſu venit magis, quam ut cum ipſis vocibus particulæ præponendæ conjungantur: ſæpius id ex optimo ſuo *Palatino Jungermannus* admonuit. Tum διηρημένην pro lectione vulgata repoſitum a *Kühnio*, cui *Salmaſius* etiam conſentit, amplecti nulla neceſſitas coëgit.

81 Δραχμὴν, ἢ στατ. ἢ ὅπως. &c.] MS. ἢ στατ. ἢ μνᾶν, ἢ ὅπωσοῦν. SEB.

Δραχμὴν, ἢ στατ. ἢ ὅπως. &c.] C. V. ἢ μνᾶν ἢ ὅπως οὖν· ita & *Salm.* C. A. ἢ μνᾶν ἢ ὁποσονοῦν. KÜHN.

Δραχμὴν, ἢ στατ. ἢ ὅπως. &c.] MS. auctius, δρ. ἢ στατῆρα, ἢ μνᾶν, ἢ ὅπως οὖν, ἔπαιζον &c. quo pacto & *Seberi* noſtri habet: & certe ita *Pollux* ſupplendus eſt: ſubjungitque & mox de mina idem *Pollux* in hac re Segm. ſeq. JUNG.

Δραχμὴν, ἢ στατῆρα, &c.] Plenius hic MSS. omiſſam itaque male vocem vindicavimus in priſtinam ſedem: & tum quidem manu deſcriptorum Codicum ὅπως οὖν præ vulgato ὁποσονοῦν valde placuit.

82 Πλειστοβολίδα] Pro πλειστοβολίδα malim πλειστοβολίνδα, uti ex aliis ludorum nominibus apparet. KÜHN.

Πλειστοβολίδα] Etiam MS. ſupra tamen VII. 206. πλειστοβολίνδα dicitur, & infra Segm. 110 & 117. & neſcio annon & hic ita emendandum, ut capiamus; τὴν παιδιὰν καλουμένην πλειστοβολίνδα, quæ *Pliſtobolinda* dicta ſit. Sane quod ad alterum *H. Stephano* hinc πλειστοβολὶς παιδιὰ in Theſauro ſuo refertur. JUNG.

Πλειστοβολίδα] Nulla quidem in MSS. eſt variantia, & tamen ſolet πλειστοβολίνδα ſcribi tam in *Polluce*, quam apud alios alibi: *Meurſius* itaque, dum adducit hæc verba, iſto poſuit modo: ἔπαιζον τὴν πλειστοβολίνδαν καλουμένην παιδιάν· maluero cum *Kühnio* noſtro πλειστοβολίνδα, quod ille in textum intulerat: eumque nos ſumus ſequuti; quamvis πλειστοβολίνδα dici παιδιὰν normæ literatæ non impediat ratio. Qui de hoc erudita ludo legere geſtit, adeat ille maximum *Caſaubonum* ad *Auguſtum Suetonii* cap. 71. ubi quæ vir ſummus diſputat, ſcaturigo ſunt atque

96 [83] παιδιάν· * ὁ δὲ ὑπερβαλλόμενος τῷ πλήθει τῶν μονάδων, ἔμελλεν [84] ἀναιρήσεσθαι τὸ ἐπιδιακείμενον ἀργύριον· [85] ἐν δὲ τῇ Ἀμειψίου Σφενδόνῃ, ὅτε τρόπος δεδήλωται τῆς κυβείας, καὶ [86] προσείρηται ὅτι εἴη τὸ τρῆμα μναιαῖον, ὡς μνᾶν αὐτῶν ἐπιδιατεθειμένων ἑκάστῳ κύβῳ· παρὰ δὲ

ſtobolide: * qui vero unitatum numero ſuperabat jaciens, depoſitum recipiebat argentum. Sed in Amipſii Sphendone, modo Aleæ declarato, & ante dictum eſt *Τριμναῖον*, veluti minam ipſis in ſingulas teſſeras deponentibus. Apud 96

fons omnium, quæ de hoc luſu ſcripta. Πλειστοβολεῖν dicitur, qui hunc ludit luſum, idque verbi tam Atticis hac in re fuit uſurpatum, quam Græcis recentioribus, ut monet *Suidas*: hinc πλειστοβόλος in *Epigrammate Leonidæ Tarentini*, Λεωνίδου Ταραντίνου, quo pacto titulus epigrammatis vulgatus e MSS. eſt ſupplendus, *Anthol.* lib. III. tit. 6.

— Ἦ ῥ᾽ ὅτι παίκτας
Ἦσθά τις; οὐ λίην δ᾽ ὦ᾽ γαθὲ πλειστοβόλος.

— *An quod*
Luſor eras? at non alea fauſta tibi:

Ut carmine Latino reddidit magnum illud Bataviæ lumen *Grotius*: & priora quoque iſtius *Epigrammatis* hic ponere juvat, ne inferius, ubi de Chio jactu, repetere opus habeamus:

Τί στοχασώμεθά σου, Πεισίστρατε, Χῖον ὁρῶντες
Γλυπτὸν ὑπὲρ τύμβου κείμενον ἀστράγαλον;
Ἦ ῥά γε μὴν ὅτι Χῖος; ἔοικε γάρ· ἦ ῥ᾽ ὅτι παίκτας &c.

Eſſe quid hoc dicam, Chio, Piſiſtrate, jactu
Adſpicio talum quod tua buſta ſuper?
An quod Chius eras? facile hoc quis crederet: an quod &c.

Hic profecto Chius de jactu ſenario capiendus; nam talum Chio jactu non ea de cauſa *Piſiſtrati* buſto impoſitum fuiſſe dicit, ut eum luſorem deſignaret, quippe qui infeliciſſimus eſſet atque δυσβολώτατος, cum contra id Chius eſſet fauſtus atque εὔβολος, utpote ſenarius: videndus & *Thomas Hyde Hiſtoria Aleæ* p. 105. Jamque porro ad cetera pergamus.

83 Παιδιάν.] MS. ut ſolet plerumque παιδίαν. JUNG.

84 Ἀναιρεῖσθαι] MS. ἀναιρήσεσθαι. SEB.

Ἀναιρεῖσθαι] MSSti ἔμελλον ἀναιρήσεσθαι· *ablaturus erat propoſitum argentum*, ἐπιδιακείμενον· eſt alias ἐπιδιατεθειμένον mox: vid. *Suid.* in ἐπιδιατίθεσθαι. KÜHN.

Ἀναιρεῖσθαι] Et noſter & *Seberi* MS. ἀναιρήσεσθαι· quod mihi magis placet quam vulgatum ἀναιρεῖσθαι. JUNG.

Ἀναιρεῖσθαι τὸ ἐπιδιακείμενον] Cum *Kühnio* textui dedimus ἀναιρήσεσθαι· & elegantius, quam vulgo: ἔμελλεν ἀναιρήσεσθαι. Tum vero τὸ ἐπιδιακείμενον *Gellio* dici *æs manuarium*, Imperatori σύνθεσιν obſervat *Caſaubonus* ad *Auguſtum Suetonii*: alio ſpectant *Ambroſii* de *Tobia* cap. 11. *propoſitiones*, ſeu *poſitiones*, neque enim repugnem, legere mavelis, de quibus alias. Sed adverte mihi, quæſo: Doctiſſ. *Bulengerus* de *Lud. Vet.* cap. 59. quem id operis optaſſem meliore cura atque ordine aptiori digeſſiſſe, hic in *Polluce* non ἐπιδιακείμενον legit, ſed ἐπιδιακινούμενον, ſeu ita legendum cenſuerit, male tum quidem, ſeu feſtinabundus vitio deſcripſerit: quicquid utriuſque ſit verum, ſic ſe verba illius habent: ἐπιδιακινούμενον ἀργύριον *erat pecunia ex pluribus manibus collecta, quod æs manuarium vocat Gellius*: & cetera, quæ habet ex *Caſaubono*: ſed hanc ego lectionem præ vulgata non deligam, in qua nemo eſt, qui vitium hærere cenſuerit: mox parili modo μνᾶν ἐπιδιατίθεσθαι, quod *Euſtathio* καθ᾽ ἑκάστην μονάδα ἀργύριον ὁρίζειν.

85 Ἐν δὲ τῇ Ἀμειψίου Σφ.] MS. Ἀμειψία. Ex eodem, & quia non aliter infra X, 144. pro Σφενδόνῃ repoſitum Σφενδόνῃ· vide *Caſaubonum* in *Athenæum* fol. 645. SEB.

Ἐν δὲ τῇ Ἀμειψίου Σφ.] C. A. ἐν τῷ Ἀμειψία. C. V. ἐν δὲ τῷ Ἀμειψίου Σφενδόνῃ· *Salm.* ἐν δὲ τῷ Ἀμειψία Σφενδόνῃ· vulgatum retinet *Athenæus* lib. VI. cap. 20. KÜHN.

Ἐν δὲ τῇ Ἀμειψίου Σφ.] MS. ἐν δὲ τῷ Ἀμειψίου Σφενδόνῃ, εἶτα &c. infra tamen X, 144. ut hic *Seberus* noſter edidit, Σφενδόνῃ eſt in MS. etiam: quo pacto & *Athenæus* citat, adnotante *Caſaubono* noſtro VI. in *Athen.* 20. & in addendis ad librum X. cap. 13. *Athenæus* idem nomen reponit apud *Dipnoſophiſtam*. *Palam*, vel *Fundam* hic interpretatur *Had. Junius* II. Animadverſ. 4. JUNG.

Ἐν δὲ τῇ Ἀμειψίου Σφ.] Bene ſe habet hic locus; de *Amipſiæ* Σφενδόνῃ & alii etiam meminere: *Meurſius* illam hinc adducit *Atticæ Biblioth.* lib. I. *Palam* interpretantur vel *fundam*, neque forſitan male, ut nomen habere potuerit hæc Comœdia ab annulo mutui amoris ſigno atque arrha, cujus in pala fuerit inſculpta, quod haud apud antiquos inſolens, amicæ figura, quæque vario ſit modo per aliorum manus vagata: ſed in MSS. ſæpe, quod turbat, τῷ Σφενδόνῃ, vel Σφενδόνῃ hic in omnibus eſt ita: ut cogitandum ſit, ſi quid aliud in manus ſe det, quod titulum melius illuſtret: neque levem eruditionis noſtræ partem duco fabularum titulos eorumque rationem noviſſe, etiam ſi levem in iſta re operam hactenus eruditi viri præſtiterint.

86 Προείρηται τὸ τριμναῖον, &c.] C. A. προείρηται, ὅτι εἴη τὸ τριμναῖον· nec aliter C. V. niſi quod habet τριμναμναῖον, unde emergit vera lectio: ὅτι εἴη τὸ τρῆμα μναῖον· *& modus ludendi aleæ manifeſtatur, & prædictum fore punctum unius minæ*, quaſi illi in ſingulas uniones minam depoſuiſſent: hoc enim eſt κύβος h. l. *Salm.* καὶ προείρηται τὸ τριμναῖον· ἐν A. V. C. KÜHN.

Προείρηται τὸ τριμναῖον, &c.] MS. καὶ προσείρηται ὅτι εἴη τὸ τριμαμναῖον, ὡς μνᾶν &c. egregie: ineptiſſima lectio vulgata cum προείρηται, & τριμναῖον. Tu omnia ita emenda: καὶ προσείρηται, ὅτι εἴη τὸ τρῆμα μναιαῖον, ὡς &c. Locus profecto egregie ita reſtitutus, quod mihi dicenti ignoſcas. Ait enim in *Amipſiæ* Sphendona explicari modum κυβείας, & inſuper addi τὸ τρῆμα μναιαῖον· τρῆμα hic idem cum eo, quod antea τρύπημα Segm. præced. adpellavit, *punctus in teſſera*, τὸ δηλοῦν τὸν ἀριθμὸν τῶν βληθέντων. Id vero μναιαῖον vocat, a mina, quia nimirum, ut ipſe explicat, mina erat propoſita in ſingulas teſſeras vincenti prœmium: τῷ τρυπήματι vel τρήματι τούτῳ, μνᾶν ἐπιψηφισαν, ut modo loquebatur. Cadit itaque jam doctiſſ. *Junii* explicatio, qui vulgatum τριμναῖον (quem tamen προσείρηται quoque verum vidiſſe nota, quum dicit, *unde in Amipſiæ Comici Pala vel Funda* τριμναῖον *apponitur*) exponit, *trium minarum pretium, in trium cuborum jactu nimirum pro quolibet unione mina*: nam quod *Noſter* ἑκάστῳ κύβῳ etiam dicit, καθ᾽ ἑκάστην μονάδα, puto, διηρημένην antea dixerat. JUNG.

Προείρηται τὸ τριμναῖον] Corruptiſſimus hic locus, quem tamen e MSS. in ſolidum reſtitui: ignoſcimus itaque facile præſtantiſſimo *Meurſio*, qui non in iſtis emendandis εὐστόχως fuerit verſatus, ut MSS. indicio novimus, ſine quibus ſi eſſet, nemo non ambabus, quod ajunt, fuiſſet amplexus ingenioſam viri docti conjecturam? *ſed quomodo, quæſo*, ipſa *Meurſii* verba pono, quæ poſt adductum *Pollucis* adjicit locum, τριμναῖον. *ſi una tantum mina depoſita? omnino vitioſa lectio, & emendanda*: ὡς μνᾶν

Dores vero, hoc ludo utentes, *Τρηματιῆται* dicuntur. Et *Τριματίζειν*, ipſum opus. Scyrapheia autem dicta, ubi alea-

τοῖς Δωριεῦσιν οἱ ταύτῃ τῇ παιδιᾷ χρώμενοι, [87] τρηματίκται τὴν προσηγορίαν εἶχον, καὶ τρηματίζειν τὸ πρᾶγμα· [88] Σκιράφεια δὲ τὰ κυβευτή-

ὧν τριῶν ἐπιδιατιθεμένων ἑκάστῳ κύβῳ· acuta vero, ſed præ quibus lectio e MSS. per *Jungermannum* eruta magis arridet: & ita, ut nos, in paucis quoque *Kuhnius* reſtituerat.

87 * *Τρηματιῆται*] Priores editiones *τριματ*. Sed ſequitur tamen *τρηματίζειν*, ex quo merito quis ſuſpicetur *τρηματιστὰς* reponi debere apud *Heſychium* pro *τρημαστικτὰς*, quod exp. *κυβευτάς*. *H. Steph.* qui interim de *τρηματιῆται* nihil ſtatuit. SEB.

* *Τρηματιῆται*] C. V. *τρηματίκται*. *Salm. τριματίκται ita vet. C. & τρίματίζειν· legendum τρηματισταὶ & τρηματίζειν·* eodem modo legit *Heſych. τρηματίκτας* a *τρηματίζειν*, *in punctum ludere. vid. in Vopiſci Proculum* p. 760. notata *Salmaſio*: *Euſtath.* bis vocat *τρηματίτην*, quod negat *Salmaſius* deduci poſſe a *τρηματίζειν*· verum enim vero, qui ferre non recuſat *ἁρμματίτης*, *αἱματίτης*, *κερατίτης*, *μερίτης*, ab *ἁρμματίζω*, *αἱματίζω*, *κερατίζω*, *μερίζω*, is etiam admittet *τρηματίτης* a *τρηματίζω* & per pleonaſmum *τοῦ η τρηματιήτης* Poëtice, ut *πολιήτης* pro *πολίτης*. Dorice autem *τρηματίκται*, quod hic reponendum: *τρηματίστας* integre ſi quis maluerit, non habebit me repugnantem. *Valeſius* hic *η* & *κ* confundi ait in *Aldinis* exemplaribus ut *σιήριτον* pro *σίκριτον* apud *Heſych.* KÜHN.

* *Τρηματιῆται*] Sed pergamus & hunc quoque locum reſtituere: in qua re operam præclaram a ſe dat MS. Et quidem vulgati antea *τριματιῆται* habebant, pro quo *H. Stephanus* in ſuo Codice *τρηματιῆται* emendavit: & mox *τρηματίζειν*, pro quo vulgo, *τριματίζειν*. Et addidit: *a τρῆμα, quod ſupra dicit τρύπημα.* Utramque lectionem noſter *Seberus* ita edidit: & alterum *τρηματίζειν* ſane verum eſt, id quod & MS. ita habet. Falſum adhuc tamen prius *τρηματιῆται*, pro quo veriſſima lectio noſtri MS. *τρηματίκται*, quam ocyus repone. Sic & apud *Heſychium* emenda ſis, ubi legitur *Τρήματα, τρυπήματα· Τρημαστικτάς·* (*Sylburgius: τρηματιστάς. Poll.* adſcripſit; ſed non recte) *κυβευτάς· ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς κύβοις τρημάτων·* tu emenda, *τρηματίκτας·* id enim recte a *τρηματιξῶ* formabis, quod Dorice pro *τρηματίσω* dixeris, ut *καθιξῶ*, *χαριξῶ*, alia. Dorici autem iſti luſores, ait noſter. Pariter itaque falſum quod *H. Junius* II. Animadv. 4. ex *Euſtathio* ad *Iliad. π.* adnotat, quaſi *aleones dicti* ſint *τρηματῖται·* non enim ita habet *Euſtathius*, ſed *τρηματῖται·* & emendandum quoque *τρηματίκται*. Ita enim *Euſtathius*: *ὡς δὲ καὶ καθ' ἕκαστον κύβον, ἤγουν καθ' ἑκάστην μονάδα ἔπαιζον ἀργύριον ὁρίσαντες, καὶ ὡς οἱ τῆς παιδιᾶς ταύτης τρηματῖται ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς κύβοις τρημάτων ἐλέγοντο, δηλοῦσι καὶ αὐτὸ οἱ παλαιοί.* Et iterum ad Ὀδυσσ. *α'. λέγει δὲ ὁ ταῦτα παραδιδοὺς* (qui ab *Euſtathio* paulo ante *ὁ τὰ περὶ Ἑλληνικῆς παιδιᾶς γράψας* adpellatur) *καὶ ὡς οἱ τῇ παιδιᾷ ταύτῃ χρώμενοι, ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς κύβοις τρημάτων, τρηματῖται ἐλέγοντο· παράγων καὶ χρῆσιν Σώφρονος τὸ, διεκπήσας ὠστίζεται τοῖς τρηματιζόντεσσι* —— ubi quoque utroque loco emendandum videtur, ut dixi, *τρηματίκται*, ſive *τρηματῖκται* & in *Polluce* ſcribere velis. JUNG.

* *Τρηματιῆται*] Cum *Kühnio* in textum retulimus MSS. *τρηματίκται*, quam ita ſcriptionem adgnoſcit quoque Codex *Falckenburgianus*: neque vero ſic reſtituendum in *Polluce* fugit eruditiſſimos homines, *Salmaſium* inquam ad *Vopiſcum*, & *Meurſium* de *Ludis Græcorum*, quos protenus & alii ſunt ſecuti: ſed quod iidem in *Euſtathio τρηματίτην* mutatum velint in *τρηματίκτην*, non equidem probo, ſiquidem & illam ſcriptionem analogiæ ſequi normam exemplorum eſt abunde in *Kuhnio*, quæ probent: *μνημονικὸν* eſt *Hydei ἁμάρτημα*, qui *τρηματιῆται* ex *Euſtathio* adducat. Latine voces *punctularium*, quod in puncta ludat, ſicuti in *Gloſſis* MSS. Græco Latinis *τρηματίτην*, nam & ita ibi ſcribebatur, expoſitum reperi.

88 *Σκιραφεῖα*] E MS. cum non aliter *Suid.* quoque & alii: prior. edit. *Σκιραφία*. SEB.

Σκιραφεῖα] C. A. *Σκιραφεῖς*, unde ſuſpicor fuiſſe olim· *σκιραφεῖς δὲ οἱ κυβευταὶ, καὶ σκιράφεια τὰ κυβευτήρια. Euſtath.* in *Rhapſod.* I. *Odyſſ. σκίραφοι* ſunt omnia fraudis & verſutiæ machinamenta, quod ea in *σκιραφείοις* adhiberi ſolebant: *ὠνόμασται* abeſt a C. A. at C. V. legit *ὠνομάσθη*. *Salm.* leg. *σκιραφεῖς δὲ*, ſed damnat iſtam lectionem. KÜHN.

Σκιραφεῖα] MS. *σκιραφία* (ſine accentu) *δὲ τὰ κυβ. ὠνομάσθη, δι' ὅτι.* Sane tam *σκιράφια*, quam *σκιραφεῖα*, ut *Seberus* ex ſuo MS. edidit, rectum puto: ut & ſupra dixi ad VII, 203. ubi MS. *σκειράφια* habebat. JUNG.

Σκιραφεῖα] Non uno modo hanc ego vocem reperio ſcriptam: eſt enim *Σκειράφια*, & *Σκιράφια*, quod ita textui reſtitui ſupra VII, 203. ubi accentu malo notatum legebatur *Σκιραφία*· hic in editionibus ante *Seberum* excuſis, *Σκηραφία*, pro quo *Kuhnio* reſtitutum, *Σκιράφεια*· & equidem iſtam accentus poſitionem lubentius habeam, quam ſi *Σκιραφεῖα*, prout eſt in *Seberi*, ſcribas: eo ſcilicet modo *σκιάδειον* & *σκιάδειον*, *τρυγήτριαι*, *τρυγητρίαι*, & quæ talia ſimilia notavimus ad librum VII. *Bulengerus* unde ſuum *σκυρίφια* hauſerit ignoro, id ſaltem ſcio, ineptam eſſe atque reprobandam iſtam ſcriptionem. Addere lubet de ipſa re, quod me facturum dixeram ſuperius, non prorſus inutilia quædam. De vocis origine diſſentiunt *Grammatici*: ſunt enim qui *Σκείραφον* quoddam inſtrumentum aleatorium exponunt, unde *Σκείραφια* ſint dicta; ſunt qui *Sciraphe* inſigni aleatori nomen ac originem *Σκειράφια* debere putant; quæ utraque ſententia eſt in *Etymologo* voce *Σκειρά·* *καὶ σκειράφια*, inquit, *τὰ κυβεῖα· ἤτοι ἐπεὶ σκείραφος τίς ἐστιν ὄργανον κυβευτικόν· ἢ ἀπὸ Σκειράφου τινὸς κυβευτοῦ·* de neutro, ſi fortean alibi legerim, memini: placeret alias præ reliquis vocis, quæ adferuntur, notationibus *σκειράφια* derivari ab inſtrumento aleatorio, cui nomen *σκείραφος*, quod vocis etiam, ſed diverſa paululum notione, nominat *Euſtathius*. Sed receptiſſima eſt inter Grammaticos opinio, dicta fuiſſe a Sciro Sciraphia: nimirum aleatores in Scirum, ubi *Minervæ* templum erat, convenire frequentes ſolebant, ipſumque *Minervæ* fanum, tanquam forum quoddam aleatorium, quotidie calefacere: & vero hæc talia fieri haud raro in ipſis ædium ſacrarum propylæis non ducebatur religioni; in quibus etiam venum minutulas merces atque bellaria proponebant, unde *Phœnicidi* apud *Athenæum προπυλαῖα* dicta cenſet cupedias, quod in templorum aliorumve locorum publicorum veſtibulis emerentur, vir ſummus *Iſ. Caſaubonus*; in quem etiam ſpurciſſimum morem res degenerarunt apud Judæos, uti notum ex Euangelica hiſtoria: appoſitas quoque vilioribus hominum ibidem loci cœnas, colligere mihi videor ex *Diogene*, in *Cynici* cognominis vita VI, 64. In Scirum autem aleatores urbe relicta ſeceſſiſſe arbitror; quod Athenis per morum cenſores minus eſſet tutum alea ludere, cui pondus accedit a Romanis legibus, quibus alea ludere permiſſum non erat: videndus eſt *Hydæus* in *Alea Hiſtoria*: & etiam *Ariſtoteles* inter *αἰσχροκερδεῖς* aleatores conjungit peſſimis hominibus *λωποδύταις* & *λῃσταῖς*, cui præſtantiſſimum Nicomacheorum Interpretem *Andronicum* lib. IV. cap. 2. adde: & ii certe tales in republica conſtituta bene non tolerentur. De Sciro aleatorum conciliabulo dictiſque inde Sciraphiis præter noſtrum *Pollucem*, *Suidas*, *Heſychius*, *Harpocratio* ex *Dinarcho* adverſus *Proxenum*, & *Etymologus*, cujus proferre verba lubet, quod cum *Polluceis*

ρια ὠνόμασται, διότι μάλιστα Ἀθήνησιν ἐκύβευον [89] ἐπὶ Σκίρῳ ἐν τῷ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς
97 [90] ἱερῷ. * Τὰ μὲν οὖν [91] ἐργαλεῖα τὰ κυβευτικὰ, [92] ἐν τοῖς περὶ τεχνῶν ἐστὶ [93] προειρημένα· [94] τὸ δὲ πεττεύειν, καὶ ἡ πεττεία, καὶ τὸ πεσσὸν ὄνομα

tores ludebant: quod Athenis maxime ad Scirum ludebant, in Sciradis Minervæ
templo. * Sed aleatoria inſtrumenta ante de Artibus expoſita ſunt. Talis vero ludere, talorum ludus. & talus, nomen 97

apprime concinant: ἢ ὅτι ἐν τῷ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς ἱερῷ οἱ κυβευταὶ ἔπαιζον· quæ ſcilicet poſitis ſuperius adjungit. Ab hac eſt origine, quod in *Heſychio* lego Σκιραφεῖν, κακοπραγμονεῖν & Σκιράτες, οἱ πορνικοὶ καὶ κυβευταὶ, in quibus poſterioribus cave tibi, ne cum *Salmaſio* Σκιράται reſtituere velis, aut cum *Junio* πορνικοὶ pro πορνικοί· nam & πορνικοὶ nomine πορνικῶν contineri poſſunt: audi *Heſychium* in Σκίταλοι· ἀπὸ τῶν Ἀφροδισίων καὶ τῆς πορνικῆς τῆς συντεινούσης θεοὺς τινὰς ἐσχηματίσειν· ſed alibi iſta de voce locupletius. Videtur itaque Scirum non aleatorum tantum, ſed & quorumvis nequiſſimorum hominum fuiſſe ſentina. Sed operæ fuerit pretium, dum quidem in his verſamur, egregium de hac tota re *Stephani* locum attuliſſe, quem ad meam mentem vitiis, quibus ſcatebat, purgatum adſcribam: cum de Arcadico tetigiſſet Sciro, hæc ita ſubdit porro: ἔστι καὶ ἕτερον Σκίρον τόπος Ἀττικός· καὶ Σκιρωνίδες πέτραι, ἀπὸ Σκίρωνος, ἢ οὗτος μὲν ἀπὸ τόπου, ὁ τόπος δὲ ἀπὸ Σκίρου ἥρωος· ἐν δὲ τῷ τόπῳ τούτῳ αἱ πόρναι ἐκαθίζοντο· (bene: nam meretriculæ καθίζεσθαι vel καθίζεσθαι ἐπὶ μισθῷ dicuntur) ὅθεν καὶ τὸ σκιράφιον, ὅπερ δηλοῖ τὸν τόπον, εἰς ὃν οἱ κυβευταὶ, καὶ ὁ σκιροφόρος, ὃ σημαίνει τὸν ἀκόλαστον καὶ κυβευτὴν ἀπὸ τῶν ἐν Σκίρῳ διατριβόντων· viros eruditiſſimos, qui *Stephano* poliendo operam dedere, paria cum noſtris in pleriſque ſaltem facere non dubito: ſed eos, quod in promptu non ſint, mihi conſulere non licet: σκιροφόρος, quod alibi non legiſſem, me morabatur aliquantulum; ſed recte ſe tamen habet, ut videbimus mox: pro iſtis, quæ repoſui, τὸν ἀκόλαστον καὶ κυβευτὴν, legere liceret, τὸν ἀκόλαστον, καὶ σκιραφευτὴς, non repugnantibus adeo antiquarum editionum veſtigiis, in quibus σκιβευτήν. De σκιροφόρῳ autem faceti quid ſubeſſe exiſtimo, quod exponam, ſi forte doctis hominibus probari poſſit. Feſtum erat Athenis Σκίρα vocatum, quod vocis *Polluci* repoſui VII, 174. ubi *Meurſius* in *Græcia Feriata* vulgatam male retinet lectionem, ac de feſto quodam Theſſalico, cujus meminerit *Pauſanias*, intelligit: ferri tum ſolebat ab Eteobutadis ex Arce *Minervæ* umbella, quam veteres Attici σκίρον q. σκιερὸν nominarunt, ad Scirum, ibique in *Palladis* deponi: *Harpocrationem* vide ſis, & *Ariſtophaneum Commentatorem* ad *Eccleſiaz.* ſub initium: illi itaque proprie σκιροφόροι, ac ſi *umbelligerulos* dicas: hinc, ut fieri amat, vocabulum id a ſacris feſtive detortum, atque de iis dictum hominibus, qui Scirum quotidie alea ludendi cauſa frequentabant, atque in *Minervæ* templo morabantur: pluribus non explicabo, ſiquidem nullus erit ingenioſior paululum, qui non facetæ vocis acumen capiat. Sed ille vero Scirus Heros, cui locum ipſum nomen habere relatum cenſebat *Stephanus*, non alius eſt ab iſto *Eleuſinio* vate, a quo *Minervam* Σκιράδα dictam, tradit e *Praxionis Megaricis Harpocratio* in Σκίρον· quod clare docemur ex Atticis *Pauſaniæ* c. 37. ubi eum & μάντιν & ἥρωα vocat: & hæc quidem de Sciraphiis obſervata ſufficiant. quæ omnia non tetigere, quos de alea ſcribentes oportebat maxime. Mox in *Polluce* ἐπὶ Σκίρον· vitioſius editiones *Seberianæ* priores, Σκίρου. *Kühnius* in textu Σκίρῳ· bene: illi omnes quos citavi ἐν Σκίρῳ, quique adeo illam *Valeſii* emendationem in *Harpocratione* pro Σκίρωνι confirment: tum ἱερῷ ita etiam *Etymologus* habet, non ναῷ, ut MSS. perinde eſt, utrum mavelis. De *Minerva* Scirade iidem illi ferme, qui de Sciraphiis, meminere.

89 Ἐπὶ Σκίρον] MS. Ἐπὶ Σκίρῳ. SEB.

Ἐπὶ Σκίρον] MSS. melius ἐπὶ Σκίρῳ· *Euſtath.* l. c. Athenienſes etiam in templis alea ludebant, καὶ μάλιστα ἐν τῷ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς τῷ ἐπὶ Σκίρῳ· qui certus locus erat Athenis, ubi templum erat *Minervæ Sciradis* vel *Scirradis*. *Harpocr.* in Σκιράφια legit Σκίρωνι, pro quo *Valeſius* reponit, ἐν Σκίρῳ ex *Heſychio* in Σκιράφιον· ἐπὶ Σκίρῳ Atticum eſt pro ἐν Σκίρῳ. *Salm.* ἐπὶ Σκύρῳ. KÜHN.

Ἐπὶ Σκίρον] MS. noſter ἐπισκιρῷ· ſed placet MS. *Seberi* lectio, ἐπὶ Σκίρῳ. Σκίρον, umbella & locus: de loco ego hic capio. Id χωρίον Σκίρον unde denominatum fuerit ita vid. *Pauſaniam* in Atticis, nempe a Sciro vaticino, qui etiam τῆς Σκιράδος ἱδρύσατο Ἀθηνᾶς ἐπὶ Φαλήρῳ τὸ ἀρχαῖον ἱερόν. *Luiſinus* III. Parerg. 21. ubi *Homerum* ait *Minervam* invenientem procos talis ludere Ὀδυσσ. α. confinxiſſe ait, quia veteres, præſertim Athenienſes, in templo *Minervæ* talis ludere ſolebant, *hoc*, inquit, *apud* Julium Pollucem *teſtatiſſimum eſt*, *lib. IX. cujus verba hæc ſunt*; διότι μ. Ἀ. ἐκ. ἐ. Σκύρον ἐ. τ. τ. Σκυράδος (ſic enim per υ, ut & antea vulgati habet) Ἀ. ἱ. *quæ*, ſubjungit, *non verto, quia ſenſum retulimus*. Sed hic forte viro docto aqua hærebat, nec ſatis adſequebatur illud ἐπὶ Σκύρον, quod certe, dum ſenſum referret, omiſit: de eo loco Σκίρῳ plura *H. Stephanus* in Theſauro. Ceterum nec hoc poſſum ſatis probare, vel potius dicam, totam obſervationem *Luiſini*. *Homeri* verſum enim hunc eſſe ait, quem ex *Polluce* ſe certiſſime illuſtraſſe ait:

Πεσσοῖσιν προπάροιθε θυράων θυμὸν ἔτερπον.

Atqui *Pollux* non ait ἐπέττευον ἐπὶ Σκίρῳ, ſed ἐκύβευον· aliudque κύβοι, aliud πεττοί· nec itaque *Pollucis* locus *Luiſinum* juvat: nec *Homerum* ad illam ἐν τῷ τῆς Σκιράδος reſpexiſſe credo. Et apud veteres differentiam manifeſtam fuiſſe κύβων καὶ πεττῶν cum prolixe admonere poterant *Euſtathii* ad eum locum παρεκβολαί· & quibus ſaltem hoc excerpo ad noſtri lectionem ἐπὶ Σκίρῳ firmandam, qui id excerpſit ἐκ τοῦ τὰ περὶ τῆς καθ᾽ Ἕλληνας παιδιᾶς γράψαντος, nempe: ὅτι ἐσπουδάζετο ἡ κυβεία, οὐ μόνον παρὰ Σικελοῖς· ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις. οἳ καὶ ἐν ἱεροῖς ἀθροιζόμενοι ἐκύβευον· καὶ μάλιστα ἐν τῷ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς τῷ ἐπὶ Σκίρῳ· ἀφ᾽ οὗ καὶ τὰ ἄλλα κυβευτήρια σκιράφια ὠνομάζετο. De κυβείας & πεττείας differentia & *P. Victorius* Comm. in lib. I. Rhethoric. *Ariſtotelis*, ad iſta verba: καὶ κυβείας, καὶ πεττείας. JUNG.

90 Ἱερῷ.] MS. Ἀθ. ναῷ. SEB.

Ἱερῷ.] C. V. νεών. C. A. ναῷ. KÜHN.

Ἱερῷ.] MS. noſter pro ἱερῷ, ναῷ habet: & *Seberi* noſtri etiam ναῷ. Sed perinde eſt. JUNG.

91 Ἐργαλεῖα] Vitioſe ἀργαλεῖα in MS. noſtro. JUNG.

92 Ἐν τοῖς περὶ τεχνῶν] Nempe ſupra VII, 204. JUNG.

93 Προειρημένα. &c.] C. A. προειρημένοις. KÜHN.

94 Τὸ δὲ πεττεύειν, &c.] C. A. τὸ δὲ π. πεττεία πεσσονομεῖν πεττευτὴς ταῦτα μὲν ἐπ᾽ ἐκείνοις εἴρηται. C. V. male conjungit ἐπεκείνοις πρ. delet *Salm.* τὸ πεσσὸν ὄνομα ἦν. KÜHN.

Τὸ δὲ πεττεύειν, &c.] De πεττεία, ejuſdemque ludi origine, qui pluſcula cupit, adeat ad diligentiſſimi *Meurſii* de *Ludis Veterum*, & *Bulengeri* caput 55. Ludi primordia referunt accepta *Palamedi*, *Nauplii* filio, quem omnes alios ad Trojam militantes ingenii acumine atque inſigni ſolertia ſuperaſſe perhibetur:

erat: & taxillis certare, atque talorum luſor: & hujuſmodi in illis ante prædicta ſunt. Quoniam vero calculi tali ſunt: quinque vero unusquiſque habet ludentium in quinque lineis: recte a Sophocle dictum eſt:

> *Teſſaræ quinque lineis notatæ, & talorum jactus.*

98 * Inter quinque vero utrorumque lineas, media erat ſacra vocata. Et inde movens calculum proverbio locum fecit: Moveo hunc

ἦν, [95] καὶ πεσσονομεῖν, καὶ ὁ πεττευτής· καὶ ταῦτα μὲν [96] ἐπ᾽ ἐκείνοις προείρηται· [97] Ἐπειδὴ δὲ ψῆφοι μέν εἰσιν οἱ πεσσοὶ, πέντε δὲ [98] ἑκάτερος εἶχε τῶν παιζόντων ἐπὶ πέντε γραμμῶν, εἰκότως εἴρηται Σοφοκλεῖ,

> Καὶ πεσσὰ [99] πεντέγραμμα, καὶ κύβων βολαί.

* [100] τῶν δὲ πέντε τῶν ἑκατέρωθεν γραμμῶν μέση τις ἦν ἱερὰ [1] καλουμένη γραμμή· [2] καὶ ὁ τὸν ἐκεῖθεν κινῶν πεττὸν παροιμίαν ἐποίει, [3] Κίνει τὸν 98

illius autem rei adeo notæ & pervulgatæ non meminiſſe *Pollucem* ſubit mirari: præter auctores ab aliis adductos id prodidere *Joannes Malala Chronogr.* p. 131. cui eadem ipſiſſima, quæ *Suidæ* atque *Cedreno*, ſcribuntur, *Syncellus*, *Chronographus Anonymus*, & *Scholiaſtes* haud ineruditus ad *Euripidis Oreſtem*, ex quo, quæ ad hunc rhombum faciunt maxime, lubet excerpere: ἔπειτα δὲ καὶ περὶ κύβους ἔτρεψε αὐτῶν ὀλιγωρίαν, καὶ μέτρα ἐξεῦρε, καὶ ψῆφον, ὥστε μέγα σχεῖν ὄνομα παρὰ τοῖς Ἕλλησι· ubi mihi per ψῆφον, ſi modo non ψήφους malueris, τὴν πεττείαν intelliges: *Pollux*: ἐπειδὴ δὲ ψῆφοι μέν εἰσιν οἱ πεσσοὶ &c. Idemque paulo poſt: φασὶ δὲ αὐτὸν εὑρεῖν φρυκτωρίας, καὶ μέτρα, καὶ σταθμοὺς, καὶ πεττείας, καὶ γράμματα, καὶ φύλακας, καὶ δίσκους, καὶ ἀστραγάλους· & alter *Commentator*: εὗρε δὲ καὶ πέττους πρὸς παραμυθίαν τῶν Ἑλλήνων· bene vero habet, quod & jam talorum luſum *Grammatici* hujus indicio *Palamedi* debitum agnoſcamus: idque eo facilius a nobis credi par eſt, ſiquidem & *Homerum* ἀστραγάλων meminiſſe conſtet: in iſtis porro utriſque poſterioribus locis κυβείας a *Palamede* inventæ non videas mentionem factam, quam tamen & eidem auctori plerique contribuunt, ſed falſo, ut erudite docuit *Thomas Hyde*, ubi de Aleæ tractat inventore & antiquitate. At exciderat ferme inſignia protuliſſe hac eadem de re *Alcidamantis* & *Gorgiæ* rhetorum loca, quorum hic quidem pro *Palamede* dixit eleganter, ille vero, quæ contra eum dici poterant, argute conſtruxit: ſic igitur *Alcidamas*: πέττους γε μὴν τοῖς ἀργοῖς τῶν ἀνδρῶν ἔριδας καὶ λοιδορίας, καὶ κύβους αὖ μέγιστον κακὸν ἐδίδαξε, τοῖς μὲν ἡττηθεῖσι λύπας καὶ ζημίας, τοῖς δὲ νικῶσι καταγέλωτα καὶ ὀνείδη· τὰ γὰρ ἀπὸ κύβων προσγινόμενα ἀνόνητα γίνεται, τὰ δὲ πλεῖστα καταναλίσκεται παραχρῆμα· ab illo *Gorgiæ* diverſa ſentientis hæc ſunt verba: πεσσοὺς τε σχολῆς ἄλυπον διατριβὴν (εὑρών·) nec hic etiam κύβων meminit, tanquam ſi & iſti a *Palamede* reperti, ſed πεσσῶν tantum: & itaque κύβων originem repetamus potius a Lydis cum *Herodoto*, quæ pluribus adſtrui poſſet opinio: ſed ad *Pollucem*. Iſta quidem, etiamſi deleverit *Kühnius*, καὶ τὸ πεσσὸν ὄνομ᾽ ἦν in textu retinui, niſi quod ὄνομα fecerim: ſcilicet, obſervante *Jungermanno* noſtro, de πεσσῷ, cum genere neutro ponitur, monere *Polluci* fuit in animo: & præceſſerat forſitan: καὶ πεσσὸς, καὶ τὸ πεσσὸν ὄνομα ἦν· πεττείαν vero & κυβείαν, confundi ſæpiſſime etiam ab ipſo *Platone* recte monſtrat *Thomas Hyde*: & id itaque dederit errori cauſam, quo utriuſque ludi, πεττείας inquam & κυβείας, incunabula peti ſoleant a *Naupliade*. Illud autem πεττείας genus, quod calculis ludebatur quinque, antiquius fuiſſe videtur, cui numero poſtmodum alii plures, pro colluſorum lubitu, additi ſunt calculi: ſic ergo *Sophocli* πεσσὰ πεντέγραμμα, nimirum πεσσὰ ὁμωνύμως ἥτε γραμμὴ καὶ ὁ ψῆφος· πέντε δὲ ἦσαν, οἷς ἐχρῶντο· καὶ πεσσὰ πεντάγραμμα· uti habet *Etymologus*, qui quoque ſcribit πεντάγραμμα, ſed in *Heſychio* tamen eſt etiam Πεσσὰ πεντέγραμμα· apud quem non eſt rationis, cur πεντάγραμμα ſcribas potius: & ponere juvat integrum locum, quod illuſtrando ſit *Polluci*: Πεσσὰ πεντέγραμμα, καὶ κύβων βολάς, Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ Πυρκαεῖ· Παρ᾽ ὅσον πέντε γραμμαῖς ἔπαιζον· διαφέρει δὲ πεττεία κυβείας· ἐν ᾗ μὲν γὰρ τοὺς κύβους ἀναῤῥίπτουσι, ἐν τῇ δὲ πεττείᾳ αὐτὸ μόνον τὰς ψήφους μετακινοῦσι. Iſta vera de πεσσοῖς πεντεγράμμοις quin de *Palamede Sophocli* ſint dicta, dubitare non ſinit tragœdiæ titulus, unde petita docet *Heſychius*; adeo ut ita magis eſſe vera pateat, quæ dixi de antiquitate πεσσῶν πεντεγράμμων.

95 Καὶ πεσσονομεῖν, &c.] MS. τὸ πεσσονομεῖν, καὶ πεττευτής· mendoſe quidem: ſed neſcio annon recte, quod iſta, πεσσὸν ὄνομ᾽ ἦν omittat, quæ quaſi corrupta videntur ex eo quod recte ſequitur πεσσονομεῖν, quod etiam ſupra VII, 204. ex *Cratete Comico* habuiſti, ut & ipſe indicat ſe ταῦτα προειρηκέναι. Neſcio tamen an & πεσσὸν neutro genere nomen quoque fuiſſe referre voluerit: ut ſane mox in *Sophocleo* πεσσὰ πεντέγραμμα habes. *Euſtathius* ad Ὀδυσσ. α. καὶ ὅτι καὶ πεσσὰ, οὐδετέρως οἱ πεσσοί· ὅτι πεσσὰ ὁμωνύμως καὶ ἡ γραμμὴ καὶ ἡ ψῆφος· οἷον, καὶ πεσσὰ πεντάγραμμα· καὶ ὅτι πέντε ἦσαν οἷς ἐχρῶντο· καὶ ὅτι ἐπὶ πέντε γραμμαῖς τὰς ψήφους ἐτίθουν. &c. JUNG.

96 Ἐν ἐκείνοις] MS. ἐπ᾽ ἐκείνοις. JUNG.

Ἐν ἐκείνοις] MSS. ἐπ᾽ ἐκείνοις· quod præſtantius eſt lectione vulgata: quapropter in textum retuli.

97 Ἐπειδὴ δὲ ψ. &c.] C. A. ἐπεὶ δὲ &c. KÜHN.

Ἐπειδὴ δὲ ψ. &c.] MS. ἐπεὶ δὲ ψῆφοι μὲν εἰσὶν &c. vid. de πεσσῶν ludo & *Xylandrum* Annotat. in *G. Cedrenum* numero 66 ubi talos interpretatur, & *Calcagnini* diſſertationem de Calculis. JUNG.

98 Ἑκάτερος εἶχε &c.] MS. ἑκάτερος τῶν παιζόντων εἶχεν ἐπὶ &c. JUNG.

99 Πεντέγραμμα] *Euſtath.* leg. πεντάγραμμα, ut πεντάσχοινος, quod eodem recidit: pro βολαὶ *Salmaſ.* βολή. KÜHN.

Πεντέγραμμα] MS. καὶ πέσσα πεντέγραμμα &c. *Euſtathius*, ut paulo ante adduxi, πεντάγραμμα habet. JUNG.

100 Τῶν δὲ πέντε ἑκατ.] C. A. τῶν ἑκατέρωθεν, quod orationem facit clariorem. KÜHN.

Τῶν δὲ πέντε ἑκάτ.] MS. plenius τῶν δὲ πέντε τῶν ἑκ. γρ. μ. τις ἦν &c. JUNG.

1 Καλουμένη] MSSti non agnoſcunt. KÜHN.

Καλουμένη] MS. omittit participium καλουμένη. De Linea ſacra in hoc ludo etiam *Muretus* Notis ad Epiſtolam 49. *Senecæ*. JUNG.

2 Καὶ ὁ] C. A. καὶ οἷον, pro quo malim vulgatum. KÜHN.

3 Κινῶ τὸν ἀφ᾽ ἱερᾶς.] Supra VII, 206. κινήσω &c. SEB.

Κινῶ τὸν ἀφ᾽ ἱερᾶς.] MSSti κίνει. *Euſtath.* κινεῖν &c. ἐπὶ τῶν ἀπεγνωσμένων καὶ ἐσχάτης βοηθείας δεομένων· vide ſchema hujus tabulæ apud *Salmaſium*, qui hic in notis legit, κίνει τὸν ἀφ᾽ ἱερᾶς. KÜHN.

Κινῶ τὸν ἀφ᾽ ἱερᾶς.] MS. κίνει τὸν &c. In ſerie capitum Segm. 4. κινήσω, erat, ut & ſupra VII, 206. JUNG.

Κινῶ τὸν ἀφ᾽ ἱερᾶς.] Malui MSS. lectionem: Κίνει ſic itaque textus. Ortum hujus Adagii explicare *Julium Pollucem* libr. XI. Onomaſtici *Schottus* inquit

ἀφ' ἱερᾶς. [4] Ἡ δὲ διὰ πολλῶν ψήφων παιδιὰ, [5] πλινθίον ἐστὶ, χώρας ἐν γραμμαῖς [6] ἔχον διακειμένας· καὶ τὸ μὲν [7] πλίνθιον καλεῖται πόλις· τῶν δὲ ψήφων ἑκάστη, [8] κύων· [9] διῃρημένων δὲ εἰς δύο τῶν ψήφων [10] κατὰ τὰς χρόας, ἡ τέχνη τῆς παιδιᾶς ἐστι [11] περιλήψει τῶν δύο ψήφων ὁμοχρόων τὴν ἑτερόχρουν ἀναιρεῖν· ὅθεν
99 καὶ [12] Κρατίνῳ πέπαικται. • [13] Πανδιονίδα

a ſacra. Multis autem teſſeris conſtans ludus laterunculorum eſt, loca lineis diſpoſita habens: & una quidem laterunculorum pars, civitas vocatur: & teſſeræ ſingulæ, canis. Teſſeris autem in duas partes ſecundum colorem diviſis, ludi hujus ars eſt, comprehenſione duarum teſſerarum concolorum, alteram diſcolorem tollere. Unde & Cratinus luſit, • Pandionidem 99

ad *Diogenianum*: & adſcribam quoque hanc Onomaſticographi noſtri particulam Latine redditam a *Pantino* in *Apollonium*: *Uterque ludentium quinque calculos habet in lineis quinque collocatos, quarum linearum media Sacra dicta, a qua dum ludens calculum moveret locum proverbio fecit.* *Michaël* vero ſic effert: Κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς λίθον· quæ vox poſterior, pro qua ψῆφον habeam potius, apud alios non additur: utitur alias & hac parœmia *Plutarchus* ἐν τῷ πρὸς Κολώτην· Iidemque videndi, qui de πεσσοῖς. Hanc autem ἱερὰν γραμμὴν Latine dicas *incitam*, ſicut oſtendit *Scaliger* ad *Varronem* libr. VI. Adde *Eraſmum* Chil. I. Cent. I. Adag. 25. & de calculis incitis *Etymologicon Voſſii* in *Cieo*.

4 Ἡ δὲ &c.] C. A. titulum præmittit: Ὅσα ἐν πλινθίοις. KÜHN.

Ἡ δὲ &c.] Vide, ut dixi, *Calcagninum* de *Calculis*, ubi & contra eos diſputat qui ludum Scaporum, ut vulgo vocant, eundem cum ludo calculorum putant. *Freigius* Notis in Colloquia *Vivis* ad Dialogum ſextum, interpretatur, *duodecim ſcruporum luſum qui Quintiliano dicatur*: Germanis Der zwölffte Stein: Gallis, *le jeu aux Dames*: ibique ad oram tabulam delineat cum γραμμαῖς. JUNG.

5 Πλίνθιον &c.] C. A. πλινθίον &c. ἔχον κειμένας. *Euſtath.* Ψήφων πολλῶν ἐν διαγεγραμμέναις τισὶ χώραις κειμένων &c. KÜHN

6 Ἔχον] MS. male ἔχων· quas autem χώρας hic vocet, ut & *Euſtathius regiones*, eas *mandras* a *Martiali* dictas,

Sic vincas Noviumque Publiumque
Mandris & vitreo latrone clauſos,

putat *Calcagninus* de *Calculis*. *Euſtathii* verba ex eo, quem τὰ περὶ τῆς καθ' Ἕλληνας παιδιᾶς ſcripſiſſe ait, habes in *Seberi* noſtri Notis, ubi γραμμικαὶ χῶραι dicuntur πόλεις vocatæ; & an huc reſpexit *Heſychius*, quum ſciberet Πόλιν, τὴν χώραν; Certe & *Zenobius* proverbiorum epitome in πόλεις παίζειν, ait de hoc ludo, ταῖς λεγομέναις νῦν χώραις, τότε δὲ πόλεσιν. Et ſic πόλιν habes mox in *Cratini* verbis. JUNG.

7 Πλινθίον καλ. πόλις.] *Euſtath.* Odyſſ. fol. 29. ὅτι εἶδός τι κυβείας καὶ πόλις· ἐν ᾗ ψήφων πολλῶν ἐν διαγεγραμμέναις τισὶ χώραις κειμένων, ἐγίνετο ἀνταναίρεσις, καὶ ἐκαλοῦντο αἱ μὲν γραμμικαὶ χῶραι πόλεις ἀστειότερον· αἱ δὲ ἀντεπιβουλεύουσαι ἀλλήλαις ψῆφοι κύνες, διὰ τὸ δῆθεν ἀναιδές. SEB.

Πλινθίον καλ. πόλις.] C. A. πλινθίον· recte. *Euſtath.* αἱ μὲν γραμμικαὶ χῶραι πόλεις καλοῦνται ἀστειότερον. KÜHN.

Πλινθίον καλ. πόλις.] MS. πλινθίον. ut & *Eraſmus* habet Adagio *Civitates luſimus*. & ita certe ſcribendum eſt, non ut vulgo πλινθίον. JUNG.

Πλινθίον] *Kuhnius* in textu πλίνθιον· & ſequimur omnino, niſi quod πλινθίον. Ipſa de re videndus eſt *Senſtlebius* de *Alea Veter.* c. 11 & 12. & quos ille adducit plures; ibidemque & hunc totum *Pollucis* noſtri locum habet; Χῶραι in hoc ludo dictæ πόλεις olim, quæ ſingulo ſingulæ conſtabunt πλινθίον· Μονόχωρος ἐν τάβλῃ Gloſſatoribus, *adunatus*: *Heſychium* vero non huc reſpexiſſe puto, cum πόλεις interpretatur χώρας, ſed ad illam rariorem πόλεως notionem, qua pro tota regione ſumitur, uti monuit hac de re *Caſaubonus* ad *Athenæum*. Ipſi vero calculi κύνες, διὰ τὸ ἀναιδές, ajunt *Grammatici*: ſed proprie quidem de monade ſeu unione κύων in alea taliſque: hinc itaque tranſlata vox ad tabulam luſoriam; nam ſinguli ψῆφοι ſeu calculi fuerint tanquam uniones. Diſtincti autem hi erant ſeu colore ſeu materia; *tabula calculis ſtrata bicoloribus* memoratur *Sidonio* lib. VIII. Ep. 12. ad quem locum adeundus *Savaro*, qui aureos atque argenteos e *Petronii Satyrico* in medium profert, materia diverſos. *Proſper* de *Gloria Sanctorum* candidos nominat & purpureos. Intelliget autem hujus ludi formam facile, qui Damiludii, uti vulgo appellatur, habuerit notitiam. Adde *Souterium* de *Aleator.* cap. 20. Mox vero editiones ante *Seberum* ἐστι περίληψις. *Kühnius* adſcripſerat *f.* περιλήψει· ſed eam lectionem *Seberi* jam textus habuit.

8 Κύων.] *Euſtath.* αἱ δὲ ἀντεπιβουλεύουσαι ἀλλήλαις ψῆφοι, κύνες διὰ τὸ δῆθεν ἀναιδές. KÜHN.

9 Διῃρημένων] C. A. iterum διειρημένων. male. KÜHN.

10 Κατὰ τὰς χρόας] Κατὰ ἑκάστην καὶ τὰς χρόας C. A. *pro ſe & ſecundum colores*. KÜHN.

11 Περιλήψει τῶν δύο ψ. &c.] E MS. nec Interpres aliter: priores editiones περίληψις. SEB.

Περιλήψει τῶν δύο ψ. &c.] C. A. π. δύο ψ. ἐ. τὴν ἑτερόχροαν ἀνελεῖν. C. V. ἀμελεῖν male. *Euſtath.* eleganter ex *Athenæo*, quo ipſe uſus eſt, ἀνταναίρεσιν vocat, cum ſibi invicem calculos auferebant e ludo. KÜHN.

Περιλήψει τῶν δύο ψ. &c.] MS. παιδιᾶς ἐστὶ περιλήψει δύο ψ. ſine τῶν & bene ex ſuo etiam *Seberus* noſter περιλήψει edidit. MS. ἑτερόχροον ἀμελεῖν· ſcripſerat nempe ἀνελεῖν. JUNG.

12 Κρατίνῳ] Ἐν Δραπέτισιν nimirum, ut indicat *Zenobius* proverbiorum epitome in πόλεις παίζειν. JUNG.

13 Πανδιονίδα] Vide Proverb. *Civitates ludimus*. SEB.

Πανδιονίδα] Locus *Cratini* ex veteri libro ita reſtitutus eſt *Salmaſio*: ὅθεν καὶ Κρατίνῳ πέπαικται Πανδιονίδα, πόλεως βασιλέως τῆς ἐριβώλακος οἶσθ' ἣν λέγομεν καὶ κύνα καὶ πόλιν ἣν παίζουσι· ἐριβόλαξ, *verbum finxit ut ἐριβῶλαξ, niſi ita ſit reponendum*: hæc ille in *Proculum Vopiſci*: ita legunt & noſtri MSSti, niſi quod C. A. habet ἤσθην pro οἶσθ' ἣν. C. V. τῆς ἐριβώλακος οἶσθην· quod poſterius ita & *Salm.* V. C. ſenarios hoſce ita vellem ſibi reſtitutos:

Πανδιονίδα πόλεως βασιλέως
Τῆς ἐριβώλακος οἶσθα, ἣν λέγομεν
Καὶ κύνα καὶ πόλιν, ἣν παίζουσιν· οἶδα·

Pandionidem Regia civitatis
Magnas habentis glebas, noſti, quam vocant
Et canem & urbem cum luſitant? novi ego.

videtur Poëta luſiſſe in eo quod tribum Pandionidem aſſignat ludo, qui *Urbs* dicitur, & calculum Regis nomine ſignatum habet: ἐριβώλακα vocat eundem propter multos calculos vel χώρας diſtinctas lineis. *Heſych.* Πόλεις παίζειν, παροιμιῶδες καὶ δοκεῖ μετενηνέχθαι ἀπὸ τῶν ταῖς ψήφοις παιζόντων ταῖς λεγομέναις νῦν μὲν χώραις, τότε δὲ πόλεσιν· ubi non miror χώρας ſedes

Re-

Regis urbem, hujus de adulatore quam dicamus, noſti: & canem, & urbem, quam ludunt. Huic autem ludo proxime accedit Grammiſmus, & diagrammiſſare: quem ludum nonnulli & lineas vocarunt. Sed aſtragalis ludere, aſtragalizare, aut ἀστρίζειν fortaſſe dicetur. Nonnulli enim Poëtarum aſtragalos Ἀστρίας nominaverunt. Ariſtophanes autem Aſtrichos.

[14] πόλεως βασιλέως, [15] τῆς ἐριβώλακος, οἶσθ' ἣν λέγομεν, καὶ κύνα καὶ πόλιν, ἣν παίζουσιν· ἐγγὺς δὲ ἔστι ταύτῃ τῇ παιδιᾷ καὶ ὁ [16] διαγραμμισμὸς, καὶ τὸ διαγραμμίζειν, [17] ἥν τινα παιδιὰν, καὶ γραμμὰς ὠνόμαζον. [18] Τὸ μὲν οὖν ἀστραγάλοις παίζειν, [19] ἀστραγαλίζειν, καὶ [20] ἀστρίζειν [21] ἔνιοι δὲ τῶν ποιητῶν εἰρήκασιν, ὅτι καὶ τοὺς ἀστραγάλους καὶ ἀστρίας εἰσὶν οἱ ὠνόμαζον. [22] Ἀντιφάνης δὲ καὶ ἀστρίχους.

calculorum opponi πόλεσι, cum *Heſychii* tempore nomen πόλεως exoleverit, totumque ludum χώρας dici uſus obtinuerit. KÜHN.

Παιδιονίδα πόλιν] Locus & obſcurus & corruptus, cui ſanando parum eſt id opis, quod MSS. adferunt: ex iis πόλεως, &, ſiquidem in hanc vocem conſentiant, ἐριβώλακος in textum retuli pro vulgato περὶ κόλακος, quod ineptum: tum κύνα in editionibus, quæ *Seberi* præceſſerunt, legebatur, quod quidem in κύνα mutaverat ſeu conjectura ſeu MS. adjumento *Falckenburgius*. De cetero loci ſenſum atque mentem adſequi non valemus, & non dubito, quin in ipſis etiam MSS. exhibeatur vitioſe ille *Cratini* locus: quorſum enim βασιλέως, quorſum ἣν παίζουσι, ubi ἣν, puto, melius deerat: ſed abſcedere hinc ſatius eſſe duco, quam rem frigidis argumentis intricatiorem facere: tetigit etiam locum *Thomas Hyde*: habebis verba, ſi quam forteau ab iis habere lucem poſſis. *Dictus Cratini locus in Captivis ſubobſcurus eſt, ubi forte illudit Athenarum urbi, emphatice aliquando dictæ* πόλις, *& a Pandonio* (Pandione) *ejuſdem rege* Πανδονίς, (Πανδιονίς) *ad hanc per urbem ludicram pulchre alludendo, & ad regis adulatores, ubi ſc. a Cratino* luſum & jocatum eſt, cujus de Adulatore quam dicimus, noſti; & canem & urbem, quam ludunt: *ubi adulatores canibus comparantur, & pulchre a poëta alluſum eſt, ut præſentes tunc mores perſtringerentur ſub umbra hujus ludi, qui, quia anteactis ſeculis inſtitutus fuerat, a nemine taxari potuit.* Sed ingenium hic acutiores exerceant, ſi forſitan expedire valeant, in quibus hæremus nos puſilli.

14 Πόλιν] MS. πόλεως, pro πόλιν· & videtur rectius. JUNG.

15 Τῆς περὶ κόλακος &c.] Legitur hic in MS. βασιλέως τῆς ἐριβώλακος οἶσθην (una voce, ut talia ſæpius ſolet) λέγ. &c. nam illud ἐριβώλακος omnino reponendum eſt: creberrimum id epitheton in *Homero*: ut Ἰλιάδ. ι. Τάρνης ἐριβώλακος Ἰλ. ζ. Τροίῃ ἐριβώλακι Ἰλ. β. Λαρίσσαν ἐριβώλακα· alibi plurimis locis. *Eraſmus* ex περὶ κόλακος continxit junctum περικόλακος, dum dicto Adagio, *Civitates ludimus*, vertit, *ſupra modum adulatricis*. JUNG.

16 Γραμμισμὸς] MS. διαγραμμισμός. *Rhodigin.* lib. XX. c. 27. Teſſerarii ludi ſpecies fuit veteribus diagrammiſmus, a verbo γραμμίζειν· adhibebantur (ut inquit *Euſtath.* Iliad. fol. 490.) calculi ſexaginta tum albi, tum nigri &c. ibidem etiam alia ex hoc capite. SEB.

Γραμμισμὸς] Ex verbo, quod ſtatim ſequitur, colligas legendum, διαγραμμισμός· & ita *Heſychius* cum aliis. C. A. leg. διαγραμματικὸς, leg. διαγραμματισμός· poſtea Idem pro διαγραμμίζειν leg. διαγραμματίζειν, quod venit a διάγραμμα· vulgatum vero a γραμμή. utroque idem ſignificari exiſtimes haud immerito. KÜHN.

Γραμμισμὸς] Pro γραμμισμὸς ocyus repone διαγραμμισμὸς, ut tam MS. noſter quam *Seberi* habet, quod ſatis etiam clarum ex ſequente διαγραμμίζειν, & ſupra in ſerie capitum Segm. 5. etiam διαγραμμισμοῦ cum MS. noſtro reponebamus: habuiſti & ſupra VII, 206. eadem. JUNG.

Γραμμισμὸς] *Kühnium* ſecutus in textum dedi διαγραμμισμός· itaque decepêre ſemet ipſos eruditi viri, qui γραμμισμὸν etiam hunc ludum opinabantur appellatum, non alio quidem argumento, quam quod hic apud *Pollucem* ita legeretur: vide *Meurſium* in voce & *Bulengerum* c. 61. & *Senſilebium* c. 8.

17 Ἥν τινα παιδιὰν, &c.] Abſunt hæc a C. A. KÜHN.

18 Τὸ μὲν οὖν ἀστρ. π.] Sequitur hic Aſtragalorum luſus, de quo prolixe *Calcagninus* diſſertatione de *Talis*. Vid. & Avum meum *J. Camerarium* Comm. utr. ling. c. 846. JUNG.

19 Ἀστραγαλίζειν, &c.] MS. καὶ ἀστραγαλ. καὶ ἀστρίζειν· omiſſis ἂν εἴη. JUNG.

20 Ἀστρ. ἂν εἴη.] C. V. non agnoſcit. C. A. ſolum ἂν prætermiſit. KÜHN.

Ἀστρ. ἂν εἴη &c.] Reſtitui textum e MSS. ad *Jungermanni* noſtri mentem: ſic fuit ante nos lectum: καὶ ἀστρίζειν ἂν εἴη· ἔνιοι δὲ τῶν ποιητῶν καὶ τοὺς ἀστραγάλους καὶ ἄστριας ὠνόμαζον· quam reddidimus ſcripturam, ut eſt locupletior, ſic & elegantior. Talos dixerat ἄστριας *Callimachus* in hoc fragmine, δίκα δ' ἄστριας αἰνυτο λύτρον· ita nimirum legendum apud *Etymologum*, ut & eſt in *Suida*, qui tamen in *Cyrenæi* vatis loco non ἄστριας habet, ſed ἄτριας· male: pendeatque forſitan illius error ab exemplari vitioſo *Callimachi*, in quo σ in ἄστριας erat extritum: *Heſychius* & ἀστρίων & ἀστρίχων meminit: Ἄστριες, ἀστράγαλοι· Ἄστριχοι, τὸ αὐτό. Hunc etiam talorum ludum a *Palamede* inventum obſervabamus ſupra.

21 Ἔνιοι δὲ τῶν ποιητῶν &c.] MS. ἀστρίζειν οἱ ποιηταὶ εἰρήκασιν, ὅτι καὶ τοὺς ἀστρ. SEB.

Ἔνιοι δὲ τῶν ποιητῶν &c.] C. A. οἱ δὲ τ. π. κ. τ. ἀ. ἀστρίας ὠ. C. V. ἔνιοι δὲ τῶν ποιητῶν εἰρήκασιν, ὅτι καὶ τοὺς ἀστραγάλους ἀστρίας εἰσὶν οἱ ὠνόμαζον· malim ἄστριας a recto ἄστριες apud *Heſych.* & *Euſtath.* *Salm.* leg. ἔνιοι δὲ π. ἀστρίζειν εἰρήκασι. KÜHN.

Ἔνιοι δὲ τῶν ποιητῶν &c.] MS. ἔνιοι τῶν ποιητῶν εἰρήκασιν ὅτι καὶ τοὺς ἀστραγ. *Seberi* MS. fere ita quoque, unde patet ita juxta MS. hæc ſcribenda & diſtinguenda: καὶ ἀστραγαλίζειν, καὶ ἀστρίζειν ἔνιοι τῶν ποιητῶν εἰρήκασιν, ὅτι καὶ τοὺς ἀστραγάλους ἀστρίας εἰσὶν οἱ ὠνόμαζον· ita enim & hæc poſtrema MS. noſter pro vulgatis καὶ ἀστρίας ὠν. habet. Et non poteſt diſplicere lectio MS. Habet vero ἀστρίας MS. paroxytone, ut retuli. *H. Stephanus* tamen in ſuo Codice ad marginem emendavit, ἄστριας· ſed utrumque rectum: καὶ τοὺς τοιούτους ἀστραγάλους, ἀστρίας ἢ ἄστριας, ait *Euſtathius* ad Ἰλιάδ. ζ. ἀστρίαι nimirum & ἄστριες, ut ipſe *Stephanus* in Theſauro indicavit: vulgatam lectionem etiam *Rhodiginus* adgnovit XX. antiq. lect. 27. *Dicuntur & aſtriæ*, ſcribens, *ſed a Poëtis tantum, ut ſcribit* Pollux. Et *Calcagninus* etiam de *Talis*: & *Junius* II. Animadv. 4. JUNG.

22 Ἀριστοφάνης] MSSti Ἀντιφάνης δὲ &c. talos etiam ἀστρίχους dixit. KÜHN.

Ἀριστοφάνης] MS. noſter non Ἀριστοφ. ſed Ἀντιφάνης habet: quod fortean verius. JUNG.

Ἀριστοφάνης] MSS. ſequamur duces, qui nobis hic omnes pro *Ariſtophane* ſupponunt *Antiphanem*: & alibi in ipſo quoque noſtro *Polluce* utriuſque nomina

[21] τὸ δὲ σχῆμα τοῦ κατὰ τὸν ἀστράγαλον πτώ-
100 ματος, ἀριθμοῦ δόξαν εἶχεν· * καὶ τὸ μὲν μο-
νάδα δηλοῦν καλεῖται κύων· τὸ δὲ ἀντικείμενον
[24] Χιάς· καὶ [25] Χῖος οὗτος [26] ὁ βόλος· δυὰς δὲ καὶ
πεντὰς ἐν ἀστραγάλοις, ὥσπερ ἐν κύβοις, [27] οὐκ
ἔνεστιν· οἱ δὲ πλείους τὸν μὲν [28] ἐξίτην Κῷον, τὸν
δὲ κύνα, Χῖον καλεῖσθαι λέγουσι· καὶ μὴν καὶ
[29] στησίχορος ἐκαλεῖτό τις παρὰ τοῖς ἀστραγα-
λίζουσιν ἀριθμὸς, ὃς ἐδήλου τὰ ὀκτώ· τὸν γὰρ
ἐν [30] Ἱμέρᾳ τοῦ ποιητοῦ τάφον, ἐξ ὀκτὼ πάντων

Forma autem aſtragalorum jactus nume-
ri rationem habebat. * & unitatem ſi- 100
gnificans, canis vocatur: oppoſita autem
pars, Chias. & Chius dicitur hic jactus.
Denarius autem numerus, & quinarius
in aſtragalis non ſunt, ſicut in teſſeris.
Plurimi vero Venatorem, Coum: canem-
que, Chium appellari putant. Tum &
Steſichorus nuncupatur quidam in a-
ſtragalorum ludo numerus, qui octona-
rium ſignificat. Poëtæ enim hujus in Hi-
mera ſepulchrum ex octonis omnibus

memini confuſa: plures ſimiles ex aliis adferrem locos, ubi vitio pari commiſſum: ſed temporis anguſtiæ premunt.

23 Τὸ δὲ σχῆμα] C. A. τὸ δὲ σχῆμα· *certa quadam forma cadentis tali ſignificabat numerum quendam.* KÜHN.

Τὸ δὲ σχῆμα] Ex his & quæ ſequuntur conatur locum *Ariſtotelis* emendare *Calcagninus* de *Talis*, κῷα & χία, pro κῶλα & ἰσχία reponendo: ubi & inquirit cur nulla hic, ut nec apud *Ariſtot.* vel *Euſtath.* mentio *jactus Venerii* celebris & felicis; & quiſnam ille fuerit itaque. Vide alias ad hæc *Pollucis* & *H. Junium* II. Amimadv. 4. Obſervant autem hinc viri docti, in talis numeros non fuiſſe, ſed ipſum tali latus, vel figuram laterum pro numero fuiſſe, ut *Turnebus* V. Adverſ. 6. VI. Adverſ. 10. *H. Junius* II. Anim. 4. & *Cruquius* ad extremam *Oden* quartam lib. I. carm. *Horatii.* JUNG.

24 Χιάς.] C. A. & *Salm.* χιλιάδα. C. V. melius, τριάδα· diverſa ab his tradit *Euſtathius*, quod ſcilicet quilibet talus habeat πτώσεις τέσσαρας κατ' ἀντίθετον συγκειμένας ὁμοίως κύβῳ, ἔχουσι δὲ ἀντικείμενα μονάδα καὶ ἑξάδα, εἶτα τριάδα καὶ τετράδα· ἡ γὰρ δυὰς, φησὶ, καὶ πεντὰς ἐπὶ κύβων μόνον παραλαμβάνονται, ὡς ἐχόντων ἐπιφανείας ἕξ· deinde notat unionem dici & canem & Chium ex proverbio: Χῖος παραστὰς Κῷον οὐκ ἐᾷ λέγειν· quam opinionum diverſitatem infra Auctor indicat. KÜHN.

Χιάς.] MS. longe aliter: τὸ δὲ ἀντικείμενον, τριάδα· καὶ Χῖος οὗτος ὁ βολός· ubi & in ſuo Codice ὁ βόλος emendavit *H. Stephanus*, ut bene edidit *Seberus* noſter: & *Calcagninus* etiam habet de *Talis* non aliter. Sed bene conſiderent illud τριάδα, ſive potius τριὰς debebat, viri docti, quod MS. noſter pro vulgato Χιὰς habet: & valde vellem βεβαιωτὴν alium quoque darent viri docti, qui illud Χιὰς ex vulgato ſuis ſcriptis inſerunt, ut *Calcagninus* de *Talis*: de triade enim & tetrade, ea in talis fuiſſe, nemo, credo, dubitat: quum noſter ſaltem *dyada* & *pentada* in iis fuiſſe neget. Sed tamen adhuc nos dubitare facit locus *Euſtathii*, in quo τῇ μονάδι, non τριάδα, ſed ἑξάδα ἀντικεῖσθαι ait. Locus eſt ad Ἰλ. ψ. ἐπαίζετο δὲ ἡ παιδιὰ τέσσαρσιν ἀστραγάλοις, ὧν ἕκαστος πτώσεις εἶχε τέσσαρας, οὐ μὴν ἓξ κατὰ τοὺς κύβους, ἐξ ἑβδομάδος κατ' ἀντίθετον συγκειμένας· ἀντίκειτο γὰρ, μονὰς καὶ ἑξάς· εἶτα, τριὰς καὶ τετράς· δυὰς δὲ καὶ ἡ πεντὰς, ἐπὶ μόνων κύβων ἦν ὡς ἐχόντων ἐπιφανείας ἕξ. quæ ſatis clara ſunt. Non itaque me extrico: nam quod apud *Pollucem* etiam ſequitur καὶ Χῖος οὗτος ὁ βόλος ad ἐξίτην videtur forte pertinere, quem a pluribus ſupra ait κῷον dici, & μονάδα, Χῖον. Aliis hæc ut pleraque intricatiora relinquamus, quam ut moremur diutius, ne cum *Claudio* morari deſinere jubeamur: de Κῷῳ & Χίῳ eoſdem fuiſſe docuit & *Brod. Schol.* ad lib. III. Antholog. c. 6. JUNG.

Χιάς.] Non equidem probo MSS. τριάδα, quam tamen & ita reſtituerat *Kühnius.* Χιὰς dictum ea forma, qua τριὰς, τετρὰς, πεντὰς, ἑξάς· additque confeſtim *Pollux*: καὶ Χῖος οὗτος ὁ βόλος. Hoc itaque loco Χῖος & Χιὰς non alius eſt ab ἐξίτῃ jactus: & ſupra quoque adſeruimus e *Leonida* Χῖον etiam dictum ἐξίτην· indicat id ipſum clare ſatis *Pollux*, cum mox plures ἐξίτην dixiſſe κῷον, unionem vero Χῖον refert, unde, ni fallor, quoſdam de unione κῷον, de ſenione Χῖον uſos fuiſſe patet: porro in talis atque alea oppoſitos ſibi fuiſſe unionem & ſenionem, non ternionem, præter auctorum veterum teſtimonia ipſa docet αὐτοψία· nam neque hac tempeſtate aliter fieri ſolet. Hæc autem *Pollucis* noſtri advocat etiam *Thomas Hyde* Hiſtor. Tal. pag. 140. qui ſibi minus probabile & falſum eſſe videri, inquit, Chium denotare ſenarium: Chios enim Græcis deſpectui habitos, & in *Ariſtophanis Scholiis* Χῖος ἀποπατῶν, de homine, qui civitatem conſpurcaret: non itaque fidem mereri a peſſima gente ſenionem Chium dictum: ſed illa qualiacunque doctiſſimi viri nihil iſta de re probant, quibus omnibus oppono, Athenienſibus Chios tam arcta fuiſſe conjunctos ſocietate, ut uterque populus alter pro alterius ſalute publice vota faceret, ac, tametſi contemptos ac in fabulis *Comicis* exagitatos, quod cui non Græciæ populo contigit, ſummo tamen Athenienſibus aliquando fuiſſe uſui. ut rationis fuiſſe ſatis exiſtimem, ſi ſenionem jactum felicem atque fauſtum ab hoc populo Chium dictum cenſeamus. Sed plurimus tamen uſus obtinuit ut Κῷος de ſenione, Χῖος autem de unione uſurparetur. Illos, qui Chium ternionem dicebant, Senionem vero quaternarium, quorumque ſententiam habes relatam a *Senftleb.* cap. 5. mittimus errantes ſtolidiſſime. Cur autem & quomodo Chius & Cous in jactuum venerint numerum, monſtrare mihi *Simplicius* videtur ad *Ariſtotelem* de Cœlo: γράφεται δὲ καὶ οὕτως ὡς μεγάλων ἐν ἀμφοῖν ταῖν νήσοιν γινομένων· ſic itaque, quibus in deliciis erant tali, utriuſque gentis, qui eos ſuppeditabat optimos, memoriam ad poſteros tranſmittere voluerunt. Sed de his quidem ſatis eſt: de cane vero, qui & *Vulturius* Romanis, videndus eſt *Meurſius* in Κυβείᾳ, & *Bulenger.* cap. 58 & 59. Mox pro οὐκ ἔστιν malui cum MSS. οὐκ ἔνεστιν.

25 Χῖος] C. V. Χιὸς οὗτος &c. KÜHN.

26 Ὁ βόλος. δυὰς] Priores editiones ὀβόλος· διάς. vid. *Euſtath.* Iliad. f. 1399. SEB.

27 Οὐκ ἔστιν.] MSS. οὐκ ἔνεστιν. KÜHN.

Οὐκ ἔστιν.] Emenda ut in MS. noſtro eſt, οὐκ ἔνεστιν. JUNG.

28 Ἐξίτην] Pro ἐξίτην MSS. legunt εἰξίτην. *Euſtath.* conſentit cum vulgata lectione. KÜHN.

Ἐξίτην] MS. mendoſe τὸν μὲν εἰξίτην κῷον. JUNG.

29 Στησίχορος] C. A. στησιχορεῖ· male. *Euſtath.* στησίχορος etiam: dein in C. A. ἐκαλεῖτο παρὰ τ. ἀ. &c. KÜHN.

Στησίχορος] MS. στησίχορός τις ἐκαλεῖτο παρὰ &c. JUNG.

30 Ἱμέρᾳ] Prior. edit. ἡμέρα· vid. *Steph.* de Urb. & *Rhodig.* Antiq. lect. XX, 27. ubi & pro συνῆξεν, quod priores editiones, mox Latine expreſſum συνήρξεν, quod MS. habet. SEB.

Ἱμέρᾳ] *Suid.* ἐν Κατάνῃ, in πάντα ὀκτώ· vid. & *Ze-*

compoſitum, peperiſſe tradunt Ἀπαντοκ-
101 τὼ, id eſt, omnia octo, parœmiam. * Inter quadraginta vero illos, qui poſt triginta regnarunt Athenis, fuit & Euripides. Inde ſi aſtragalorum jactus quadraginta colligeret, Euripidem eum numerum vocabant. Sed & pueros in ſpoliariis, aſtragalos e ſportulis rapere Plato inquit; ſed lu-

[31] συντιθέντα, πεποιηκέναι τὴν, [32] Παντ᾽ ὀκτὼ, φασὶ παροιμίαν· * [33] ἐπεὶ δὲ τοῖς τετταράκοντα τοῖς 101
μετὰ [34] τοὺς τριάκοντα προστᾶσιν Ἀθήνησι συνῆρξεν Εὐριπίδης, [35] εἰ τετταράκοντα [36] συνήθροιζεν ἀστραγάλων βολὴ, τὸν ἀριθμὸν τοῦτον [37] Εὐριπίδην ὠνόμαζον. Καὶ μὲν καὶ [38] ἀρτιάζειν, ἀστραγάλους ἐκ Φορμίσκων [39] καθαιρομένους ἐν τῷ ἀποδυτηρίῳ τοὺς παῖδας ὁ Πλάτων ἔφη· τὸ δὲ

nob. Centur. V. & ibi *Schotti* notam. C. V. male ἡμίρᾳ. KÜHN.

Ἱμέρᾳ] MS. ἡμέρᾳ, ut ſemper iſtud proprium vitioſe habuit, ut etiam hic vulgati. *Himera* recte *Rhodig.* XX. Ant. 27. Legitur adhuc idem vitioſe apud *Euſtath.* ad Ἰλ. ψ. ἐλέγετο δὲ τις ἐν αὐταῖς (πτώσεσι τῶν ἀστραγάλων) καὶ στησίχορος, ὁ τὴν ὀκτάδα δηλαδὴ σημαίνων, ἐπεὶ ὁ ἐν ἡμέρᾳ τῇ Σικελικῇ τάφος τοῦ δὲ τοῦ μελοποιοῦ ἐξ ὀκτὼ γωνιῶν συνέκειτο· ubi ἐν Ἱμέρᾳ quoque emenda. JUNG.

31 Συντιθέντα] C. V. συντιθέντα πεποιηκέναι τὴν παντοκτὼ φασι π. C. A. etiam leg. παντοκτὼ· ex quo leg. πάντ᾽ ὀκτὼ vel πάντα ὀκτώ. *Salmaſius* καταπεποιηκέναι τ. π. KÜHN.

Συντιθέντα] MS. συντιθέντα πεπ. τὴν παντοκτὼ φασὶν παρ. quæ lectio vulgatæ vix cedat. JUNG.

32 Ἀπαντοκτὼ] *Eraſm.* Prov. *Omnia octo.* SEB.

Ἀπαντοκτὼ] Vocem in *Meurſio* diviſam reperio, ἅπαντα ὀκτώ· & melius revera. MSS. παντοκτὼ· unde παντ᾽ ὀκτὼ feci: notum eſt, quam hic error in MSS. frequens; neque aliter ſcribi ipſa parœmiæ ratio permittit: *omnia ſunt octena:* de ortu varia Parœmiographi: *Polluci* conſentit *Suidas*, & ex eo *Michaël Apoſtolius*, a quibus utriſque toto cœlo diſcrepat *Zenobius*, qui ex *Euandro* ſcribit octo fuiſſe Deos, qui omnium rerum tenerent moderamina; ex aliis autem, Olympica certamina octena fuiſſe, quæ ſingula penes eum enumerata reperies: nobis morari non licet. De ſteſichoro jactu iidem, qui de cane, videantur.

33 Ἐπὶ δὲ τοῖς τετταράκ.] C. A. ἐπεὶ δὲ &c. *cum vero inter quadraginta viros* &c. præmittit autem titulum, Ὅσα ἐν ἀστραγάλοις πρὸς στάσιν. KÜHN.

Ἐπὶ δὲ τοῖς τετταράκ.] Locum hunc MS. noſtri ope reſtituemus, ſpero, vere. Is quidem initio quoque male ἐπὶ habet, quum ἐπεὶ ſcribendum ſit. Sed tum egregie MS. μετὰ τοὺς τριακ. προστᾶσιν Ἀθήν. συνῆρξεν Εὐριπίδης· εἰ τεττ. &c. ſcribendum enim προστᾶσιν. & συνῆρξεν, quod & *Rhodiginus* bene vidit, recte repoſuit & *Seberus.* Jam locum totum ita ſcribe & diſtingue ejecto aſteriſco: ἐπεὶ δὲ τοῖς τετταράκοντα τοῖς μετὰ τοὺς τριάκοντα προστᾶσιν Ἀθήνησι συνῆρξεν Εὐριπίδης, εἰ τετταράκοντα &c. & jam clara omnia, nec explicatione indigent. De his τεσσαράκοντα noſter & ſupra VII, 100. Unus nempe eorum Quadraginta virorum quia fuerat & *Euripides*, inde jactui quadragenario id nominis inditum. JUNG.

Ἐπὶ δὲ τοῖς τετταρ. &c.] Reſtituimus hunc locum, prout reſtituendum docuerat ex MS. ſuo *Jungermannus:* in pleriſque *Kühnius* conſentit: vulgo ἐπὶ δὲ τ. & ante τοὺς τριάκοντα ſtellula fuit: tum προστᾶσιν· & demum εἶτα εἰ τετταράκ. Sed ad alia porro pedem promoveamus.

34 * Τοὺς τριάκοντα] C. A. μετὰ τὴν τῶν τριάκοντα πρόστασιν. *Salm.* ex V. C. τοῖς μετὰ τὸ τριάκοντα & tum συνῆρξεν. KÜHN.

35 Εἶτα εἰ] Εἶτα εἰ abſunt a C. V. KÜHN.

36 Συνήθροιζεν &c.] C. V. legit συνήθροιζεν ἐν ἀστραγάλοις βολῇ· ἀστραγάλοις & *Salm.* V. C. ſed in eo correctum teſtatur ἀστραγάλων. KÜHN.

37 Εὐριπίδην] Idem notat *Euſtathius*, ſed nominis rationem non addit. KÜHN.

38 Ἀρπάζειν] In MS. potius legerim ἀρτιάζειν, quomodo eſt mox. SEB.

Ἀρπάζειν] C. V. ἀρτιάζειν, quod firmat ipſe locus *Platonis*, quem ſupra dedimus Segm. 43. ubi vide ſis: poſtea legendum ἀστραγάλοις ἐκ φορμίσκων προαιρομένοις, *ludere par impar talis e ſcirpeis fiſcellis prolatis*, uti iterum inſpecto loco apparebit. *Salm.* V. C. ἀρτάζειν, unde facit ἀρτιάζειν, & tum ἀστραγάλοις probat. KÜHN.

Ἀρπάζειν] MS. noſter, ut *Seberi*, ἀρτιάζειν, non vero ἀρπάζειν. JUNG.

Ὑποστροφὴ] Rectum eſt id nominis, addendumque fuerit potius MSS. ἐξυποστροφὴ, quam ut in id mutetur recepta lectio. A priori vocabulo στροφὴ originem duxere Romanorum *ſtropha*: celebris eſt illa vox in *Plautinis* fabulis, & plerumque jungi *dolis* ſolet: hinc & in *Gloſſis*: *Strophoſus*, δόλιος· neque etiam in hac re differt *verſutus*, quod nomen *Cyrillus* exponit: πολύτροπος, ποικιλόφρων· ὁ μὴ ὀρθὸς ἀνὴρ, pro quo legendum ἄνθρωπος, ſic enim id vocabuli compendioſe ſcribitur in MSS. indeque *verſutia*, πονηρία, πανουργία· eadem eſt Romani, quæ Græci nominis origo. Poſt διάδυσιν ſequitur διάλυσις, quod nomen hic non opportuno poſitum eſt loco: & ex præcedenti vitioſe repetitum abunde docent MSS. noſtri, ſiquidem omittant: porro neque caſti ſcriptoris auctoritate defendi, neque repetita verbi mentione in ſequentibus poteſt, quod de aliis omnibus hic factum: quæ me rationes permoverunt, ut διάλυσιν hinc ejicerem. Dicitur quis διαδύεσθαι, qui doloſe alicui obrepit, eaque notione in volumine N. T. id verbi occurrit.

51 Διάδ. διάλυσις] Abeſt a C. V. in C. A. ſuperſcripta eſt vox illa. KÜHN.

Διάδ. διάλυσις] Deeſt in MS. διάλυσις. JUNG.

52 Κλοπὴ] MS. κλ. παρατροπή. SEB.

Κλοπὴ] Poſt κλοπὴ inſeritur παρατροπὴ in *Antwerpienſi* Codice. KÜHN.

Κλοπὴ] MS. tam noſter quam *Seberi* iterùm vocula *Pollucem* auget: κλοπὴ, παρατροπὴ, παραφ. bene: inde παρατρέπειν additur mox, habeſque & ſupra παρατροπὴ hoc modo IV, 50. JUNG.

53 Σκευωρία.] MS. σκαιωρία· ſed vulgatum recte habet, unde mox verbum: niſi σκαιωρία putes *Polluci* ſcriptum, quod κακὴ βουλὴ a *Suida* exponitur. Sed σκευωρία illi hercle loco non cedat hic: quod & infra habes X, 15. JUNG.

Σκευωρία.] *Etymologicon Vetus*: Σκευωρία, *factio*. *Suidas*: Σκευωρία, κατασκευὴ, ἐπιβουλὴ, βλάβη. *Heſych.* Σκευωρία, κατασκευή· & apud eundem eſt Σκευώρημα, πλάσμα, κακουργία, κατασκευὴ, τὸ γινόμενον κατασκεύασμα εἰς βλάβην. Sed enim ſi formularum dicendi Atticarum venatores conſultum eas de hac voce, non admittendam reſpondebunt, niſi σκευῆς notione: ſic *Thomas*: Σκευωρία καὶ σκευώρημα, ἡ σκευή· λέγεται δὲ σκευὴ καὶ ἡ διακόσμησις, οἷον; ὅπλων σκευὴ ὅπερ ἐστὶ καλλιστόν· & tamen hoc illis concedamus oportet, non niſi quam rariſſime in Atticorum ſcriptis, qua ponit notione *Pollux*, reperiri: eſt vero, niſi me fallit animus, in *Xenophonte*: cum vero proprie ſit ſignificationis rectæ atque probæ, uſus eam vocem ad pejora detorſit, quod & in πανοῦργος factum videmus; id enim vocabuli de homine ingenii efficacis olim fuit uſurpatum; ſed temporis lapſu atque uſu invaleſcente de verſuto & doloſo dici obtinuit: audi *Scholiaſtem Anonymum* in *Hermogenem* περὶ ἰδεῶν pag. 400. Πανοῦργος κυρίως μὲν ὁ πᾶσιν ἔργοις ἐπιβάλλων, ὁ δραστήριος καὶ ἐνεργής· κατεχρήσαντο δὲ τῇ λέξει οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ ἐν κακοῖς νοήμασι καὶ ἔργοις ἐπιβόλου. *Thomam* ſi legas, unde ſua deſcripſerit hiſce collatis adgnoſces; & cum forſitan hinc augeas & emendes; addit & ex *Sophoclis Ajace*: ἀνδρὶ πανούργῳ φρένας, ad quem locum *Scholia* videnda: lege porro & *Suidam*: ſæpius *Noſtro* id etiam vocis occurrit, ubi lucem ab his affundere poſſit.

Et verba, decipere, fallere, verſutiis eludere, ſupplantare, detrectare, ſeducere, fingere, falſo concludere, faſcinare, Sophiſtam agere, artibus eludere, imponere, verba dare, furari, avertere, captare. Tum & eludere, unde
134 rei vocabulum non eſt. • Eluſio enim, durum eſt. Fortaſſis & ſupplantare, Platone dicente in ſecundo de Legibus, ne ſupplantemus, veluti decipiamus, aut fallamus: veruntamen ne ab hoc quidem concinnum eſt rei vocabulum. In eodem vero libro eſt, Et quid ſane de errante dicamus, ut ſit veluti deceptus? ut etiam de hoc, & error dicatur: paulo enim ante Plato inquit: Hoc autem magis nos vi-
135 detur ſeducere: • ejuſdem quoque ſignificationis fuerit φιλοῦν. Nomina autem a præ-

[54] καὶ τὰ ῥήματα, ἀπατᾶν, [55] ἐξαπατᾶν, ϛρέφεσθαι, ὑποστρέφεσθαι, διαδύεσθαι, παράγειν, πλάττειν, παραλογίζεσθαι, φενακίζεσθαι, σοφίζεσθαι, τεχνάζειν, γοητεύειν, δολοῦν, κλέπτειν, παρατρέπειν, [56] σκευωρεῖσθαι· ἀλλὰ καὶ παρακρούεσθαι, ἀφ' οὗ ῥήματος οὐκ ἔστι τὸ πρᾶγμα· • ἡ γὰρ [57] παράκρουσις, βίαιον· ἴσως δὲ καὶ παραποδίζεσθαι, Πλάτωνος εἰπόντος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Νόμων, [58] Μήπη παραποδισθῶμεν, οἷον παρατραπῶμεν, ἢ ἐξαπατηθῶμεν· οὐ μὴν οὐδὲ ἀπὸ τούτου [59] εὔφωνον τὸ πρᾶγμα· ἐν δὲ τῷ αὐτῷ βιβλίῳ ἐστὶ, [60] Καὶ τί πότ' ἂν οὖν λέγωμεν τὸ πεπλανηκὸς ἡμᾶς εἶναι, ἵν' ᾖ οἷον ἐξαπατηκός· ὥς τε ἐπὶ τούτου λέγοιτ' ἂν καὶ ἡ πλάνη· καὶ γὰρ [61] μικρὸν προελθὼν ὁ Πλάτων ἔφη, [62] Τόδε δὲ μᾶλλον εἰκὸς πλανᾶν ἡ- 134
μᾶς· • [63] τῆς δ' αὐτῆς ἂν εἴη δυνάμεως, καὶ τὸ [64] Φηλοῦν· ὀνόματα δὲ ἀπὸ τῶν εἰ- 135

54 Καὶ τὰ ῥήματα, &c.] C. A. καὶ τὸ ῥῆμα, ἀπατᾶν· cætera non extant ibidem uſque ad τὸ φιλοῦν Segm. 135. KÜHN.

55 Ἐξαπατᾶν] MS. ἐξαπατᾶν καὶ τὰ ὅμοια, reliquis omiſſis uſque ad ἴσως δὲ καὶ &c. Habes horum multa & ſupra IV, 148. &c. JUNG.

56 Σκευωρῖσθαι.] Pro σκευωρῖσθαι vulgato puto ſcribendum σκευωρεῖσθαι· ita enim ſæpe apud *Demoſthenem* occurrit: non puto & aliter. JUNG.

Σκευωρῖσθαι.] *Kühnius* in margine σκευωρῆσθαι· malui cum *Jungermanno* σκευωρεῖσθαι, ſimili nimirum cum ceteris temporis forma. *Etymologus Magnus*: Ἐσκευωρῆσθαι, κατεστοχᾶσθαι, ἐπιβεβουλεῦσθαι· ſed ille nugaciſſime, quod ipſi non eſt inſolens, ἀπὸ τοῦ κεύθειν, mutatis ſcilicet mutandis, derivat id verbi: & Idem alibi τὸν ἀρχιτέκτονα dici aliquando ait τὸν κατασκευάσαντα τι καὶ σκευωρήσαντα πρᾶγμα.

57 Παράκρουσις] Quod ad παράκρουσις attinet, ſupra ſane IV, 50. ſine tali ἐπιπλήξει id ponebat. JUNG.

Παράκρουσις] Perquam eſſe frequens hoc verbum cum apud alios, tum apud *Demoſthenem* præcipue, teſtis eſt *Harpocratio*, qui & notionis originem iſtis exponit: μετῆκται δὲ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ τοὺς ἱστάντας τι, ἢ μετροῦντας κρούειν τὰ μέτρα, καὶ δικσείειν ἕνεκα τοῦ πλεονεκτεῖν· καὶ ὡς Σοφοκλῆς που· Ὡς μήτε κρούσῃς, μηθ' ὑπὸ χεῖρα βάλῃς. *Ammonium* adde & *Heſychium*. *Demades* ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας· ἵνα μὴ λάθωσιν ὑμᾶς παρακρουσάμενοι. Quod hinc deſcendit παράκρουσις, quamvis durum eſſe decernat *Pollux*, non tamen eſt ſine exemplo.

58 Μήπη παραποδισθῶμεν.] Vid. ſupra II, 194. SEB.

Μήπη παραποδισθῶμεν.] *Idem Plato* alibi, συμποδισθεὶς ἀπεστομίσθη· alterum locum *Platonis* quod attinet, C. V. ita eum exhibet: καὶ τὸ τί ποτ' ἂν οὖν λέγοιμεν τὸ πεπλανηκὸς ἡμᾶς; vulgata *Platonis* lectio eſt, λέγωμεν & ἡμεῖς· *quid tandem dicere poſſimus illud eſſe, quod nos decepit?* ἵν' ᾖ οἷον ἐξαπατηκὼς Auctoris verba ſunt, quibus *Platonem* explicat. KÜHN.

Μήπη παραποδισθῶμεν.] MS. μὴ πῃ παρ. Locus eſt in ipſo ſtatim principio lib. II. Νόμων· ὅπῃ δὲ καὶ ὅπως ἀκούωμεν προσέχοντες τὸν νοῦν, μή πῃ παραποδισθῶμεν ὑπ' αὐτοῦ· loquitur περὶ τῆς ἐν οἴνῳ συνουσίας· quæ itaque ſequuntur in *Polluce*, οἷον παρατραπῶμεν, ἢ ἐξαπατηθῶμεν, *Pollux Platonis* verbum exponens addit: ibi MS. particulam ἢ omittit. JUNG.

Μήπη παραποδισθῶμεν] Aliam τοῦ παραποδίζειν notionem adnotat e *Polybio Suidas*: ſcilicet ut idem ſit, quod ἐμποδὼν γίγνεσθαι in iſtis *Polybii* verbis: βατώδεις ὄντας τοὺς τόπους, ἐμπλέκεσθαι τοῖς ἐφάμμασι, καὶ παραποδίζειν τὴν τῶν ὅπλων χρείαν· ſed illa tamen hujus, quæ in *Platone* uſu venit, eſt fons.

59 Εὔφωνον] Teretes noſtri *Pollucis* aures! alias facile παραποδισμὸς, ut παραλογισμὸς exiſtat. JUNG.

60 Καὶ τί πότ' ἂν &c.] MS. ἔστι, καὶ τί πότ' ἂν οὖν λέγοιμεν τὸ πεπλανηκὸς ἡμᾶς· ἵν' ᾖ οἷον ἐξαπατηκός· egregie noſter MS. niſi quod velim λέγωμεν τὸ πεπλανηκὸς ἡμᾶς εἶναι· ἵν' &c. adhuc vocula e *Platone* auctius ſcribere. Locus enim philoſophi eſt hic eodem lib. II. Νόμων non longe etiam ita a principio: τί πότ' ἂν οὖν, ait ille Athenienſis, λέγωμεν τὸ πεπλανηκὸς ἡμᾶς εἶναι, πότερον οὐ ταυτά ἐστιν ἡμῖν καλὰ πᾶσιν; &c. Videtur tamen & in *Pollucis* expoſitione ἐξηπατηκὸς legendum. JUNG.

Καὶ τί πότ' ἂν οὖν λέγ. &c.] Reſtitutus eſt nobis hic locus ad MSS. normam: τὸ πεπλανηκὸς & ἐξαπατηκὸς ita dederat etiam *Kühnius* ad ſui Codicis marginem. Πεπλανημένον autem in *Syneſii* Somniis eſt, πεπλανημένας ἐλπίδας.

61 Μικρὸν προελθὼν] *Interpr. paulo ante*, imo vero, *infra, paululum progreſſus* ſcilicet, utpatet inſpicienti *Platonem* II. de L. L. ſtatim in prima pagina. KÜHN.

62 Τόδε δὲ μᾶλλον &c.] MS. τὸ δὲ μᾶλλον &c. ſed vulgo ut legitur, ita apud *Platonem* eſt: locus ſtatim ſequitur illum quem modo attuli: ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὔτε ἀρεκτὸν οὔτε ὅσιον τοπαράπαν φθέγγεσθαι· τόδε δὲ μᾶλλον εἰκὸς πλανᾶν ἡμᾶς. JUNG.

63 Τῆς δ' αὐτῆς] MS. τῆς δὲ α. JUNG.

64 Φιλοῦν.] Scr. φηλοῦν. SEB.

Φιλοῦν.] Recte legit *Seberus* φηλοῦν· confer *Ariſtoph. Scholia* in *Pacem* & ſupra Segm. 115. in σχοινοφιλίνδα. C. V. σφηλοῦν quod eodem recidit. KÜHN.

Φιλοῦν.] MS. noſter τὸ σφηλοῦν. *Seberi* vero φηλοῦν· & hoc ſequi malim. *Heſych.* Φηλωθεὶς, ἀπατηθείς· Φηλωθεῖσα, ἀπατηθεῖσα· & apud *Suidam* plura: Φηλοῦν, ἀπατᾶν. &c. JUNG.

Φιλοῦν] Φηλοῦν cum *Kühnio* textus habet, quod verbum Grammatici veteres exponunt, ἀπατᾶν, φθείρειν, ἀπολλύειν· male legitur in *Heſychio* φηλῶσαι, quod jam ab eruditis hominibus emendatum: hinc & *Antiphonti* φηλώματα dicta τὰ ἐξαπατήματα vel ἐξαπάται, ſicut ex *Ariſtophanis Scholiaſta* docet *Suidas*: & φηλώσεις in eodem ἀπατήσεις. *Menandro* φῆλος dicitur ὁ ἀπατεών· in *Heſychio* itaque: Φῆλον, ἀπατηλὸν, λαθαργὸν, κακοῦργον, ἐπίβουλον· ſed ipſa *Menandri* verba ponam ex ejus Ἁλιεῖ. Δυ' οἰκίας φηλῶν γερόντων· ſic ſcilicet illa leguntur in *Ariſtophanis Scholiaſta* ad *Pacem*; ſed locupletius habet ita *Suidas*: Δυ' οἰκίας φηλοῦν γερόντων, ὡς λέγεις, Ἀβιλτέρων·

ῥημένων, [65] ἀπατεὼν, καὶ φέναξ, καὶ γόης, καὶ ἐπίβουλος· τὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἢ δυσφθεγκτά ἐστιν, ἢ [66] ἄλλο δηλοῖ· ἢ [67] μετοχαῖς οὖν χρηστέον, ἢ κτητικῷ σχήματι τῆς λέξεως· οἷον ἀπατητικὸν, καὶ παραλογιστικόν· οὐδὲ γὰρ ταῦτα ἀπὸ πάντων δυνατὸν εὑρεῖν· ἐπιῤῥήματα δὲ μόνον, ἀφ' ὧν καὶ ταυτὶ τὰ ὀνόματα, [68] ἀπατηλῶς, παραλογιστικῶς, καὶ φενακιστικῶς,
136 *καὶ γοητευτικῶς· * [69] οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πλαστῶς, Πλάτωνος εἰπόντος, [70] Οἱ μὴ πλαστῶς, ἀλλ' ὄντως φιλοσοφοῦντες. [71] Μέλλειν, διαμέλλειν, ὀκνεῖν, κατοκνεῖν, στρέφεσθαι, διάγειν, ἀναβάλλεσθαι, ὑπερβάλλεσθαι, βραδύνειν, [72] διατρίβειν, ἀποδιατρίβειν, ὑπερτίθεσθαι, ἀνατίθε-*

dictis ſunt, deceptor, faſcinator, fraudulentus, inſidiator: quæ enim ab aliis derivantur, aut duriora ſunt, aut aliud ſignificant. Participiis itaque utendum eſt, aut poſſeſſivali dictionis figura: ut deceptorium, ſeductorium: neque enim hujuſmodi ab omnibus invenire licuit. Adverbia autem ſola ab his, de quibus hæc derivantur nomina: deceptorie, faſcinatorie, fraudulenter. * Veruntamen & 136
Ficte, Platone dicente, Non ficte, ſed revera Philoſophantes. Morari, immorari, ceſſare, deſidere, tergiverſari, moram ducere, procraſtinare, tardari, terrere, cunctari, repone-

utra ſit præferenda lectio eſt in ambiguo: *Suidam* tamen male cepiſſe exiſtimo, legendumque non *φηλοῦν*, tanquam ſi verbum ſit, ſed *φηλῶν*, *fallacium*: quis enim ille loquendi modus, *φηλοῦν δυ' οἰκίας γεpόντων*; Porro *Heſychius* habet *Φηλήτησι, λῃσταῖς·* quod ab illa voce deducendum videri poſſit: alibi tamen in Eodem, *Φιλήτης, κλέπτης, λῃστής·* & bene quidem: quapropter erraſſe *Palmerium* eruditiſſimum virum puto, qui reſtituere tentet, *Φηλήτης·* nam, præterquam quod & in *Heſychio* mox ſequatur: *Φιλητῶν, γένος κλεπτῶν*, & ita terve quaterve eſt in *Suida*, & *Etymologo*, quos tamen utroſque nominis ratio latuit: non enim ita *κατ' ἀντίφρασιν* dicti, ſed quod oſculis amplexuque benigno deceptos homines trucidarent: audi *Senecam* Ep. 51. *Voluptates præcipue exturba, & inviſiſſimas habe, latronum more, quos* Philetas *Ægyptii vocant: in hoc nos amplectuntur, ut ſtrangulent*: ad quem locum videnda quæ egregie notavit *Lipſius*; *Heſiodique* ab eo adductus locus, in quo ſane *Moſchopulus φηλήτησι* legit, quod parum abeſt, quin vulgatæ lectioni præferam; ſed ea de re alibi forſitan. Denique perplacet mihi eximia *Voſſii* conjectura, qua Romanorum verbi *fallere* incunabula ab hoc Græco vocabulo acceſſit: *Dores* nimirum *φαλλεῖν*, & mutata conjugatione, qua de re ſuperius monui, *φάλλειν*.

65 *Ἀπατεὼν*] Conjunctiones, quæ ſequuntur, non ſunt in C. A. KÜHN.

Ἀπατεὼν, &c.] Notiſſima vocis notio: ſed eo nomine non raro Sophiſtas appellatos adnotat eruditiſſimus *Creſollius Theatro Sophiſt.* I. 16. neque illo tantum, ſed & *γόητων*, unde Rhetorem *Tyrius* dixerit *ἐπίβουλον, γόητα ἀτεχνῶς*, & *Gregorius Nazianzenus* ſcientiam eorum *γοητεύουσαν·* quin etiam eos revera quidam exiſtimabant præſtigiatores eſſe: *Baſilius* quoque Sophiſtas ait *τῇ τῆς εὐγλωττίας ὑπερβολῇ τοὺς ἀνθρώπους φενακίζειν*, & in eos itaque quadret *φέναξ*. Signat autem *φενακίζειν hominem decipere, atque ludibrio habere, alia, quam quæ erat, inducta rebus forma, ἀπὸ τῆς φενάκης, galero, appoſititia coma*, quæ capillos a natura datos mentitur, & in hanc rem *Michaëlem Apoſtolium* adduxiſſe ſuperius memini: utitur non raro *Demoſthenes*, ut *Olynth.* II. *ὃν τινα οὐ πεφενάκικεν.* Ubi *Ulpianus*: *εἴρηται δὲ ἡ λέξις ἀπὸ τῆς φενάκης τῆς πρεσβυτικῆς κόμης, ἥτις ἕνεκα ἀπάτης γίνεται· προσποιεῖται γὰρ περιτιθέναι κόσμον, ὃν περ οὐ κέκτηται.*

66 *Ἄλλα δηλοῖ.*] MS. *ἄλλο δ.* SEB.

Ἄλλα δηλοῖ.] C. A. leg. cum C. V. *ἄλλο.* KÜHN.

Ἄλλα δηλοῖ.] MS. *ἢ ἄλλο δ.* JUNG.

67 *Μετοχαῖς οὖν χρηστέον*] C. A. *χρηστέον ἢ* &c. *ἀπατητικὸν παραλ. οὐδὲ ταῦτα* &c. *δυνατὸν εὑρεῖν·* omittitur dein *ἐπίῤῥημα δὲ* &c. *ἀπατηλῶς, παραλογιστικῶς κ. φ.* &c. poſt *γοητευτικῶς* ſtatim eſt titulus *περὶ συνωνύμων τοῦ μέλλειν*, & in ipſo textu *μέλλειν* &c. quem locum *Phavorinus* exſcribit in *μέλλειν.* KÜHN.

68 *Ἀπατηλῶς*, &c.] MS. *ἀπατ. παραλογιστικῶς γοητ. καὶ φενακ.* reliquis omiſſis. SEB.

Ἀπατηλῶς, &c.] MS. auctior, *ἀπατηλῶς, παραλογιστικῶς, φενακιστ.* & præceſſit ſane *παραλογιστικὸν* modo: quare vulgatus textus ſupplendus videtur. JUNG.

Ἀπατηλῶς] Subdidi hic *παραλογιστικῶς*, præeuntibus MSS. neque ſane decuit aliter, ſiquidem & ſuperius *παραλογίζεσθαι* habuerimus & *παραλογιστικόν·* in *Gloſſis* erudite: *Παραλογίζομαι, circumſcribo, obrepo, ſubrepo*: & *παραλογίζεται, diſſimulat*: unde *Philoxeno*, *παραλογισμοῖς, præſtigiis*: eademque vox *Heſychio* redditur *ἀπάτη*. Hinc etiam *παραλογιστὴς* in dicto *Lexicographo* atque *Suida*, *ὁ ἀπατεών.*

69 *Οὐ μὴν ἀλλὰ*] C. V. *οὐ μόνον* &c. KÜHN.

Οὐ μὴν ἀλλὰ] MS. *οὐ μόνον ἀλλά.* &c. JUNG.

70 *Ὡς μὴ πλ. ἀλλ' ὄντ. φιλοσοφήσοντες.*] C. V. pro *ὡς* leg. *οἱ μὴ πλαστῶς* &c. *φιλοσοφοῦντες.* KÜHN.

Ὡς μὴ πλ. ἀλλ' ὄντ. φιλοσοφήσοντες.] MS. *πλ. εἰπ. οἱ μ. π. ἀ. ὄ. φιλοσοφοῦντες·* & ita emendandum eſt, niſi quod & *φιλόσοφοι* malim, ut apud *Platonem* eſt: cui forte quis *ὄντες* addidit gloſſema, quod deinde ita in unam vocem confuſum. Locus *Platonis* enim hic eſt, ipſo initio *Sophiſtæ*: *πάνυ γὰρ ἄνδρες οὗτοι παντοῖοι φανταζόμενοι, διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἄγνοιαν, ἐπιστροφῶσι πόληας, οἱ μὴ πλαστῶς ἀλλ' ὄντως φιλόσοφοι, καθορῶντες ὕψοθεν τὸν τῶν κάτω βίον.* &c. Et alias vero ita *Plato* loqui amat: ut lib. I. *Νόμων· μόνοι γὰρ ἄνευ ἀνάγκης, αὐτοφυῶς, θείᾳ μοίρᾳ, ἀληθῶς καὶ οὔτι πλαστῶς εἰσὶν ἀγαθοί·* ut libr. VI. *Νόμων· διάδηλος γὰρ ὁ φύσει καὶ μὴ πλαστῶς σέβων τὴν δίκην, μισῶν δὲ ὄντως τὸ ἄδικον* &c. JUNG.

Ὡς μὴ πλαστῶς. &c.] *Falckenburgii* Codex *φιλοσοφοῦντες* etiam adgnoſcit, quod itaque cum *Kühnio* textui reddidi: & in ipſo ferme *Platone* præ lectione vulgata ſic ſcribi maluerim: pro *ὡς* & *Kühnius οἱ* adnotaverat.

71 *Μέλλειν*] Quam acceſſionem ad hæc verba morandi poſſe fieri indicavit *Leopardus* XI. Emend. 2. habes in Amici noſtri notis, & utiliter videas ad hoc totum fere tmema iſtud *Leopardi* caput, ceterum MS. tamen adhuc alio juncto verbo auctior, ut videbimus quod *Polluci* reſtituendum. JUNG.

72 *Διατρίβειν*] MSS. *διατρίβειν ἀποδιατρίβειν ὑπερτίθεσθαι, στραγγ.* &c. KÜHN.

Διατρίβειν] MS. habet, *διατρ. ἀποδιατρίβειν, ὑπερτιθ.* ſed omiſſo ſequenti *ἀνατίθεσθαι.* JUNG.

Διατρίβειν] Auctoribus MSS. *ἀποδιατρίβειν* ſubjeci. *Suidas*: *Ἀποδιατρίψουσι, ἐγχρονίσουσι, χρονοτριβήσουσιν·* & *πρὸς πόλιν ἀποδιατρίβειν* dicuntur, qui fame cibique inopia illam opprimere atque expugnare ſtudent. *Διατρίβειν* habet *Thucydides* VII, 43. *οὐκέτι ἐδόκει διατρίβειν·* *Scholiaſtes ἀργεῖν.*

re, Στραγγεύεσθαι vero, in Ariſtophanis Nubibus. Sordidum enim eſt, Prolongare, in Præconibus Æſchyli. Morari ve-

σθαι· [73] στραγγεύεσθαι δὲ, ἐν ταῖς Ἀριστοφάνους Νεφέλαις· φαῦλον γὰρ τὸ λογγάζειν [74] ἐν τοῖς Κήρυξι τοῖς Αἰσχύλου· [75] τοῦ δὲ ἀναβάλλε-

73 Στραγγεύεσθαι δὲ] MS. καὶ στραγγ. δὲ, ἐν τ. &c. Mox *Ariſtophanis* verſum,

Στηπίων, τί ταῦτ' ἔχων στραγγεύομαι;

attulit jam *Leopardus* XI. Emend. 2. ubi & de explicatione hujus loci, quam veteres *Scholiaſtæ* & *Lexicographi* adſerunt, non conſentientes uſque quoque. JUNG.

74 Ἐν τοῖς Κήρυξι τοῖς Αἰσχ.] Abſunt a C. A. KÜHN.

Ἐν τοῖς Κήρυξι τοῖς Αἰσχ.] Satyricum hoc drama, de quo vid. *Caſaubonum* noſtrum libr. I. de Satyrica Poëſi cap. 5. Non vero tantum λογγάσαι, λογγάζειν, ſed λαγγάζει, &c. apud *Heſych.* eſt hoc ſignificatu. JUNG.

Ἐν τοῖς Κήρυξι &c.] *Salmaſii* talia notantis hic ſunt verba: *Λόγγος, vox Græca Latinis longus, unde λογγάζειν pro in loco morari*: fuerit itaque in lingua Græcorum antiqua vox λόγγος, quæ dederit originem vocabulo Romano: & profecto plurimas extitiſſe in veteri ſermone Græco voces, quæ perditum ivêre, ex ipſis etiam, quæ jam remanent inde, compoſitis liquide licet augurari: non itaque poſthac, credo, ſudandum adeo in inveſtiganda Latini nominis origine, qua quidem de re multi multas prodegere nugas: vide, ſis, *Voſſii Etymologicon*, neque me diſſimile quicquam veritati dixiſſe fateberis. Porro non tantum exiſtimo ſcriptum λόγγος, ſed & λόγχος, unde itaque derivare velim λόγχην, λάγχην· nam & in *Heſychio* Λαγγίς, δόρυ, quomodo cum eruditis hominibus certiſſime ſcribendum, *lanceam*, quod inter haſtilia longiſſimum ſit, & λάγγος, a qua voce manavit ad Germanos & Belgas a Maſſilienſibus, puto, lang: Dorum enim atque Æolum eam vocem fuiſſe cenſeo. Jam vero juvat apponere; quæ ſuper hac re in *Heſychio* repperi, quem & habere ſimilia indicavit *Jungermannus*: Λογγάσαι, ἐνδιατρίψαι, στρατεύσασθαι· pro quo corrupto verbo recte reponunt eruditi viri στραγγεύσασθαι. Λογγάζει, ὀκνεῖ, διατρίβει· & altera quoque ſcriptura. Λαγγάζει, ὀκνεῖ, οἱ δὲ λαγγεῖν· & ad hoc idem certe referendum puto, quod λαγγάσαι explicet περιφυγεῖν· Λαγγεύει, φεύγει· Λαγγαρεῖ, ἀποδιδράσκει· quæ ſane notio a συντάξεως ratione plurimum pendere poteſt, uti ſi dicas, λαγγάζει, vel λαγγεύει ἀπὸ τῶν πολεμίων, *longe abſiſtit ab hoſtibus*; quod quid ſit aliud, quam *illis terga dedit*? ſed in iſtis, quæ ponam, optimum *Lexicographum* emendandum duco: Λαγγαζόμενος, περιϊστάμενος, στρατευόμενος· repone στραγγευόμενος· & etiam malim λαγγαρόμενος, quo pacto λαγγαρεῖν habebamus modo, quod & mutata conjugationis forma λαγγαρᾶν dictum fuerit. Pertinet huc, quod in *Philoxeni Gloſſis* eſt & *Etymologico Veteri*: Λαγγὼν, *Ceſſator, tricoſus*: ſed illius quidem vocabuli variæ traduntur ſignificationes, ſiquidem aliter in *Etymologo*, aliter ab *Heſychio* explicetur, qui tamen utrique a *Gloſſatoribus* etiam diſſident: ille quidem Λαγγὼν, ὁ εὐθέως λανθάνων τοῦ ἀγῶνος καὶ φόβου· quod referendum utique ad λαγγεῖν, *fugere*: hic vero: Λαγγὼν, μετάβολος. ἔμπορος, qui mercaturæ cauſa, ſuſpicor, rebus ſuis atque domo abeſt. Denique λογγῶνας appellari obſervo lapides perforatos, qui in portubus conſtitui ſolent, ut ab illis in ſtatione ſua religentur naves: & hanc quoque vocem Siculis atque Doribus in uſu fuiſſe præcipue, res eſt fidei non abſona: Syracuſis certe binos fuiſſe portus, qui ab hiſce lapidibus haud dubie nomen fuerint ſortiti λογγῶνες ex *Etymologo* conſtat; ponam ipſius verba: Λογγών· ἐν Συρακούσαις λιμένες εἰσὶ διττοὶ λογχῶνες (forſitan λογγῶνες ſcribendum; ſed perinde fere eſt utro modo legas) λογγῶνες δὲ καλοῦνται οἱ ἐπὶ τῶν λιμένων τρητοὶ λίθοι, οὓς τρυπῶσιν, ἵν' ἐξαρτῶσι τὰ σχοινία τῶν νεῶν ἐξ αὐτῶν· τοὺς δὲ τοιούτους λίθους καὶ λογγάσια ἔλεγον. Meminit & obiter *Suidas*, ſed corruptus: Λογγῶνος, τοῦ λιθοκλίμενος, ubi non male *Portus* legit: τοῦ λίθου τοῦ λίμενος· conjectabam, ſi forte poſſis juncta legere voce, τοῦ λιθολίμενος. Sed hanc, inquam, vocem a prioribus etiam deducendam eo magis mihi perſuadeo, quod & λογγάσια dicantur, ἀπὸ τοῦ λογγάζειν, cujus & in *Heſychio* mentio: Λογγάσια, (ita ſcribendum) ἐξ ὧν τὰ πρυμνήσια δέουσι τῶν νεῶν. Iterum: Λογγασίη, νεὼς καὶ ἱστίου ἔρεισμα. At vero quam tandem illius appellationis rationem atque cauſam comminiſcaris? heic mihi ſuper illa re cum eruditiſſimo quodam amico ſollicite diſquirenti in mentem incidit, non incommode dici potuiſſe lapides iſtos λογγῶνας ἀπὸ τοῦ λογγᾶν, quia ſcilicet naves ad illos religatæ λογγῶσι, *moras agunt*, & *quietæ ſunt in ſua ſtatione*: utrumque λογγεῖν, nam in *Heſychio* λαγγεῖν habebamus, & λογγᾶν in uſu fuit: neque vero iſti juveni viro politiſſimo penitus diſplicuit hæc noſtra conjectura. *Portus* autem illi duplices, quos Syracuſis fuiſſe memorat *Etymologus*, num celeberrimus ille magni nomine portus, quem, niſi me fallo, duplicem fuiſſe ex *Thucydide* novimus & *Cicerone*, fuerit, dicere non habeo. Hæc latius aliquantum propoſita boni, ſpero, conſulet eruditus lector. De Præconibus *Æſchyli*, quos Σατυρικοὺς fuiſſe *Pollux* nos docet variis in locis, non aliunde ferme, atque ex Auctore noſtro habent Eruditi: *Meurſii Æſchylum* conſule: nos in ſequentibus alibi forſitan.

75 Τὸ δὲ ἀναβάλλεσθαι,] *Demoſth.* de *Cherſoneſo* fol. 41. ἐξ ὧν (λόγων) ἀναβάλλουσι μὲν ὑμᾶς· ἡσυχίαν δὲ ποιοῦσιν ἐκείνῳ. *Leopardus* addit: ῥαθυμεῖν (& ἐθελύνειν) χρονίζειν, κυπτάζειν, ἡσυχάζειν, ἐλινύειν, & στρατεύεσθαι. Emend. XI. 2. SEB.

Τὸ δὲ ἀναβάλλεσθαι,] C. A. τοῦ δὲ ἀναβάλλεσθαι &c. KÜHN.

Τὸ δὲ ἀναβάλλεσθαι,] MS. τοῦ δὲ ἀναβ. καὶ ἡ ἐνέργεια &c. Et emenda ita, pro vulgato τὸ δὲ &c. *verbi ἀναβάλλεσθαι*, ait, *activum eſt apud Demoſthenem. Demoſthenis* locum ex ea περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ putat eſſe *Leopardus* XI. Emend. 2. & ibi eſſe ὑμᾶς, non ἡμᾶς, ut *Pollux* & *Budæus* legant: locumque ipſum Amicus noſter profert in Notis, ἐξ ὧν (λόγων) ἀναβάλλουσι μὲν ὑμᾶς· ſed quod cum ipſorum venia dictum eſto, nec locus eſt iſte, quem reſpexit *Pollux*, nec ἡμᾶς ſcripſit *Pollux*: diſerte enim ita MS. noſter: οἷς ἀναβάλλουσιν ὑμᾶς· ut itaque emendabis in vulgatis. Locus enim certe eſt iſte, ἐν τῷ κατὰ Φιλίππου τρίτῳ· paulo longius ab initio εἰ καὶ &c. τῶν παρ' ἑαυτοῦ μισθοφορούντων τοὺς λόγους ἀφέλοιτο, οἷς ἀναβάλλουσιν ὑμᾶς, λέγοντες ὡς ἐκεῖνός γε οὐ πολεμεῖ τῇ πόλει· quamvis ἡμᾶς *Budæus* Comm. gr. ling. ubi quoque verbo ἀναβάλλω exempli cauſſa hunc locum ſubjicit, habeat, vitio forte typographico. Reſpexit forte hunc locum & *Harpocratio*, ubi ſcribit, Ἀναβάλλει, ἀντὶ τοῦ, εἰς ἀναβολὰς καθίστησι, καὶ εἰσὶν ἀναβάλλεται. Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. Meminit obiter ab *Harpocratione* & *Polluce* dictorum de ἐνεργητικῶς ſignificante hoc verbo etiam *Nunneſius* Not. in *Phrynich.* verbo ἀναθέσθαι. JUNG.

Τὸ δὲ ἀναβάλλεσθαι, &c.] Activi uſus in Græcis eſt frequens: ἀναβάλλειν τινὰ, *differre aliquem, atque in aliud tempus rejicere. Suidas* itaque: Ἀναβάλλει, εἰς ἀναβολὰς καθίστησι· & idem Ἀναβαλλόμενος· αἰτιατικῇ· ὑπερτιθέμενος. Interrogatus *Alexander*, qui tantillo temporis ſpatio tantam orbis terrarum partem, non permeare, ſed imperio ſuo potuiſſet ſubjicere, reſpondiſſe fertur: μηδὲν ἀναβαλλόμενος. *Heſiod.* Oper. Οὐδ' ἀναβαλλόμενος. *Plato Sympoſio*: εἰς αὖθις ἀναβαλοῦ. In ipſo *Demoſthenis* loco ὑμᾶς cum MSS. repoſui.

σθαι, καὶ ἡ ἐνέργειά ἐστι παρὰ Δημοσθένει, Οἷς
ἀναβάλλουσιν [76] ὑμᾶς· οἴονται δέ τινες [77] ταὐτὸν
137 τῷ διατρίβειν νοεῖν· * [78] καὶ τὸ τευτάζειν παρά
τε Πλάτωνι, [79] καὶ ἄλλοις εἰρημένον· ἀλλ' οὐ
προσίεμαι τοὔνομα· τὰ δὲ πράγματα, [80] μέλλη-
σις, μελλησμὸς, βραδυτὴς, ὄκνος, στροφὴ,
[81] ὑποστροφὴ, ἀναβολὴ, ὑπερβολὴ, διαγωγὴ,
διατριβὴ, τριβὴ, ἀνάθεσις· ἡ γὰρ ὑπέρθεσις
ὕποπτος [82] εἰς εὐτέλειαν· ἡ δὲ [83] στραγγία, παμ-
πόνηρος· [84] νωθεία δὲ, καὶ νωθρότης, καὶ ἀμ-
βλύτης, ὧν οὐκ ἔστι τὰ ῥήματα, ὅτι μὴ [85] παρ'
Ὑπερίδῃ τὸ νωθρεύεσθαι ἐν τῷ ὑπὲρ Λυκόφρονος,

ro, etiam actus eſt apud Demoſthenem,
Quibus nos morantur: putant autem non-
nulli, illum cunctari intelligere. * Tum 137
& Ociari apud Platonem, & alios mul-
tos dictum eſt: ſed ego vocabulum non
approbo. Res vero, mora, cunctatio,
tarditas, deſidia, tergiverſatio, procra-
ſtinatio, remora, ceſſatio, moræ du-
ctio. Ὑπέρθεσις enim fere ſordidum vide-
tur. Et στραγγία quoque peſſimum eſt.
Socordia vero, ignavia, & ſegnities,
quorum verba non extant: niſi Νωθρεύε-
σθαι, apud Hyperidem de Lycophrone:

76 Ἡμᾶς.] C. V. ὑμᾶς. KÜHN.

77 Αὐτὸν τὸ διατρ. νοεῖν.] C. V. οἴονται δέ τινες ταὐτὸν &c. pro τὸ δ. C. A. τῷ διατρίβειν, quod rectum eſt: ad verbum λογγάζειν notat *Salmaſ.* λόγγος eſſe vocem Græcam Latinis *longus*, unde λογγάζειν pro, *per loca morari.* KÜHN.

Αὐτὸν τὸ διατρ. νοεῖν.] MS. ταυτὸν τὸ (ſed correctum τῷ) διατρίβειν νοεῖν· ſed vulgata lectio recta mihi videtur. JUNG.

Αὐτὸν τὸ] Sanequam mihi lenocinatur MSS. lectio, quam etiam comprobavit *Kühnius*: hoc itaque duce in textum recepi: ſcilicet inquit Auctor noſter, putare quoſdam τὸ διαβάλλεσθαι id ipſum, quod & διατρίβειν, ſignificare: & in aliquo Scholiaſtarum prius per alterum explicatum legiſſe memini.

78 Καὶ τὸ τευτάζειν] Quæ de hoc verbo dicuntur non comparent in C. A. *Platonis* locus eſt in *Philebo.* KÜHN.

Καὶ τὸ τευτάζειν &c.] Mirum in modum de verbi notione diſſentiunt Grammatici: *Heſychium* audi, qui paucis plurima complexus eſt: Τευτάζει, σκευωρεῖ, ἡσυχάζει, διατρίβει· οἱ δὲ, φροντίζει. Τευτάζοντες, πλανώμενοι. Τευτασμὸν, στρατηγίαν. In hoc poſteriori loco *Sopingius* emendat στραγγίαν, neque male puto: ſimilia vitia ſuperius, ubi de λογγάζειν, obſervavimus. Sed & emendandus eſt *Suidas*, qui in parili mendo cubat: Τευτάζειν, inquit, πραγματεύεσθαι, ἢ σκευωρεῖσθαι, ἢ στρατεύεσθαι· reponendum, inquam, στραγγεύεσθαι, & hic & in *Etymologo*, ubi non eſt quod *Heſychii* & *Suidæ* utriuſque corrupti *Sylburgium* abſterreat auctoritas, quo minus in *Etymologo* στραγγεύεσθαι audacter reſtituat; & enim omnibus iſtis, quæ adtulit *Leopardus*, locis στραγγεύεσθαι reponendum cenſeo pro στρατεύεσθαι. Sed in *Suida* plura ſunt quæ medicam poſtulant manum: καὶ πολὺ διατρίβειν ἐν τῷ αὐτῷ. Λυκόφρων οὕτω καὶ Δίδυμος. In *Etymologo* lego: Λυκόφρων οὕτω καὶ Δίδυμος. Pergit: προσθεὶς ὅτι ἐνίοτε σημαίνει καὶ τὸ φροντίζειν. Ἡρακλέων δὲ καταμεμψάμενος Λυκόφρονα φησὶν εἶναι, τὸ ἐπιστρεφῶς τι πράττειν. Quis ille *Heracleon* Grammaticus? ego vero cum *Etymologo* potius Ἡρωδιανὸς ſcribam; notiſſimum Grammatici nomen: *Phrynichi* tum e Myſtis locum adducit, qui ſcribendus ita: Μάστιγα δ' ἐν χερσὶν ἔχων τευτάζεται· vulgo τευτᾶσθαι· placeret etiam τευτᾶται· nam in *Heſychio*: Τευτᾷ, τεχνᾶται· ſed alterum & verſus modulo ſatis dat, & *Suidæ* propoſito. Sequitur Πλάτων ξάνταις· ego reſtituere audeo Ξαντρίαις, & apud eundem in Πλάτων, Ξάντριαι, ἢ Κέρκωπες· nam de Xantis nuſquam alibi legere memini. *Platonis* etiam philoſophi e *Timæo* locum habet, in quo dubito num potius ſcribendum ſit apud illum τετηκότι, ut vulgo legitur: ſed id certum reponi debere pro γράφεται καὶ τευτακότι, τετευτακότι. Σπουδάζειν vero cum ſignificare dicunt, bene habet; ut enim σχολάζειν περί τι, ſic & τευτάζειν περί τι ſimili plane loquendi modo. *Noſter* autem cum *Platonem* hic nominat, dubites, an philoſophum velit, an vero *Comicum*; uterque enim uſus eſt illo verbo: philoſophum tamen in mente habuiſſe puto.

79 Καὶ ἄλλοις εἰρημένον.] *Origeni.* D. H. SEB.

Καὶ ἄλλοις εἰρημένον.] Male MS. εἰρημένων· ſed locum *Platonis* in *Timæo* eſſe indicat ſimul & caſtigat *Leopardus* II. Emend. τῷ μὲν οὖν περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἢ φιλονεικίας τετευτακότι, quum vulgo τετευχότι legatur: hodie vero in recentioribus ibi legitur τετηκότι, ex ignoratione nimirum verbi veteris alio noto adſumpto: locus eſt non longe a fine *Timæi*: ſed quoniam hic locus controverſus, quamvis minime dubito ita emendandum ut *Leopardus* vult, *Suida* in τευτάζειν id ſatis confirmante, age alium adferamus e Philoſopho iſto, ad quem non minus reſpexiſſe *Pollux* noſter potuit. Is eſt in *Philebo*, paulo a fine longius: καὶ μάλα εὖ λέγεις οὐ σμικρὰν διαφορὰν τῶν περὶ ἀριθμὸν τευταζόντων, ὥστε λόγον ἔχειν, δύο αὐτὰς εἶναι. JUNG.

80 Μέλλησις, μελλησμὸς, &c.] C. V. μελλισμὸς dein C. A. βραδύτης, communi dialecto. KÜHN.

Μέλλησις, μελλησμὸς, &c.] MS. μέλλησις, μελλισμὸς, βραδύτης, ὄκνος· *Baſil.* antea editi, μέλλησις, μελισμός. *Flor.* μελησμός· ſed in vulgatis nihil temere mutandum eſt, & apud *Heſych.* μελλησμοῦ per βραδυτῆτος expoſitum: & ſupra I, 43. ubi adgregantur ſimilia, & MS. habet ſemper μελλισμὸς, in alterius accentu vero variat. JUNG.

Μέλλησις] *Thucydides* habet II, 18. & V, 66. διὰ βραχείας γὰρ μελλήσεως· *Suidas*: Μέλλησις, ὑπέρθεσις· ſequiturque in eodem: Μελησμὸς, ἡ βραδύτης· ſcribo μελλησμὸς, ut apud *Noſtrum*: ſic & *Heſychius*: Μελλησμοῦ, ὑπερθέσεως, βραδυτῆτος· & apud utrumque Μελληταὶ, ὑπερθετικοὶ, quæ vox & apud *Noſtrum* inferius. Ὑπέρθεσιν dixere recentiores non raro, ut *Cinnamus*, *Agathias* aliique, & etiam dicti modo *Lexicographi*: quin & *Baſilius* de *Vita Theclæ*, ubi delectum verborum venatus eſt, ὑπέρθεσιν & ἀναβολὴν jungit p. 10.

81 Ὑποστροφὴ] Abeſt a C. A. poſt ἀνάθεσις eſt, ὑπέρθεσις ὕποπτος· ἡ δὲ πατηγία. C. V. ὕποπτος· ἡ δὲ στραγία στραγγία παμπόνηρος. C. A. παμπόνηροι. KÜHN.

82 Εἰς εὐτέλειαν] Deſunt in MS. εἰς εὐτέλειαν. JUNG.

83 Στραγγία] Potius στραγγεία, a στραγγεύομαι, quod Segm. præc. SEB.

Στραγγία] MS. ἡ δὲ στραγία. JUNG.

84 Νωθρεία] C. V. νωθεία δέ. C. A. νωθρεία νωθρότης, ὧν οὐκ ἔστι τὸ ῥῆμα &c. KÜHN.

Νωθρεία] MS. νωθεία δὲ &c. ſed ab alia manu addito ρ factum νωθρεία· verum utrumque dicitur, & νωθεία etiam ſupra I, 43. & III, 122. junctim νωθεία, νωθρότης, ut hic: adeo ut νωθεία hic facile recipiam: quum etiam mox ideo ſequi videatur mox καὶ νωθὴς, καὶ νωθρός· a quibus utrumque πρᾶγμα attulit. JUNG.

Νωθρεία] Prætuli νωθεία. *Heſychium* & *Suidam* inſpice, in quo poſteriori νωθέστερος exponitur βραδύτερος. *Proclus Diadochus* σχηματισμὸν ἀνατολικὸν efformare dicit νωθροὺς & μελλητάς. Adde *Gloſſas Veteres*, in quibus etiam Νωθὴς, ἀπὸ κραιπάλης *Marcidus*, *marcerus*, *narcidus*, *deſes*, *lentus.*

85 Παρ' Ὑπερίδῃ] MS. Ὑπερείδῃ. SEB.

138 quod ego non multum approbo. • Nomina vero, morator, cunctator: fortaſſis & ignavus, tardus, ſegnis. Et ſocors: nam & hoc quoque apud Platonem extat in Phædro, Socordes quomodo ad diſciplinas perveniunt? Sed in Amipſii Sappho, Socordius diximus. Ab aliis vero, nominum loco, participiis utendum eſt: adverbia autem, omnino ſunt ſordida. Admonere, commonefacere, caſtigare. Carpere, ſecundum De-
139 moſthenem dicentem, • Carpere quidem

ὅπερ ἔγω γε οὐ πάνυ ἐπαινῶ· • ὀνόματα δὲ, 138
[86] μελλητὴς, μελλητικὸς, καὶ ἴσως [87] ὀκνηρὸς, καὶ βραδὺς, καὶ νωθὴς, καὶ νωθρός· ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο [88] παρὰ Πλάτωνι ἐν τῷ Φαίδρῳ, Νωθροί πως ἐκβαίνουσι πρὸς τὰς μαθήσεις· ἐν δὲ τῇ [89] Ἀμειψίου Σαπφοῖ, καὶ νωθρότερον εὑρήκαμεν· ἀπὸ μέντοι τῶν ἄλλων, ἀντὶ ὀνομάτων μετοχαῖς χρηστέον· [90] τὰ δὲ ἐπιῤῥήματα πάντα φαῦλα. [91] Νουθετῆσαι, ἐπιπλῆξαι, [92] σωφρονίσαι, [93] ἐπιτιμῆσαι, Δημοσθένους εἰπόντος, • [94] Τὸ μὲν οὖν ἐπι- 139

Παρ' Ὑπερίδῃ] MS. παρὰ Ὑπερίδῃ τῷ νωθρ. JUNG.

86 Μελλητὴς, μελλητικὸς, καὶ ἴσ. ὀκν. &c.] C. A. ὀκνηρὸς βραδὺς νωθὴς, νωθρός· cætera deſunt uſque ad finem. KÜHN.

Μελλητὴς, μελλητικὸς, καὶ ἴσ. ὀκν. &c.] MS. ἐν δὲ ἐκμελλητὴς, καὶ μελλητικὸς &c. ſed μελλητὴς & ſupra I, 43. ex MS. repoſui, & III, 122. fuit. JUNG.

87 Ὀκνηρὸς] C. V. ὀκνηλὸς &c. καὶ γὰρ &c. KÜHN.

Ὀκνηρὸς] MS. ὀκνηλὸς, ſed emendatum ab alio ὀκνηρὸς, recte, ut videtur: ſupra, ubi eadem tractavit I, 43. id omiſit *Noſter*, ὀκνώδης tamen III, 122. allato: alibi tamen V, 124. illud etiam habes περὶ δειλοῦ· hic id forte non adeo probat, quum addat ἴσως. JUNG.

88 Παρὰ Πλάτωνι ἐν τῷ Φ.] De *Platonis* loco quid dicemus? An *Pollux* memoria lapſus? an error ejus exſcriptoris eſt? Nec enim in *Phædro* ejus legas iſta, ſed in *Theæteto*, & quidem ἀπαντῶσι, pro ἐκβαίνουσι. Locus iſte Θεαιτήτῳ, ut dixi, non longe ab initio: οἵ τε αὖ ἐμβριθέστεροι, νωθροί πως ἀπαντῶσι πρὸς τὰς μαθήσεις, καὶ λήθης γέμοντες. JUNG.

89 Ἀμειψίου Σαπφοῖ] C. V. τῇ Ἀμειψίους ἄμφοι. KÜHN.

Ἀμειψίου Σαπφοῖ] MS. mendoſe, Ἀμειψίους ἄμφοι· ſed correxit quis ita, ut vulgo legis. JUNG.

Ἀμειψίου Σαπφοῖ] Hinc *Meurſius* habet *Attica Bibliotheca*: ſed de *Amipſia*, ejuſque ſcriptis alibi cum cura dicemus.

90 Τὰ δὲ ἐπιῤῥήματα π. φαῦλα.] Omittit C. A. KÜHN.

Τὰ δὲ ἐπιῤῥήματα π. φαῦλα.] Quid ait, τὰ δὲ ἐπιῤῥήματα πάντα φαῦλα; ſcilicet ἀπὸ τῶν ἄλλων, ubi participiis vice nominum uti jubet, & ab illis nimirum omnia adverbia eſſe φαῦλα· ut a στροφὴ, ἀναβολὴ, διατριβὴ &c. Alias a nominibus adverbia multa recenſuit & ſupra III, 123. &c. ubi tamen ἀναβεβλημένως. JUNG.

91 Νουθετῆσαι] Præcedit titulus in C. A. περὶ τῶν συνωνύμων τοῦ νουθετῆσαι. KÜHN.

92 Σωφρονίσαι] MS. σωφρονῆσαι. JUNG.

Σωφρονίσαι] Dicitur quis alium σωφρονίζειν, ſi verbis eum aut re ab erroribus retrahat, & ad ſanam mentem reducat: in *Gloſſis* itaque *Philoxeni*: Σωφρονίζει, *caſtigat*. Σωφρονίζω, *compeſco*: unde & ibidem Σωφρονισμὸς, ἐπὶ τιμωρίας, *coërcitio*, *compeſcatio*: & ipſum illud σωφρονίσαι, quamvis non eadem plane, qua *Pollux* habet, ſignificatione occurrit apud *Thucydidem* VIII, 1. τῶν τε κατὰ τὴν πόλιν τι ἐς εὐτέλειαν σωφρονίσαι· ad quæ *Scholiaſtes*: τοὺς πολίτας εὐτελέστερον εἶναι βιοῦν· ſed ille ſenſum ſcilicet exprimere ſaltem in animo habuit, & corruptus ille tamen: ſcribendum judico: ἐάσαι pro εἶναι· *ſinere ſeu jubere, ut parcius cives viverent*: ipſam vero hoc loco verbi elegantiam Latine vix aſſequaris. Præter iſtam notionem adnotant etiam Grammatici aliam hanc, qua σωφρονίζειν ſenſu ſit idem ferme cum ταπεινοῦν· addit & ignotam mihi auctoritatem *Suidas*: τοὺς δὲ ἀπειρηκότας, καὶ ταῖς ἔναγχος ἥτταις σωφρονισθέντας· ſimilique modo *Scholiaſtes* antiquus exponit in *Thucydide* hunc locum: διὰ δὲ αὐτὰ τὰς Συρακούσας κακωθῆναι μὲν, ἵνα σωφρονισθῶμεν. *Schol.* ταπεινωθῶμεν· locus eſt libro ſexto, in *Hermogenis* illa præcellenti oratione: ſic etiam aureum illud os Deum dixit non nimis indulgentem ſceleribus hominum τοὺς πεφυσημένους σωφρονίζειν, *elatos animos deprimere, & ad modeſtam de ſe atque temperatam redigere opinionem*: ſed illud in *Heſychio* hercle non ſatis capio: Σωφρονίζεται, σεμνύνεται· & enim de vitio ſuſpectus hic mihi locus. Habemus hinc inferius apud *Noſtrum* σωφρονισμὸς, quod tibi dedimus etiam ex *Gloſſis*, & σωφρονιστής· ea vox poſterior appoſite νουθετητὴς in *Heſychio* eſt expoſita: jungit itaque non ſine ratione *Syneſius* in *Dione* σωφρονιστὴν & παιδαγωγόν· καὶ τὸ βάθος τοῦ ἤθους, οἷον σωφρονιστῇ τινι καὶ παιδαγωγῷ πρέπον πόλεως ὅλης ἀνοήτως διακειμένης. Sic igitur σωφρονιστὴν appellatum novimus, qui vitiis atque ſceleribus imponeret frænum, quomodo *Phrynichus* apud ſummum *Hiſtoricum* VIII, 48. ait τὸν δὲ δῆμον σφῶν τε καταφυγὴν εἶναι, καὶ ἐκείνων σωφρονιστήν· neque diſſimili ratione apud eundem: σωφρονισταὶ τῆς γνώμης καὶ τῶν σωμάτων III, 65. quod fuerit ex Commentatoris antiqui mente ὠφελοῦντες καὶ τὰς γνώμας καὶ τὰ σώματα· τὰς μὲν γνώμας, ἵνα μὴ κακῶς βουλεύωνται, τὰ δὲ σώματα ἵνα μὴ διαρπάζωσιν ἀλλήλους, μὴ δ' ἐξελαύνωσι, μηδὲ κακῶς ποιῶσι πολῖται πολίτας· ἵνα λάβωμεν τὸ σωφρονίζειν ἀντὶ τῆς ὠφελείας· ſed ſane, quam dixi, notio obtineat hic facilius. Fuit etiam, quod adjicere placet, quoddam magiſtratus Athenis genus, quibus decem numero de ſingula tribu lectis curæ erant juvenum mores, ut caſti eſſent, atque pudici, neque in libidines aliamve vitiorum cohortem effuſi: ea de re plura *Etymologus*. Et hinc jam diſcedere lubet. Sequitur in Auctore noſtro ἐπιτιμᾶν, cujus, & jam ſi protritum ſit ea notione qua *Pollux* habet, apponere juvat exemplum e *Thucydide*, ubi paululum rariori ſignificatu occurrit; e libro IV. cap. 27. καὶ ἐς Νικίαν τὸν Νικηράτου στρατηγὸν ὄντα ἀπεσήμαινεν, ἐχθρὸς ὢν καὶ ἐπιτιμῶν, ῥᾴδιον εἶναι παρασκευῇ &c. ad hæc Commentator antiquus: ἐγκαλῶν, ἐπιμεμφόμενος, ὀνειδίζων· ἐπιτιμᾶν proprie *mulctam imponere* ſignificat. Sic ferme dixit *Iſocrates Panathen*: conſtituiſſe veteres illos *Theſeo* ſuccedaneos principes democratiam in Attica republica, non illam, quæ ſceleribus atque vitiis laxaret habenas, ἀλλὰ τὴν τοῖς τοιούτοις ἐπιτιμῶσαν· & quis melius *Iſocratem* explicet, quam *Iſocrates* ipſe: hoc itaque ſic extulit in *Areopagitico*: ἀλλὰ καὶ μισοῦσα καὶ κολάζουσα τοὺς τοιούτους, βελτίους μὲν καὶ σωφρονεστέρους ἅπαντας τοὺς πολίτας ἐποίησεν· unde itaque, ſiquidem cum verbis aliquem caſtigamus atque reprehendimus, hanc quaſi mulctam malefactis illius imponamus, deductæ notionis originem fluxiſſe exiſtimo: porro ἐπιτιμᾶν τινι, *obtrectare alicui, & objurgando atque increpando maledicere, tanquam res alteri male geſtas coarguens*: ſic capiendum in *Thucydideo* loco.

93 Ἐπιτιμῆσαι, &c.] A C. A. abeſt ἐπιτιμῆσαι, Δ. εἰ. KÜHN.

94 Τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν, &c.] Legit C. A. τὸ ἐπιτιμᾶν φαίη τις ἂν ῥᾴδιον ἴσως δ' ἂν ἐοίκοι &c. KÜHN.

τιμᾶν, [95] Φαίη τις ἂν ῥᾴδιον καὶ [96] παντὸς εἶναι· ἔστι καὶ Πλάτωνος, Μὴ πάθωμεν ὃ ἄλλοις ἐπιτιμῶμεν· ἴσως δ' ἂν [97] ἔοικοι τούτοις τὸ [98] ἐπανορθώσασθαι, καὶ κατακοσμῆσαι, [99] καὶ καθαρμόσαι· καὶ ἐπιστρέψαι, καὶ θεραπεῦσαι, καὶ ἰάσασθαι, καὶ ἐξιάσασθαι, καὶ καθῆραι, καὶ ἀναλαβεῖν, καὶ ἀνενεγκεῖν, καὶ ἀνασώσασθαι, καὶ ἀναβιώσασθαι. [100] Ἀριστοφάνης δ' ἐν Πλούτῳ καὶ τῷ ἐπικρούσασθαι ἐπὶ τοῦ νουθετῆσαι κέχρηται· τὰ δὲ πράγματα, νουθεσία, καὶ, ὡς Πλάτων, [1] νουθετεία· Φαῦλος γὰρ ὁ Μενάνδρου

omnino & facile, & cujuſvis eſſe quis dicat: & ne patiamur nos, quod in aliis carpimus. Fortaſſis hiſce ſimile videtur, corrigere, emendare, concinnare, convertere, curare, mederi, ſubvenire, purgare, reprehendere, reducere in viam, ſalvare, & revivificare. Ariſtophanes vero in Pluto etiam Ἐπικρούσασθαι pro commonefacere accipit. Res vero admonitio: aut ſecundum Platonem, Commonefactio. Menandri enim

95 Φαίη τις] MS. τίς. JUNG.

96 Παντὸς εἶναι, καὶ μὴ πάθ. &c.] C. V. παντός ἐστι καὶ Πλάτωνος καὶ μὴ π. &c. prius enim *Demoſthenis*, poſterius *Platonis* dictum eſt. KÜHN.

Παντὸς εἶναι, καὶ μὴ πάθ. &c.] MS. παντός ἐστι καὶ Πλάτωνος, καὶ μὴ &c. inſigniter: locus enim mutilus eſt, male omiſſo *Platonis* nomine, quaſi hæc omnia eſſent *Demoſthenis*. Sic itaque omnia reſtituere poſſumus: τ. μ. οὖ. ἐ. φαίη τις ἂ. &c. καὶ παντὸς εἶναι· καὶ Πλάτωνος, μὴ πάθ. &c. Clarum tibi id faciam ex utroque loco. Primus *Demoſthenis* eſt in prima *Olynthiaca*, quamvis paulo aliter ita hodie legatur: τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν, ἴσως φήσαι τις ἂν ῥᾴδιον καὶ παντὸς εἶναι· τὸ δ' ὑπὲρ τῶν παρόντων, ὅ, τι δεῖ πράττειν ἀποφαίνεσθαι, τοῦτ' εἶναι συμβούλου. Alter locus *Platonis*, quem mihi gaudeo in promptu eſſe, ut noſtri MS. bonitas eo magis eluceat, eſt in *Phædro*, iſte: ἐγὼ οὖν καὶ σὺ μὴ πάθωμεν, ὃ ἄλλοις ἐπιτιμῶμεν· ἀλλ' ἐπειδὴ σοὶ καὶ ἐμοὶ ὁ λόγος πρόκειται &c. JUNG.

Παντὸς εἶναι, καὶ μὴ πάθ. &c.] Corruptiſſime; binorum enim præſtantium ſcriptorum loca ſunt in unum confuſa; & alterum non agnoſcas ſane, niſi MSS. ope inſigniter & ſibi & *Polluci* reſtitutus eſſet: facillima nobis videbatur illa emendatio, quam textui repoſuimus, in quo paululum a MSS. quiddam etiam a *Jungermanno* mutamus: neque ratio iſtius rei attentum lectorem fugerit. Paulo poſt malui cum MSS. ἔοικοι.

97 Ἔοικε] MS. ἔοικοι. SEB.

Ἔοικε] C. V. ἔοικοι τούτοις &c. KÜHN.

Ἔοικε] MS. noſter, ut *Seberi*, ἔοικοι, quod pro vulgato ἔοικε poteſt reponi. JUNG.

98 Ἐπανορθώσασθαι] Sequitur in C. A. ἀναβιώσασθαι· τὰ δὲ πράγματα νουθεσία, νουθετία ὡς Πλάτων &c. νομοθετισμὸς &c. KÜHN.

Ἐπανορθώσασθαι] Et qui dirigit aliquem, & qui lapſum erigit atque ad meliora reducit dicitur ἐπανορθώσασθαί τινα· priori ſignificatu, ἐγὼ δὲ τοὺς φιλοσοφοῦντας ἐπανορθῶ, *Iſocrates* ait ad *Demonicum*: ἐπανόρθωσις hinc eſt & ἐπανορθωτὴς in ſequentibus altera notione: & ſcimus e veteribus haud paucos morum ἐπανορθώσεις in lucem edidiſſe. Sed obſerva mihi illud κατακοσμῆσαι, quod hic certe non ornandi notione venit, ut apud *Ælianum* κατακοσμῆσαι ποικίλαις ἐσθῆσι, ſed in ordinem redigendi: ſcilicet ut ſupra nobis obſervatum, ubi de γυναικοκόσμοις lib. IX. κόσμος non mundum tantum & ornatum, ſed & nitidam atque concinnam rerum diſpoſitionem notat, quæ prima eſt atque præcipua vocis illius ſignificatio: *Heſychius* igitur inter alia κατὰ κόσμον explicat ἐν τάξει, κατὰ τὸ δέον, κατὰ τὸ καθῆκον. ſic itaque legiſſe memini de militibus ſenſim cedentibus, μετὰ κόσμου ἐπανιέναι, quod nihil eſt aliud quam εὐτάκτως, neque turbatis ordinibus: & *Herodotus* de Perſis terga vertentibus in Muſa ſecunda: ἔφευγον οὐδενὶ κόσμῳ, quod & a *Suida* adfertur, alibique apud eum ſæpius: eſt & inde, quod in *Homero* de *Agamemnone* & *Menelao* occurrit frequentiſſime — δύο κοσμήτορε λαῶν, quæ ſæpius adnotant *Euſtathius*, & *Didymus*, uti vulgo vocatur: quid quod ipſos militum ordines κόσμον dixerit *Thucydides*: καὶ οὐδεὶς ὑπὸ σπουδῆς καθίσταντο ἐς κόσμον τὸν ἑαυτῶν, ubi non ineruditus *Scholiaſtes*, εἰς τὴν σύνταξιν, qui idem & alibi in præſtantiſſimo *Hiſtorico* id vocis εὐταξίαν exponit: & ipſum vero hoc rerum univerſum, non tam ab ornatu, quam ab eleganti & perfecto rerum ordine, quem *Stoici* τὴν τῶν ὅλων διακόσμησιν appellare ſolent, ſic dictum eſt a *Pythagora*; κόσμος enim apud Dores *Pythagoreos* in primis non alia ferme notione occurrit: & in *Oſiis Platonicis* Σώφρον dicitur τὸ κόσμιον τῆς ψυχῆς. Inde etiam fluxit *Democriti* celeberrimum opus, μέγας Διάκοσμος, quo de videndus eſt Eruditiſſ. *Menagius* ad *Diogenem* &, quem ille adducit, *Salmaſius* ad *Simplicium*. Eſt igitur κατακοσμῆσαι, *bonis ac utilibus præceptis aliquem continere*; & apprime quidem convenit illud καθαρμόσαι, cui verbo de MSS. καὶ præfiximus, probante *Jungermanno*. Sed, quod protinus ſequitur, θεραπεῦσαι καὶ ἰάσασθαι Ethicis hac in re ferme proprium eſt, quibus ὑγιαίνειν dicuntur, qui virtutem colunt atque amplexantur, νοσεῖν vero, qui vitia ſectantur: quos itaque poſteriores ſi quis in viam ſalubribus monitis reſtituat, illis medetur: ita *Demophili* ſimilitudines inſcribuntur etiam Βίου θεραπεία· ſed hæc in *Epicteto* & *Platone* frequentiſſima.

99 Καθαρμόσαι.] MS. καὶ καθαρμόσαι· & quamquam hoc leve, ita ſupple, quum & cetera verba quodque eam particulam præfixam habeat. JUNG.

100 Ἀριστοφ. δ' ἐν Πλ. καὶ τῷ ἐπικρούσασθαι &c.] C. V. ἐπικροῦσαι. *Heſych.* Ἐπίκρουμα, ἐπίπληγμα. In *Ariſtophanis Pluto* hic extat verſus:

> *Σὺ μὲν οὖ τὸν ἐμὸν βίον εἴρηκας, τὸν πτωχοῦ δ' ὑπεκρούσω.*
>
> *Meam non equidem vitam dixiſti, ſed inopum tetigiſti.* KÜHN.

Ἀριστοφ. δ' ἐν Πλ. καὶ τῷ ἐπικρούσασθαι &c.] MS. δὲ ἐν Πλούτῳ καὶ τῷ ἐπικροῦσαι ἐπὶ &c. ſed vulgatum ἐπικρούσασθαι videtur retinendum, quamvis hodie non ita legas apud *Ariſtophanem*: niſi me fortaſſe locus verus fugit, quem indicabit quis oculatior: ego hunc putavi eſſe, ubi vitam pauperem reprehendenti *Chremylo* ita reſpondet *Penia*:

> *Σὺ μὲν οὖ τὸν ἐμὸν βίον εἴρηκας, τὸν πτωχοῦ δ' ὑπεκρούσω.*

Ubi itaque, ſi non fallor, ἐπεκρούσω cum *Polluce* legendum erit. Judicium tamen eſto penes doctiores. *Scholiaſtes* ibi exponit: ἐφθέγξω, ἀνεκρούσω· quod noſtro non repugnare videtur. JUNG.

1 Νουθετία.] Item νουθέτησις. *Cl. Alexandr. Pæd.* I. c. 10. τὸ δὲ ἐπιπλήττειν καὶ νουθετεῖν καλεῖται· τὸ δὲ ἐτυμολογεῖται ἡ νουθέτησις, τοῦ ἐνθηματισμός. SEB.

Νουθετία.] C. V. νουθετεία. KÜHN.

Νουθετία.] MS. νουθετεία, pro νουθετία. Id ita apud *Platonem* ubi exſtet, nec mihi in promptu indicare: νουθέτησις ſane ſæpe apud eum non quærenti occurrit: ut *Nόμων* tertio extremo: παισὶ δὲ καὶ παιδαγωγοῖς καὶ

Nov-

140 Νουθετισμὸς, ſordidum eſt. * Reprehenſio vero, caſtigatio, culpatio, correctio, emendatio, concinnitas, converſio, cura, ſanatio, & purgatio: quæ vero ab aliis derivantur non hujus ſignificationis propria ſunt. Nomina autem ab his, caſtigator, corrector: ab aliis enim, partim dura, partim ambigua ſunt: præter Admonitorem, quo utitur Sophocles, dicens in Procride, Punitores
141 & admonitores. * Superare, ſuperiorem eſſe, vincere, excellere, præcurrere, decertare, devincere, prævalere, demoliri. Debellare enim, & ſervum facere, alterius ſignificationis ſunt: quemadmodum & mancipare, atque ſubigere, ſubjicere, ſupprimere: pugna navali vincere, pedeſtri prælio ſupe-

νουθετισμός· *[2] ἐπίπληξις δὲ, καὶ σωφρονισμὸς, 140
καὶ ἐπιτίμησις, καὶ ἐπανόρθωσις, καὶ κατακόσμησις, καὶ ἁρμονία, καὶ ἐπιστροφὴ, καὶ θεραπεία, καὶ ἴασις, [3] καὶ καθαρμός· τὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἄλλων, οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐννοίας [4] μένοντα· ὀνόματα δὲ [5] ἀπ᾽ αὐτῶν, ὁ σωφρονιστὴς, καὶ ἐπανορθωτής· ἀπὸ γὰρ τῶν λοιπῶν, τὰ μὲν σκληρὰ, τὰ δὲ μᾶλλον πρὸς ἕτερα, [6] πλὴν τοῦ ἐπιτιμητοῦ, ᾧ κέχρηται Σοφοκλῆς, [7] εἰπὼν ἐν τῇ
Προκρίδι, Κολασταὶ, κἀπιτιμηταὶ κακῶν. *[8] Κρα- 141
τεῖν, περιγίγνεσθαι, νικᾶν, ὑπεραίρειν, ὑπερθεῖν, καταγωνίζεσθαι, κατακρατεῖν, ἐπικρατεῖν, [9] καθαιρεῖν· τὸ γὰρ καταπολεμεῖν, καὶ καταδουλοῦσθαι, ἑτέρας [10] ἐστὶ χρείας· ὥσπερ καὶ τὸ χειρώσασθαι, καὶ παραστήσασθαι, καὶ ὑπαγαγέσθαι, [11] καὶ κατὰ εἴδη καταναυμαχεῖν, καὶ καταπεζο-

τῷ πλείστῳ ὄχλῳ ῥάβδου κοσμούσης ἡ νουθέτησις ἐγίγνετο· & paulo poſt: φεύγειν πατρὸς καὶ μητρὸς καὶ πρεσβυτέρων δουλείαν καὶ νουθέτησιν· & ipſo initio libri ſexti Legum: διδαχῇ τινι καὶ νουθετήσει μᾶλλον ἢ νόμοις εἰκοῖ, ἂν ἡμῖν φαίνοιτο. JUNG.

Νουθετία.] Reſtituit in textu *Kühnius* νουθετεία, & ſecutus ſum equidem; utraque tamen ſcribendi forma obtinuit, docuimuſque ſuperius ια ſimplex & ει promiſcue poni ſolita ſæpiſſime: in *Gloſſis* ἀνδρίαν & ἀνδρείαν habes: ita λύχνιον & λυχνεῖον, λυχνία & λυχνεία, quorum alterum *Thomas* ſcribit, *Ammonius* alterum, σκιάδιον & σκιάδειον. Vid. ad VII, 174. ubi occurrit etiam Σκίρα & σκίρα, & Segm. 139. vulgo ναύτριαι, pro quo MSS. ναύτριαι, & 141. τρυγήτριαι, quæ I, 202. τρυγήτριαι, κεράμια & κεράμεια· taliaque infinita congerere licet. Νουθετίαν vel νουθετείαν ubi uſurpet *Plato*, non ſuggerit memoria: νουθέτησιν habes etiam in Ὅροις *Platonici* cujuſdam: Νουθέτησις, inquit, λόγος ἐπιτιμητικὸς ἀπὸ γνώμης· λόγος ἁμαρτίας ἀποτροπῆς ἕνεκεν. Eſt autem νουθετεῖσθαι mollioris & ſuavioris ſignificatus, quaſi dicas, *mentem componere*, *& in ordinem apte redigere.* Νουθεσίαν exponunt *Gloſſæ*, *admonitionem*, *documentationem*, νουθεσίαν vero μετὰ ἐπιπλήξεως, *caſtigationem.*

2 Ἐπίπληξις] C. A. ſubdit σωφρονισμὸς ἐπιτίμησις, & in aliis omittit conjunctiones. KÜHN.

3 Καὶ καθαρισμός.] MS. καὶ καθαρμός· τὰ δ᾽ ἀπὸ &c. recte, non καθαρισμός· præceſſit enim non καθαρίζειν, ſed καθῆραι ſupra Segm. præced. unde emenda hic καθαρμὸς ex MS. noſtro. *Heſych.* Καθαίρει, καταλαμβάνει. JUNG.

Καὶ καθαρισμός.] MSS. veſtigia ſecutus, probante *Jungermanno*, repoſui καθαρμός. Fuere philoſophi, qui libellis ethicis titulum præfigerent καθαρμοὺς, ſcriptos ſcilicet eos innuentes ad mentem vitiis purgandam.

4 Μόνον.] Abeſt a C. A. at C. V. pro μόνον legit μένοντα, quod probo. KÜHN.

Μόνον.] MS. pro μόνον, μένοντα habet: idque repone ſis: nec credo aliter ſcripſiſſe *Pollucem*: *non manent* iſta ab aliis deducta, nempe ἀνάληψις, ἀναφορὰ &c. in ea notione, ut ſub nominibus νουθεσίαν ſignificantibus referri queant: μόνον enim vulgatum non hoc dicit, ſed contra *Pollucis* mentem, quaſi & hoc & aliud adſignificent. JUNG.

Μόνον] Ineptum illud atque rejiciendum, quod commutavimus itaque lectione MSS. μένοντα.

5 Ἀπ᾽ αὐτῶν] Abeſt a C. A. ut & conjunctio quæ ſequitur. KÜHN.

Ἀπ᾽ αὐτῶν] MS. δ᾽ ἀπ᾽. JUNG.

6 Πλὴν τοῦ ἐπιτιμητοῦ] Abſunt a C. A. uſque ad κἀπιτιμηταί. KÜHN.

7 Εἰπὼν ἐν τῇ Προκρίδη] Deſunt in MS. εἰπὼν ἐ. τ. Προκρίδη, κ. κἀπ. ſed Προκρίδι legendum ſtatim ſuſpicatus ſui: nec aliter habet *Magnus Caſaubonus*, ubi una cum aliis dramatibus *Sophoclis* & hoc refert VII. *Athen.* 4. JUNG.

Εἰπὼν ἐν τῇ Προκρίδη] Προκρίδι in textu dedi, quod & ita legit *Meurſius* in *Sophocle* ſuo. Sed ipſa ſummi Tragici verba in pleriſque MSS. etiam ſunt mutila: ſolus *Falckenburgii* Codex κἀπιτιμηταὶ κακῶν habet, quod, puto, non quiſquam abjecerit: id nimirum reſecuêre librarii, quod *Pollucis* inſtituto non eſſe putabant: nos lubentes illa vocula textum auximus.

8 Κρατεῖν] A. C. περὶ συνωνύμων τῷ Κρατεῖν. KÜHN.

9 Καθαίρειν.] Pro καθαίρειν leg. καθαιρεῖν a καθαιρέω, quamvis nec καθαίρειν damnaverim. KÜHN.

Καθαίρειν.] Sic & MS. ſed profecto ſcribendum duco alio accentu, nempe καθαιρεῖν, quod cum verbis τοῦ Κρατεῖν ſignificationem habentibus recte jungas. Alterum καθαίρειν potius priori ememate ſuum locum inter verba νουθετήσεως habuerit. Prius καθαιρεῖν clare hic vincere jubet ſequens inde nomen καθαίρεσις. JUNG.

Καθαίρειν.] Bene monuerunt Commentatores noſtri accentum eſſe mutandum: textus habet, ut *Kuhnius* in Codicis ſui margine. *Gloſſæ*: Καθαιρῶ, καταστρέφω, *deſtruo*: unde καθαίρεσις οἰκοδομήσεως, *deſtructio*, *demolicio.*

10 Ἐστὶ χρείας.] Abeſt a C. A. item conjunctiones: dein ὑπαγάγεσθαι. KÜHN.

11 Καὶ καταδύειν. &c.] C. V. καὶ κατὰ εἴδη καὶ ναυμαχῆσαι καταπεζομαχεῖν. C. A. omiſſo καταδύειν, καὶ τὰ εἴδη καταναυμ. κ. & *ſpecies pugnæ* &c. KÜHN.

Καὶ καταδύειν. &c.] Mire corruptum iſtud καὶ καταδύειν vulgo, & ſequens καταναυμαχεῖν in MS. qui ita habet: καὶ κατὰ εἴδη, καὶ ναυμαχεῖν, καταπεζομ. &c. ubi alia manu inter καὶ & ναυμ. inſertum κατὰ, ut ſcilicet legamus καταναυμ. ſed ipſum iſtud καὶ ante ναυμ. corruptum puto, & mutandum in κατὰ, locumque ita legendum: καὶ κατὰ εἴδη, καταναυμαχεῖν, καταπεζομαχεῖν &c. optimo ſenſu, quem *Pollucis*, ut & hanc ſcripturam non dubito: quum enim quæ præcedunt, quaſi peculiare quoddam τάγμα in hac acie verborum *ſuperandi*, generatim & late ſumantur, χειρώσασθαι &c. hæc profecto quæ ſequuntur, καταναυμαχεῖν &c. ſpecies continent, ut vincere pugna navali, & pedeſtri & equeſtri: quum illa nova, ut dixi, quovis certamine uſui eſſe queant. Adeo ut nimis audax fuerit commentum cujuſcunque iſtud καταδύειν· quod

μαχεῖν, καθιπποµαχεῖν, καθιπποκρατεῖν· ἀφ' ὧν τὰ πράγµατα, κράτος, καὶ νίκη, µόνα· καὶ
142 αἵρεσις, καὶ καθαίρεσις. * [12] βιαιοτέρα γὰρ ἡ ἐπικράτησις, παρὰ Θουκυδίδῃ· [13] ἢ παροµοίαν ἄν τις εἶναι φαίη τὴν κατακράτησιν, καὶ τὸν καταγωνισµὸν, ἐκείνου ἀγωνισµὸν εἰπόντος, καὶ τὴν καταπολέµησιν, τὴν διαπολέµησιν [14] εὗρον· [15] ὑπαγωγὴ γὰρ καὶ προσαγωγὴ, ἀνεκτά· τῆς δὲ [16] δουλώσεως εἰρηµένης, ἡ καταδούλωσις, βίαιος· µοχθηρὰ δὲ ἀπ' ἐνίων τὰ ἐπιῤῥήµατα· ἀπὸ γὰρ τῶν πλείστων [17] οὐδέ ἐστιν. Ταυτὸν οὖν ἐν χρήσει δύναιτο, [18] ὄχλος, πλῆθος, σύνοδος, σύλλογος, δῆµος, [19] ἄθροισµα, ἀγερµὸς, συναγερ-

rare, equeſtri pugna debellare, equitatu prævalere. A quibus rei vocabula ſunt, robur & victoria, ſola. Et captio, & demolitio. * Superatio enim apud Thu- 142
cydidem durius eſt: ſive quis ſimile eſſe putet debellationi, & decertationi, illo Decertationem pro debellatione dicente, etiam διαπολέµησιν inveniens. Subactio enim, & ſubjectio prædura ſunt. Servitute autem dicta, καταδούλωσις, id eſt redactio in ſervitutem durius eſt. Nonnullorum etiam adverbia inviſa ſunt: a pleriſque autem nihil uſitatum extat. Turba, multitudo, conventus, cœtus, populus, congregatio, colle-

tamen ſi quis retinere pertinax omnino velit, non ideo tamen iſta καὶ κατὰ εἴδη mihi amovebit. quæ, ut dixi, ipſiſſima *Pollucis* puto; illud verbi ab alio παρεµβεβληµένον vero. JUNG.

Καὶ καταδύειν.] Non erit, uti duco, quiſquam qui id verbi hoc loco genuinum habeat: in rebus enim militaribus non alium certe uſum habet, quam ſi de ſubmerſa claſſe dicatur: καταδύειν ναῦς apud *Thucydidem*, *Polybium* alioſque, quod nihil ad iſta, quæ *Pollux* enumerat: egregie MSS. κατὰ εἴδη, quam ſcripturam reduxi.

12 Βιαιοτέρα γὰρ &c.] Abſunt iſta a C. A. uſque ad δυνατόν. KÜHN.

13 Ἢ παροµοίαν ἄν τις εἶναι φαίη &c.] C. V. παρ' ὁµοίαν leg. παροµοίαν· *ſimilem quodammodo* (vocem ἐπικράτησιν) dixeris τῇ κατακρατήσει & τῷ καταγωνισµῷ, dum ille (*Thucydides*) dixit καταγωνισµὸν &c. ſecundum C. V. ita legendum παροµοίαν ἄν τις εἶναι φαίη τὴν κατακράτησιν καὶ τὸν καταγωνισµὸν, ἐκείνου ἀγωνισµὸν εἰπ. &c. *poſſet dicere aliquis ſimilem eſſe ἐπικράτησιν & καταγωνισµὸν*, cum ille ἀγωνισµὸν vocet καταπολέµησιν *debellationem*, quod alias καταγωνισµὸς & ἐπικράτησις non ſignificant apud alios Scriptores. KÜHN.

Ἢ παρόµοιαν ἄν τις εἶναι φαίη &c.] MS. ἢ (ſed alia manu ἣν emendatum) παρ' ὁµοίαν ἄν τις φ. τὴν κατακράτησιν, καὶ τὸν καταγωνισµόν· ἐκείνου ἀγωνισµὸν &c. & bene ſane ἣν videtur correctum: quum MS. plerumque ἡ indifferenter ſcribat, pro ἦ, ἥ, ἣν &c. locumque ita legam igitur & diſtinguam: ἣν παροµοίαν ἄν τις εἶναι φαίη τὴν κατακράτησιν· καὶ τὸν καταγωνισµὸν, ἐκείνου ἀγωνισµὸν εἰπόντος· καὶ τὴν &c. Ait ſic dici poſſe & κατακράτησιν, & κατακρατεῖν, ut dixerit *Thucydidis* ἐπικράτησιν, ab ἐπικρατεῖν· eadem ratione, quum ille a verbo ἀγωνίζεσθαι, ἀγωνισµὸν (ſic enim MS. noſter: quum vulgo non recte junctum videatur reperi) dixerit: nos καταγωνισµὸν poſſe a verbo, quod Segm. 141. præceſſit, καταγωνίζεσθαι· tum pariter καταπολέµησιν, a præcedenti, Segm. 141. καταπολεµεῖν, addit *Pollux*, quis dicat invento nomine διαπολέµησις· vulgatum enim διαπολέµησιν εὑρὼν, non mutandum arbitror, licet in MS. ſit εὗρον. Ceterum vox ἐπικράτησις in Oratione Corinthiorum, contra *Corcyræos* exſtat libr. I. Ξυγγραφῆς· παρέσχεν ὑµῖν Αἰγινητῶν µὲν ἐπικράτησιν, Σαµίων δὲ κόλασιν. JUNG.

Ἢ παρόµοιαν &c.] Niſi me meus fallit animus, ita fuit etiam ſcriptum: ἣν παρόµοιαν ἄν τὶς εἶναι φαίη τῇ κατακρατήσει καὶ τῷ καταγωνισµῷ· planum ita ſenſum feceris paucula mutatione: ſed enim MSS. obſequamur potius, quorum equidem lectionem in textu reſtitui. Ἀγωνισµὸν in *Thucydide* reperio VII. 70.

14 Εὑρών] C. V. εὗρον· planus eſſet ſenſus ſi καὶ ante καταπολέµησιν præponeretur voci διαπολέµησιν hoc modo, καὶ τὴν διαπολέµησιν εὗρον· *etiam vocabulum διαπολέµησιν inveni* ſcilicet apud *Thucydidem*, qui ait lib. VII. ξυντοµωτάτην ἡγεῖτο διαπολέµησιν, *ſic brevi putabat debellatum iri.* KÜHN.

Εὑρών.] *Kühnius* ad oram ſui Codicis εὗρον & id etiam præfero vulgatæ lectioni, quanquam *Jungermannus* diſſentiat: memini id vitii eluiſſe quoque Segm. 89. Διαπολεµεῖν vero, quod *decertare* Romani, plus una vice in *Thucydide* poni recordor.

15 Ὑπαγωγὴ γὰρ &c.] Deſunt iſta, ὑπ. γ. κ. πρ. ἀν. in MS. JUNG.

16 Δουλώσεως] Supra III. 75. ubi καταδούλωσιν non ponit, quod improbabat ſcilicet. Alterum vero *Thucydideum* eſt, ex cujus lib. III. adferunt, τὴν δὲ τῶν συµµάχων δούλωσιν ἐπαγοµένους· & ſupra ex libr. III. locum etiam protuli Hiſtorici. Ajunt vero & alterum in eo extare, quod noſtro βίαιον videtur. JUNG.

17 Οὐδέν ἐστιν αὐτῶν ἐν χρ. δυνατόν.] C. V. πλείστων οὐδέ ἐστι· ταυτὸν οὖν ἐν χρήσει δύναιτο, *a plurimis ne ſunt quidem, idem igitur valere poſſint:* id eſt, nihil valebunt. KÜHN.

Οὐδέν ἐστιν αὐτῶν ἐν χρ. δυνατόν.] Non dubito hæc mendoſa eſſe, & amplector MS. lectionem, quæ eſt: ἀπὸ γὰρ τῶν πλείστων οὐδέ ἐστιν· ταυτὸν οὖν ἐν χρήσει δύναιτο, ὄχλος; &c. *A plurimis nequidem ſunt adverbia*, ait. Tum digreditur ad verba multitudinis: *Idem vero in uſu valeant*, ait, ὄχλος &c. quod exemplis mox confirmat: *quaſi*, ait, *ſi* quis dicat ἀνδρῶν ὄχλος &c. Eo modo infra novum incipit tmema Segm. 150. ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ φαίη τις ἂν πρᾶγµα, χρῆµα, &c. JUNG.

Οὐδέν ἐστιν αὐτῶν ἐν χρ. δυνατόν. Ὄχλ.] Cubat hic locus in gravi menda, a qua certe ſine MSS. adminiculo purgare locum & redintegrare non facile fuiſſet: diſtinximus & emaculavimus textum, ut MSS. auctoritas juſſit.

18 Ὄχλος] C. A. περὶ συνωνύµων τοῦ πλήθους· locum hunc exſcribit *Phaverin.* in ὄχλος. KÜHN.

19 Ἄθροισµα, συναγ.] MS. ἄθρ. ἀγερµὸς, συναγ. SEB.

Ἄθροισµα, συναγ.] C. A. ἀγερµὸς σύστασις τάχα συναγωγὴ &c. omiſſis ſemper conjunctionibus. C. V. ἄθροισµα, ἀγερµὸς, συναγερµός. KÜHN.

Ἄθροισµα, συναγ.] Ex MS. noſtro & *Seberi* voculam adde: ἄθροισµα, ἀγερµὸς, συναγ. nec dubitare nos ſinit locus qui ſupra III, 129. ἀγερµὸς, συναγερµὸς, pariter juncta: & quod ſequitur mox ἐµπόρων ἀγερµός· ſupra I, 176. ἀγερµὸς vulgo eſt, quod tamen MS. omittit ibi. JUNG.

Ἄθροισµα, συναγ.] Optime de nobis hic & *Polluce* noſtro merentur MSS. ex iis eſt, quod inſeruimus ἀγερµός· habent illam vocem *Lexicographi*: *Heſychius*: Ἀγερµὸς, ἄθροισις· συναγωγὴ θυσίας· ubi *Sopingius* ex *Ariſtotelis Arte Poëtica* locum adfert, cui *Dionyſium Halicarnaſſenſem* adde, qui lib. II. θεοφορήσεις, κορυβαντιασµοὺς καὶ ἀγερµοὺς appellat metragyrtarum publica ſacra, cum ubique homines colligant atque circulos faciant. Verbum autem ἀγείρειν vel de circulatoribus intelligitur, vel de rhetoribus, cum ἐπιδείξεις facturi homines advocabant, qua de re poſteriori vi-

143 ctio, conſtipatio. • Forſan & collectio,
& corrogatio, thiaſus, Chorus: veluti
ſi quis dicat, Virorum turba, Mulierum
multitudo, Puerorum cœtus, Hoſpitum
conventus, Inquilinorum populus, ſer-
vorum congregatio. Coacervatio enim du-
rius eſt. Mercatorum cœtus, cauponum
conſtipatio, Nautarum collectio, Guber-
natorum concurſus, ludentium thiaſus, &
jocantium Chorus. De iiſdem vero dici-
tur, toto populo convenerunt, omnige-
næ, catervatim. Πανσυρὶ enim, ſordidum
144 eſt. • Gregatim, ſecundum ætates, ſe-
cundum ordines, ſecundum familias, ſe-
cundum genera, ſecundum conditiones,
ſecundum artes, ſecundum turmas. Unde il-
lud Homeri, Turmatim, tanquam Poëticum

μὸς, σύστασις· • [20] τάχα δὲ καὶ συναγωγὴ, 143
καὶ [21] συλλογὴ, καὶ θίασος, καὶ χορός· [22] ὡς εἰ
λέγοι τις ἀνδρῶν ὄχλος, καὶ γυναικῶν πλῆθος,
καὶ παίδων σύνοδος, καὶ ξένων σύλλογος, καὶ
μετοίκων δῆμος, καὶ δούλων ἄθροισμα· [23] βιαιό-
τερος γὰρ ὁ ἀθροισμός· καὶ ἐμπόρων ἀγερμὸς,
καὶ καπήλων σύστασις, καὶ ναυτῶν συναγωγὴ,
καὶ κυβερνητῶν συνδρομὴ, καὶ [24] παιδευόντων θία-
σος, καὶ παιδευομένων χορός· [25] ἐπὶ δὲ τῶν αὐ-
τῶν, συνῆλθον [26] πανδημεὶ, παγγενεὶ, πασσυ-
δί· [27] ὑπομίαρον γὰρ τὸ πασσυρεί· • κατ' ἀγέλας, 144
καθ' ἡλικίας, κατὰ τέλη, [28] κατὰ ἔθνη, κατὰ
γένη, κατὰ τύχας, κατὰ τέχνας, κατὰ ἴλας·
[29] ἵνα τὸ Ὁμήρου ἰλαδὸν, ὡς ποιητικὸν παραιτώ-

dendus Eruditiſſ. *Creſollius Theatro Rhet.* III, 14. & *Petavius* ad *Themiſtii* Oration. XXI. qui utramque tangit rem, & adductum etiam a nobis *Dionyſii* locum. Addo *Syneſium* Ep. 136. ubi vaſtas Athenas deſcribit: ταῦτ' ἄρα καὶ ἡ συνωρὶς τῶν σοφῶν Πλουταρχείων, οἱ τοὺς νῦν τῇ φήμῃ τῶν λόγων ἀγείρουσι ἐν τοῖς θεάτροις τοὺς νέους, ἀλλὰ τοῖς ἐξ Ὑμηττοῦ σταμνίοις. Mox elegantius τάχα δὲ καὶ, ut Auctor noſter ſolet ubique loqui, dedimus in textu e MSS. pauloque inferius poſt βιαιότερος γὰρ ὁ ἀθροισμὸς interpunxi cum *Jungermanno*.

20 Τάχα καὶ συναγωγὴ, &c.] MS. τάχα δὲ καὶ συναγ. & ſic reponendo facies pleniorem orationem. JUNG.

21 Συλλογὴ] Hujus non redditur exemplum in ſequentibus; ſed pro eo κυβερνητῶν συνδρομὴ habes: adeo ut quis ſuſpicari poſſit & hic καὶ συνδρομὴ fuiſſe a *Polluce* additum. JUNG.

22 Ὡς εἰ λέγοι τις] Non habet C. A. hæc verba, ut nec ſequentes conjunctiones. KÜHN.

23 Βιαιότερος γὰρ ὁ ἀθροισμός. &c.] C. A. βιαιότερον γ. ὁ ἀ. ἐμπόρων ἀγερμὸς &c. ſine καί. KÜHN.

Βιαιότερος γὰρ ὁ ἀθροισμός. &c.] Ἀθροισμὸν βιαιότερον hic dicit: ſupra III, 129. ponit ſine tali προσπλήξει· quamvis ibi in MS. omiſſum ſit iſtud vocabulum: vid. & I, 176. diſtingue autem hic ita: ἀθροισμὸς, καὶ ἐμπ. Illa enim βιαιότερος γὰρ ὁ ἀθρ. interjiciuntur quaſi παρενθετικῶς. JUNG.

24 Παιδευόντων θίασος] *Interpr.* leg. παιζόντων· *docentium thiaſus, diſcipulorum chorus*: de thiaſis docentium *Athenæus* habet multa. KÜHN.

Παιδευόντων θίασος] De conventiculis ſacris vox illa proprie fuit olim uſurpata, docente *Maximo* ad *Areopagitæ Hierarch. Cæl.* cap. 3. ubi & θιασώτας exponit τοὺς περὶ τὰ θεῖα ἀναστρεφομένους, & *Harpocratione*: *Demoſthenis* autem, quem adducit, eum eſſe locum puto, ubi Γλαυκοθέαν memorat τὴν τοὺς θιάσους συνάγουσαν· obſervat inde *Ionem* in *Omphale* κοινῶς ἐπὶ παντὸς ἀθροίσματος poſuiſſe vocem: & ita ſæpiſſime apud alios: ſcilicet in Græca lingua admodum ſunt multa, quæ a rebus ſacris ad profanas atque vulgares emanarunt: ea de re alibi. Sed σύστασιν, quam dixit Auctor, in *Thucydide* quoque reperio II, 21. κατὰ ξυστάσεις τε γιγνόμενοι, quod fuerit, exponente *Scholiaſta*, κατὰ συστήματα καὶ πλήθη· non diſſimili modo *Jacobus* in *Liturgia* ſua σύστασιν & σύστημα dixit ἀγγέλων· porro apud *Thucydidem* ſequenti capite ξύλλογον etiam lego: ἐκκλησίαν τε οὐκ ἐποίει αὐτῶν, οὐδὲ ξύλλογον οὐδένα.

25 Ἐπὶ δὲ τῶν αὐτῶν] Abeſt ἐπὶ τῶν αὐτῶν a C. A. KÜHN.

26 Πανδημεὶ, &c.] MS. παγγενεὶ, πασσυδί. SEB.

Πανδημεὶ, &c.] C. A. πανδημεῖ π. πασσυδί. C. V. παγγενεῖ πασσυδί. KÜHN.

Πανδημεὶ, &c.] MS. πανδημεῖ, παγγενεῖ, πασσυδί· priora duo alia manus ita correxit, πανδημεὶ, παγγενεί· ut nempe vulgata ſunt: ſupra VI, 162. πανδημεὶ, & πασσυδὶ MS. habebat. *Seberus* noſter in ſuo MS. hic fuiſſe ait παγγενεὶ, πασσυδί· quomodo retinere hic nil forte prohibeat. Tamen & MS. noſter ſupra VI, 163. παγγενὴ habebat. JUNG.

Πανδημεὶ] Vide quæ dicta ad Segm. 10. Sed, autumo, tanti non eſt, utrum ſcribas πανδημὶ an πανδημεί· ſic enim ἀκηρυκτὶ & ἀκηρυκτεὶ aliaque plurima, *Thucydides* I, 9. τειχίζειν δὲ πάντας πανδημεὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει. *Schol.* μηδένος ἐν ταῖς οἰκίαις ὑπολειπομένου· & V, 54. Ἐξεστράτευσαν δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους πανδημεὶ ἐς Λεῦκτρα &c. quo *Noſter* reſpexit I, 160. Mox παγγενεὶ de MSS. reſtitui. Πασσυδεὶ tum recte legitur, & ex *Thucydide* citat *Suidas*, qui ſimul notat ſcribere quoſdam πασσυδί, ſed aberrantes vera voculæ pictura. Malui denique πασσυρεὶ, MSS. ſecutus duces, reponere, quam vulgatum temere retinere: Æolicum enim illud πασσυρεὶ, nam πανσυρὶ non puto, quiſquam uſurpabit: male fecerit itaque, qui ab Æolibus id mutuatum uti voluerit in Attico ſermone.

27 Ὑπομ. γὰρ τὸ πανσυρί.] Abeſt a C. A. uſque ad πανσυρί· pro quo C. V. leg. πασσυρεί. KÜHN.

Ὑπομ. γὰρ τὸ πανσυρί.] MS. τὸ πασσυρεῖ· & ſcribendum puto πασσυρεὶ, vel πασσυρὶ, ut πασσυδί. Illi adfinia apud *Heſychium* leguntur: Πασσύριον, ἀντὶ τοῦ Πασσυδίην Αἰολεῖς, τὸ πασσύριον ἡμῶν ἁπάντων γένος & πασσύρως, ἄρδην, πανοικί· quamvis non neſciam & πανσυρὶ rectum eſſe, utroque modo ut πανσυδί· malim tamen plerumque noſtri optimi MS. Codicis fidem. JUNG.

28 Κατὰ ἔθνη] MS. καὶ κατὰ ἔθνη, &c. JUNG.

29 Ἵνα τὸ Ὁμήρου ἰλαδὸν] Etiam abeſt a C. A. at C. V. ita: ἵν' ἀπομήρου ἰλαδὸν ὡς ποιητικὸν παραιτώμεθα· κατ' ἴλας dicendum, inquit, *ut τὸ ἰλαδὸν, quod Homero* Il. β. v. 93. *debetur, vitemus tanquam Poëticum*. KÜHN.

Ἵνα τὸ Ὁμήρου ἰλαδὸν] MS. ἵν' ἀπομήρου ἴλαδον, ὡς ποιητ. παραιτώμεθα· καὶ &c. mendoſe quidem, unde tamen editiones vulgatas mutilas tibi deprehendere datur, quod jam ipſe, credo, vidiſti: ſcribamus itaque ἵνα τὸ Ὁμήρου ἰλαδὸν, ὡς ποιητικὸν παραιτώμεθα. Eſt autem id Ἰλ. β. v. 93.

Ὣς τῶν ἔθνεα πολλὰ νεῶν ἄπο, καὶ κλισιάων,
Ἠϊόνος προπάροιθε βαθείης ἐστιχόωντο
Ἰλαδὸν εἰς ἀγορήν. —

Sed ut ἴλαδον in MS. fuit, ita & antea ἴλας fuiſſe puto: quamvis in utroque a quodam accentus correctus eſt. JUNG.

μεθα· καὶ ἑτέρως δ' ἄν τις εἴποι, [30] πάντα γένη, καὶ ὅσα γένη, καὶ ὅσαι ἡλικίαι, καὶ ὅσα ἔθνη, [31] καὶ ὅτι παῖς, καὶ γυνή· καὶ μὴν καὶ καθ' ἕτερον σχῆμα [32] εἰπεῖν, οὐδεὶς τῶν ὄντων ἀπῆν, οὐδεὶς ἦν ὃς ἀπῆν, [33] οὐδεὶς ἀπεῖναι ὑπέμεινεν· οὐδεὶς ἦν, ὃς οὐ παρῆν· οὐδεὶς οὕτω γέρων, ἢ παῖς,
145 ὅς τις [34] αὐτὸν οἴκοι κατεῖχεν· * [35] ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐξεχέοντο, συνήεσαν, [36] συνηλέγοντο, συνηγείροντο, συνηθροίζοντο, συνέθεον, συνέῤῥεον, [37] συνεωθοῦντο, συνεφέροντο, συνέσπευδον, [38] εἰς ταυτὸν ἦσαν, εἰς ἓν ἔσπευδον, ἐν ταυτῷ ἥεσαν, πάντα ἐπεπλήρωτο, πάντα [39] ἐξεπέπληστο, [40] ἐστενοχώρητο, [41] ἐθλίβετο· καιρὸν δὲ ἔχει καὶ τὰ ποιη-

eſt. Et aliter quis dicat, omnia genera, quotquot ætates, omnia familiæ: & quod pueri, & uxores. Tum alia forma dices, nemo eorum aberat, nullus non aderat, nullus abeſſe ſuſtinuit: nemo erat, qui abeſſet, nemo nec ſenex, nec puer, quicunque ibi habitabat. * E domibus 145
profluebant, convenerunt, collecti ſunt, congregati ſunt, coacervati ſunt, concurrerunt, confluxerunt, feſtinatione convenerunt, congrediebantur, accelerarunt, in unum collecti ſunt. Omnia impleta ſunt, cuncta repleta ſunt: arctabantur, premebantur. Locum etiam hic habent Poë-

Ἵνα τὸ Ὁμήρ. ἰλαδὸν, &c.] Sanequam perfacile quis attentus ſenſui deeſſe quiddam animadvertiſſet: quod itaque nos ſupplevimus e MSS. præeunte *Kuhnio*. Id ipſum *παραιτώμεθα* habuit etiam Codex *Falckenburgii*. *Heſychius*: Ἰλαδὸν, κύριως· κατ' ἀξίαν, κατὰ σύστημα ἐπορεύοντο· quibus certe adductum a *Jungermanno* locum *Homeri* adludit, ubi etiam *Scholia Didymi*: *κατὰ ἴλας καὶ συστροφάς·* ſæpius in *Homero*, ut & *Coluthо* occurrit, atque aliis. Illud autem *κατ' ἀγίλας*, quod modo *Noſter* habuit, de animalibus dici ſolet proprie, cum gregatim eunt: de thynnis *Ælianus* Hiſt. Anim. XII. dixit eos *κατ' ἀγίλας πορεύεσθαι·* alias id *ἀγεληδόν*. *Harpocr.* De hominum autem collegiis cum uſurpatur, a dialecto tractum judico; Cretenſes enim puerorum catervas, qui literis atque bonis artibus operam dabant publice, ſolebant appellare *ἀγέλας*, & *ἀγελάζειν*, cum in unum cogerentur; ea de re forſan alibi: hinc & apud Græcos *συναγελάζειν*, *gregatim coire*, ſæpius vero ſub magiſtro diſcendi cauſa: ſic ſane *Noſter* IV, 45. ubi aliis ita verbis junctum eſt, ut eam notionem deprehendas facile: hinc manat, quod in *Heſychio* reddatur *Συναγελάζονται, συνδιαιτῶνται, ἰσχνοπρεπεῖς·* quod ultimum certe vitii non eſt immune: conjectabam, *ἰσχοπρεπῖς*, ut uſum illius verbi abjectiorem atque viliorem ſignificare voluerit *Heſychius*: non tamen me rem acu tetigiſſe dicere auſim: felicius alii forſitan: & ita *συναγελαστικὸς* apud *Hieroclem* de *Nuptiis*, *qui ſocia familiaritatis cupidine tenetur*.

30 Πάντα γένη, καὶ ὅσαι ἡλικ.] MSS. *πάντα γένη, ὅσα γένη καὶ ὅσαι ἡλικίαι* &c. C. A. hic iterum omittit *καὶ* ubique. Kühn.

Πάντα γένη, καὶ ὅσαι ἡλικ.] Hic iterum auget optimus MS. *Palatinus Pollucem* noſtrum: unde ita ſcribe: *πάντα γένη, καὶ ὅσα γένη, καὶ ὅσαι ἡλ.* &c. Jung.

Πάντα γένη] Subjecimus e MSS. *καὶ ὅσα γένη*, quod ante nos afuit male.

31 Καὶ ὅτι παῖς &c.] An *καὶ ὅτι παῖς καὶ γυνὴ*, per hypodiaſtolen ſcribendum? pro *πᾶν ὅ, τι παῖς καὶ γυνή·* MS. ſane id non obſervat. Jung.

32 Εἰπεῖν] Abeſt a C. A. ut &, *οὐδεὶς ἦν ὃς ἀπῆν*. Kühn.

Εἰπεῖν] Deſunt in MS. *εἰπεῖν* & iſta, *οὐδεὶς ἦν ὃς ἀπῆν*. Jung.

33 Οὐδεὶς ἀπεῖναι ὑπέμεινεν.] MS. *οὐδεὶς ἀπῆναι ὑπέμενεν·* & malim *ὑπέμενεν* hic tempore imperfecto ut alia hic, pro vulgato *ὑπέμεινεν*. Jung.

34 Αὐτὸν] MS. *αὐτὸν*, pro *αὐτόν*. Jung.

Αὐτὸν οἴκοι κατεῖχεν] In *Thucydide* I, 90. *πάντας πανδημεὶ Commentator* antiquus exponit: *τὸ πάντας, αὐτοὺς καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας· τὸ δὲ πανδημεὶ, μηδενὸς ἐν ταῖς οἰκίαις ὑπολειπομένου*, quæ huc non incommode quadrant.

35 Ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐξεχ.] Abſunt a C. A. *ἐκ τῶν οἰκιῶν* &c. Kühn.

Ἐκ τῶν οἰκίων ἐξεχ.] MS. *ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐξεχ.* & ita emenda vulgatum *οἰκίων* accentu depravatum: id jam ita in meo Codice correxeram quoque. Jung.

36 Συνηλέγοντο] C. A. *συνελέγοντο, συνηγείροντο* &c. Kühn.

Συνηλέγοντο] MS. *συνελέγοντο·* quo pacto quoque vulgatum *συνηλέγ.* emendandum eſt. Jung.

Συνηλέγοντο] In MS. *Palatino συνελέγοντο*, pro eaque lectione ſtat *Jungermannus* noſter: ſed ego tamen vulgatam ut *Ἀττικωτέραν* prius amplectar: ſi quis tyrocinia Grammatica vel levi oculo perluſtrarit, ſciet, quid apud Atticos in augmento temporum, uti dicitur, receptum ſit: & Atticiſmi rationem habuimus etiam mox, ubi pro vulgato *συνωθοῦντο*, alterum, quod in textu legis, reſtitui.

37 Συνωθοῦντο] C. V. *συνεωθοῦντο*. Kühn.

Συνωθοῦντο] MS. *συνεωθοῦντο·* quod ut *Ἀττικώτερον* pro vulgato *συνωθοῦντο* nobis facile arrideat. Jung.

38 Εἰς ταυτὸν ἥεσαν] MS. *εἰς ἓν ἔσπευδον, πάν.* Seb.

Εἰς ταυτὸν ἥεσαν] MSS. *ἐς ταυτὸν ἦσαν, εἰς ἓν ἔσπευδον, ἐν ταυτῷ ἥεσαν*. Kühn.

Εἰς ταυτὸν ἥεσαν] MS. *εἰς ταυτὸν ἦσαν·* poſtea duabus locutionibus auctior, quarum primam & *Seberi Aug.* habet: ſic itaque *Noſter*: *εἰς ἓν ἔσπευδον, ἐν ταυτῷ ἥεσαν, π. ἐπεπ.* Jung.

Εἰς ταυτὸν ἥεσαν] Mutilus erat utriſque ſequentibus loquendi formulis editus *Pollux*: & hic etiam vulgatum *ἥεσαν* improbum: ſed omnia MSS. ſequuti duces redintegravimus. Paulo inferius *ἐστενοχωρεῖτο* lectum fuit ante nos: jam ſic ut repoſui convenit cum præcedentibus. Ad iſta poëtica, quæ dicit *Auctor* noſter, quæque in *Homero* creberrima, adde licet illud *Comicorum* notiſſimum *ψαμμακοσιογάργαρα*, & conſule non paucos illius parœmiæ explanatores, *Scholiaſtem Ariſtophanis*, *Suidam*, *Macrobium*, *Heſychium*, plures: reperies ibi, quæ phraſes has illuſtrent: illæ porro ſimileſque loquendi modi in Rhetorum ſcriptis ævi recentioris, *Libanium* dico, *Dionem*, *Ariſtidem*, alioſque, qui non ita firmum atque compactum dicendi genus, ac veteres illi, ſecuti ſunt, ſed mollius & diſſolutius, quodque per varias orationis figuras defluat, ſunt celeberrimi: neque id eſſet grave pluribus exemplis ire confirmatum, ſed heic non e re noſtra.

39 Ἐξεπέπληστο] C. A. *ἐξεπέπληστο* (C. V. *ἐξέπληστο*) *πάντα ἐστενοχ. πάντα ἐθλίβετο·* cæteris quæ ſequuntur uſque ad *τοιαῦτα*, omiſſis. Kühn.

Ἐξεπέπληστο] MS. *πάντα ἔπληστο·* ſed emendatum, *ἐπέπληστο·* quod placet. Jung.

40 Ἐστενοχωρεῖτο] MS. pro *ἐστενοχωρεῖτο* habet *ἐστενοχώρητο*, præterito perfecto nimirum, ut præcedens *ἐπεπλήρωτο, ἐπέπληστο*. Jung.

41 Ἐθλίβετο.] MS. *ἐθλ. τῷ αὐχεῖν τῷ κωμῳδεῖν, τῷ*

tica, plures quam arena, fluctus ſuperantes, quot folia, & flores, & ſimilia, gloriari, arrogantem eſſe, jactare, graviter ſe habere, oſtentare, magnifica loqui, ſplendida effari, ſuperbire, elatum eſſe, extolli, inflari, altum ſapere, excellere, deſpicere, portentoſa a-
146 gere. * Sed in Eupolidis Populis, etiam Καυχήσασθαι gloriatum eſſe extat. Quorum res ſunt, gloriatio, arrogantia, jactantia, oſtentatio, magnificorum verborum ſermo, jactabunda oratio, deſpicientia, deſpectus, monſtroſitas. Superbia vero rei vocabulum eſt. Sed ſuperbire verbum, non approbo. Nomina autem, a gloriando quidem, per participium glorians dicenda ſunt. Gloriabundus enim, durum eſt. Sed ab aliis

τικά, [42] ὑπὲρ τὴν ψάμμον, ὑπὲρ τὰ [43] κύματα, ὅσα φύλλα καὶ ἄνθη, [44] καὶ τὰ τοιαῦτα. [45] Αὐχεῖν, ἀλαζονεύεσθαι, [46] κομπάζειν, [47] σεμνύνεσθαι, σεμνολογεῖσθαι, μεγαληγορεῖν, [48] μεγαλοῤῥημονεῖν, μεγαλύνεσθαι, αἴρεσθαι, μετεωρίζεσθαι, πεφυσῆσθαι, ὑψηλοφρονεῖν, ὑπερφρονεῖν, ὑπερορᾶν, [49] τερατεύεσθαι. * [50] ἐν δὲ 146
Εὐπόλιδος Δήμοις ἔστι καὶ τὸ [51] καυχήσασθαι. ὧν τὰ πράγματα, αὔχημα, ἀλαζονεία, κόμπος, σεμνολογία, [52] μεγαλοῤῥημοσύνη, μεγαληγορία, ὑπερφρόνησις, ὑπεροψία, τερατεία. [53] ἡ δὲ ὑπερηφάνεια τὸ μὲν πρᾶγμά ἐστι, τὸ δὲ ῥῆμα τὸ ὑπερηφανεῖν οὐκ ἐπαινῶ. τὰ δὲ ὀνόματα, [54] ἀπὸ μὲν τοῦ αὐχεῖν, κατὰ μετοχὴν [55] ῥητέον ὁ αὐχῶν. [56] ὁ γὰρ αὐχήτης, βίαιον. [57] ἀπὸ δὲ τῶν

πράγματα εἰδέναι. τῷ ταχύ, τῷ ὡς τὸ πολύ, τῷ ἀνελεῖν, τῷ ἀμφιβάλλειν, τῷ ἀρκεῖ. Αὐχ. SEB.

42 Ὑπὲρ τὴν ψάμμον] Ὡς ἡ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. *Geneſ.* XXII, 17. & alibi: vide *Joach. Zebneri* ſimilitudinem ſacram quintam. SEB.

43 Κύματα] MS. mendoſe κείματα· ſed correctum fuit. JUNG.

44 Καὶ τὰ τοιαῦτα.] Talia quædam &, ſi cupis, apud *Junium* Adagio, *Avenam ſuperat.* JUNG.

45 Αὐχεῖν] C. A. περὶ συνωνύμων τῷ αὐχεῖν. C. V. omiſſo περὶ συνωνύμων titulos omnes in unum conjungit hoc modo: τῷ αὐχεῖν, τῷ κωμῳδεῖν, τῷ πράγματα εἰδέναι, τῷ ταχεῖ, τῷ ὡς τὸ πολύ, τῷ ἀνελεῖν, τῷ ἀμφιβάλλειν, τῷ ἀρκεῖ. Αὐχεῖν &c. locum hunc iterum deſcribit *Phavorinus.* KÜHN.

Αὐχεῖν] Hic in MS. novum caput, hoc titulo: τῷ αὐχεῖν, τῷ κωμῳδεῖν, τῷ πράγματα εἰδέναι, τῷ ταχύ, τῷ ὡς τὸ πολύ, τῷ ἀνελεῖν, τῷ ἀμφιβάλλειν, τῷ ἀρκεῖ· qui fere eodem modo in *Seberi* MS. ut ipſe adnotat: debes autem ſubaudire, ut in ſuperiore lemmate Segm. 130. συνώνυμα τῷ αὐχεῖν, &c. & emendare etiam in hoc MS. titulo, τῷ πρᾶγμα, τῷ εἰδέναι, & mox τῷ ἀμφιβάλλειν· ut ſupra Segm. 5. fuit, & ex ſequentibus patet. JUNG.

46 Κομπάζεσθαι] *Phavor.* leg. κομπάζειν, σεμνύνεσθαι. C. A. σεμνύνειν. KÜHN.

Κομπάζεσθαι] Pro κομπάζεσθαι, MS. active κομπάζειν· & cur non ita reponamus? *Heſychius*: Κομπάζει, καυχᾶται· exempla habes in *Lexicis* Græco Latinis. JUNG.

Κομπάζεσθαι] Prætuli reponi in textu lectionem manuſcriptam, κομπάζειν. Omiſerit itaque hic *Noſter* verbum κομπεῖν, quod in *Heſychio* aliiſque invenitur, unde & ἐπικομπεῖν in *Thucydide*, an id ipſum vitio potius librariorum exciderit? certe in ſequentibus habemus, κόμπος, & κομπώδης, quæ poſitum id verbi hoc loco ſuadere videantur. Tum in editis ſequebatur σεμνύνεσθαι, pro quo cum *Kühnio* σεμνύνεσθαι textus habet.

47 Σεμνύνεσθαι] MS. σεμνύνεσθαι ut quoque etiam quivis reſtituendum eſſe videat: erat idem verbum in loco *Æſchinis* ſupra IX, 42. quoque corruptum. JUNG.

48 Μεγαλοῤῥημονεῖν] MS. μεγαλορημονεῖν, unico ρ. JUNG.

49 Τερατεύεσθαι.] Poſt τερατεύεσθαι, inſerendum verbum πεφυσιοῦσθαι in MS. ad oram adpoſitum eſt: quamvis ab alia manu. JUNG.

50 Ἐν δὲ Εὐπόλιδος Δ.] Abſunt a C. A. uſque ad καυχήσασθαι· nec habet *Phavorinus.* KÜHN.

Ἐν δὲ Εὐπόλιδος Δ.] MS. ἐν δ' Εὐπ. & tum mendoſe Δῆμός ἐστι. Sed id ab alio correctum eſt. JUNG.

51 Καυχήσασθαι.] Pro τὸ καυχήσασθαι, MS. τὸ καυχίσειται habet. JUNG.

52 Μεγαλοῤῥημοσύνη, &c.] MS. inverſo ordine, μεγαληγορία, μεγαλορημοσύνη, uno ρ ut verbum antecedens. JUNG.

53 Ἡ δὲ ὑπερηφάνεια &c.] C. A. ὑπερηφανία· τὸ δὲ ῥῆμα ὑπερηφανεῖν &c. *Phavor.* ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἐπαινῶ. KÜHN.

Ἡ δὲ ὑπερηφάνεια &c.] MS. ἡ δὲ ὑπερηφανία τὸ μὲν πρᾶγμα ἐστίν. JUNG.

54 Ἀπὸ μὲν τοῦ αὐχ.] In MS. deeſt μέν. JUNG.

55 Ῥητέον αὐχῶν.] MS. rectius: ῥητέον ὁ αὐχῶν· quod ita ſupple ſis. JUNG.

Ῥητέον αὐχῶν.] Interſeruimus ὁ de MSS. Αὐχήτης ut αἰχμήτης, aliaque infinita hujus formæ.

56 Ὁ γὰρ αὐχήτης] C. A. τὸ γὰρ αὐχ. β. KÜHN.

Ὁ γὰρ αὐχήτης] Vero MS. ὁ γὰρ αὐχήσας, ſed ab alio diſpunctum, & emendatum ſupraſcripto της, in αὐχητής. JUNG.

57 Ἀπὸ δὲ τ. ἄ. κομπαστής] MS. ἀ. δ. τ. ἄλλων, ἀλαζών· κ. SEB.

Ἀπὸ δὲ τ. ἄ. κομπαστής] C. A. ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀλαζών, κομπαστής &c. KÜHN.

Ἀπὸ δὲ τ. ἄ. κομπαστής] MS. noſter, ut & *Seberi*, *Polluci* vocem reddit, quam profecto vulgo male deeſſe adfirmare poſſum: ἀπὸ δὲ τ. ἄ. ἀλαζών, κομ. cur enim ἀλαζών omitteret, a quo & ἀλαζονεύεσθαι, & ἀλαζονεία allatum, & mox adverbium ἀλαζονικῶς adfertur: habuiſti id & ſupra VI, 29. JUNG.

Ἀπὸ τῶν ἄλλων, κομπ.] Textus hic auctior eſt a nobis voce ἀλάζων, quæ præteriri non debuit: qualem hominem ἀλάζονα cenſeat *Xenophonteus Aglaïtidas* ita habeto: ὁ μὲν γὰρ ἀλάζων ἔμοιγε δοκεῖ ὄνομα κεῖσθαι ἐπὶ τοῖς προσποιουμένοις καὶ πλουσιωτέροις εἶναι, ἢ εἰσὶ, καὶ ἀνδρειοτέροις, καὶ ποιήσειν, ἃ μὴ ἱκανοί εἰσιν, ὑπισχνουμένοις, καὶ ταῦτα φανεροῖς γιγνομένοις ὅτι τοῦ λαβεῖν τι ἕνεκα καὶ κερδᾶναι ποιοῦσιν· locus eſt libr. II. *Cyropædiæ*; ibidemque & ἀλαζονεύεσθαι extat. *Scholiaſtes Ariſtophanis* ad *Equit.* Act. I. Sc. 1. ea de voce ſic ſcribit: Ἀλάζων, ὁ μείζονα τῆς ἑαυτοῦ ἀξίας κομπάζων καὶ φρονῶν· videndus & *Theophraſtus* περὶ ἀλαζονείας, & *Magnus* ejus *Commentator*: id cum fieri nequeat ſine pluribus figmentis, ἀλαζονεύεσθαι uſurpari obtinuit, pro *mendacia proferre*: ita notant in *Comici Ranis* Act. I. Sc. 6. Ἠλαζονεύεθ', ἵνα φοβηθείην ἐγώ, *Scholia*, ἐψεύδετο, addita hac *Menandri* χρήσει. Ἀλλ' ἀλάζων, καὶ θεοῖσιν ἐχθρός, ubi pro mendace ſumi volunt; neque repugno.

ἄλλων, ἀλαζὼν, κομπαστὴς, κομπαστικὸς, κομπώδης, ὑπέρκομπος, σεμνολόγος, [58] μεγα-
147 λήγορος, [59] μεγαλοῤῥήμων, μεγαλυνόμενος. * [60] καὶ αἰρόμενος, [61] καὶ μετεωριζόμενος, [62] πεφυσημένος, [63] καὶ αἱ αὐταὶ ἀντὶ ὀνομάτων μετοχαί· ὑψηλόφρων δὲ, καὶ ὑπέρφρων, καὶ ὑπερόπτης, καὶ ὑπεροπτικός· [64] ὁ γὰρ ὑπερορατικὸς, [65] βιαιότερον· βέλτιον δὲ ὁ ὑπερορῶν, καὶ ὑπερήφανος, καὶ μετέωρος· [66] καὶ ἀπὸ τῆς τερατείας, ὁ τερατευόμενος, καὶ [67] τερατολόγος, ἐκ τοῦ Πλάτωνος· τὰ δὲ ἐπιῤῥήματα ἀπ' ἐνίων, [68] ἀλαζονικῶς, κομπαστικῶς, μεγαληγόρως, [69] μεγαλοῤῥημόνως, ἠρμένως, μετεώρως, [70] πεφυσημένως· ὑπερφρόνως, καὶ ὑψηλοφρόνως, [71] τραχύτερα· ὑπερόπτως
148 δὲ, καὶ ὑπεροπτικῶς, καὶ ὑπερηφάνως· * καλὸν δὲ [72] καὶ τὸ παρὰ Θουκυδίδῃ [73] κομπῶδες. [74] Κωμῳδεῖν, διακωμῳδεῖν, διασύρειν, [75] σκώπτειν, διασκώπτειν, χλευάζειν, φαυλίζειν,

jactator, jactabundus, elatus, magniloquus, altiloquus, elatus : * ſuperbus, 147
arrogans, inflatus : & ipſa quoque horum nominum participia. Inſuper altum ſapiens, excelſus, ſuperbiens, & contemptor. Sed ὑπερορατικὸς, durius eſt. Melius vero eſt, deſpiciens, ſuperbus, & ſublimis. Et a portento portentoſus. Et Portentiloquus, ex Platone. Et adverbia a nonnullis, arroganter, jactanter, jactabunde, magniloque, faſtuoſe, elate, inflate. Deſpicienter enim, & ſublimiter, aſperiora ſunt. Superbe, contemptim, deſpecte. * Pulchrum et- 148
iam eſt illud Thucydidis, jactabundum. Suggillare, naſo ſuſpendere, carpere, laceſſere, ſubſannare, vili pendere,

58 Μεγαλήγορος] MS. μεγαλήγορος, paroxytone: nec aliter ſcribendum puto : ut & ſupra II, 126. ut ψευδηγόρος, σεμνηγόρος, alia quædam: quamvis II, 126. MS. etiam μεγαλήγορος, itaque apud *Xenophontem* vulgetur : ſed Avus ibi & in *Xenophontis* loco id etiam paroxytone ſcribit, ut ſupra dixi. JUNG.

59 Μεγαλοῤῥήμων] MS. μεγαλορήμων καὶ μεγαλ. iterum ſine ρ altero, ut præcedentia hoc Segm. & priori. JUNG.

60 Καὶ αἰρόμενος, &c.] Τὰ καὶ abſunt iterum a C. A. KÜHN.

61 Καὶ μετεωρ.] Deeſt καὶ in MS. ante μετεωριζ. JUNG.

62 Πεφυσημένος] MS. πεφυσσημ. SEB.

Πεφυσημένος] Mox πεφυσ. uno in medio σ MS. noſter habet cum vulgatis, ut & paulo poſt. JUNG.

63 Καὶ αὐταὶ ἀν &c.] C. A. καὶ αὐταὶ ἀντὶ τῶν ὀνομάτων μετοχαὶ ὑψηλόφρων &c. *Et hæc loco nominum participia. Thaver.* καὶ μετοχαί. KÜHN.

Καὶ αὐταὶ ἀν &c.] Non ita ſcripſit *Pollux*, ſed ut in MS. eſt: καὶ αἱ αὐταὶ ἀντὶ ὀνομάτων μετ. *Ea participia pro nominibus uſitata.* JUNG.

Καὶ αὐταὶ ἀν τῶν ὀνομ. &c.] Locus prorſus corruptus : commode MSS. medentur αἱ αὐταὶ ἀντὶ ὀνομάτων, quomodo demum ſenſus ſibi conſtat.

64 Ὁ γὰρ ὑπερορατικὸς, &c.] Abſunt a C. A. uſque ad μετέωρος καί. KÜHN.

65 Βιαιότερον. βέλτιον &c.] MS. βιαιότερον· βελτίων δὲ &c. & forte βελτίων vulgato non cedat : & in ſequentibus aliquoties tali modo : ut Segm. 151. ὁ γὰρ εἰδήμων, ὑπομόχθηρος in MS. & Segm. 158. τραγικὸς δὲ ὁ παρὰ Σοφοκλεῖ διωκτός. JUNG.

66 Καὶ ἀπὸ τῆς τερατείας, &c.] C. A. ἀπὸ δὲ τῆς τ. τερατευόμενος τὰ δὲ ἐπιῤῥήματα, ἀλαζονικῶς &c. πεφυσημένως &c. KÜHN.

67 Τερατολόγος] Sic VII, 189. τερατολόγῳ ἀνδρί· & ex MS. etiam τερατολόγῳ φύσει habuiſti : quod alterum forte e *Platone* depromptum putabam : at prius quoque inde ſumptum eſſe poſſit, ad quod hic reſpiciat. JUNG.

68 Ἀλαζωνικῶς] MS. ἀλαζονικῶς· & ita emenda: ἀλαζονικὸς enim, non ἀλαζωνικὸς dicitur. JUNG.

Ἀλαζωνικῶς] Vix eſt, ut de vitio lectorem admoneri opus ſit : ω poſitum fuit pro ο. paululum inferius πεφυσημένως repoſui cum *Kuhnio* pro πεφυσημένος. Πεφυσημένοι, vel etiam πεφυσιωμένοι, id enim & in *Heſychio*, *inflati ſuperbia homines*, & πεφυσῆσθαι, qui ſuperbia contactus alios præ ſe contemnit : tractum id a notatione ſuperbi hominis, qui, tanquam ſi ventum parturiret, incedit : dicti & illi φυσῶν, ſed alio modo ; ſcilicet iſtos animi ſuperbi homines ſpiritum proflare videas, atque erumpere : *Ariſtænetus* lib. I, Epiſt. 27. ὅτι φυσῶν αὐτός· & *Demoſthenes* in *Neæram* ſæpe.

69 Μεγαλοῤῥημόνως] MS. iterum uno ρ, μεγαλορημόνως. JUNG.

70 Πεφυσημένος.] Male hactenus ita fuit, quum hoc nomen jam prolatum fuerit paulo ſuperius : hic vero adverbia recenſeri nemo non videat : ſcribe itaque ocius, ut & in noſtro MS. habetur, πεφυσημένως. JUNG.

71 Τραχύτερα.] C. A. interjectis omiſſis, ὡς Θουκυδίδης κομπῶδες. KÜHN.

Τραχύτερα.] MS. τραχύτεραι. JUNG.

72 Καὶ τὸ &c.] Deeſt τὸ, in MS. & mox ipſi particulæ adverbiali præfigitur. JUNG.

73 Κομπῶδες.] MS. π. Θ. τὸ κομπῶδες. Adnotant autem ex eodem *Thucydide* & τὸ συγκριτικὸν, ut lib. II. *Periclis* concione ad Athenienſes κομπωδέστερον προσποιεῖν· ſed locus quem *Noſter* reſpexit, ſine dubio eſt ille libr. V. Ξυγγρ. τὸ μὲν γὰρ Λακεδαιμονίων πλῆθος, διὰ τῆς πολιτείας τὸ κρυπτὸν ἠγνοεῖτο· τῶν δ' αὖ (Argivorum) διὰ τὸ ἀνθρώπειον κομπῶδες ἐς τὰ οἰκεῖα πλήθη, ἠπιστεῖτο. JUNG.

Κομπῶδες] Plenius eſt, quod in MSS. legitur, τὸ κομπῶδες· ſic itaque textui reſtitui. Ad illum ipſum *Thucydidis* locum, quem attulit e libr. V. *Jungermannus* noſter, reſpexit etiam *Heſychius* : Κομπῶδες, ἀλαζονικόν· quod ſenſum vocis in illo præcipue loco explanat commodiſſime : vide ſis antiqua *Scholia*.

74 Κωμῳδεῖν] C. A. περὶ συνωνύμων τῷ κωμῳδεῖν, διακωμῳδεῖν, κωμῳδεῖν. KÜHN.

75 Διασκώπτειν] MS. σκώπτειν, pro vulgato compoſito διασκ. & nec ſimplex certe σκώπτειν *Pollucem* omiſiſſe, mihi vero ſimile : potius illud credam : a ſimplici ſane mox σκῶμμα & σκωπτικὴ ſubjiciuntur & σκωπτικῶς. JUNG.

Διασκώπτειν] Præpoſui σκώπτειν, *Jungermanni* rationibus obſequutus. Τωθάζει in *Heſychio*, χλευάζει, μετὰ κενοδοξίας σκώπτει, ἐρεθίζει, καταχειρχᾶται, λοιδορεῖ, ὑβρίζει, κακολογεῖ. *Suidam* adde : verbum in *Ariſtophane* frequens : in *Veſpis*, —— τὰς δὲ τὰς Λαβεῦσ' ἐν' αὐτὸν τωθάσαι νεανικῶς, *ut illum inſigniter deluſum habeam* : tum præcipue uſurpatur, cum alicui nec opino, ac in ſomnum quaſi depoſito fraude obrepis.

mordere, irridere. Durius enim eſt, irridiculum facere. Et deridere, humilius. Et γλιάζειν, prædurum nimis. Σιλλαίνειν vero, illudere, & Cavillari, Poëticum ma-

τωθάζειν, [76] γέλωτα τίθεσθαι· σκληρότερον γὰρ τὸ [77] γελωτοποιεῖν· καὶ εὐτελέστερον, τὸ [78] γελοιάζειν, καὶ φορτικώτερον τὸ γλοιάζειν, καὶ ποιητικώτερον τὸ σιλλαίνειν, καὶ σιλλοῦν, [79] καὶ δια-

76 Γέλωτα τίθεσθαι.] C. A. *θέλημα τίθεσθαι· σκ. τὸ γ. κ. εὐ. τ. γ. ποιητικώτερον τ. σ. σιλλοῦν* &c. Kühn.

Γέλωτα τίθεσθαι.] Ionibus ille loquendi modus fuit perquam familiaris: unde apud *Herodotum* non uno in loco invenias: Muſa, niſi me fallo, prima: *γέλωτα ἐμὲ θήσεσθε.* Sic & in *Nazianzeno*, *γέλωτα τίθεσθαι τὸν θάνατον*, *mortem contemptui habere, atque vilipendere.*

77 Γελωτοποιεῖν.] Supra VII, 190. non huic verbo ita *προσεπιπλήττει·* locum *Xenophontis* e ſympoſio ibi adnotavi, ubi id ita legitur. Jung.

Γελωτοποιεῖν.] Duriuſculum igitur habeamus τό *γελωτοποιεῖν*, quod tamen uſurpari non raro ſolet a caſtiſſimis etiam ſcriptoribus? ſed, quæſo, animum attendas Auctoris menti: rejiculum eſt *γελωτοποιεῖν*, ſi dicere velis *γελωτοποιεῖν τινὰ*, *riſui hominum aliquem exponere atque tradere:* ſed ſane recte ſe habet, ſi ſcurram dicas *γελωτοποιεῖν*, *jocis riſum excitare:* ſic apud *Ælianum* H. V. VI, 12. ubi ex *Theopompo* refert de *Dionyſio*, *perſediſſe eum*, *ἀποκαθῆσθαι ἐν τοῖς κουρείοις, καὶ γελωτοποιεῖν·* hinc apud *Noſtrum γελωτοποιὸς* mox, qui dum dicteriis hos atque figuris perſtringit, aliis riſum facit: *Herodianus* etiam: I, 13. *γελωτοποιοὶ δὲ καὶ τῶν αἰσχίστων ὑποκριταὶ εἶχον αὐτὸν ὑποχείριον*, Commodum ſcilicet, quod ſæpe nimis uſu venire ſolet regibus atque principibus, ut patulas aures habeant ſcurrarum potius oblique dictis, quam prudentium virorum ſalubribus monitis: & adfuiſſe tamen poſitis ſummo loco viris ridiculos hoſce atque ſcurras plurimo tempore compertum nobis: *Plutarch.* Sympoſ. VIII. cap. 6. *Battum* nominat *παρὰ Καίσαρι γελωτοποιὸν*, pluraque talia, ſi id ageremus, adferre liceret: *Βωμολόχους* eos appellat *Tyrius* Διαλ. ιθ. *τῶν θαμβῶν καὶ γελώτων ἐκθηρωμένους γενέσεις καὶ ἀγωγάς·* quod tibi componendum cum iſtis quæ *Grammatici* dicunt de *βωμολόχοις·* & utrique vero *βωμολόχοι* atque *γελωτοποιοὶ* in *Gloſſis Scurræ.* Monendum autem dixiſſe *Xenophontem* diviſis etiam vocibus *γέλωτα ποιεῖν Cyrop.* lib. II. cap. 13. *τί δ' ἄλλο γε, ἔφη, εἰ μὴ γέλωτα ποιεῖν ἐθέλοντες* &c. eodemque capite, *γέλωτα μηχανᾶσθαι*, *γέλωτα παρέχειν*, de hominibus, qui jocoſe dictis riſum movere ſtudebant. Γελωτοποιΐα, quam nominat inferius noſter, eſt apud *Etymologum* in Βωμολοχίαις, quam ille vocem exponit *κολακείαις*, *γελωτοποιΐαις.* *Jungermannus* autem noſter ad VII, 191. hunc *Pollucis* locum non bene cepit, dum id *γελωτοποιεῖν*, quod hic occurrit, idem eſſe putat cum eo, quod extat ibi: utriuſque diverſitas a me jam eſt expoſita: & ad eum etiam locum me vide paucula notantem.

78 Γελοιάζειν] E MS. priores editiones *γελιάζ.* & mox *γλιάζειν.* Seb.

Γελοιάζειν] MS. *γελοιάζειν, καὶ φορτικώτερον τὸ γλοιάζειν·* ut bene & ex ſuo hæc verba edi curavit noſter *Seberus.* Jung.

Γελοιάζειν] Hoc, quanquam vile decernat *Pollux*, uſurpatum tamen non raro. Inter alios offendo apud *Scholiaſtem Ariſtophanis*, quem cum ceteris pleriſque plurima veteribus *Grammaticis*, qui caſte ſcribere amabant, debere negari non poteſt: locus eſt non procul initio *Veſparum*, ubi quid ſit *Megaricus riſus* proverbio celebratus, expedire tentat ad iſta: — *γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον*) ἢ ὡς ποιητῶν τινῶν ὄντων ἀπὸ Μεγαρίδος ἀμούσων καὶ ἀφυῶς σκωπτομένων· ἢ ὡς τῶν Μεγαρέων γελώντων· καὶ ἄλλως φορτικῶς γελοιαζόντων. Εὔπολις Προσπαλτίοις· τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν σφόδρα· hunc autem præcipue, ſi verum fateri velim, ideo in medium protuli, ut maculis, quibus oppreſſus eſt, liberarem: ſcribe itaque, *Μεγ. γελώντων, καὶ ἄλλους φορτικῶς γελοιαζόντων.* Εὔπολις Προσπαλτίοις· de *Eupolidis* illa fabula erudite, ut ſolet, ad *Athenæum* ſummus Commentator: cetera ſunt plana. Inde manat etiam *γελοιαστὴς* in *Heſychio:* apponam locum: *Γελοῖος, ἱλαρός· γελοιαστὴς καὶ ὁ καταγέλαστος ἄνος καὶ λοίδορος·* ibi reponunt eruditi viri *ἄνους* pro *ἄνος* imperite: totum locum ita conſtituo: *Γελοῖος, ἱλαρός· Γελοιαστὴς, καὶ ὁ καταγέλαστος ἄνθρωπος, καὶ λοίδορος·* nimirum & ſuperius monuiſſe me memini, ubi *Gloſſas* a ſimili vitio emendabam, in MSS. *ἄνος* reperiri per ſcripturæ compendium exaratum pro *ἄνθρωπος·* ceterum etiam male in unum erant compactæ cum ſuis quæquæ expoſitionibus utræque voces *γελοῖος* & *γελοιαστὴς*, quo vitio ſæpius in *Heſychio* peccatum. Tum vero neſcio quam bene ſe habeat, quod *γλοιάζειν* repudiet *Auctor* noſter: *γλοιὸς* quis ſiet, unde deſcendit *γλοιάζειν*, diſcere potes ex *Ariſtophanis Scholiaſte*; &, qui hunc deſcripſit, *Suida*, qui poſterior Γλοιάζειν explicat, *τὸ τοῖς ὄμμασιν ἐπιμύοντα μυκτηρίζειν·* cui conſentit *Etymologus*, qui tamen locupletius aliquanto ſic habet: *Γλοιὸς, ὁ νωθρός· καὶ γλοιὸν τὸν λιπαρὸν καὶ μοχθηρὸν τῷ ἤθει· καὶ γλοιάζειν, τὸ τοῖς ὄμμασιν ἐπιμύοντα μυκτηρίζειν, καὶ κακοηθεύεσθαι· οἱ δὲ διαγελᾶν.* Addere juvat *Heſychii* verba, ſi forſitan ea opera noſtra meliora reddi poſſint: *Γλοιάζειν, τὸ καταφερόμενον εἰς ὕπνον, καὶ ἐπιμύειν τοῖς ὄμμασι καὶ κατειλλωπτεῖν· οἱ δὲ διεγγελᾶν.* Sic emendari placet: *Γλοιάζειν, ὡς καταφερόμενον εἰς ὕπνον ἐπιμύειν τοῖς ὄμμασι, καὶ κατιλλωπτεῖν· οἱ δὲ διαγελᾶν·* prioribus exponit formam ſignificationis illius verbi: *oculos ſenſim occludere, ut illi faciunt, qui in ſomnum delabuntur:* tum vero *Sopingius* pro *κατειλλωπτεῖν* non debebat reſtituere *κατιλλωπτεῖν·* nam & ipſum illud apud *Heſychium* Ἰλλωπτεῖν, unde hanc ſuam emendationem hauſiſſe credo, vitio ſcriptum eſt pro *ἰλλωπτεῖν*, ut docemur ab *Ariſtophanis Commentatore antiquo* ad *Equites*, ubi *ἰλλωπίζειν* habet & *ἰλλωπτεῖν·* & igitur etiam emacula *Suidam* in Ἰλλώπτειν, niſi quis & hanc verbi formam rectam ſibi perſuadeat, de quo tamen ego certus non ſum: denique pro *διεγγελᾶν* ex *Etymologo* revocari præfero *διαγελᾶν.* Fuit itaque *γλοιάζειν* quædam deridendi forma, qua conniventibus oculis ſannam alicui faciebant: & mox etiam videbimus plura fuiſſe ſubſannationum genera. Sed ego tamen aliquando putavi *γλοιάζειν*, cum deridere ſignificat, hic a *Polluce* damnatum pronunciationem eſſe & ſcripturam popularem pro *γελοιάζειν·* alias enim quis merito damnaret *γλοιάζειν*, quod uſu pro certo ſannæ genere invaluit: an non ſic eodem jure rejicere poſſis quævis alia verba ſingularem ſubſannationis formam deſignantia? neſcio, an me illius ſuſpicionis pœnitere debeat: ſed judicet æquus lector & eruditus.

79 Διασιλλοῦν.] MS. *καὶ διασιλλοῦν·* & particula iſta hic certe ſupplenda eſt. Jung.

Διασιλλοῦν.] Ego, quod ita jubeant MSS. *καὶ* particulam præpoſui, quamvis id leviculum videri poſſit. Et in his etiam verbis, quod modo de *γλοιάζειν* notavimus, a certa ſubſannandi ratione ad generaliorem notionem uſu perventum eſt: nam quæ naribus attractis atque curvatis ſanna fit, dici ſolet *σιλλὸς* proprie, me quidem judice; quamvis eſſe Grammaticos haud ignorem, qui factam motis oculis ſannam ita vocari exiſtiment: ſed illi quidem, dum frigidulam vocis originem adferunt *ἀπὸ τοῦ σείειν τοὺς ἴλλους*, vel *ἀπὸ τοῦ σίνεσθαι τοῖς ἰλλοῖς*, fieri non potuit aliter, quin

σιλλοῦν· τὰ δὲ πράγματα, κωμῳδία, σκῶμ- gis eſt. Res vero ipſæ, ſuggillatio, ſcom-

veritate aberrarent: præterquam quod *ἰλλωπεῖν* vel *γλαυκάζειν* dicatur, qui oculis alicui diſtortis irridet: *Etymol.* in voce. Quam potero breviſſime, quid mihi mentis ſit hac in re, dicam: ſcilicet a veteribus exponitur Σιλλὸς, *στριβλὸς*, cui convenit Ἰλλὸς, *στριβλὸς*, *στραβὸς*, *διεστραμμένος* in *Heſychio*, *Suida* & *Euſtathio*: *Ariſtophanes Theſmophoriazuſis*: Ἰλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν· ſolet enim ex dialecti conſuetudine litera *σ* in plurium vocabulorum initio aut addi aut omitti: id autem vocabuli uſos eſſe Græcos exiſtimo, de homine, qui ſuperiorem naſi partem depreſſam haberet, inferiorem vero ſurſum repandam, non alia ratione quam qua *σίμος* primo loco quodvis acclive atque curvum, tum vero hominem ſimo naſo ſignat: perſuadet eam rem præter ea vox Romana *Silus* & *Silo*, quæ non aliam habet atque hanc Græcam originem: labuntur enim indubie, qui derivare tentant a *σιμός*. *Feſtus*: *Silus appellatur naſo ſurſum verſum repando*: ubi Colonienſis ſcripti libri auctoritatem ſequutus *Janus Guilhelmus*, quo ſanequam aut felicius aut acutius & ingenioſius conjectat nemo, legi malit: *naſus ſurſum verſum repandus*: & adverte mihi hic memoriæ vitium in *πολυμαθεστάτῳ Voſſio*, qui in *Nonio* ſic emendaſſe *Guilhelmum* adfirmat; at ne quidem illa verba leguntur in *Nonio*: vide eruditiſſimi viri *Etymologicum*: ſed tamen ego vulgatam *Feſti* lectionem non temere rejiciam, quam & a MSS. defendi teſtis ſum oculatus; etenim Sergiorum familiæ cognomen adhæſit *Silus*, quod novimus e nummis, & *Silo*: ſic *Plinius* H. N. lib. II. cap. 37. *Et hinc cognomina Simorum, Silonum*: ubi legere magis velit *Sigonius Simonum, Silorum*: at ego quidem editam ſcripturam loco non moveam; nam *Sili* & *Silones* utrumque verum: porro *ſilum naribus*, ut *ſimum naribus* recte dixeris, qui ſilis vel ſimis eſt naribus; & hominem *ſilis* vel *ſimis naribus*: ut itaque tam de naſo, quam de homine, qui tali naſo præditus eſt, ſimus dicatur: iidem & *ſilones* in *Gloſſis Iſidoi*: notandus autem, dum in his ſum, *Marcelli* error, qui ſilones dictos putaverit ſuperciliis prominentibus ex illo *Varronis* loco: *Non ne non unum ſcribunt eſſe grandibus ſuperciliis, ſilonem, quadratum?* hic enim, niſi fallor, diſtinguit *Varro* ſatis atque ſuper inter *ſilonem*, & qui grandibus ſit ſuperciliis: ſed res rem trudit: de Sileno dixiſſe *Varronem* eo loco ſuſpicor, ejuſque, prout literis erat tradita, formam deſcripſiſſe: ſed verbis inſedit menda: quid enim illa ſibi velint: *Non ne non unum* &c. refingo, &, puto, veriſſime: *non ne enim ſenem* &c. poſt iſta *Varronis*, quæ poſui, verba, ſequitur in vulgatis, *quod Silenus hirſutis ſuperciliis fingeretur*, tanquam ſi pertinerent ad *Varronem*; res tamen ſe ſecus habet: ſunt enim *Nonii* quibus rationem continet notationis *ſilonum*, ac ſi nomen id ortum eſſet a *Sileno*: idque ipſi, credo, eo magis arriſit, quod eo loco *Varronem* videret Sileni figuram delineantem, quam tu, ut hic a togatorum doctiſſimo effictam exiſtimo, compone, ſis, cum *Luciani* deſcriptione in *Baccho*. Non itaque bene etiam *Onomaſticon* vetus *Silo*, ἐξόφρυς· nam re vera nec id *Silo* ſignificat, nec ſignificare poteſt, niſi forſitan dicere velis, illum, qui iſthac naſi forma præditus eſt, ſupercilia plerumque projecta habere, quod tamen ad ipſam nativam vocis notionem ducere non licet. Porro ſimus & ſilus non differunt equidem, ſi cum cura loqui velis: qui ſint *ſili* & *ſilones* jam vidimus: tu vero quos Græci *σιμοὺς* appellant diſce ex iſtis *Scholiaſtæ Theocriti* verbis ad hæcce Siculi Poëtæ Eid. 13. πλάτειά ῥὶς ἐπὶ χείλη· τουτέστιν, inquit, *σιμὴ σιμός· σιμὸς δέ ἐστιν ὁ συγκαθημένην ἔχων τὴν ῥῖνα, καὶ ἀνεστηκότας τοὺς μυκτῆρας, γρυπὸς δὲ ὁ ἐπικαμπῆ ταύτην ἔχων δίκην ἱέρακος*· id ipſum luculenter patet ex *Auctore* noſtro II, 73. ubi inter alia ἐπὶ δὲ τοῦ σιμοῦ φαίης ἄν, ὡς ἔστιν ἡ ῥὶς ἐκ μέσου κοίλη· & quo alio modo poſſis intelligere *Lucretium* in iſtis: *ſimula, ſilena, aut Satyra eſt*: nam Silenorum certe & Satyrorum nares inferiori parte repandæ ſunt in illis imaginibus & gemmis, quas vetuſtas ad nos tranſmiſit: nec alio modo depictum meminimus *Socratem*, quem formam faciei atque vultum Satyris & Silenis comparat *Alcibiades* in *Platonis Sympoſio*; adde quod in antiquis *Gloſſis Silo*, *σιμὸς* exponatur: ſed tamen Romani non ſolum illos, qui repandis inferiori parte ſunt naribus, ſed & qui patulis ſaltim atque latioribus ſunt; unde *ſima capella*, non quæ preſſis ſint naribus, ut minus bene *Servius*, ſed patulis: *reſimus* in *Varrone* & *Columella* dudum eſt, quod eruditi viri notarint. Hæc vero paululum uberius proſequi libuit, quod eruditiſſimos etiam viros in his hæſitaſſe, & de quibuſdam recte minus cenſuiſſe certus ſim. Ex iſtis autem, quæ dixi, rem ſi non expeditiſſimam, ſaltim veri ſimillimam eſſe *σιλλοὺς* ab antiquis Græcis appellatos, quos vulgarior uſus *σιμοὺς* dixit, & *σιλλὸν* tali forma naſum, liquet: utrumque ita Romani, quos a Græcis accepiſſe res eſt, quæ dubitandi aleam experiri non debet. Scimus etiam, ſi cui irridere vellent, id factum præcipue naribus adductis, formataque ſili figura: naſum irriſionis itaque ſedem eſſe decrevere veteres: videndus allato ſuperius loco *Plinius*: &, quod ad hanc rem propius accedit, deridiculi cauſa ῥὶς σιμὴ in perſonis quibuſdam *Comicis* erat, notante noſtro *Polluce*: *Socratis* hac eadem de cauſa vultum ad irridendos homines fundendaque convitia tanquam a natura compoſitum eſſe dicebant: & eleganter in *Epigrammatibus* —— καὶ σιμὰ σεσηρὼς Μοχθίζεις· vide *Suidam*: ſic igitur ab illo fonte *σιλλὸς* pro acerba irriſione uſurpari amavit, parili modo, quo *μυκτὴρ*, Romaniſque *naſus*: *Heſychius*: Σιλλὸς, ἀνακαλυπτες, μῶμος, κακολογία καὶ χλευασμός· neque aliter *Suidas* & *Etymologus*: Σίλλοι, ἐπισκώμματα· dictoſque vult hic quaſi *τιλλοὺς*, *ἀπὸ τοῦ τίλλειν*, quo fuerit *Anacreon* uſus pro *σκώπτειν*, *conviciari*: ſed hunc res ſibi ſuas habere jubemus: inde protenus de Satyrico carmine divulgata fuit vocis ſignificatio, qua re plurimum excelluit *Timon ὁ σιλλόγραφος* citatus inter alios ad initium *Timæi* a *Proclo*, & ſæpiſſime a *Diogene Laërtio*, qui vitam ejus memoriæ mandavit: ſed hac tota de re adeundus eſt de Satyrica poëſi ſummus *Caſaubonus*. Jam puto neminem latebit, unde *σιλλοῦν*, *naſo ſuſpendere adunco*, manarit: a *σιλλὸς* equidem non alia ratione, quam qua Σιμοῦσιν in *Heſychio* per *μέμφονται* expoſitum derivatur a *σιμὸς* illaque adducta narium figura: dictus *Lexicographus*: Σιλλοῖ, μυκᾶται, ψέγει, κακολογεῖ· & in eodem Διασιλλοῦν, διασύρειν reperio quoque: quod verbi *Salmaſius* etiam reſtituere nititur in horum locum: Διασιμοῦσι, διακωμῳδοῦνται· legit enim Διασιλλοῦσι, διαμυκῶνται· ſed id quidem non bonis avibus, neque impetrito, ſiquidem edita ſcriptura ſuo loco non pellenda ſit; oſtendimus enim modo *σιμοῦν* ex *Heſychio* pro *μέμφεσθαι*, addita notionis origine, quæ cum *σιλλοῦν* eadem eſt; unde itaque *διασιμοῦν* deſcendit, *naſo alicui diſtorto irridere*, ſcribe itaque *διακωμῳδοῦνται*· quod & in *Polluce* noſtro verbum habuimus. Σιλλαίνειν præterea occurrit etiam in *Diogenis Timone*, ubi de *Sillis* ejus, ἐν οἷς, ὡς ἂν σκεπτικὸς ὢν πάντας λοιδορεῖ καὶ σιλλαίνει τοὺς δογματικούς. *Heſychius*: Σιλλαίνει, σκώπτει, ὑβρίζει· & iterum: Σιλλαίνειν, σιλλοῦν, τὸ διασύρειν, μυκᾶσθαι, ἀπὸ τοῦ τοῖς ἰλλοῖς τουτέστι τοῖς ὀφθαλμοῖς σίνεσθαι· & ab hac voce Silenorum originem ducendam exiſtimat *Ælianus*, cujus tibi verba ponam, quod & de *σιλλῷ* agant V. H. III, 40. Σιληνοὶ δὲ ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν· τὸν δὲ σιλλὸν ψόγον λέγουσι μετὰ παιδιᾶς δυσαρέστου. *Suidas*: Σιλλαίνει, μυλλαίνει, διὰ τῶν ὀφθαλμῶν σκώπτει, καὶ μυλλίζει· quod poſterius in iſtis *Heſychii* reponendum eſt: Σιλλίζει, μυλίζει, σκώπτει, σιωπᾷ· obiter obſerva mihi *σιλλίζειν*, *σιωπᾶν*, ut in veteri lingua extitiſſe veri ſit ſimile *σιλεῖν*, unde *ſilere*.

ma,

ma , cavillatoria , ſanna , ſubſannatio ,
149 morſus , mordacitas , irriſio. * Et no-
mina quoque , ſuggillator , ſuggillato-
rius , cavillator , ſubſannator , ſubſanna-
torius. Χλεῦαξ enim , Comicum magis
eſt. Mordens vero , & mordax , irriſor :
de hoc & ſcurra dicatur , a me vero hoc
nomen non approbatur : nugari enim ,
aliud ſignificat : omnia vero ab his par-
ticipia meliora ſunt. Sed adverbia , ſug-
gillatorie , cavillatorie , mordaciter. Ri-
dicule enim alio refertur. Et irriſorie
durius eſt. * De eadem re dicat quis ,
negocium , res , opus , ſtudium , exerci-
150 tium , tractatio , tractatus , diſciplina ,
artificium , pertractatio. Et agens , ope-
rans , ſtudens , exercens , tractans , pertra-
ctans , diſcens , peragens. Τεχνάζων enim , &
τεχναζόμενος aliud quiddam ſignificant. Me-
lius vero eſt , artem pertractans , & ſimilia.

μα , [80] σκωπτικὴ , χλευασμὸς , χλευασία , τω-
θασμὸς , τωθαστικὴ , [81] γελωτοποιΐα· * καὶ τὰ 149
ὀνόματα , κωμῳδὸς , κωμῳδικὸς , σκωπτικὸς ,
χλευαστὴς , χλευαστικός· ὁ γὰρ χλεῦαξ , [82] κω-
μῳδικώτερος· τωθαστὴς δὲ , καὶ τωθαστικὸς , καὶ
γελωτοποιός· [83] ἐπὶ τούτου δ' εἴρηται καὶ ὁ [84] φλύ-
αξ· ἀλλὰ οὐδὲ τοῦτο ἐπαινεῖται πρὸς ἐμοῦ τοὔνο-
μα· καίτοι τὸ φλυαρεῖν ἕτερόν ἐστι· πάντα δὲ
ἀπὸ τῶν μετοχῶν [85] ἀμείνω· [86] τὰ δ' ἐπιῤῥήμα-
τα , κωμῳδικῶς , σκωπτικῶς , τωθαστικῶς· τὸ
γὰρ γελοίως , ἐφ' ἑτέρου , καὶ τὸ [87] γελωτοποιϊ-
κῶς , βιαιότερον. * [88] Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ φαίη τις ἂν , 150
πρᾶγμα , χρῆμα , ἔργον , σπούδασμα , ἐπιτή-
δευμα , ἐπιχείρημα , ἐγχείρημα , μάθημα , τέχ-
νημα , [89] μεταχείρησις· καὶ ὁ πράττων , ἐργαζό-
μενος , σπουδάζων , ἐπιτηδεύων , ἐπιχειρῶν , [90] ἐγ-
χειρῶν , μανθάνων. μεταχειριζόμενος· τεχνάζων
γὰρ , ἢ [91] τεχνώμενος , ἕτερόν τι δηλοῖ· ἄμεινον
δὲ [92] τὸ τέχνην μετιὼν , [93] καὶ τὰ παραπλήσια.

Sed hæc hactenus , quæ latius de origine *filli* propoſita æqui conſulet atque boni eruditus lector ; ejus enim ſtabuntque cadentque judicio : certe me quod attinet , multis nominibus id malim , quam illud ineptum *Grammaticorum* ἀπὸ τοῦ σίειν τοὺς ἴλλους , quod non alia nititur ratione , quam futili quadam alluſione : neque probant etiam cujuſquam veteris auctoris teſtimonio τὸ σιλλαίνειν de motu oculorum uſurpatum unquam , in quo tamen rei cardo vertitur : id tamen ita fuit pervulgatum , ut in illas ſe partes *Pollux* dederit quoque II, 54.

80 Σκωπτική] C. A. σκωπτικός. Kühn.

81 Γελωτοποιΐα· καὶ τὰ ὀνόμ. &c.] C. A. γελωτοποιΐα κωμῳδὸς κ. χλευαστὴς χ. τωθαστὴς τωθ. γελωτ. τὰ δ' ἐπιῤῥήματα &c. τωθαστικῶς· cætera abſunt uſque ad βιαιότερον. Kühn.

82 Κωμῳδικώτερος.] C. V. κωμῳδικώτερον. Kühn.

83 Ἐπὶ τούτου δ' εἴρηται &c.] MS. ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ δὲ εἴρηται καὶ ὁ φλύαξ· & mox φλυαρεῖν· non ut vulgo φλείαξ , & φλειαρεῖν· erroris origo mihi in promptu ; υ in ει mutatum a librariis , ut ſæpius jam adnotavi , & in priſcis MSS. non raro occurrit : hic tamen *Noſter* per υ recte , ut reponere debes : *Heſychius* : Φλύαξ , μίθυσος , μιθυαστὴς (malim μιθυστὴς) γελοιαστής. Jung.

84 Φλείαξ.] C. V. φλύαξ & mox φλυαρεῖν. Kühn.

Φλείαξ.] Textus habet φλύαξ , & mox φλυαρεῖν , pro quo ſimili ſcriptura vulgo fuit φλειαρεῖν· ſuadentibus ita MSS. a nobis eſt repoſitum , & *Kuhnio* duce : ſic & in *Heſychio* : Φλύαξ , μίθυσος , μιθυαστὴς , γελοιαστής· ſcribitur & alias etiam φλείαξ , uti notavit ex *Euſtathio Sopingius* ad *Heſychii* locum : ſed in *Athenæo* tamen , unde ſua ſublegerat *Magnus Homeri Commentator* , φλύαξ exaratum reperio lib. XIV. c. 4. ubi dictos Laconibus dicelictas vario modo a diverſis , ab Italis vero φλύακας appellatos refert : & illam ego ſcripturam profecto veram autumem : ridiculos enim & mimos vox illa deſignat ἀπὸ τοῦ φλυάζειν , φλυαρεῖν , ληρεῖν. De altera vocis ſignificatione , qua carminis quoddam genus hilarotragœdiam denotat , adeundus eſt ſummus *Caſaubonus* ad *Athenæum* III, 9. & *Suidas* in voce.

85 Ἄμεινον.] MS. πάντα δ. ἀ. τ. μ. ἀμείνω· & hoc melius : ἄμεινον vero vulgatum , non ἄμεινον. Jung.

Ἄμεινον.] Quam reddidi ſcripturam e MSS. melior fuit viſa.

86 Τὰ δ' ἐπιῤῥ.] MS. τὰ δὲ ἐπ. Jung.

87 Γελωτοπικῶς] Γελωτοποιῶς. Seb.

Γελωτοπικῶς] C. V. γελωτοποιϊκῶς. Kühn.

Εἴρηκεν. ἃ καὶ πλέον &c.] De MSS. meliorem edita lectionem in textum dedimus: πλέων & ita repoſuerat in margine Codicis ſui Doctiſſ. *Kühnius*: id ipſum & animadvertit *Cl. Salmaſius* de *Mod. Uſur.* pag. 84. eamque lectionem pari mente & conſenſu *Grammatici* confirmant: ἔπιπλα itidem non ſaltim ἐπίπλοα ſæpiſſime dixit *Herodotus*: æs atque ferrum eodem ἐπίπλων nomine vocat *Thucydides* III, 68. ἃ ἦν ἐν τῷ τείχει ἔπιπλα, χαλκὸς καὶ σίδηρος· illa nimirum erant mobilia, non βέβαια. Pro ἐπίπλοα *Falckenburgii* Codex ἐπίπλεα non bene legit: ſed idem etiam illud οἷον, quod ſenſum eleganter perficit, habet. At enim ſi quis ſedulo mentem attendat, ille non dubito quin deprehenſurus ſit in hoc *Pollucis* noſtri loco lacunam inſignem: ante aliquot ab hinc annos illius mihi rei ſuboluit: ſed talia damna quis ſine MSS. reſarcire valeat? inquit *Auctor*: Ἡρόδοτος δὲ αὐτὰ ἐπίπλοα εἴρηκεν· &c. viden' itaque ſenſum a præcedentibus, quibus reſpondere poſſit, pendere: ſed in iis, quæſo, ubinam reperies, quæ dixerit *Herodotus* ἐπίπλοα, ſiquidem in vulgatis de σκευοθήκῃ ſaltim & ἀποθήκῃ loqutus ſit: eximie ſuccurrunt egregia *Falckenburgiani* Codicis Excerpta, quæ commaculata quamvis atque vitioſa hic adſcribere animus eſt; ut reconcinnentur autem, quam poſſum a me operam dabo: ſic itaque ſe habent poſt χρῆσιν *Thucydideam*: αὐτὰ δὲ τὰ σκεύη καλοῖτ' ἂν ἐπιπλάγιον ἢ κούφη κτῆσις, τὰ ἐπιπολῆς ὄντα τῶν κτημάτων ὁ γοῦν Εὔπολις ἐν τοῖς Κόλαξι προειπὼν, ἄκουε δὴ σκεύη τὰ κατ' οἰκίαν, ἐπήγαγε παραπλήσιον· πεσσυγίγεκπται τοῖς τὰ ἔπιπλα· priora ſunt ita legenda: αὐτὰ δὲ τὰ σκεύη καλοῖτ' ἂν ἔπιπλα, ἤγουν ἡ κούφη κτ. &c. ſed quæ nos male morantur, poſteriora ſunt *Eupolidis* verba, quæ non pari felicitate atque facilitate expedire licet: *Phrynichus* quidem reſpicit ipſummet hunc *Comici* locum in *Eclogis Dictionum Atticar.* p. 60. Ἐνδυμένια, ἀμαθῶς· δέον διττῶς λέγειν, ὡς Εὔπολις Κόλαξι· σκεύη τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν καὶ ἔπιπλα· ſed inde tamen nihil ad hujus emendationem peti poteſt; quapropter conjecturis indulgendum fuit, ſi forſitan ea ratione verum aſſequi poterimus: placuit præ ceteris, quæ mihi locum hunc verſanti in mentem inciderunt, iſthæc emendatio: τίνα οὖν γέγραπται σοὶ τὰ ἔπιπλα, *hactenus quidem deſcripta*, vel, *commemorata tibi ſunt utenſilia*; ſic enim ſupellectilem domeſticam non incommode dicere licet, ut *utenſilia militis* uſurpavit *Livius*: putes itaque quendam alteri dixiſſe: ἄκουε δὴ σκεύη τὰ κατ' οἰκίαν' illum vero recenſitis his atque enumeratis reſpondiſſe: *jam tu quidem enumeraſti ſupellectilem*: & augurari nullo negotio licet, qui qualeſque fuerint illi ſocii hic colloquentes: nimirum hac fabula Κόλαξι delineaverat *Eupolis* mores atque perditum paraſitorum ingenium, uti patet ex *Phrynicho* pag. 24. primas itaque atque præcipuas partes in illa Comœdia paraſiti egerunt, quos adornaverat ille, credo, deliberantes de divite quodam viro morumque facilium aggrediendo, opibuſque ejus exhauriendis: eorum itaque unus tali in medium prolato, primo loco quam lauta atque opulenta ſupellectile domus ejus ſit inſtructa, enarrat: ex illa tali relatione quin verba ſint adlata, quæ hic oſtendimus ex *Eupolide*, non dubitabit, qui fabularum ingenium atque concinnitatem pernoverit. Eximium autem hoc Codicis *Falckenburgiani* ſupplementum quin textui ſit perficiendo, nemo traxerit in dubium: non igitur ægre feret eruditus lector repoſuiſſe me in ipſo textu integram illam mantiſſam eo modo, quo emaculandam exiſtimavi, hoc tamen animo atque conſilio, ut, ſi quis aptiora dederit in lucem, mea loco ſuo atque jure ſint ceſſura. Porro ubi ſimili modo σκεύη & ἔπιπλα ſignificatu non diverſo ponantur, ac in *Eupolidis* χρήσει, *Xenophontis* eſt locus in *OEconomico*: cum enim dixiſſet περὶ μὲν δὴ τάξεως σκευῶν καὶ χρήσεως τοιαῦτα αὐτῇ διαλεχθεὶς δοκῶ μεμνῆσθαι· iterumque: τὰ πλείστου ἄξια καὶ στρώματα καὶ σκεύη· protenus ita paucis interjectis loquitur: ἐπεὶ δὲ ταῦτα διήλθομεν (ἔφη) οὕτω δὴ ἤδη κατὰ φύλας διεκρίνομεν τὰ ἔπιπλα· ibique tum enumerat pleramque domeſticam ſupellectilem, quæ uſui eſſe poſſit in re familiari: adjiciam denique *Thomæ Magiſtri* locum, qui rebus hiſce lucem adfundat: Ἔπιπλα τάττεται μὲν καὶ ἐπὶ ἱματίων· ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον δὲ ἐπὶ παντοίων σκευῶν. Θουκυδίδης· ἃ ἦν ἐν τῷ τείχει ἔπιπλα, χαλκὸς καὶ σίδηρος· καὶ Λιβάνιος ἐν τῇ τῆς λάλου μελέτῃ· καὶ κατάλογος ἐνταῦθα τῶν ἐπίπλων μέχρι τῆς λεκύθου καὶ τῆς ἐπιχυσίας· de veſtitu dixit etiam *Heſychius*: Ἔπιπλα, ἱμάτια γυναικεῖα, ἢ σκεύη τὰ μὴ ἔγγεια ἀλλ' ἐπιπόλαια, & *Corinthus* de *Dialecto Ionica*. *Thucydidis* autem eummet ipſum, quem *Thomas* adduxit, ſuperius oſtendi locum. Originem vero vocis quod attinet, cujus incunabula, ſi ſtricte loqui velimus, ab Ionibus eſſe petenda duco, cum *Polluce* illa in re congruo, qua de alibi curatius.

23 Ἐπίπλεον] C. A. ἔπιπλον. KÜHN.

Ἐπίπλεον] Pro ἐπίπλεον, MS. noſter ἔπιπλον habet: & quidem emendare debes: clare tibi id dicet & *Harpocratio*, qui *Iſæi* Orationem quoque nominat, ubi id exſtabat: Ἔπιπλον, Ἰσαῖος, ait, ἐν τῷ πρὸς Διοκλέα· τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν σκεύη ἔπιπλα λέγουσι, τὴν οἷον ἐπιπόλαιον κτῆσιν, καὶ μετακομίζεσθαι δυναμένην. Σοφοκλῆς Ἀκάμαντι· ubi forte Ἀθάμαντι in *Sophoclea* fabulæ titulo legendum, ut viſum *Schotto* noſtro, & Magno *Caſaubono* VII. *Athen.* 4. JUNG.

Ἐπίπλεον] *Kühnius* in libri ſui margine bene reſtituit ἔπιπλον, quod itaque ſic textus habet. Titulus autem Orationis *Iſæi*, ubi numero ſingulo dixerit ἔπιπλον, excidit e vulgatis editionibus, quem nos beneficio Co-

ναιτο δ' ἂν ταῦτα καὶ [24] ἀπόθετα σκεύη καλεῖσθαι, [25] καὶ ἡ κατ' οἶκον κατασκευή· [26] νεώτερον γὰρ ἂν εἴη μᾶλλον ἡ ἀποσκευή. εἴποις δ' ἂν αὐτὰ, καὶ οἰκητήρια [27] σκεύη, [28] καὶ χρηστήρια σκεύη· τὸ μὲν Ἀλκαίου τοῦ ποιητοῦ εἰπόντος ἐν Πασιφάῃ, καὶ [29] ναὶ μὰ Δί' ἄλλα σκευάρια οἰκητήρια· τὸ δὲ, ἀπὸ τῆς χρήσεως ὀνομάσας· καί τοι με οὐ λέληθεν, [30] ὅτι τὰ πρὸς θεωρίαν, ἢ [31] θυσίας σκεύη ὠνόμαζον χρηστήρια, ὡς καὶ Πλάτων ἐν τῇ Ἑλλάδι εἴρηκεν ὁ Κωμικός· [32] ἀλλὰ ἐγὼ κρίνω [33] καὶ τὸ ἐπὶ τῶν κατ' οἰκίαν χρησίμων κατα-

terunt hæc, & reconditoria dici, & ſupellex domeſtica. Ἀποσκευὴ enim recens nimis eſt. Vocabis eadem & domeſtica vaſa, & neceſſaria vaſcula: hoc quidem ſecundum Alcæum Poëtam, dicentem in Paſiphaë: & næ per Jovem alia vaſcula: illud vero ab utendo denominans. Neque tamen me præterit, quod vaſcula ad theoriam, & ſacrificia deſtinata Χρηστήρια nominaverunt: ſicuti & Plato Comicus dixit in Hellade: ego tamen & in domeſticis vaſculis hoc nomine uti poſſe ali-

dicis *Falckenburgiani* revocavimus in priſtinam ſedem: *ἐν τῷ πρὸς Διοκλέα, περὶ χωρίου*, quod apte cum *Harpocratione* congruit, qui indidem adducit illam vocem; niſi quod ille ſaltim *ἐν τῷ πρὸς Διοκλέα·* hic autem eruditiſſimi viri opinionis ſunt falſi, cum putarent intelligendam illam injuriarum actionem adverſus *Dioclem*, quæ *ὕβρεως* inſcripta eſt: ſcias enim oportet, olim extitiſſe binas *Iſæi* Orationes adverſus *Dioclem*, alteram *ὕβρεως*, alteram *περὶ χωρίου*, quas utraſque plurimum diverſas male ſit, ſi pro iiſdem habere velis: priorem commemorat *Pollux* noſter VII, 151. & inde ſubripuiſſe quædam *Demoſthenem* in *Midiana Theon* indicat *Progymn.* cap. 1. poſterior hactenus ignota lucem debet atque vitam *Excerptis Falckenburgianis*: non enim alibi profecto mentionem ejus injectam legiſſe memini; nec etiam *Meurſius* retulit hanc in ſuam *Bibliothecam Atticam*; qua de cauſa ſi alicubi auctorum occurrat, digna fuerit, quæ obſervetur.

24 *Ἀπόθετα σκεύη*] *Ἀπόθετα σκεύη* ſunt *vaſa recondita*, quæ non adhibentur quotidianis uſibus. KÜHN.

25 *Καὶ ἡ κατ' οἶκον σκευή.*] MS. *οἰκ. κατασκευή.* SEB.

Καὶ ἡ κατ' οἶκον σκευή.] MSS. *ἡ κατ' οἶκον κατασκευή.* KÜHN.

Καὶ ἡ κατ' οἶκον σκευή.] Antea *σκεύη* legebatur. *H. Stephanus* in ſuo Codice emendabat ad oram, ut *Seberus* edidit, *σκευή·* quemadmodum & in Lyricorum fragmentis inter *Alcæi* hunc locum ſcriptum præfert. Sed MS. tam noſter quam *Seberi* habet, *καὶ ἡ κατ' οἶκον κατασκευή.* Et ita reſtituendum puto: ſic enim in *Thucydidis* loco omnino accipitur, quem in Theſauro ſuo ex libr. VI. *Ξυγγραφῆς H. Stephanus* adfert: *φιάλας τε καὶ οἰνοχόας καὶ θυμιατήρια, καὶ ἄλλην κατασκευὴν οὐκ ὀλίγην·* & alibi apud eundem, & apud *Xenophontem* eſſe ait ibidem: vid. & *Budæi* Comm. ling. Gr. Immo ipſe *Noſter* Segm. 12. repetit, *τὴν δὲ τοιαύτην κατασκευὴν* dicens, & demum Segm. 14. refert vocem *σκευήν· καὶ μέντοι ἡ σκευή*, inquiens, &c. adeo ut hic *σκευὴ* locum habere nequeat. JUNG.

Καὶ ἡ κατ' οἶκον σκευή.] Quam dederat in Codicis ſui margine *Kühnius* noſter, lectionem repreſentavimus in textu: uſum ſic illa voce *κατασκευὴ* reperio *Xenophontem* in *OEconomicis*: *ὡς μὲν δὴ ἀγαθὸν τετάχθαι σκευῶν κατασκευήν·* & *Demoſthenem* in *Euergum*, *ἀλλὰ πολλῷ πλείω τὴν παροῦσαν μοι τότε κατασκευὴν τῆς οἰκίας καταλήψεσθαι·* & ipſe *Noſter* mox: *τὴν δὲ τοιαύτην κατασκευὴν ἐνδομένειαν οἱ πολλοὶ καλοῦσι.*

26 *Νεώτερον γὰρ* &c.] C. A. *ἡ ἀποσκευὴ* omiſſis interjectis. KÜHN.

Νεώτερον γὰρ &c.] MS. *νεώτερον δὲ μᾶλ.* JUNG.

27 *Σκεύη.*] *Σκεύη* abeſt a C. V. & *Salm.* & mox etiam a C. A. dein poſt *χρηστήρια* eſt, *καί τοι με οὐ λέληθεν, ὅσα πρὸς* &c. KÜHN.

28 *Καὶ χρηστήρια σκ.*] MS. *σκεύη, καὶ χρηστήρια·* cetera quæ ſequuntur: *σκεύη· τὸ μὲν Ἀλκαίου* &c. hæc deſunt in MS. omnia, uſque ad iſta *καί τοι με* &c. JUNG.

29 *Ναὶ μὰ Δί'* &c.] Reponendumne, an apponendum *οἰκητήρια*; cum hujus teſtimonium *Pollux* videatur polliceri: *σκευάρια* autem nominantur Segm. 13. SEB.

Ναὶ μὰ Δί' &c.] Verſum hunc *Alcæi* ita legerim:

Καὶ ναὶ μὰ Δί' ἄλλα σκεύη οἰκητήρια.

Vult enim Auctor probare ex Poëta *οἰκητήρια σκεύη*, cujus rei in vulgata lectione nec vola nec veſtigium apparet. KÜHN.

Ναὶ μὰ Δί' &c.] Corrige ſis in vulgatis & ſcribe, *μὰ Δί'*, pro *μὰ Δί*, & *ὀνομάσας*, pro *ὀνομ.* ut etiam recte edidit inter fragmenta *Alcæi H. Stephanus*, & *Δί'* etiam in edit. *Flor.* eſt: ubi vero illud *οἰκητήρια* in *Alcæi* vulgatis verbis? cujus gratia tamen hanc *χρῆσιν* non obſcure attulit, ut & *Seberus* noſter vidit. Bene itaque in Excerptis *Schotti* noſtri reperio: *σκευάρια οἰκητήρια· τὸ δέ.* Itaque omnia ita reſcribenda: *καὶ ναὶ μὰ Δί', ἄλλα σκευάρια οἰκητήρια· τὸ δὲ, ἀ. τ. χρ. ὀνομάσας.* JUNG.

Ναὶ μὰ Δί'] Legendum equidem *Δί'*, ut recte *Jungermannus* juſſerat. *Alcæi Paſiphaë Comici* fuit argumenti, titulo tamen a tragœdiis petito, quod fieri ſolitum non raro ſupra diximus: meminit ejus Argumentum *Plutonis Ariſtophanei*, ubi traditur *Alcæum* *Πασιφάῃ Ἀριστοφάνει Πλοῦτον διδάξαντι ἀνταγωνίζεσθαι·* hanc autem *Paſiphaen* adjicere licet, collectis a *Meurſio Alcæi* fabulis. In ipſis vero *Comici* verbis obſequti ſcripto libro *Schotti* *οἰκητήρια* ſupplevimus: & eadem illa vox emendanda eſt in *Heſychio*: *Οἰκητόρια, σκευτὰ κατ' οἶκον·* integrius apud *Phavorinum* invenio. *Οἰκητόρια, σκεύη τὰ κατὰ οἶκον·* ſed *οἰκητήρια* legendum utroque loco.

30 *Ὅτι τὰ πρὸς θ.* &c.] MS. *ὅτι πρὸς θ.* ſine *τά.* Huc ea pertinent, quod ſupra ad I, 29. ex MS. adferebam: *ὥσπερ καὶ χρηστήρια, σκεύη τὰ τῶν θεωρῶν·* ubi tamen *ἀπὸ τῶν χρησμῶν* videtur deducere, aliter ac hic facit: præcedit enim ibi in MS. nam vulgo ea deſunt omnia: *ἔστι δὲ καὶ χρηστήρια ἱερὰ τὰ ἐπὶ χρησμῶν, ὥσπερ καὶ χρηστήρια*, &c. quæ jam adſcripſi. JUNG.

31 *Θυσίαν*] C. V. *θυσίας.* KÜHN.

Θυσίαν] MS. *θυσίας σκ.* JUNG.

Θυσίαν] *Θυσίας*, cum id habeant MSS. in textu reponi malui. *Xenophon* in *OEconomico* inter ſupellectilem domeſticam nominat primo loco *τὰ ὅπλα*, *οἷς ἀμφὶ θυσίας χρώμεθα*, quam itaque propria voce *χρηστήρια* Græci appellaverunt: ſed equidem & ſæpiſſime fuiſſe uſos *ἐπὶ τῶν κατ' οἰκίαν χρησίμων* recte *Pollux* exiſtimat: illaque de ſignificatione ſi velis erudiri, adeundus erit optimus *Gravius Lect. Heſiod.* c. 10. ubi & *Pollucis* hunc locum tangit, videturque in *Alcæo* legiſſe *σκευάρια χρηστήρια·* qua tamen in re ſummo viro non accedam.

32 *Ἀλλὰ ἐγὼ* &c.] *Ἀλλὰ ἐγὼ* &c. abſunt a C. A. uſque ad *παγκλήρια* Segm. ſeq. KÜHN.

33 *Καὶ τῷ, ἐπὶ τῶν κατοικίαν*] C. V. *καὶ τὸ κατ' οἰκίαν* leg. *αὐτὸν*, *illum* (Platonem) *nomine*, *illo* (*χρηστήρια*) *abuſum eſſe ad utenſilia domeſtica*: vid. ſupra lib. I. cap. 1. Sect. 26. KÜHN.

Καὶ τῷ, ἐπὶ τῶν κατοικίαν] MS. *καὶ τὸ ἐπὶ* &c. quod quidem rectius videtur vulgato *τῷ*, quod ſine dubio mendoſum: ut ſæpius adnotavi in Codice no-

quem judico. Hæc autem a recentioribus etiam Μαλακὰ vocata ſunt: quemadmodum & manualia. * Ut Menandrus inquit in Perinthia, ut μαλακὰ ex urbe capiens, totum illico exilit: deinde mollem, ô miſer, habentes ſupellectilem, poculum argenteum hoc arripiens e theca, mihi arrhabonem dabis. Hujuſmodi vero ſupellectilem ἐνδομένειαν multi vocitant: mihi vero

χρῆσθαι τῷ ὀνόματι· ἐκαλεῖτο δὲ ταῦτα ὑπὸ τῶν νεωτέρων καὶ [34] μαλακά, ὥσπερ εὐμεταχείριστα·
12 * ὡς εἶπε Μένανδρος ἐν τῇ Περινθίᾳ, ὅ ἐστι μαλακὸν συλλαβὼν ἐκ τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπηδᾷ θᾶττον· καὶ Δίφιλος ἐν Ἀπολιπούσῃ· εἶτα, μαλακὸν ὁ δύστην' ἔχεις σκευάριον, ἐκπωμάτιον ἀργυρίδιον, ἐκ δόμου λαβὼν τόδε, δώσεις ἐμοὶ παρακαταθήκην· τὴν δὲ τοιαύτην κατασκευὴν, [35] ἐνδομενίαν οἱ πολλοὶ καλοῦσιν· ἐγὼ δὲ οὐκ 12

ſtro etiam accidiſſe: niſi ea particula plane ſit delenda. JUNG.

34 Μαλακὰ, ὥσπερ εὐμεταχ.] Ὡς εὐμεταχείριστα *ut tractatu facilia*, quæ ſine negotio poſſunt e loco in locum transferri. *Salm. mobilia. Heſych.* εὐμετακόμιστα. Dein C. V. ὡς ὅτι Μένανδρος ἐν τῇ Περινθίᾳ ὅ ἐστιν μάλα καὶ συλλαβὼν ἐκπηδᾷ φίλος καὶ δίφιλος ἐν ἀπολιπούσῃ· εἶτα &c. ex quibus hanc ſtruerem lectionem:

Ὡς ἔστη μαλακὰ συλλαβὼν ἐκ τῆς πόλεως
Τὸ σύνολον ἐκπηδᾷ θᾶττον ψιλός. ——

Urbe quando cedit & ſua colligit vaſa,
Omnino exilit celerius nudus. ——

Poſtea turbatos *Diphili* verſus ita in ordinem redigerem:

Εἶτα μαλακὸν ὧδ' ἔχεις σκευαρίων·
Ἔκπωμ' ἀργυρίδιον ἐκδράμοι λαβὼν
Τόδε δώσεις ἐμοὶ παρακαταθήκην.

Dein utenſile hic habes ſupellectilis:
Sume operculum, cape argenti thecculam:
Hocce dabis mihi depoſiti loco.

Salm. poſt ἀργυρίδιον addit, μαλακόν. KÜHN.

Μαλακὰ, ὥσπερ εὐμεταχ.] Ita MS. οἷον εὐμεταχείριστα· ὡς ἔτι Μένανδρος ἐν τῇ Περινθίᾳ, ὅ ἐστιν μάλα καὶ συλλαβὼν ἐκ τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπηδᾷ φίλος· καὶ Δίφιλος ἐν ἀπολιπούσῃ· τὴν δὲ τοιαύτην κατασκευὴν &c. Et *Menandri* verba priora videntur ſcribenda: ὅ ἐστι μαλακὸν συλλαβὼν ἐκ τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπηδᾷ φίλος. De ceteris neſcio quid dicam, ne de prædictis quidem ſatis, magis tamen in ceteris, licet ibi pro διέσπ' lego δύστην'· ut ita forte prima concipienda —— μαλακὸν ὦ δύστην' ἔχεις Σκευάριον· ſed non pergo in ceteris, quod aliis relinquo. Alias mutila hæc eſſe, MS. nobis indicat, in quo Δίφιλος ἐν Ἀπολιπούσῃ laudatur, de quo in vulgatis ne mu quidem. *Menandri Perinthiæ* qui alii meminerint vid. apud *Caſaub.* noſtrum VII. *Athen.* 14. JUNG.

Μαλακὰ] Rejicitur ergo inter recentioris Comœdiæ nove & eleganter excogitata vocabula τὸ μαλακὸν, cum *utenſilia* deſignat, quod ſane non contempſiſſe ſcio Atticarum elegantiarum cenſores, ſiquidem eorum omnium effugerit notam: plurima vero de dialecto tracta eſſe ab auctoribus Comœdiæ novæ liquide mihi conſtat: inter ea vero hoc ſuo jure reponas licet; Coörum enim proprium id nomen fuit: *Heſychius*: Μαλακὸν ἱμάτιον, τετριμμένον. Κῷοι δὲ εὐμετακόμιστον, ἢ πολυτελὲς ἢ ἁπαλόν. Illa vero, quæ ſequuntur *Menandri Diphilique* loca penitus afflicta ſunt atque deformia, quæ tamen, quod poſſumus, reſtituere nitemur: *Menandri* verba ita legimus e MSS. & conjectura noſtra: ὅ ἐστι μαλακὸν συλλαβὼν ἐκ τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπηδᾷ θᾶττον· *quod ſupereſt utenſilium arripiens ex urbe penitus aufugit celeriter*: & haberi ſermonem duco de homine divite & potente, qui teſtularum ſuffragio Athenis fuerit ejectus: quod autem in MSS. omiſſa vocula θᾶττον legatur φίλος ex ſimilitudine ſequturæ vocis Δίφιλος, quam textui redonabimus, ortum puto, niſi ſi quis cum *Kühnio* ψιλος reformare velit, quod tamen nolim: poteris etiam adſumpta vulgatæ lectionis particula, ὡς ἔστι legere ſenſu non incommodo. Quod ſubditur in editis: εἶτα, μαλακὸν &c. eſſe *Menandri* cenſeas: ſed illa nos præeunte *Kuhnio* cum MSS. *Diphilo* adſeruimus: in ipſo loco tanto minus experiri vires noſtras feliciter licet, quanto nos magis in iſtis his anguſtiis deſtituunt ope ſua MSS. interim ita conjectabam:

—— *εἶτα μαλακὸν ὁ*
Δύστην' ἔχεις σκευάριον, ἐκπωμάτιον, vel potius *ἔκπωμα τὸ*
Ἀργυρίδιον, ἐκ δόμου λαβὼν τόδε
Δώσεις ἐμοὶ παρακαταθήκην. ——

Quorum ſenſus eſt facillimus atque planus: & illa potius in textu reponere decrevi, atque retinere vulgatam lectionem intricatiſſimam, quam nemo capiat: de verſuum autem lege neque hic neque alibi certi quid conſtituam, quippe quæ quam maxime ſit dubia. *Menandri Perinthiam* adducit *Anonymus* in *Hermogenem* pag. 391. Μένανδρος ἐν τῇ περινθίᾳ, οὐδ' αὐτὸς εἰμὶ σὺν θεοῖς ὑπόξυλος· emenda ſis, Περινθίᾳ, quod in ora ſui Codicis adſcripſerat etiam Illuſtriſſ. *Scaliger*: cujus fuerit argumenti diſcere licet ex *Andria Terentii*, qua *Perinthiam* & *Andriam Menandri* expreſſiſſe ſe in prologo commonſtrat.

35 Ἐνδομένειαν] Quæ mox παγκτήσια. *Heſych.* ἐνδομενία, κτῆσις. SEB.

Ἐνδομένειαν] C. V. εὐδομενίαν leg. ἐνδομενίαν. *Soſipater*: ἡ ἐνδομενία, *ſupellex. Cyrilli Gl.* ἐνδομενίαι, *hæc ſupellex. Philox. Gl.* ἐνδομένεια, *ſupellex. Heſych.* ἐνδομενία. *Phrynichus* in *Eclogis*: Ἐνδυμενία ἀμαθῶς, δέον εἰπεῖν, ὡς λέγειν ὡς Εὔπολις Κόλαξι σκεύη τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν καὶ ἔπιπλα. *Suid.* Ἐνδυομενία· τὴν μὲν ἐνδυομενίαν ἅπασαν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐξήρπασαν ἔπιπλα. *Æmilius Probus*: *totam quidem Endyomeniam vaſtarunt & ſupellectilem ex ædibus eripuerunt*: aliam ſine dubio dediſſet verſionem, ſi annotaſſet locum a *Suida* laudatum exſtare apud *Polybium* lib. IV. cap. 72. ubi agitur de expugnatione *Pſophidis* urbis Arcadicæ & ἐνδυμενίαν extat: in *Suida* vero in unum coaluiſſe videntur duæ lectiones, ἐνδομενία & ἐνδυμενία, ita ut cum ille ſcripſiſſet ἐνδυμενία, alius neſcio quis ο ſuperſcripſerit, quod deinde ut fieri amat in textum venit, peperitque nobis ἐνδυομενία. Deinde in *Suida* interpungendum poſt ἐξήρπασαν, ut ἔπιπλα ſit *Suidæ* interpretamentum vocabuli ἐνδυμενία· omiſſa interpunctio non ſoli *Porto* fraudi fuit, verum etiam effecit, ut apud *Phavorinum* quoque καὶ ante ἔπιπλα inſereretur: vid. *Fragmenta Polybiana a celeberrimo Gronovio* collecta: recurrit ἐνδυμενία in *Polyb.* lib. V. c. 81. ubi veſtitus pro diverſis nationibus diverſus, dicitur ποικίλη ἐνδυμενία· innuit *Pollux* τῷ πολλοὶ eſſe vocabulum vulgi Macedonibus imprimis uſurpatum, non tantum de re Veſtiaria, ſed etiam in genere de quovis domeſtico inſtrumento: vid. *Thomam* in *Eclogis* voce ἔπιπλα, *Balſamonem* & alios. KÜHN.

Ἐνδομένειαν] MS. ἐνδομενίαν· ut & mox: ſic ſane & *Heſych.* Ἐνδομενία, κτίσις ἢ ἀποσκευή· ubi certe legendum κτῆσις· alterum ἀποσκευὴ minus antiquum in hac

[36] ἐπαινῶ τοὔνομα· μηνύω δὲ [37] ὅστις εἰπὼν, αὐτῷ ἀπολογεῖσθαι βούλοιτο, ὡς ἐστὶν ἔν τινι βιβλίῳ, ὅτι ἐν Ὀλυμπιάδος [38] ἀπογραφῇ, τῇ κατ' ὄνομα περὶ τῶν φαμένων [39] ἀφῃρεῖσθαι τὰς δόσεις, οὕτως ἐγγέγραπται· [40] κάλλιον δὲ τὴν ἐνδομενίαν, παγκτησίαν, ἢ παμπησίαν ὀνομάσαι, ὡς ἐν Ἐκκλησιαζούσαις Ἀριστοφάνης· τραγι-
13 κώτερον γὰρ ἡ παγκληρία· • τὰ δὲ σκεύη,

nomen hoc non probatur, indico tamen; ſi quis forte utens defendere velit, erit in libello quodam, quod in Olympiadis actis, de condemnatorum auferendis muneribus ſic ſcriptum ſit. Melius vero ἐνδομένειαν, ſupellectilem vocare. Παγκληρία enim Tragicum magis eſt. • Vaſa autem, 13

ſignificatione dicebat *Pollux* Segm. 11. Pariter reprehendit *Phrynichus* hoc vocabulum: Ἐνδομενία, ait, ἀμαθῶς· δέον διττῶς λέγειν ὡς Εὔπολις Κόλαξι, σκεύη τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν καὶ ἔπιπλα· ita enim profecto legendum, non ἐνδυμενία, ut edidit doctiſſ. *Nunneſius*, quem locum nec recte in interpretatione cepiſſe videtur, nec legiſſe *Pollucis* noſtri iſta, quæ clara ſunt, dum in notis ſuis de ἐνδυομενία e *Suid.* e *Phavor.* & ἐνδυμενία e *Polybio* neſcio quid nos doceat: nam & apud *Suidam* ἐνδομενία legendum puto, vel ipſum *Suidam* caſtigandum, qui ſcribit: Ἐνδομενία· τὴν μὲν ἐνδυομενίαν ἅπασαν ἐκ τῶν οἰκῶν ἐξέπασαν· τὰ ἔπιπλα. *Pollucis*, *Heſychii*, & *Phrynichi* jam auctoritas apud me potior ἐνδομενίαν ſcribentium. JUNG.

Ἐνδομένειαν] Mutaverat accentum ſaltim in ſuo Codice Doctiſſ. *Kuhnius*: nos, quibus animus eſt MSS. eorumque auctoritati, ſi qua valere poteſt, obſequi, ἐνδομενίαν in textu repoſuimus: illa nimirum crebrior eſt atque receptior ſcriptura, quamvis reapſe non interſit utram potius habere exoptes; nam quidem de affinitate ι & ει ad ſuperiorem librum rem multis exemplis perdocui. In *Benedicti Gloſſis* titulus eſt περὶ ἐνδομενίας, *de ſupellectile*: ſic & in *Philoxeno*, qui aliter etiam explicuit: Ἐνδομενίαι, *hæc laucia.* Cum vero ſic uſam Olympiadem eſſe hoc vocabulo ſignificet *Pollux*, originem ejus eſſe Macedonicam aſſirmare non vereor, unde tandem ad alios etiam dimanavit: obſervarunt e *Polybio* eruditi viri, quem e pluribus dialectis ſublectas voces in ſua tranſtuliſſe ſcripta conſtat; cum vero diutiſſime ſorduiſſet id nomen ævi recentioris ſcriptores illud arripuere, prout quævis apud antiquos inſolita ſine conſilio ſæpius atque ratione uſurparunt: reperies inter alios in *Typico Irenes Auguſtæ* cap. 28. ubi tamen extat exaratum vitioſe ἐνδυμενία. Omne vero domeſticum inſtrumentum, ſic quidem Juriſconſulti ſupellectilem definiunt, ἐνδομενίαν appellatam arbitreris, quæ ſcilicet eſt ἐν δόμῳ, quem Macedones δόμενον dixiſſe conjecto, ut itaque frigidum ſit atque futile *Gujeti* illud ἀπὸ τοῦ ἔνδον μένειν· & vide, ſi quid momenti atque ponderis adferant hæc *Heſychiana*, quæ ſimul emendare conabimur: Ἐνδομαχία, ἡ κτίσις, ἡ πατριμία. Ἐνδομενία primo loco ſcribo: & illam literarum mutationem accidere potuiſſe facillime, ſit equidem in promptu docere, ſi ſic res poſtularet: ſed illius quidem operæ vacivum hoc temporis habeamus: altero loco κτῆσις emendandum, quod & eruditis obſervatum: denique vero παροικία, legi debere pro πατριμία Illuſtriſſ. *Scaligero* conſentio, ubi habes igitur ſimilitudinem παροικίας & ἐνδομένιας, ut δόμενος in ἐνδομενία fuerit idem, quod οἶκος in παροικία· ſed hinc diſcedere juvat, atque rem omnem docti lectoris arbitrio permittere.

36 Ἐπαινῶ τοὔνομα.] MS. ἐπαινῶ μὲν τοὔνομα· μηνύω δὲ, ὅστις εἰπὼν αὐτῷ ἀπολογεῖσθαι βούλοιτο, ὡς ἐστιν ἔν τινι &c. quæ certe ſenſum optimum habent, & in locum vulgatorum, quod forte nemo clare capit, reſtituenda judico: ait: *Ego vero ut non laudo id nomen, ita indico tamen, ſi quis dicens id defendere velit, eſſe illud in quodam libro.* JUNG.

37 Ὅτι προφυγὼν] C. A. ὅστις εἰπὼν αὐτῷ ἀπολογ. β. leg. ὅστις εἰπὼν αὐτὸ, *indico vero, ſi quis id dixerit, ſeque defendere voluerit*, ὡς ἐστιν ἔν τινι βιβλίῳ, *quod extet in libro aliquo*: ὅτι ἐν Ὀλυμπιάδος ἀπογραφῇ τῇ κατ' ὄνομα, ita in ſpecimine lectum nobis eſt conſentiente C. V. *quod in Olympiadis deſignatione nominetenus facta de iis, qui ſe donis dixerunt defraudatos, ita ſcriptum ſit:* poteſt locus accipi de libello quodam, in quo citentur nomina eorum, qui donis ab *Alexandro* decretis in Macedonia per *Antipatrum* caruerunt; cumque editum eſſe Olympiadis opera, ut ægre faceret adverſario ſuo *Antipatro*, vel de alia ludi alicujus Olympici deſcriptione, qua continentur nomina eorum, qui ſe iniquitate judicum victoriæ præmiis excidiſſe conqueſti ſunt. KÜHN.

Ὅτι προφυγὼν αὐτὸν ἀπ. &c.] Mireris, qui potuerint in talia ſcriptionis vitia incidere librarii, ut vulgatam dederint ineptiſſimam, pro elegantiori altera atque vera, quam *Kuhnio* favente, textui redonavimus: non aliæ rei quam mendis atque maculis progignundis hominum id genus natum exiſtimes: fuit ante nos: μηνύω δὲ ὅτι προφυγὼν αὐτὸν ἀπ. β. ἔσται ἐν τ. β. &c. τὴν κατ' ὄν. Iſtius autem libelli auctorem fuiſſe matrem *Alexandri Olympiadem*, in dubium non voco: ejus enim antiqui *Grammatici* præter epiſtolas & alia laudarunt ſcripta: qua tamen de re egerit, non mihi ex titulo ſatis liquidum eſt, ut audeam certi quid affirmare.

38 Ἀπογραφῇ, τὴν κατ' ὄνομα] MS. ἀπογραφῇ τῇ κατὰ ὄνομα &c. & τῇ, pro vulgato τὴν emendandum videtur. JUNG.

39 Ἀφῃρεῖσθαι] MS. ἀφῃρῆσθαι. JUNG.

40 Κάλλιον δὲ τὴν ἐνδομένειαν, &c.] C. V. ταύτην τὴν ἐ. παγκτησίαν καὶ παμπησίαν ὀνομάσαι ὡς ἐν Ἐκκλησιαζούσις (αις) Ἀριστοφάνης· τραγικώτερον &c. KÜHN.

Κάλλιον δὲ τὴν ἐνδομένειαν, &c.] Vulgatus Codex mutilus eſt: MS. noſter enim ita: κάλλιον δὲ ταύτην τὴν ἐνδομενίαν, παγκτησίαν, καὶ παμπησίαν ὀνομάσαι, ὡς ἐν Ἐκκλησιαζούσαις Ἀριστοφάνης· Τραγικώτερον· &c. quæ ita (niſi quod mendoſius ἐνδομένειαν & ὠνόμασεν & Ἐκκλησιαζούσαις) & in ſuo MS. invenit *Schottus* noſter: non itaque dubitabis *Pollucis* locum ita reſtituere. Et παγκτησίας nomen apertum eſt: παμπησίαν vero κτημάτων & ex *Æſchylo* Ἑπτὰ ἐπὶ Θηβ. adnotant. Nec omiſit *Heſychius*, quamvis apud eum ſcribatur duplici σσ, Παμπησσία, πᾶσα ἡ ὕπαρξις· ſed locum *Ariſtophanis* cupis ex *Eccleſiazuſ.* Reddam tibi cum *Suidæ* verbis, qui quoque adducit, licet *Comico* non nominato: Παμπησίαν· πᾶσαν τὴν κτῆσιν· σὺ δ' ὦ Σίκων καὶ Ξενόφαντις αἴρεσθε τὴν παμπησίαν· ſed mendoſe: ita enim apud *Comicum* hodieque eſt:

— Σὺ δ' ὦ Σίκων
Καὶ Παρμένων αἴρεσθε τὴν παμπησίαν.

Locus eſt paulo longius a fine Comœdiæ. Mox ait *Pollux* noſter παγκληρίαν eſſe τραγικώτερον. Sed & παμπησίαν tragici uſurparunt. *Æſchyl.* Ἑπτὰ ἐπὶ Θηβ. paulo a fine longius, — κτημάτων παμπησίαν dicens. Id nempe ex *Euripide* adnotant, apud quem ipſo principio Ἱκετίδων legitur:

— Οἰδίπου παγκληρίας
Μέρος κατασχεῖν φυγάδι Πολυνείκει θέλων. (*Adraſtus.*)

JUNG.

Κάλλιον δὲ τὴν ἐνδομ.] Eſt vero quod gaudeamus ad-

Vaſcula Comici frequentius vocitant. Vocantur autem vaſa quædam, igni deſtinata, & ignis expertia: ſicuti & vaſa triremica, & nautica: de quibus Xenophon inquit, vaſa lignea, & utenſilia. Demoſthenes quoque, vaſorum attritionem dixit. Nomina autem hinc formata ſunt, domum vaſis inſtruere, aut agrum, vel quodcunque fuerit.
14 • Tum etiam *σκευὴ* aut militaris eſt, aut mimorum, aut jumentorum. Unde dicitur inſtructa jumenta, pro inſtratis: & vaſa vehentes currus: &

καὶ [41] σκευαρία φίλον τοῖς Κωμῳδοῖς [42] καλεῖν· ὠνομάζετο δέ τινα σκεύη [43] ἔμπυρα, καὶ ἄπυρα, ὥσπερ καὶ σκεύη τριηρικὰ, καὶ σκεύη ναυτικά· ἐφ' ὧν ὁ Ξενοφῶν μὲν σκεύη ξύλινα καὶ [44] κρεμαστά· [45] ὁ δὲ Δημοσθένης καὶ ἀποτριβὴν τῶν σκευῶν. Ὀνόματα δὲ ἀπ' αὐτῶν πεποίηται, τὸ [46] κατασκευάσασθαι τὴν οἰκίαν τοῖς σκεύεσιν, ἢ τὸν ἀγρὸν, ἢ [47] ὁτιδήποτε. • Καὶ μέν τοι ἡ σκευὴ, 14
[48] εἴτε ἡ ὁπλιτικὴ, εἴτε ἡ τῶν ὑποκριτῶν, εἴτε ἡ τῶν ὑποζυγίων· ἀφ' ἧς [49] εἴρηται τὸ, ἐπεσκευασμένα ἦν τὰ ὑποζύγια, οἷον ἐστρωματισμένα· [50] καὶ αἱ σκευαγωγοὶ δὲ ἅμαξαι· καὶ

fuiſſe nobis ope ſua Codices MSS. in inſigni lacuna tam egregie atque liberaliter explenda: defuerunt enim ante nos: *ἢ παμπησίαν ὀνομάσαι, ὡς ἐν Ἐκκλησιαζούσαις Ἀριστοφάνης·* quæ talia confirmant *Excerpta Falckenburgiana*: ad *Ariſtophanis* locum Commentator antiquus *παμπησίαν* exponit *τὴν πᾶσαν κτῆσιν·* ſic ut & *Phavorinus*: *Παμπησίαν, τὴν πᾶσαν κτῆσιν λέγει Ἀριστοφάνης·* vox autem illa fuit antiqua, *πῆσις ἀπὸ τοῦ πᾶν*, unde Romanorum obſoletum *pao*, *pavi*: ut *κτῆσις ἀπὸ τοῦ κτᾶν·* eaque de re tota pluribus forſitan in proximis. *Κλῆρον* appellari, opes alicujus atque divitias, ſeu agris illæ conſtiterint, ſeu nummis aliave quacunque re, paucis, puto, latet: & obſervaſſe memini ad librum VII. quæ videantur: hinc itaque *παγκληρία*, quam legi in veteri quodam fragmento Poëtæ cujuſdam apud *Stobenſem* & *Æſchylo*, ad quem videndus *Scholiaſtes*, ut & Idem ad eundem de *παμπησία*.

41 *Σκευάρια*] Sæpiſſime apud *Ariſtophanem*, ut ſtatim in iiſdem *Eccleſiazuſis*, non longe ante allatos inde verſus:

Οὗτος, τί τὰ σκευάρια ταυτὶ βούλεται;

de variis vaſis, non *ὑποκοριστικῶς*. JUNG.

42 *Καλεῖν.*] Hic apponenda *τελεία στιγμή*. KÜHN.

43 *Ἔμπυρα, καὶ ἄπυρα*] C. A. & *Salm.* *ἄπυρα, τριηρικὰ, ναυτικὰ, ξύλινα καὶ κρεμαστὰ ὡς Ξενοφῶν·* pro *σκευαστὰ* etiam C. V. leg. *κρεμαστά·* locus *Xenophontis* eſt in *OEconomico*, ubi agit de *navis Phœniciæ* armamentis, quæ in *Piræum* forte appulerat. KÜHN.

Ἔμπυρα, καὶ ἄπυρα] Ex *Platone* hæc promit, apud quem libr. III. de Leg. non longe ab initio, de primorum hominum vita: *καὶ μὴν ἀμπεχόνης γε, καὶ στρωμνῆς, καὶ οἰκήσεων, καὶ σκευῶν ἐμπύρων τε καὶ ἀπύρων εὐπόρουν.* JUNG.

Ἔμπυρα, καὶ ἄπυρα] Meminit *Heſychius*: *Ἄπυρα σκεύη, τὰ παρέχοντα χρῆσιν ἐν πυρί·* ſed repone ſis: *Ἄπυρα σκεύη, τὰ μὴ παρέχ.* nam quibus ad ignem utebantur *ἔμπυρα* dici ſolitum fuit: neque raro peccatum adverti hac ſimilive particula omiſſa: *Σκεύη τριηρικὰ* in *Demoſthene* legiſſe teneo; ſed locus ad manum non eſt: alium hunc habe, ubi *σκεύη τριηραρχικὰ* dixerit; in *Euergum* ſcilicet, paulo longius a principio: *εἰσέπραξα τοῦτον ὀφείλοντα τῇ πόλει σκεύη τριηραρχικά·* inſtrumenta nautica, quæ a publica re triremium præfecti habere ſolebant.

44 *Σκευαστά.*] Ita ſcribe, ut MS. habet, *ἐφ' ὧν ὁ μὲν Ξενοφῶν σκεύη ξύλινα καὶ κρεμαστά· ὁ δὲ Δημοσθένης ἀποτρ.* Peſſime vulgo *σκευαστά·* ſupra hæc incorrupta manſerunt lib. I. 94. ubi locum *Xenophontis* ex *OEconomico* indicavi; ut & *Demoſthenis* ex Orat. *περὶ ἐπιτριηραρχήματος*. JUNG.

Σκευαστά.] Egregie MSS. & *Kühnius* ex iis in textu, *κρεμαστά·* ita nimirum ſcripſiſſe *Xenophontem* loco in lucem protracto commonſtraverunt *Commentatores* noſtri. *Demoſthenis* autem verba, quæ reſpicit *Auctor* noſter, apponere lubet: *περὶ δὲ ἀποτριβῆς τῶν σκευῶν ἤθελον αὐτῷ γράμματα γράφειν.*

45 *Ὁ δὲ Δημοσθένης* &c.] C. A. *ὁ Δ. ἀποτριβὴ τῶν σκευῶν·* *καὶ* omittit & C. V. locus *Demoſthenis* eſt Oratione *περὶ ἐπιτριηραρχήματος* pag. 113. *detrimentum armamenti nautici*, Die abnutzung. KÜHN.

46 *Κατασκευάσασθαι*] C. A. *κατασκευάσθαι·* leg. *κατεσκευάσθαι τ. οἰ.* &c. *Salmaſ.* notat ſimilem locutionem ex *Antiphane* infra Segm. 46. KÜHN.

Κατασκευάσασθαι] Illa loquendi formula celebris eſt in *Demoſthene*: *Ψευδομαρτυριῶν* adverſus *Euergum*: *ἄφθονα ὀθόνια, καὶ στύππια, καὶ σχοινία, οἷς κατασκευάζεται ἡ τριήρης·* ac paululum inferius *παρασκευάζεσθαι* ſimili ſignificatu: *ἀλλ' αὐτὸς ἰδίᾳ παρεσκεύασμαι, ὁπότε δέοι·* ſic & in illa *περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος* concinne & plene: *ἔτι δὲ σκεύεσιν ἰδίοις τὴν ναῦν ἅπασαν κατεσκεύασα·* & inde *τριήρης εὖ κατεσκευασμένη* in eadem Oratione: *triremis omni re neceſſaria affatim inſtructa.*

47 *Ὁτιδήποτε.*] MS. *ὅτι δήποτε.* JUNG.

48 *Εἴτε ὁπλιτικὴ*] C. A. *ἤτε ὁ. ἡ τῶν ὑ. ἤτε τῶν ὑ.* C. V. *ἡ σκευὴ ἡ εἴτε ἡ ὁπλ.* KÜHN.

Εἴτε ὁπλιτικὴ] MS. *εἴτε ἡ ὁπλιτικὴ* &c. & ſupple ſis ita, quum & in reliquis membris articulus hic ita adjiciatur. JUNG.

Εἴτε ὁπλιτικὴ] Textus habet *ἡ ὁπλιτική. Τῶν ὅπλων σκευὴ* eſt apud *Thucydidem*, cui contraria eſt *σκευὴ ψιλὴ*, *levis armatura*: ſæpiſſime in *Herodoti Polymnia*, ubi omnium illarum gentium, quæ *Xerxi* expeditionem in Græciam ſuſcipienti adfuere, diverſiſſimam armaturam poſteris deſcriptam reliquit: *Πέρσαι μὲν ὧδε ἐσκευασμένοι. Ἀράβιοι δὲ σκευὴν μὲν εἶχον·* aliaque ſimilia. *Demoſthenes Midiana*: *διαβάντες ἐν τάξει καὶ σκευὴν ἔχοντες·* ſed quid in re clara exemplis utimur?

49 *Εἴρηται τὸ ἀπεσκευασμένα*] Hic ponenda diſtinctio; quod enim ſequitur, dictum eſt Auctoris alicujus, in quo videtur legendum, *ἐπεσκευασμένα*, quod idem cum *ἐστρωματισμένα*, & ita C. V. legit, ut vidi poſtea; habet enim *ἐπεσκ. ἦν τὰ ὑ.* C. A. addit *ἦν δὲ.* *Xenoph.* lib. VI. de H. G. *ἵππους ἐπεσκευασμένους*, *equos inſtructos ad vehendum ſeſſorem.* KÜHN.

Εἴρηται τὸ ἀπεσκευασμένα] MS. *τὸ ἐπεσκευασμένα ἦν τὰ ὑποζύγια·* quæ ſaniora videntur vulgatis: immo ſunt: forteque ex eodem *Xenophonte* ſunt. Certe ex eo hac ſignificatione, *ἵππους ἐπεσκευασμένους* e VI. *Ἑλληνικ.* *ἀντὶ ἐπεστρωμμένους* *Budæus* adfert Comment. ling. Græc. vel ut noſtri *Pollucis* verbo utamur *ἀντὶ ἐστρωματισμένους·* *ἀπεσκευασμένα* vulgatum vero non convenit. JUNG.

Εἴρηται τὸ ἀπεσκ. &c.] Duce *Kühnio* locum redintegravimus, ut MSS. juſſerunt: fuit ante nos *ἀπεσκευασμένα τὰ ὑποζύγια·* *χρῆσιν* alicujus ſcriptoris, cujus non venit in memoriam, quanquam legiſſe ſciam, poſuit hic *Pollux*: *Suidas*: *Ἐπεσκευάσασθαι, ἐπιφορτίσασθαι.* *Agathias* hoc ſenſu uſurpat.

50 *Καὶ αἱ σκευαγωγοὶ δὲ ἅμ.*] *Σκευαγωγοὶ ἅ.* ve-

[51] τὰ σκευοφόρα· καὶ ἐν Βατράχοις Ἀριστοφάνους, [52] σκευοφόρος· [53] καὶ τὸ ῥῆμα σκευαγωγεῖν, καὶ σκευοφορεῖν· καὶ τὸ ἀνασκευάζεσθαι τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν, καὶ τὸ [54] ἐνεσκευάσθαί τινα σκευήν, καὶ τὸ ἐνεσκευάσαι τι πρᾶγμα· καὶ οἱ παρὰ [55] Θουκυδίδῃ ὅμοροί τε τοῖς Σκύθαις καὶ ὁμόσκευοι· καὶ [56] αὐτόσκευος, ὁ αὐτουργός· * καὶ [57] ἄσκευος, [58] ὁ ψιλός· καὶ ἀκατάσκευος, ὁ εὐτελής· τάχα δὲ ἀπὸ τούτων, καὶ ἡ [59] σκευοποιΐα, καὶ ἡ [60] σκευωρία, καὶ τὸ ἐσκευοποιημένον πρᾶγμα, ὡς

vaſigera. Atque in Ranis Ariſtophanis, vaſigerulus. Et verbum, vaſa vehere, ac vaſa portare. Tum ex agris removere, apparatum quendam inſtruere, & negocium quoddam inſtituere. Porro Homeri, apud Thucydidem, communibus armis utentes. Et αὐτόσκευος, pro operario. * Atque ἄσκευος, pro nudo. Et nullis armis inſtructus, pro frugali, & ſimplici. Præterea ab his quoque formantur, vaſorum confectio, quadruplatoria actio. Et inſtructum negocium, ut

hiculæ impedimentis onuſta: αἱ & δὲ abſunt a C. V. KÜHN.

Καὶ αἱ σκευαγωγοὶ δὲ ἅμ.] MS. καὶ σκευαγ. ſine αἱ· quem articulum hic poſſumus omittere. JUNG.

51 Τὰ σκευοφόρα.] Τὰ σκευοφόρα *Xenophonti* ſunt jumenta, quæ vocantur *ſagmaria* a recentioribus. C. A. leg. σκευοφόρια. KÜHN.

Τὰ σκευοφόρα.] Præ oculis habuiſſe *Pollucem* exiſtimo *Xenophontis* iſta Ἑλλην. libr. IV. πρὸς δὲ τούτοις σκεύη πολλά, καὶ σκευοφόρα ὑποζύγια· quæ talia *Polyænus* habet ſæpius. *Phavorinus* quæ de σκευοφόροις habet, hauſit e *Niceta Choniate* libr. VI. ἐπὶ τούτοις εἵποντο τὰ σκευοφόρα, καὶ τὸ οἰκετικὸν τοῦ στρατεύματος· ubi in alio Codice legi ſcribit *Wolfius*: τὰ σαγμάρια, καὶ κατοῦναι, καὶ οἱ ὑποχείριοι· σαγμάρια nimirum poſterior ætas nominavit τὰ τῶν ὑποζυγίων ἐπισεσαγμένα, *ſarcinis onerata jumenta*: vide *Meurſii*, & præcipue laborioſiſſimum *Cangii Gloſſarium*. *Philoxenus*: Σκευοφόρα, *impedimenta*: in iiſdem *Gloſſis*: Σκευοφόρος, *vaſifer*, *ſarcinator*. Σκευοφόροι, *calones*, *lixæ*. Σκευοφορεῖν, quod inde venit, uſurpat *Max. Tyrius*: εἰ δὲ ὁ στρατηγὸς ἦν ὁ θεός, κἄτα ὁ μὲν σκευοφορεῖν ἄξιος, ἤτει τὸν στρατηγὸν ὁπλίτου χώραν & aliud concinnius verbum in *Xenophonte Cyropæd.* lib. VIII. συσκευοφορεῖν.

52 Σκευοφόρος,] C. A. ὡς ἐν Βατράχοις Ἀριστοφάνης σκευοφόρος, quod in *Gloſſis* redditur *calo*: *Xenoph.* lib. VII. C. P. αἱ κάμηλοι ἐν τοῖς σκευοφόροις διάγουσι. KÜHN.

Σκευοφόρος,] Diſtingue potius σκευοφόρος· καὶ τὸ ῥῆμα τὸ σκευαγ. ſic in MS. eſt. *Ariſtophanis* locus, in quo σκευοφόρος, *Ranis* hic eſt:

> Ἐγὼ δ' ἔσομαι σοι σκευοφόρος ἐν τῷ μέρει.

Bacchi verba ad *Xanthiam*. JUNG.

53 Καὶ τὸ ῥῆμα] Abeſt a C. A. καὶ τό. KÜHN.

54 Ἐνεσκευάσθαί τινα σκ.] C. V. σκευῶ καὶ τὸ ἐνσκευάσαι τι π. C. A. εἰσκευάσθη· prius ἐνεσκευάσθαι τ. σ. *Herodoti* eſt, ſignatque habitum armorum cultumque corporis certum. KÜHN.

Ἐνεσκευάσθαί τινα σκ.] MS. ἐνεσκευάσθαι τινά· & mox MS. τί. JUNG.

55 Θουκυδ. ὅμοροί &c.] MS. & priores editiones ὅμηροι. Sed *Thucyd.* libr. II. fol. 165. εἰσὶ δ' οἱ Γέται, καὶ οἱ ταύτῃ ὅμοροί τε τοῖς Σκύθαις καὶ ὁμόσκευοι. Idem lib. III. fol. 238. (Ὀζόλαι) ὄντες ὅμοροι τοῖς Αἰτωλοῖς καὶ ὁμόσκευοι. SEB.

Θουκυδ. ὅμοροι &c.] Lib. II. pag. 167. & lib. III. pag. 238. *ſimiliter armati.* C. A. non habet καὶ ante ὁμόσκευοι· nec mox. *Interpr.* hic de *Homeris* neſcio quibus cogitavit, cum *Thucydides* nil aliud voluerit, quam quod Thraces finitimi ſint Scythis, & iiſdem cum illis armis utantur. C. A. leg. ὅμηροι τοῖς, male ut ex *Thucyd.* patet. KÜHN.

Θουκυδ. ὅμοροι &c.] MS. ὅμοροι τοῖς &c. ſine τε. Sed locum bene edidit e lib. II. *Thucyd. Seberus* noſter, qui & verba *Hiſtorici* adfert: & prorſus ita in ſuo Codice emendaverat hic *H. Stephanus*, quum vulgo peſſime eſſet, ὅμηροι τοῖς Σκύθαις ὁμοσκ. Et particulam ſane τε *Pollux* omittere ſuo lubitu potuit. Alias & alius geminus locus apud *Thucydidem* lib. III. Ξυγγρ. ὄντες γὰρ ὅμοροι τοῖς Αἰτωλοῖς, καὶ ὁμόσκευοι· de *Locris Ozolis*. JUNG.

56 Αὐτόσκευος] *Interpr. operarius. Gl.* Αὐτόσκευον, *ſimplex*, *rude*, puta & *arte carens*, quando de re ſermo eſt; de perſona vero, notat αὐτοδιάκονον, qui ſibi ipſi eſt σκευοφόρος, & id ipſum vult Auctor, cum dixit, ὁ αὐτουργός. KÜHN.

Αὐτόσκευος] *Onomaſticon Vetus*: Αὐτόσκευον, *ſimplex*. Αὐτοσκεύαστος habet *Heſychius* in Αὐτόστολον, ſic enim omnino cum *Gujeto* reſcribendum exiſtimo.

57 Ἄσκευος] *Qui non inſtructus eſt juſtis armis*, *miles levis armaturæ*, *veles*, γυμνήτης· ἀκατάσκευος idem quod ἀκατασκεύαστος, *incompoſitus*, *inconditus* & propterea *vilis*. KÜHN.

Ἄσκευος] Feliciter hanc vocem *Pauſaniæ* reſtituerunt eruditi viri lib. VIII. cap. 50. γενομένης δὲ πρὸς Μαντινείᾳ μάχης, Λακεδαιμονίων μὲν οἱ ψιλοὶ τοὺς ἀσκεύους τῶν Ἀχαιῶν νικῶσι. *Sylburgius* ἀσκεύους legendum cenſet, & de ψιλοῖς ſeu levis armaturæ militibus exponit, quæ ſingula *Pollucis* hoc allato loco confirmat Eruditiſſ. *Kühnius*, ibique dicere te poſſe ipſis *Pauſaniæ* verbis inquit, ἄσκευον eſſe, τὸν μὴ ἔχοντα τῶν ὅπλων τὴν σκευήν. *Heſychius*: Ἀσκεύοις, ψιλοῖς, ἀπαρασκεύοις. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι· unde fortean id vocis hauſerat *Auctor* noſter: parili modo *Suidas*: Ἄσκευον, ἀπαράσκευον, ἄνευ ὅπλων· ſed quem ex *Nazianzeno* locum adducit, non ad illum ſignificatum congruit; nam ἄσκευος & ἀπέριττος βίος, *vita* eſt *libera*, *facilis*, *neque ullis impedita inſtrumentis*.

58 Ὁ ψιλός.] MS. mendoſe ψηλός. JUNG.

59 Σκευοποιΐα] *Fictio perſonarum theatralium*: quique eas conficiebant σκευοποιοὶ mox; ſupra enim Segm. præced. dictum σκευὴν etiam eſſe ὑποκριτῶν, *hiſtrionum*. KÜHN.

60 Σκευωρία] Σκευωρία in *Gloſſis factio*: poſſet & reddi *coïtio fraudulenta*, *techna*, *inſidioſa machinatio*: ἐσκευοποιημένον π. *eſt negotium ex compacto adornatum*, uti quandoque fieri ſolet in re teſtamentaria, unde *Vetus Onomaſt.* Σκευωρός, *Teſtamentarius*, niſi ibi velis in bonam partem accipere τὸ σκευωρὸς pro cuſtode teſtamenti. KÜHN.

Σκευωρία] MS. καὶ ἡ σκευωρία, καὶ ἡ σκευοποιΐα, καὶ τὸ ἐσκευοποιημ. πρ. & reddamus voculæ σκευωρία, & ἐσκευοπ. quoque ſuos articulos, quibus vulgo carent. JUNG.

Καὶ σκευωρία] Aptius equidem ἡ σκευωρία & τὸ ἐσκ. repoſuimus e MSS. & quamvis hæc talia parvi forſitan habeantur, haud parum tamen ad elegantiam contextus conferunt. De σκευωρία vide quæ dixi ad ſuperiorem librum Segm. 133. ubi acutum id erat quod conjectabat *Jungermannus* ex MS. ſui ſcriptura σκευωρία legendum σκαιωρία, ſiquidem & in ipſo *Polluce* profecto pro αι ſæpius ſit vitio poſitum ε, quo pacto inferius occurret nobis κελεύεις corruptum ex καὶ λέβης· alias autem σκαιωρία veteris eſt elegantiæ, quod tranſpoſuerunt in ſua ſcripta recentiores: *Nicetas* σκαιωρεῖν habet lib. III. de Vita *Manuel. Comn.* σκαιωρεῖ κατὰ τοῦ

Iſa-

Iſæus de hæreditate Archipolidis, pactis vero quatuor ab illis inſtructis. Idem quoque Rhetor ad Lyſibium inquit, Hujuſmodi quidem hiſce de mortuo inſtruentes. Et habitus, dicit Hyperides ad Demiæam. Apparatus, apparare, apparantem plurimo precio conſtantia. * Indiſpoſite, Xenophon: & 16

[61] Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀρχεπόλιδος κλήρου· [62] Διαθηκῶν δὲ τεττάρων ὑπ' αὐτῶν ἐσκευοποιημένων· [63] ὁ δὲ αὐτὸς Ῥήτωρ ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον ἔφη, [64] Τοιαῦτα μέν τοι οὕτω ἐπὶ τῷ τεθνεῶτι σκευοποιοῦντες· σκευοποιήματα δὲ [65] Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Δημέαν· καὶ σκευασίαι δὲ, [66] καὶ σκευάσαι, καὶ συσκευασάμενοι τὰ πλείστου ἄξια, * [67] καὶ ἀσυσκεύαστον, [68] ὡς ὁ Ξενοφῶν, καὶ 16

ἀνδρὸς τὰ οἰκτρότατα· verum enim vero ibi tum vulgatum calculo noſtro comprobabamus. Hic autem ſi vocibus tranſpoſitis *Pollucem* ſcripſiſſe credamus, *καὶ ἡ σκευωρία, καὶ ἡ σκευοποιΐα*, non hoc ſua ratione carebit. Titulum porro Orationis *Iſæanæ* de MSS. emendavimus: ante nos fuit *Ἀρχιπόλιδος*, quod & ita *Meurſius* in ſua Bibliotheca retinuit: ſenſus vero loci hic eſt: *teſtamentis autem quatuor ab ipſis falſe conſtructis, atque ſuppoſitis.*

61 Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀρχ.] Abeſt a C. A. περὶ τοῦ Ἀρχ. κλ. Oratio eſt laudata & aliis. KÜHN.

Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀρχ.] MS. ὡς Ἰσαῖος περὶ τοῦ Ἀρχιπόλιδος κλήρου· ſine ἐν τῷ· & emendandum videtur Ἀρχιπόλιδος. Ἀρχίπολις, ut Ἀρχίδικος, Ἀρχίμορος, Ἀρχίστρατος. Et occurrit nomen alicubi in hiſtoria Græca, ubi, mihi jam non memoria ſiſtit. JUNG.

62 Διαθ. δὲ τεττ.] C. A. Δ. δ. τῶν τεττάρων, *illis autem quatuor confictis teſtamentis*: vid. *Harpocrat.* in Σκευοποιοῦντα τὸ πρᾶγμα. KÜHN.

63 Ὁ δὲ αὐτὸς &c.] Abſunt a C. A. uſque ad δημαίαν καί. KÜHN.

Ὁ δὲ αὐτὸς &c.] MS. ὁ δ' αὐτὸς &c. Ceterum Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον laudatur etiam ab *Harpocratione* in ἐπίδικος. JUNG.

64 Τοιαῦτα μὲν &c.] C. V. ita laudat *Iſæi* ῥῆσιν τοιαῦτα μέντοι οὗτοι· *Talia equidem hi in mortuum machinati*: σκευοποιήματα ſunt, *artes, technæ, doli*: Oratio contra *Lyſibium* fuit περὶ ἐπικλήρου. KÜHN.

Τοιαῦτα μὲν &c.] MS. τοιαῦτα μέν τοι οὕτω ἐπὶ &c. quæ hercle vulgatis rectiora, & ita reſtituenda ſunt. De hoc verbo vero tantum *Hyperidem* adducit *Harpocratio*: Σκευοποιοῦντα τὸ πρᾶγμα, ait, Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέου· ἀντὶ τοῦ σκευωρούμενον, καὶ κατασκευάζοντα, καὶ πλαττόμενον. JUNG.

Τοιαῦτα μὲν τοιούτοις &c.] *Kühnius* in ora ſui Codicis: Τοιαῦτα μέν τοι οὗτοι· ſed in MS. *Palatino* reperit *Jungermannus* οὕτω· & ſane alterutrum ſequi ſatius ſit, non animi ſum certus: textui tamen repoſui MS. *Palatini* lectionem, quod ille Codex in pluribus aliis egregiam *Polluci* præſtiterit operam, & meliorem ceteris ut plurimum ſcripturam adſervaverit.

65 Ὑπερίδ. ἐν τῷ πρ. Δημαίαν.] C. V. Δημέαν, in Oratione adverſus *Demeam*: *Harpocr.* tamen laudat *Hyperidem* ἐν τῷ κατὰ Δημαίου, voce ὀσχοφόροι, & *Suidas* habet, Δημαίου, κύριον. KÜHN.

Ὑπερίδ. ἐν τῷ πρ. Δημαίαν.] MS. Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Δημέαν· & Δημέαν ſcribendum ſane eſt, non ut vulgo Δημαίαν· ſic apud *Harpocrationem* in Κυρία Ἐκκλησία· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Δημέου ξενίας, εἰ γνήσιος· ubi etiam vides eum dubitare an vere ſit *Hyperidæ*: quo pacto & laudat in ὀσχοφόροι, quo loco tamen Δημαίου legitur: & adhuc corruptius in χαλκεῖα, ubi eadem Oratio citatur, & Δημίου eſt. Apud eundem quoque in Λουτικὸς eſt: Ὑπερίδης ἐν τῇ πρὸς τὴν Δημαίου γραφήν· quæ an alia, & quoque tamen Δημέου legendum eſt? ut apud *Terentium Demeas*. JUNG.

Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Δημαίαν.] Nomen illud ita corrupte in vulgatis fuit editum: reddidimus e MSS. Δημέαν, quam veram eſſe ſcripturam vidit olim *Meurſius Attic. Lect.* lib. I. cap. 5. & reſtituit etiam variis in locis apud *Harpocrationem*.

66 Καὶ σκευάσαι, &c.] C. A. σκευάσαι. C. V. καὶ σκευάσαι, καὶ συσκευασάμενοι pro πλείστου leg. C. A. πλεῖα, quod non prætulerim vulgatæ lectioni, quam minime aſſecutus eſt *Interpr. convaſantes pretioſiſſima quæque*. KÜHN.

Καὶ σκευάσαι, &c.] MS. σκευάσαι· καὶ συσκευασάμενοι τὰ πλείστου ἄξια, καὶ ἀσυσκεύαστον, ὡς Ξενοφῶν· καὶ σκευοποιεῖ· καὶ διασκ. & ita omnia ſcribe & diſtingue: vix enim dubito quin & illa συσκευασάμενοι τὰ πλ. ἄ. ex *Xenophonte* ſit, qui libenter iſto verbo ita uti ſolet. *Xenoph. Œconomico*: καὶ οὕτω κατακείμενα ἕκαστα κατενέγκαι, ὡς οὔτε ἄλληλα ἐμποδίζει, οὔτε μαστευτοῦ δεῖται, οὔτε ἀσυσκεύαστά ἐστι οὔτε δυσλύτως ἔχει &c. JUNG.

Καὶ σκευάσαι, σκευασ.] *Kühnius* in textu recte: καὶ συσκευασάμενοι. Priori illo σκευάσαι non ineleganter eſt uſus *Theſſalus* Oratione, quam habuit ad populum Athenienſem: ἐς πολιορκίην σκευάσαντες τὸ ἄλλο στράτευμα. Alterum eſt in re militari vulgare: milites enim dato itineris faciundi ſigno συσκευάσασθαι dicuntur, *colligere ſarcinas*, atque *alligare*: aptiſſime *Xenophon Ageſilai Vita*: ἐκ δὲ τούτου εὐθὺς τοῖς μὲν στρατιώταις παρήγγειλε συσκευάζεσθαι ὡς εἰς στρατείαν. Ἑλλην. libr. IV. νυκτὸς συσκευασάμενοι ᾤχοντο ἀπιόντες· pauloque inferius: καὶ εἰ μὲν δὴ συνεσκευάζοντο ὡς ἀκολουθήσοντες· *Suidas* ea de cauſa συσκευάζεσθαι exponit εἰς τὴν ὁδὸν εὐτρεπίζεσθαι, & alium e *Xenophonte* locum adfert: *Lyſias* in re paululum diverſa de homine, qui alio commigraturus eſt, κατὰ Φίλωνος δοκιμασίας· συσκευασάμενος γὰρ τὰ ἑαυτοῦ ἐνθάδε εἰς τὴν ὑπερορίαν ἐξῴκησε· nec aliter *Demoſthenes* in *Neæram*: *Scholia* vide *Cherſonitanæ* Orationis. *Thucydides* id dixit ἀνασκευάζεσθαι in prooemio de Athenienſi populo, cum Græciam gravi bello peteret *Xerxes*, in naves ſe & opes ſuas conferente: καὶ ἀνασκευασάμενοι, εἰς τὰς ναῦς ἐμβάντες, ναυτικοὶ ἐγένοντο· *Scholiaſtes* exponit, τὰ σκεύη ἀναλαβόντες· ſed ego utrumque eleganter memini legiſſe tranſlatum ad homines, qui morti ſunt proximi. *Chryſoſtomus*: ἐὰν δέ σε συσκευάζεσθαι ὁ μέγιστος κελεύῃ, *ſi vero te convaſare juſſerit Deus* O. M. nec diſſimili modo loquutum fuiſſe *Epictetum* in memoria habeo: tale quid etiam *Suidas* profert ex auctore neſcio quo: ὄναρ ἐφίσταται θεία τις ὄψις, καὶ λέγει δεῖν συσκευάζεσθαι· καλεῖ γὰρ τὸ χρεὼν αὐτόν· quamquam & hoc loco aliter poſſe capi non negem. Poteram equidem loquendi formulas in Romanis uſitatas componere cum Græcis, ſimilitudinemque oſtendere: ſed cavendum eſt ne præter rem ſimus longiores.

67 Ἀσυσκεύαστον] *Imparatum*. KÜHN.

68 Ὡς ὁ Ξενοφῶν, &c.] MS. ὡς Ξεν. SEB.

Ὡς ὁ Ξενοφῶν, &c.] C. A. οὐσίαν ὡς Ξενοφῶν φ. Δ. ubi male inculcatum nomen *Xenophontis*. *Demoſth.* enim inquit *Oratione* in *Aphobum de falſis teſtimoniis*, non procul ab initio, ἀλλὰ διασκευασάμενος τὴν οὐσίαν, *ſed diſtrahens, diſſipans ſubſtantiam* &c. addit enim ſtatim, ſeque ipſum explicat, ἐκ δὲ τῆς οἰκίας αὐτὸς τὰ σκεύη λαβὼν, καὶ τὰ ἀνδράποδα ἐξαγαγὼν, καὶ τὸν λάκκον συντρίψας, καὶ τὰ θυρώματα ἀποσπάσας καὶ μόνον οὐκ αὐτὴν τὴν οἰκίαν ἐμπρήσας· hoc eſt δια-

σκευοποιοὶ· διασκευασάμενος τὴν οὐσίαν, [69] ὥς φησι Δημοσθένης· [70] καὶ σκευασάμενοι, ὡς Δείναρχος, τὰ ἐκ τῆς οἰκίας· ἀπεσκευασμένος τὰ χρήματα, [71] ἀνασκευασθῆναι τὴν τράπεζαν, ἐπισκευάσαι τὸ τεῖχος, [72] πομπῆς καὶ πομπείων ἐπισκευαστής. Κρατῖνος δὲ ἐν [73] Πανόπταις, τὸν [74] σκευοφύλακα ἔοικε σκευωρὸν καλεῖν· [75] τοῦτον δὲ καὶ σκοῖδόν τινες ὠνόμαζον, τὸν ἐπὶ τῶν σκευῶν ἐν ταῖς Βαρβαρικαῖς ἀποσκευαῖς· ἕτεροι δὲ οὕτως

vaſorum artifices. Subſtantiam diſponens, ut inquit Demoſthenes. Familiam inſtruentes, ut Dinarchus. Opes erogare, menſam reſtaurare, murum extruere: pompæ inſtructor. Cratinus vero in Panoptis, vaſorum cuſtodem, Σκευωρὸν vocare videtur. Hunc autem, nonnulli σκῆδον vocant, Barbaricis ſcilicet impedimentis præfectum: alii vero commeatus

σκευάσασθαι τὴν οὐσίαν, *diripere opes, diſſipare ſubſtantiam.* KÜHN.

69 Ὥς φησι Δημ.] MS. ὥς φησιν Δ. *Demoſthenis* locum protulit & *Budæus* Comm. ling. Græcæ: διασκευάζομαι, ait, τὸ συσκευάζομαι, *id eſt, ſarcinas compono, colligo vaſa, ut qui foro ceſſuri ſunt, aut aliò migraturi. Demoſth.* πρὸς Ἄφοβον ψευδομαρτυρ. ἀλλὰ διασκευασάμενος τὴν οὐσίαν, καὶ παραδοὺς τὴν οἰκίαν Ἀφόβῳ, τὸν δὲ ἀγρὸν Ὀνήτορι, πρὸς μὲν ἐκείνου δίκην καὶ πρᾶγματ' ἔχειν ἐμὲ πεποίηκεν. Uſus eo verbo ita & *Iſæus*, quamvis ejus verba non exhibeantur: ubi enim apud *Harpocrationem* legitur, Διασκευάσασθαι, ἀντὶ τοῦ σκευάσασθαι. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Καλλικράτην· ex MS. epitome & *Suida* legendum eſt, ἀντὶ τοῦ συσκευάσασθαι· corrige etiam apud *Suidam* ἴσως, & pro eo repone Ἰσαῖος eo loci. JUNG.

70 Σκευασάμενοι &c.] C. A. σκευασάμενος. C. V. & *Salm.* καὶ σκευασάμενοι ὡς Δείναρχος τὰ ἐκ τῆς οἰκίας. *& convaſantes quæ domi erant*; videtur enim legendum συσκ. vel ἀποσκ. *removentes*, ut ἀπεσκευασμένος χρ. *qui pecuniam aliorum amandavit, depoſuit alicubi. Salm.* leg. τὰ ἐκ τῆς οὐσίας pro τὰ τῆς οὐσίας. KÜHN.

Σκευασάμενοι &c.] MS. καὶ σκευασάμενοι, ὡς Δείναρχος, τὰ ἐκ τῆς οἰκίας· καὶ ἀπεσκ. vide itaque an particula ἐκ ſupplenda vulgo ſit in loco *Dinarchi*: ſane καὶ non inepte intercedat in his locutionibus connectendis, ut & mox videbimus. JUNG.

Σκευασάμενοι τὰ τῆς οἰκ. ὡς Δειν.] Illo modo atque ordine reſtitui, quo MSS. habuerunt: σκευάζεσθαι idem in hoc loco, ac συσκευάζεσθαι. Sed recurrendum jam ad præcedentia, in quibus σκευοποιοὶ, qui dicuntur perſonarum ſcenicarum confectores: *Heſych.* Σκευοποιούς, τοὺς τὰ πρόσωπα ποιοῦντας· & *Sopingius* adducit concinnum ex *Æliani Variis* II. cap. 13. locum: δῆλον γὰρ δὴ, ὅτι καὶ οἱ σκευοποιοὶ ἔπλασαν αὐτὸν ὡς ὅτι κάλλιστα ἐξεικάσαντες· ad hæc *Kühnium* vide. Ἀπεσκευασμένος τὰ χρήματα, *pecuniis atque opibus defraudatus*: ſic utitur *Agathias* hoc verbo: τράπεζα vero dicitur ἀνασκευασθῆναι, cum pelſum it: id ipſum & ἀνατρέπεσθαι, quod in *Ulpiano* legiſſe commemini.

71 Ἀνασκευασθῆναι τὴν τρ.] *Everti menſam* trapezitæ, cum ſcilicet ille a ſuis debitoribus defraudatus foro cedere cogitur: non ſemel extat apud *Demoſthenem*: ἐπισκευάσαι τὸ τεῖχος, *murum vetuſtate collapſum reſtaurare.* KÜHN.

Ἀνασκευασθῆναι τὴν τρ.] MS. καὶ ἀνασκ. τὴν τρ. καὶ ἐπισκ. τ. τ. καὶ π. In his quod ad ἀνασκευασθῆναι τὴν τράπεζαν attinet, inde eſt & quod apud *Demoſthenem* ἐν παραγραφῇ πρὸς Ἀπατούριον non longe a principio Orationis legitur, τῆς τραπέζης ἀνασκευασθείσης· ubi *Budæus* Comm. ling. Gr. verbum ἀνασκευάζεσθαι exponit, *collectis vaſis migrare, vel patria faceſſere, hoc eſt*, μετοικίζεσθαι σκευαγωγεῖν, *ut decoctores e patria exterres, & qui ſolum vertunt.* JUNG.

72 Πομπῆς ἐπισκ.] C. V. addit καὶ πομπείων, *pompæ & eorum, quæ exornandæ pompæ ſunt, curator.* KÜHN.

Πομπῆς ἐπισκ.] MS. pro πομπῆς ἐπ. habet καὶ πομπείων ἐπισκευαστής. Et ſic profecto legendum eſt: ſunt enim hæc fere e *Demoſthene* prolata, ut & hoc. Verba magni Oratoris ſunt in extrema κατὰ Ἀνδροτίωνος· ἀλλ' Ἀνδροτίων ὑμῖν πομπείων ἐπισκευαστής. JUNG.

Πομπῆς ἐπισκευαστής.] Ego ſic reſtitui in textu: πομπῆς καὶ πομπείων ἐπισκ. alterum ſcilicet e MSS. ſupplens, quod optime hauſiſſe *Noſtrum* ex *Demoſthene Jungermannus* oſtendit: dixit in eadem *Androtiana*: τὰ πομπεῖα ὡς ἐπισκεύακε, καὶ τὴν τῶν στεφάνων καθαίρεσιν. *Theſſalus*: ἐς τὰ τείχη ἐπισκευάζοντο. *Thucydides* lib. I. καὶ τὰς ἄλλας (ναῦς) ἐπισκευάσαντες· ubi de notione verbi, quæ *Scholiaſtes* docet, hæc habeto: Ἐπισκευάζω, τὸ ἐκ παλαιότητος εἰς νέαν κατάστασιν εἰδοποιῶ· καὶ ἐπισκευαστὴς, ὁ τῶν σαθρῶν οἰκοδόμος. Ἐπισκευάσαντες, ἐκ σαθρότητος νέας ποιοῦντες. Hujus itaque opinione qui collapſas res, atque corruptas reficit, ἐπισκευαστὴς eſt appellandus.

73 Πανόπταις] *Cratini Panoptæ* laudantur etiam ab *Hephæſtione* περὶ μέτρων non longe a principio, ſemel atque iterum. JUNG.

74 Σκευοφύλακα] C. A. σκευωρὸν καλεῖ τὸ μέντοι ἥψηται &c. KÜHN.

75 Τοῦτον δὲ καὶ σκῆδον &c.] C. V. σκοῖδόν τινες ὠνόμαζον τὸν ἐπὶ τῶν σκευῶν ἐν ταῖς βαρβαρικαῖς ἀποσκευαῖς· ἕτεροι δὲ οἴονται οὕτω κεκλῆσθαι τ. ἐ. τ. σ. *Heſychius*: Σκῆδος, ἀρχή τις παρὰ Μακεδόσι τεταγμένη ἐπὶ τῶν δικαστηρίων, ἡ λέξις κεῖται ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς Ἀλεξάνδρου. KÜHN.

Τοῦτον δὲ καὶ σκῆδον &c.] MS. τοῦτον δὲ καὶ σκοῖδόν τινες ὀνομ. τὸν ἐπὶ τῶν σκευῶν ἐν ταῖς βαρβαρικαῖς ἀποσκευαῖς· ἕτεροι δὲ οἴονται, οὕτω κεκλ. Vulgata itaque ſi perfecta, hinc redintegranda: σκοῖδος, non σκῆδος etiam apud *Heſychium* vocatur hic Magiſtratus Barbaricus ſive vaſis præpoſitus, ſive annonæ: Σκοῖδος, ſcribit ille gloſſatorum eximius, ἀρχή τις παρὰ Μακεδόσι τεταγμένη ἐπὶ τῶν δικαστηρίων· ἡ λέξις κεῖται ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς Ἀλεξάνδρου. Nec plura de eo ſcio: niſi quod in excerptis quibuſdam a *Sylburgio* e veteri quodam *Grammatico* invenio: κοῖδος παρὰ Μακεδόσιν ὁ οἰκονόμος, καὶ τὸ χλίδος προπεριςπώμενον· ubi tamen pariter σκοῖδος ſcribendum non dubito, quum præcedat κυνός· propter ejus voculæ ultimum ς male in alterius initio σ omiſſum eſt. JUNG.

Τοῦτον δὲ καὶ σκῆδον] Illa nobis textui reſtituta lectio, quam meliorem vulgata plenioremque ſuppeditarunt MSS. fuit ante nos editum hoc pacto: τοῦτον δὲ καὶ σκῆδόν τινες ὠνόμαζον τὸν ἐν βαρβαρικαῖς σκευαῖς. Lubet autem originem vocis anquirere, atque quo ſum animo ad literas Orientales proclivi, ex his erutam illam & deductam luci exponere, quod eo magis facile futurum exiſtimo, quo clariora mihi veſtigia linguarum Orientalium in ſermonis Macedonici reliquiis deprehendiſſe viſus ſum. Σκοῖδος itaque generale fuiſſe nomen apud Macedonas exiſtimo, quo præfecti quibuſvis rebus appellarentur: ea de cauſa præfectum inſtrumento ſeu militari ſeu domeſtico *Pollux* ita dictum ait, ille vero *Grammaticus*, quem *Jungermannus* adduxit, rerum familiarium procuratorem, *Heſychius* autem in agundis judiciis præſidem magiſtratum: at illos enim, qui rebus præſunt, quid æque commendet, ac in omnibus efficiendis indeſeſſa ſedulitas, & ſtrenua promptitudo? non igitur erit mirum, ſi ab officii ſui ratione & munere præfecti nomen trahant: jam quidem in Hebræa lingua שקד attente ſe-

procuratorem ſic vocari putant. Sed pro coctum eſſe, paratum eſſe, in ſexto Pædiæ libro dicit Xenophon, Et omnia in aqua elixa, pleraque parata ſunt. Demoſthenes autem dixit, molientem ſeu machinantem.

εἴονται κεκλῆσθαι τὸν ἐπὶ τῶν σιτίων· τὸ μέντοι [76] ἥψηται, ἐσκεύασται ἐν τῷ ἕκτῳ Παιδείας Ξενοφῶν ἔφη, Καὶ τὰ ἑφθὰ πάντα μεθ' ὕδατος [77] τὰ πλεῖστα ἐσκεύασται. [78] Δημοσθένης ἔφη σκευωρούμενον.

17 ## * CAPUT II.

De eo quo vaſa feruntur, & ubi venduntur.

* ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β. 17

[79] Περὶ τοῦ ἐν ᾧ τὰ σκεύη κομίζεται, καὶ οὗ πιπράσκεται.

LIgnum porro ſuper quo vaſa geſtantur, Σκευωρίαν vocat Ariſtophanes. Plato autem, etiam arcum in inſtitutio-

[80] ΟὝτω δὲ τὰ σκεύη ἐκομίζετο, σκευοφόριον μὲν τοῦτο Ἀριστοφάνης καλεῖ τὸ ξύλον. [81] Πλάτων δὲ ἐν Διῒ κακουμένῳ καὶ τὸ τόξον ἐν παι-

dulum eſſe, in eaque re, quæ agitur, aſſiduum denotat: obſervat hoc *Kimchius* in *Lexico*: ענינם ענין המהירות והשתדלות וההתמדה על הדבר & remanet autem hæc ipſa verbi ſignificatio in lingua Chaldæa שקרן, *ſedulus. aſſiduus, attentus*: &, niſi me fallo, in veteri Perſarum ſermone eadem illa vox extitit: id ego colligere putabam ex vocabulo שקראר quod præfectum exponunt, in eaque notione uſus eſt eximius auctor Roſarii: ſcilicet omiſſa eſt litera ד propter ſimilitudinem ſequentis: ſcribendum enim eſſet, ſi ſcriberes plene שקרדאר *qui præfecturam habet*: neque vero latebit vel mediocriter ejus linguæ peritis uſus voculæ דאר in formandis nominibus: hinc igitur שקדא, qui rebus invigilat & præeſt, præfectus: unde tandem emanaſſe duco Macedonicum illud σκοῖδος, quod ſuſpiceris etiam *Alexandri Magni* ætate devictis Perſis accidiſſe; ſed in ea tamen re non diſputem ego quidem.

76 Ἥψηται ἐσκ. &c.] *Salm.* ἥψισται. KÜHN.

Ἥψηται ἐσκ. &c.] Diſtingue potius ut in MS. ἥψηται, ἐσκ. JUNG.

Ἥψηται] Sic in Codice *Falckenburgii* notatum reperio pro priorum edit. lectione ἥψησται.

77 Τὰ πλεῖστα &c.] Textus *Xenoph.* habet: μεθ' ὕδατος τοῦ πλείστου i. *omnia elixa cum quam plurima aqua parata ſunt*: verba ſunt *Cyri* ſuos milites adhortantis, ut aſſueſcant mature aquam bibere; ſic in via, ſi vinum defecerit, mutationem exiguam futuram, cum jam ante nec mazam, nec panem, nec ulla elixa comederint ſine aqua adhibita. *Interpr.* quia locum non evolvit, a ſenſu vero longius aberravit. τὰ πλεῖστα non habuerunt C. V. & *Salm.* KÜHN.

Τὰ πλεῖστα &c.] *Xenophontis* locus libr. VI. *Cyri Pæd.* eſt: in Oratione *Cyri*; καὶ τὰ ἑφθὰ δὲ πάντα μεθ' ὕδατος τοῦ πλείστου ἐσκεύασται. *Pollux* noſter τὰ πλεῖστα ſcribit. JUNG.

78 Δημοσθένης ἔφη] Abeſt ἔφη a C. A. KÜHN.

Δημοσθένης ἔφη] *Demoſthenis* locus fortaſſe ille ſit, quem ex III. *Philipp.* adnotant: ἐν Εὐβοίᾳ τυραννίδα κατασκευάζοντα, καὶ νῦν ἐπὶ Θρᾴκην παριόντα καὶ τὰ ἐν Πελοποννήσῳ σκευωρούμενον. Caput hoc uſque ad εἰ μέν τοι Segm. 19. ſine titulo præcedenti in MS. adjungitur: in eo non ſaltem unum defectum ex MS. egregio explebimus. JUNG.

79 Περὶ τοῦ ἐν ᾧ τὰ σκ. &c.] C. A. & V. C. *Salmaſ.* omittunt titulum, & præcedenti capiti jungunt. KÜHN.

80 Οὕτω δὲ τὰ σκ. &c.] C. A. & *Salm.* ὅτω δὴ τ. σ. ἐ. σκευοφορίαν. C. V. melius, σκευοφόριον, quod mox *Platonis Comici* dictum confirmat. KÜHN.

Οὕτω δὲ τὰ σκ. &c.] Ita poſt σκευωρούμενον ſequitur in MS. ὅτι δὴ τὰ σκ. ἐκομ. σκευοφόριον μὲν &c. non σκευωρίαν, quo pacto profecto nemo iſtud lignum bajulorum nominavit. Ita itaque ſcribere lubet: ὅτω δὲ τὰ σκεύη ἐκομίζετο, σκευοφόριον μὲν τοῦτο &c. ſupra VII, 175. σκευοφόρον hoc vocatur, ubi tamen MS. noſter deficiebat: τὸ δὲ, τἄλλα σκεύη φέρον, οὐ μόνον σκευοφόρον, ἀλλὰ καὶ ἀνάφορον ἐν Βατράχοις Ἀριστοφάνης λέγει. Sed & ibi σκευοφόριον hinc emendare juſſi, ut & VII, 132. ex MS ineptiſſima vero illum ἐσκευωρῆσθαι ajo, qui nobis σκευωρίαν hic confinxit: ſed pergamus ad majora flagitia, quæ in ſequentibus contigêre, ubi omnia perverſa & mutilata. JUNG.

Οὕτω δὲ τὰ σκεύη &c.] Σκευωρίαν quod in editis hactenus habuerimus, vitii ſcaturiginem dixero, quod *Noſter* adtulit e *Demoſthene* σκευωρούμενον· in MSS. enim hoc caput ab iſtis titulo novo non eſt diviſum: *Kühnius* in textum reduxit σκευοφόριον· quod ſequor: neque aliter habet *Falckenburgii* Codex.

81 Πλάτων δὲ καὶ &c.] C. V. addit Διῒ κακουμένῳ καὶ &c. quod petitum e lib. VII, 132. τὸ δὲ ξύλον &c. σκευοφόριον ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Διῒ κακουμένῳ ὠνόμασται. *Interpr.* pro ἐν παιδιᾷ leg. ἐν παιδείᾳ· *in inſtitutione*: ſed correctio eſt ſupervacanea; vult enim Auctor ludere *Platonem*, dum arcum comparat cum bajulorum incurvo ligno, ex quo ſuſpenſa geſtant onera. KÜHN.

Πλάτων δὲ καὶ &c.] Tu lege & ſcribe ita, ut in noſtro MS. clare eſt: Πλάτων δὲ ἐν Διῒ κακουμένῳ καὶ τόξον ἐν παιδιᾷ (quamvis MS. ut ſolet παιδίᾳ) παρεικάζων ἔφη, κεράτινον εἶχον σκευοφόριον, καὶ καμπύλον· ἀλλὰ μὴν καὶ ἀνάφορον, κατὰ τὴν τῶν πολλῶν χρῆσιν, εἴη ἂν ταυτὸν τοῦτο εἰρημ. &c. egregie omnia. *Pollux* ipſe inſuper probet, qui profecto ſuper VII, 132. ſcripſerat: τὸ δὲ ξύλον ἐφ' οὗ τὰ σκεύη κατηρτημένα ἔφερον, σκευοφόριον (ita enim MS.) ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Διῒ κακουμένῳ (ita quoque MS.) ὠνόμασται. *Arcum* itaque *corneum Plato* jocoſe, vel potius in aliqua παιδιᾷ, quales quædam in eo dramate fuiſſe patet, & ex loco apud *Athenæum* lib. XV. *Dipnoſ.* initio allato, vocavit σκευοφόριον κεράτινον καὶ καμπύλον, quod huic rei adſimilaret credo apud eum, qui arcum nullum viderat, vel quod hæc proferret is qui arcum nullum unquam conſpexiſſet, & eum tamen deſcribere vellet: non ſecus atque ille ruſticus literam C dicere volens, ut σ priſci ſcribebant, ait:

Σκυθικῷ τε τόξῳ τὸ τρίτον ἦν προσεμφερές.

Platonis vero verſus ſi debet ſenarius eſſe, quod tamen non adfirmare cogimur, forte omiſſo καὶ ſcribi queat:

Κερατινὸν εἶχον σκευοφόριον καμπύλον.

Et vide tamen, quam inepte quis ea corrumpere voluit: neſcio enim quis imperitus in noſtro MS. lineam duxit per τόξον, ſed atramento pallido, quod gaudeo, ne male verteret antiquæ ſcripturæ, illud τόξον, inquam, aliquis ita tranſverſo calamo notavit, & ſcripſit ad oram Ξενοφῶν ſcilicet legendum: non ob aliam cauſam quam quod παιδίᾳ ſequatur in MS. is ergo bardus pu-

διῷ παρεικάζων ἔφη, [82] Κεράτινον εἶχον σκευοφόριον, καὶ καμπύλον· ἀλλὰ μὲν καὶ ἀνάφορον [83] κατὰ τὴν τῶν πολλῶν χρῆσιν εἴη ἂν ταυτὸν τοῦτο εἰρημένον ἐν Ἀριστοφάνους Φοινίσσαις, Καὶ τὸν ἱμάντα μου ἔχουσι, καὶ τἀνάφορον· ἔτι δὲ σαφέστερον ἐν Βατράχοις, [84] Μεταβαλλόμενος τἀνάφορον ὅτι χεζητιᾷς· τὸν μέν τοι σκευοφόρον,
18 ἐν Ταξιάρχοις Εὔπολις [85] σκευοφοριώτην παίζων ἐκάλεσεν. * [86] Ἵνα δ' ἐπιπράσκετο τὰ σκεύη τῆς ἀγορᾶς, τὸ μέρος τοῦτο [87] κύκλοι ὠνομάζοντο, ὡς Ἄλεξις ὑποδηλοῦν ἔοικεν [88] ἐν Καλασίριδι, Ποῖ δέ με

ne intelligens, dixit, Fortiſſimum habebat armigerum: ſed ſecundum multorum uſum idem quoque fuerit illud Ariſtophanis in Phœniſſis, Et lorum meum habent, & vas portatorium: manifeſtius autem in Ranis, Tranſponens vas portatorium, quoniam cacaturis. Vaſigerum vero, Eupolis in Taxiarchis Vaſigerulum jocando nominat. * Fori 18
autem partem, ubi vaſa venduntur, Circum nuncupaverunt: ut Alexis in Galaſiride innuere videtur, Quo vero me

tavit ex *Xenophontis* Κύρου Παιδείᾳ eſſe; *En cor Zenodoti, en jecur Cratetis. Platonis* illud drama & alibi citatur. Sic & apud *Athenæum* lib. XI. καὶ Πλάτων ἐν Διὶ κακουμένῳ, τὸν κότυλον φέρει, φησί· & lib. XV. initio: & alibi. JUNG.

Πλάτων δὲ &c.] Excerpta *Falckenburgiana* fabulæ *Platonicæ* titulum addunt: ἐν Διὶ κακουμένῳ, pro quo καλουμένῳ fuit alicubi vitioſe in *Noſtro* ſcriptum: tum & in ipſa χρήσει κεράτινον adgnoſcunt: ſed locupletius in aliis MSS. καὶ καμπύλον· quæ omnia ſic cum *Kühnio* reſtituimus in textu: & id καμπύλον hercle ad rem eſt, ut continuo videbimus. Tum vero poſt illa *Platonis* verba, egregie de MSS. in textu reddidimus: ἀλλὰ μὲν καὶ ἀνάφορον κατὰ τὴν τῶν π. χρ. &c. quibus omiſſis ſenſus hiat: ἀνάφορον autem lignum illud incurvum, quo bajuli onera ſuſtinere ſolebant: *Portitorium* vel *porticulum* Romani dixere: *Iſidori Gloſſæ: Portitorium, porticulum, baculus lixarum:* incurvum vero fuiſſe auctoritate *Platonis* conſtat, qui καμπύλον dixit: & *Suidas* etiam cum ἀμφίκοιλον in *Scholiis Ariſtophaneis* reperiret, ἀμφίκυρτον ſcribendum putavit, quod ita ſcilicet porticuli figuræ verba melius congrua futura cenſeret: vide & *Etymologum*. Sed in *Ariſtophane* quis ille lorus ſeu ἱμὰς, quem τῷ ἀναφόρῳ junctum videmus? exiſtimo bajulos quibuſdam etiam loris uſos fuiſſe, quibus onera levarent atque tollerent, illique forſitan ἀναφορεῖς dicti, ut & illi, quibus clypeus ſuſtinetur: vide *Suidam* & *Etymol.* in τελαμών.

82 Κεράτ. εἶχε σκευοφ.] Supra VII, 132. σκευοφόριον VII, 175. & hic paulo poſt, σκευοφόρος. SEB.

Κεράτ. εἶχε σκευοφ.] C. V. κεράτινον εἶχον σκευοφόριον καὶ κάμπυλον, leg. καμπύλον. C. A. etiam leg. κεράτινον, *corneum habebat* σκευοφόριον *& curvum:* vulgata lectio cum majuſculo K movit *Interpretem*, ut hinc lectori excuderet *Fortiſſimum armigerum*. KÜHN.

83 Κατὰ τὴν τῶν π. χρ.] C. V. præmittit, ἀλλὰ μὴν καὶ ἀνάφορον κατὰ τὴν τ. π. χ. εἴη ἂν ταυτὸν &c. *imo etiam* ἀνάφορον *juxta vulgi uſum, poſſit idem eſſe cum eo quod Ariſtoph. dixerit in Phœniſſis:* dicitur idem ἀλλακτὸν ἀνάβαττον· *Latine Phalanges: Gloſſ. Phalangarii*, οἱ ταῖς δοκοῖς ἀποκρεμνῶντες (leg. ἀποκρεμνῶντες) βάρη καριπλείονες (leg. καὶ πλ.) ἅμα βαστάζοντες. KÜHN.

84 Μεταβαλλόμενος] MS. μεταβαλλόμενος· & ita ſcribe: eſt enim ſic in ipſo *Ranarum Comici* initio, *Baccho* dicente ad *Xanthiam*:

Μεταβαλλόμενος τἀνάφορον, ὅτι χεζητιᾷς.

Et lubet tertium locum ex eodem *Comico* addere ſuper hac voce; in Ἐκκλησιαζούσαις.

Οὐκ οἶδ' ὅτι ληρεῖς· φέρει σοι τἀνάφορον ὁ παῖς.

Id autem ἀνάφορον vocari δημοδεστέρως ἀλλακτὸν dicitur in hypotheſi Βατράχων, qua ſcopus fabulæ exponitur: & in ipſis *Schol.* fere initio: ἀνάφορον, ξύλον ἀμφίκοιλον ἐν ᾧ τὰ φορτία ἐξαρτήσαντες οἱ ἐργάται βαστάζουσι. JUNG.

Μεταβαλλόμενος] Scriptum in *Ariſtophane* μεταβαλλόμενος, quod volentibus ita MSS. textui redonavimus.

85 Σκευοφορίτην] Erat retinenda vox in Latino *Interpreti*; jocularis enim eſt. C. V. σκευοφοριώτην· quod magis ridiculum eſt. *Salm.* σκευοφορήτην. KÜHN.

Σκευοφορίτην] Pro σκευοφορίτην, MS. noſter σκευοφοριώτην habet. Sic ne itaque bajulum nominavit *Eupolis*, quem σκευοφόρον *Ariſtophanes*, ut Segm. 14. dictum? JUNG.

Σκευοφορίτην] Hæſit hic animus, quid eximendum eſſet potius e diverſis hujus vocabuli lectionibus: neque vero & vulgata penitus diſplicere poterat: tandem MSS. ſequtus & *Kühnium* præeuntem σκευοφοριώτην in textu reſtitui: ea vocis forma *Bacchus* Εἰραφιώτης a *Clemente* dicitur appellatus: adde quod ita ludendo dixerit *Eupolis*, ut itaque non poſſimus ad analogiæ normam vocem illam exigere, qua forſitan ad aliud quid alludere habuit in animo, quod nobis ignotum.

86 Ἵνα δ' ἐπιπρ. τὰ σκεύη, τῆς ἀγ. &c.] C. A. ἵνα δὲ ἐπιπρ. τὰ σκεύη τῆς ἀ. *ubi in foro vendebantur* &c. KÜHN.

Ἵνα δὲ ἐπιπρ. τὰ σκεύη, τῆς ἀγ. &c.] MS. ita diſtinguit & ſcribit: ἵνα δὲ ἐπιπρ. τὰ σκεύη τῆς ἀγορᾶς, τὸ μέρος τ. & bene quoque ni fallor, ἵνα ἀγορᾶς, *ubi in foro*: notum enim τὸ ἵνα ſæpe locale eſſe. JUNG.

87 Ὠνόμαζον κύκλον] MS. κύκλοι ὠνομάζοντο. SEB.

Ὠνόμαζον κύκλον] C. A. ὠνομάζοντο κύκλοι, οι ſuperſcribitur. C. V. utramque lectionem in unam conflavit legendo κύκλοιον· vid. *Harpocrat.* in Κύκλοι. dein ὡς Ἄλεξις &c. abeſt a C. A. uſque ad μὴν. *Salm.* C. V. τ. ἀ. τ. μ. τ. κύκλοι ὠνομάζοντο. KÜHN.

Ὠνόμαζον κύκλον] MS. τοῦτο κύκλον ὠνόμαζον, ſaltem alio ordine. Alia tamen manu emendatum ita eſt: τοῦτο κύκλοι ὠνομάζοντο· & in ſuo MS. quoque hanc ſcripturam fuiſſe ait *Seberus*: & ſane in χρήσει allata id plurale quoque eſt nomen, ubi tamen Codex vulgatus iterum mutilus & depravatus eſt: κύκλον tamen quoque tolerare poſſumus, de quo in hac ſignificatione vide τὸν πάνυ *Caſaubonum* ad *Theophraſt.* Charact. περὶ κολακείας extremo cap. *Heſychius* quoque: Κύκλος, περίβολος, καὶ ἐν ἀγορᾷ τόπος, ἔνθα σκεύη καὶ σώματα πιπράσκονται. Peculiariter etiam κύκλοι, ubi mancipia vendebantur, habuiſti ſupra apud noſtrum VII, 11. ubi tamen addit, ἴσως καὶ τὰ λοιπὰ ὤνια. Hic κύκλον & γυναικείαν ἀγορὰν *Pollux* pro eodem accipere noſtro *Caſaubono* videtur. JUNG.

Ὠνόμαζον κύκλον] In his amplectimur equidem MSS. lectionem, quod ea utriuſque χρήσεως exemplis apte congruat: mutaverat autem diſtinctionem in præcedentibus illis τὰ σκεύη τῆς ἀγορᾶς, τὸ μέρος &c. *Seberus*, quod ſcilicet illam loquendi formam elegantem ἵνα τῆς ἀγορᾶς, quam *Jungermannus* expoſuit, non caperet: alias enim editiones antiquæ illa diſtinctione locum exhibuerunt, quam nos MSS. obſequti reddidimus.

88 Ἐν Γαλασίριδι] C. V. ἔοικεν (leg. ἔοικεν ἐν) Καλασίριδι, ποῖ δή με ἄγεις διὰ τῶν κύκλων· σαφέστερον δὲ ἐν τῷ μαινομένῳ Δίφιλος· καὶ μὴν εἰ γυναικείαν ἀγορὰν &c.

ducis in circo ? Porro & muliebre fo- ἄγεις διὰ τῶν κύκλων· σαφέστερον δὲ ἐν τῷ Μαινομένῳ Δίφιλος· Καὶ προσέτι τοίνυν ἐσχάραν, καινὸν κάδον, Στρώματα· συνὸν, ἀσκόπηραν, θύλακον, Ὥς που στρατιώτην ἄν τις, ἀλλὰ καὶ κύκλον Ἐκ τῆς ἀγορᾶς ὀρθὸν βαδίζειν ὑπολάβοι· Τοσοῦτος ἐσθ' ὁ ῥῶπος, ὃν σὺ περιφέρεις· Καὶ

καλεῖν· εὕροις ἂν ἐν ταῖς συναριστώσαις Μενάνδρου τὸ ὄνομα· εἴποις &c. C. A. poſt κύκλοι, καὶ γυναικείαν ἀγορὰν οὗ τὰ σκεύη &c. πιπράσκουσι φησίν· lectio C. V. optima eſt, ſi ἰδίως addatur τῷ καλεῖν *Menandri* fabulam, quæ inſcripta Καλάσιρις, nondum ab alio laudatam vidi. Ejuſdem Συναριστώσαι notæ ſunt ex *Stobæo*, qui ſæpe earum utitur teſtimoniis: γυναικείας ἀγορᾶς meminit *Theophr.* in *Charact.* cap. 111. καὶ ante γυναικείαν delet C. *Salm.* KÜHN.

Ἐν Γαλασίριδι] Scribe vero hic primum Καλασίριδι, ut MS. noſter habet, & *Salmaſius* noſter ex conjectura emendabat, non ut vulgo Γαλασίριδι· Καλάσιρις enim nomen fuit huic dramati a patre ſuo *Alexide* impoſitum; a veſte forte illa, cujus *Noſter* ſupra quoque VII, 71. meminit. Sed totum locum ita ex MS. noſtro lege hic & reſtitue: ἐν Καλασίριδι· ποῖ δὴ μ' (licet MS. με habeat quoque, ne quid non indicem) ἄγεις διὰ τῶν κύκλων· σαφέστερον δὲ ἐν τῷ Μαινομένῳ Δίφιλος· καὶ νῦν εἰ γυναικείαν ἀγορὰν, &c. malim tamen vulgatum γυναικείαν retinere. Cæterum ſine dubio *Diphili* χρῆσιν quoque noſter adduxerat, quæ tamen in MS. quoque non adparet. Et ita jam duo dramata *Diphili* noſter MS. indicavit, ſupra Segm. 12. Ἀπολιπούσαν, hic vero Μαινόμενον, quæ adnotanda erunt. Nondum vero mutilatorum locorum ſatis fuit: ſtatim enim alium indicabo: prius addo mox in MS. eſſe, οὗ τὰ τοιαῦτα σκεύη πιπρ. JUNG.

Ἐν Γαλασίριδι] Bene vero factum, quod in denſiſſimis his tenebris claram accendant lucem MSS. noſtri, quorum auxilio non tantum integritati reſtituere datur corrupta, ſed perdita quoque, & a longo tempore amiſſa redinvenire, & omnium oculis exponere. *Kühnius* ordine titulum emendaverat, Καλασίριδι, quæ lectio cum veriſſima ſit, nec ita tamen in obſcuro poſita, quin ab accurato reperiri poſſit ingenio, mirum eſt editam retinuiſſe ſcripturam *Meurſium* in *Bibliotheca Græca*, cum alias in iſtiuſmodi maculis eluendis feliciſſimum ſe & inſigni perſpicacia Vir Doctiſſimus præbuerit. Καλασίρις autem quin ab illo veſtis genere, quod ſignificavit *Jungermannus*, ſit inſcriptus, non mihi dubium eſt: in ea quidem fabula, credo, mores vitæque modum, quem Ægyptii habebant, Atticum populum perdocere voluit Alexis, eamque gentem Comico perfundere aceto, hæc enim agendi ratio a fabulis abeſſe nunquam ſolebat: erat autem calaſiris proprium Ægyptiis veſtimenti genus, ut *Cephiſodorus* docuit apud *Scholiaſten Ariſtophanis*, ne notiſſimum *Herodoti* locum memorem: id nominis etiam quoſdam habuiſſe credere par eſt, ſi modo ex rei veritate & nominum apud Ægyptios uſu ſacerdotem illum ſuaviſſimæ Charicleæ in multis caſibus ſocium Calaſiridem appellarit *Heliodorus*: præterea Comicum in ea fabula Ægyptios calaſiride veſtitos in ſcenam induxiſſe nihil exiſtimare vetat, non alia ratione, quam in *Pœnulo* ſuo Pœnos populari habitu repræſentavit *Plautus*; &, ſi probabili conjecturæ locus ſit, unius Ægyptii illa eſſe verba ſuſpicari licet, quæ MSS. egregio beneficio *Alexidi* pura & immaculata reſtituimus: Ποῖ δή με ἄγεις διὰ τῶν κύκλων; *Quorſum me tamdem deducis per circulos forenſes:* ſic ſcilicet ad ductorem, qui viam monſtrabat, cum fuiſſe loqutum putato, quo ſane homini peregrino omnino erat opus: non diſſimili modo *Ariſtophaneus Mneſilochus* in principio *Theſmophoriazuſæ* ex *Euripide* quærit: Ποῖ μ' ἄγεις, ὦ Ὑριπίδη· κύκλους *circulos forenſes* non inepte me interpretatum opinor: qui ſint hi κύκλοι & quales ne opus habeam explicare tum alii, qui in illuſtrandas res Athenienſium antiquas incubuerunt, cum præcipue *Pollux* facit, qui id ſatis egregie & aperte hoc loco exequitur: videre potes præterea lib. VII. c. 1. ſed mirum profecto loci tam celebris vocabulum periiſſe in *Pherecratis Perſis*, ſi modo iſtius fabulæ genuinus parens ſit cenſendus, de quo Grammatici naſutiores dubitant: legitur apud *Noſtrum* VII, 15. Ἀλλ' ὅτι Φερεκράτης εἴρηκε ἐν Πέρσαις· Τὸ παιδίον τὸ πολλαγέρασον, κἀπὸ πολλῶν θ' ἡλίων· illa poſteriorum vocum labes ingenia doctorum devexavit: mihi venit in mentem emendare κύκλων, quæ mea reſtitutio quod calculum tulerit eruditiſſimi mihique inprimis amiciſſimi *Lederlini* ſummo opere gaudeo: ſed metri tamen habendam eſſe rationem video, quod ne in corrupta quidem lectione neglectum eſt: ſcribe igitur: — τὸ παιδίον Τὸ πολλαγέρασον, κἀπὸ πολλῶν δὴ κύκλων. *Kühnius* haud inepte τηλιῶν, quod ſi quis ſequi maluerit, non equidem pro mea opinione obſtinate propugnabo, ſed ea tamen lege, ut aliter ea vox intelligatur, atque a *Kuhnio* eſt expoſita: audi *Scholiaſten Ariſtophanis* ad *Plutum* v. 1038. καὶ δὴ καὶ ἰδίως ἐκαλεῖτο τηλία περίφραγμα σανίδων ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἐν ᾧ ἄλφιτα ἐπιπράσκετο· conſimilia notat ad *Veſpas*, nec ab eo alii diſſentiunt Grammatici: facilem jam eſſe ſenſum exiſtimo; nec quicquam opus eſt, ut de juvenibus ὀρτυγοτρόφοις cogitemus: hoc quodcunque digreſſiunculæ mihi condonabit æquus lector. Poſt *Alexidis* autem verba mutilum eſſe *Pollucis* contextum plerique noſtri MSS. demonſtrant, ut qui ſubjiciant *Diphili* mentionem, cujus nullum eſt in editis veſtigium: σαφέστερον δὲ ἐν τῷ Μαινομένῳ Δίφιλος· quæ ſane reducenda in priſtinam ſedem putavi, auctore ad eam rem uſus *Kuhnio*, qui ſic ad ſui Codicis oram appoſuit inſerenda. Ipſum vero *Diphili* locum optima *Falckenburgii Excerpta* conſervarunt, ſed ita defœdatum & maculis inſignem, ut in eo ferme nec caput invenire queas, nec caudam: totum, ut ibi legitur, adſcribam, & ſi quid opis a me conferri poſſit, poſtmodum experiar: Σαφέστερον δὲ ἐν τῷ Μαινομένῳ Δίφιλος καὶ προσέτι τοίνυν ἐσχάραν, καὶ νῦν κάδον, στρώματα· συνὸν, ἀσκόπηρα· θύλακον, ὥς που στρατιώτην ἄν τις, ἀλλὰ καὶ κύκλον ἐκ τῆς ἀγορᾶς ὀρθὸν βαδίζειν ὑπολάβοι τοσοῦτος ἐσθ' ὁ ῥῶπος, ὅσον σὺ περιφέρεις. Ante vero quam emendationem loci aggrediar, argumentum fabulæ, quantum ejus a nobis fieri poteſt, perſequi in animum induxi, ut eo facilius, hoc perſpecto, atque confirmatius de tota re conſtare poſſit. Titulus in rem præſentem nos ducit: Μαινόμενον ſeu *Delirantem* cum *Diphilus* inſcripſerit, dubium non eſt, quin ille talis primam egerit in hac fabula perſonam: inſanus iſte, ut puto, plurima, quæ nihil quicquam ad eum adtinebant, efficere parabat, domumque ſuam multas res in foro coemtas deportabat: & hanc ejus ſtultitiam adfuiſſe alios qui foverent & ſenſim accenderent, non omni caret fide: potuit profecto ſub hoc velo *Diphilus* eleganter & facete multorum hominum potentiam & inſanabilem habendi libidinem exagitare, latente forſitan ſub hujus inſanientis perſona inſigni quopiam viro, ut Comœdiarum mos eſt; quanquam me non prætereat, inter Comœdiæ novæ primos auctores enumerari *Diphilum*, in qua vitia potius quam ipſos homines graphice depingebant, non tamen inficiandum reor hujus etiam temporis Comicos aliquando potentiores quoſdam occulte deſignaſſe & tetigiſſe: neque erit abnorme ſi quis arbitretur μαινόμενον iſtum, quæ recenſentur, ſcruta circumtuliſſe venalia; quale quid τὸ περιφέρειν videtur innuere: non enim tantum in foro res venum exponebantur, ſed erant, qui per plateas circumferrent, eaque ratione victum ſibi quærerent: fabulam antem hanc *Diphili* eo magis adnotari volo, quo rarior eſt hujus in veterum ſcriptis mentio: iſta vero, quæ ſub manibus ſunt *Diphili* verba, pro-

μὴν εἰ γυναικείαν ἀγορὰν, τὸν τόπον οὗ τὰ σκεύη τὰ τοιαῦτα πιπράσκουσιν [89] *ἐθέλοις καλεῖν, εὕροις ἂν ἐν ταῖς Συναριστώσαις Μενάνδρου τὸ ὄνομα· εἴποις δ' ἂν τὴν πρᾶσιν* [90] *τῶν ἐπίπλων, τὴν ὑπὸ κήρυκι γιγνομένην,* [91] *ἣν νῦν ἀπαρτίαν καλοῦσιν, ἀγορὰν καὶ παμπρασίαν·* [92] *τοὔνομα δὲ ἡ ἀπαρτία, ἔστι μὲν Ἰωνικὸν, ὠνομασμένων οὕτω* [93] *παρ' αὐτοῖς τῶν κού-*

rum appellarunt locum ubi vaſa venduntur. Vocabis autem venditionem ſupellectilis, a præcone promulgatam: quam nunc auctionem vocitant, forum, & omnium rerum venditionem. Nomen autem *Ἀπαρτία*, Ionicum eſt: ſic dictum de leviori-

fecta conjectabam ab illo homine, qui delirantis iſtius inſaniam & ſtudia deridenda inflammabat: ſeu certum hominem laudaſſe magis credis hunc *μαινόμενον* tam venuſte & ridicule mercibus ſuis onuſtum. Si quis autem rei metricæ non expers locum perlegerit, facile jambos eſſe animadvertet: eo itaque conſideratius & attentius in hoc loco verſandum, quo magis verſuum ratio expedita eſt & intacta: ſingula, quod res alicujus ponderis & momenti videatur, expendemus: *καὶ νῦν κάδον*, cum ineptum ſit, facili negotio reformavi in *καινὸν κάδον*, *novum cadum*, poſt quam emendationem de alia non cogitandum puto, niſi quis forte *κλινὴν, κάδον*, non improbet: utrumque debitis verſiculi numeris non repugnat. In altero carmine nobis moleſtiſſima vox *συνὸν* objicitur, quam diu multumque, ſed fruſtraneo ferme & incaſſo labore verſavi: notandum vero huic verſiculo dimidium abeſſe pedis, quod tamen non dubito, quin abſcondatur in *συνόν*· quid ſi *συνωνεῖς ἀσκόπηραν*; ſenſui certe & metro hac ratione ſatis factum puto: attamen videtur nomen utenſilis cujuſdam latere, quod quidem mihi jam nunc non ſuccurrit: alteri fortaſſe ipſam veritatem felicior ſuppeditabit hora: hac tamen alia conjectura lectorem non fraudabo, *συνόντα τι ἀσκοπήρᾳ θύλακον*, cui favere certe videtur, quod ſcriptum ſit *ἀσκοπήρα*, cum alias eſſet legendum *ἀσκόπηραν* quarto, quo cetera, caſu: palma eſt in medio poſita, quam qui fuerit ingenii virtute adeptus, officium præſtabit literis humanioribus: dein *βαδίζειν ὑπολάβοις*· commodiore loco poſita diſtinctione reſtituendum: poſtrema ne dubites ita emaculare: *ὃν σὺ περιφέρεις*· quod tam perſpicuum, ut riſum mereatur, qui velit in dubium vocare, ut metri leges eam emendationem poſtulare taceam. Jam vero totius loci ſenſus Comica ſuavitate floret, & perquam eſt argutus, quod ut lucidius liqueat Latinum faciam: *Clarius autem in Inſaniente Diphilus: & præterea quidem forulum, recentem cadum, ſtragulas, & cum aſcopera ſaccum* (ſcilicet humeris tuis habes impoſita, quod commode ſubintelligas, ſi non placuerit meum *συνωνεῖς*) *ut quis militem, imo vero circulum e foro erectum exiſtimet ambulare: tam multa ſunt illa ſcruta, quæ tu circumportas.* De milite quod inquit, apprime notum milites olim in agmine ſua portaſſe humeris vaſa & utenſilia: quin etiam, quæ hic reperiuntur utenſilia pleraque, ad militaria pertinent inſtrumenta: cum vero dicit illum hominem ita viliori mercium genere onuſtum, ut cyclum forenſem in publico putares obambulare, id vero perquam facetum & ingenio prognatum Comico. De textu *Pollucis* ornando dum animum ſubit cogitatio, non vana me difficultas ſollicitum habet: inſeram enim corpori *Polluceo* cum mendis ſuis & maculis manifeſtiſſimis particulam tam nobilem? haud ſatis id quidem dignum videbitur editione noſtra: an vero inſeram in textum, quas tuli loco medelas, aut ſaltim me tuliſſe putavi? id meritiſſime temeritatis argui poſſe ipſe non diffiteor: attamen arbitror me modum in hac re tenuiſſe, itaque rem geſſiſſe, ut conquerendi cauſam non habiturus ſit æquus Lector: meliora ſi quis protulerit, mea loco ſponte ſua ſunt deceſſura.

89 *Ἐθέλοις καλεῖν.*] E MS. inſerta hæc verba. SEB.

Ἐθέλοις καλεῖν.] Hic itaque non ſaltem *ἐθέλοις καλεῖν*, quæ noſter *Seberus* addidit ex ſuo MS. locum reſtituunt, ſed magis defectum prodere videntur: præſertim ſi legas, ut etiam ex MS. legendum dixi modo: *καὶ μὴν εἰ γυναικείαν ἀγ.* ubi quis *τὸ εἰ* male in *καὶ* mutavit, tantum ideo, quod hac ratione ſe locum reſtituere putaret. Tu itaque hic ita ex MS. noſtro repone: *ἐθέλοις καλεῖν, εὕροις ἂν ἐν ταῖς Συναριστώσαις Μενάνδρου τὸ ὄνομα· εἴποις δ' ἂν* &c. *Menandrea χρῆσις* non eſt addita. *Συναριστώσας Noſter* & ſupra VI, 101. *Menandri* drama adpellari indicavit. Ceterum quum ita *Menandrea χρήσει* deficiamur, alia tamen nobis in promptu etiam antiqui ſcriptoris, apud *Theophraſtum*, qui *Charact. περὶ κολακείας* ita: *ἀμέλει δὲ καὶ τὰ ἐκ γυναικείας ἀγορᾶς διακονῆσαι δυνατὸς ἀπνευστί*· ubi & *Caſauboni* noſtri Comm. potes addere. JUNG.

Ἐθέλοις καλεῖν.] Mutilum e MSS. locum ſupplevimus: *Excerpta Falckenburgiana* ſimili modo: *πιπράσκουσιν, ἐθέλεις καλεῖν, εὕροις ἂν ἐν ταῖς συναριστώσαις Μενάνδρου τοὔνομα*· ſed ſcribendum potius *ἐθέλεις*, quod pendet ab iſtis *καὶ μὴν εἰ γυναικείαν ἀγορὰν* &c. pro quibus ante nos fuit *καὶ μὴν καὶ* ſenſu nullo.

90 *Τῶν ἐπίπλων*] C. V. *Salm.* leg. *ἐπίπλοων.* KÜHN.

91 *Ἣν νῦν ἀπαρτίαν κ.*] Videntur hæc locanda eſſe poſt *παμπρασίαν*· illam enim, ut ait Auctor, nunc vocant *ἀπαρτίαν*· neque enim ſupellex ipſa tantum venit hoc nomine, verum & ipſa ejus venditio, & locus, ubi venalis proſtat: & ſic omnia bene inter ſe cohærebunt. KÜHN.

92 *Τοὔνομα δὲ ἡ ἀπ.*] Hæc abſunt a C. A. uſque ad *ἀνδράποδα* Segm. ſeq. KÜHN.

Τοὔνομα δὲ ἡ ἀπαρτία] Deſcribam hic omnem locum, ut ante nos fuit in editis conceptus: *τοὔνομα δὲ ἡ ἀπαρτία ἐστὶ μὲν Ἰωνικὸν, ὠνομασμένον οὕτω παρὰ τοῖς τῶν κούφων σκευῶν, ἃ ἔστι παραστήσασθαι τῇ διανοίᾳ· καὶ τὰ ἔπιπλα ὀνομασθέντα φαμέν.* Sanequam nihil hic antiquius habui, quam MS. *Palatini* lectionem in textum transferre diſtinctam eo pacto, quo juſſit *Jungermannus*: quamvis enim incommoda non ſit *Kühnii* noſtri conjectura, oportet tamen illa concedat ſcripti Codicis auctoritati: *ἀπαρτῆσαι* in *Suida κρεμάσαι* redditur, ut forte reponere poſſis in *Polluce ἀπαρτήσασθαι*· ſed id tamen inſtare nolim. Porro deferendum forſitan magis auctoritati *Pollucis*, quam reliquis *Grammaticis*, qui vocem illam *ἀπὸ τοῦ ἀπαρτίζειν* deducendam autumant: in eademque fuit ſententia *Salmaſius* de *Modo Uſurar. quia demum ἀπαρτίζει, plene inſtruit, ac perficit*, inquit ille: vide *Suidam*, & *Sopingii* notam ad *Heſychium*, qui ex hiſtoria *Judithæ* vocem illam obſervat. Modo vero quod dixit *Pollux* ætate ſua dictum *ἀπαρτίαν, τὴν τῶν ἐπίπλων πρᾶσιν* verum eſt: & *Philoxenus* hinc emendandus: *Auctio, διάπρασις, ἀπαρτία*· quamvis & argute *Bonaventura Vulcanius*: *διάπρασις ἀπαρτίας*· non itaque *Pollucem* feceris integriorem tranſpoſitis alio his verbis.

93 *Παρὰ τοῖς* &c.] Leg. *παρὰ τοῖς δὲ τῶν κ. σ. propter ea vaſa levia, ἅ ἐστιν ἀπαρτίσασθαι ἢ διανοῇ, quæ eſt transferre quomodo & quocunque cogitaveris, ἃ καὶ ἔπιπλα ὀ. φ.* *Heſych. ἀπαρτίαν* interpretatur *μετάστασιν*· cur non pariter & *ἀπαρτίζω, μεταφέρω, μεθίσταμαι* notaret? aut ſi *dividendi* ſignificatio magis allubeſcit, *ἀπαρτία* nomen haberet ex eo, quod dividi poſſet, pro cujuſque lubitu; niſi hoc vel illo modo acceperis Auctorem, non apparebit ullum originationis veſtigium in textu: quid enim ſibi volunt hæc verba *ἃ ἐστι παραστήσασθαι τῇ διανοίᾳ καὶ τὰ ἔ. ὀ. φ.* quis horum ſenſus? quæ connexio? hæc ad me Amicus per Epiſtolam, cui reſpondi, accedere me ejus ſen-

bus vaſculis, quæ pro libitu transferri hinc
19 inde poſſunt: * quæ & ἔπιπλα vocata dicimus. A vaſis vero, nunc & ipſorum venditionem, forumque denominaverunt. Quemadmodum & Attici, a rebus venalibus, locorum nomina derivarunt, dicentes, in obſonium, in unguenta, in recentem caſeum, in mancipia. Veruntamen ſi in libro quodam *ἀπαρτίαν* volueris invenire, ut defendendi adſit authoritas, reperies vocem hanc in ſecundo Jamborum Hipponactis,

Integram vero auctionem habet:

& apud Theophraſtum, in decimo de Legibus.

φων σκευῶν, ἅ ἐστι παραρτήσασθαι, ἣ διανοία
* καὶ τὰ ἔπιπλα ὠνομάσθαι φαμέν· ἀπὸ μέν 19
τοι τῶν σκευῶν ἤδη καὶ τὸ [94] πρᾶγμα τῆς πράσεως αὐτῶν, καὶ τὸν τόπον οὕτω κεκλήκασιν· ὥσπερ [95] οἱ Ἀττικοὶ ἀπὸ τῶν πιπρασκομένων, καὶ τὰ χωρία ὠνόμαζον, λέγοντες εἰς τοὖψον, καὶ εἰς τὰ [96] μύρα, καὶ εἰς τὸν χλωρὸν τυρὸν, καὶ εἰς τὰ ἀνδράποδα· [97] εἰ μέν τοι καὶ ἐν βιβλίῳ τινὶ τοὔνομα τὴν ἀπαρτίαν [98] εὑρεῖν ἐθέλεις, [99] ὡς ὑπὲρ τῶν λεγόντων ἀπολογοῖο, εὑρήσεις [100] ἔν τε τῷ δευτέρῳ τῶν Ἱππώνακτος Ἰάμβων,

Ἀκρατον δὲ τὴν ἀπαρτίαν ἔχει.

[1] καὶ παρὰ Θεοφράστῳ δὲ ἐν τῷ δεκάτῳ Νόμων.

tentiæ in eo, quod locus *Pollucis* ſit corruptus, nihilque ſani ex loco, uti nunc eſt, exſculpi poſſe, ad originationem vocabuli *ἀπαρτία* ſatis percipiendam: nolle autem me diſſimulare, quod paululum diſcedam ab ejus correctione, dum *ἀπαρτίαν* derivo ab *ἀπαίρω, ſolvo, navigo e portu*, & *ἀπαρτίαν* denotare hujuſmodi ſupellectilem exiſtimo, quam ſecum vehere poſſit oram ſoluturus, uti ἔπιπλα initio libri dicta fuerunt, quod καὶ πλέων τις αὐτὰ ἐπικομίζοιτο, *etiam navigans illa ſecum ferre queat.* Hinc totus locus ita formaretur: ὄνομα δὲ ἡ ἀπαρτία ἐστὶ μὲν Ἰωνικὸν, ὠνομασμένον δὲ οὕτω παρὰ τοῖς τῶν κούφων σκευῶν, ἅ ἐστι ἀπάραντα μεταστήσασθαι διὰ νεῶν, ἃ καὶ τὰ ἔπιπλα ὀνομασθέντα φαμέν. *Nomen vero ἀπαρτία eſt quidem Ionicum, dictum autem a levibus vaſis, quæ licet ſolventi oram transferre navibus, qua ratione etiam ἔπιπλα appellata dicimus.* Ionice eſt ἀπαρτίη. KÜHN.

Παρὰ τοῖς &c.] MS. παρ' αὐτοῖς· omnino itaque, quamvis & in MS. ὠνομασμένον, ſcribendum eſt: ὠνομασμένων οὕτω παρ' αὐτοῖς τῶν κ. σκ. deinde MS. ſic: ἅ ἐστιν παραρτήσασθαι ἢ διανοίᾳ· & mox ὀνομάσθαι φαμέν· nec dubito quin optimus nobis MS. veram lectionem ſuppeditet: nam facile jam videre eſt *Pollucem* ut ſupra in ἐπίπλοις, ſive ut apud *Herodotum* erat, ἐπιπλόοις, Segm. 10. quem locum etiam hic innuit, ut ibi, inquam, etymon ἐπίπλων adferebat, ita & hic addidiſſe obiter ἀπαρτίας etymologiam: in qua exponenda verbum παραρτήσασθαι certe conveniat; παραστήσασθαι vero nullatenus. Turbant tamen adhuc ἢ διανοίᾳ· & me ut hebetem ingenii non ſtatim omiſerunt, ſed hæſi illic ὡς μῦς γευόμενος πίττης· & quid ſi ἡ διάνοια· vel ἢ διανοίᾳ; nihil tamen ſatisfaciebat. Et volens jam συσκευάσασθαι & abire ab hoc loco, incidit ſaltem mutata diſtinctiuncula totum locum ita, ut in MS. alias ſit, ſuæ integritati poſſe reſtitui. Scribendum illum nempe ita ajo: ὠνομασμένων οὕτω παρ' αὐτοῖς τῶν κούφων σκευῶν, ἅ ἐστι παραρτήσασθαι· ἢ διανοίᾳ καὶ τὰ ἔπιπλα ὠνομάσθαι φαμέν. *Scilicet*, ait, *ita* (ἀπαρτία) *vocatis apud Ionas vaſculis levibus*, (ἀπὸ τοῦ ἀπαρτᾷν, ἢ τοῦ ἐκείνου παραγώγου, ut ait *Etymologicon* Magnum, ἀπαρτίζειν) *quæ ſuſpendere poſſumus, quaſi ad parietes, non fixa junctaque ædificiis, quæ facile tolli poſſunt: quo ſenſu*, ait, & ἔπιπλα *dicta* ſupra Segm. 10. *diximus, ut quæ navigans ſecum facile portet, nec ſolo hærent, ut reliquæ facultates.* Et ſic idem *Etymologicon* ἀπαρτίαν, ἔπιπλα exponit, ut & *Heſychius*: *Suidas* vero, ἀποσκευὴν, quod vocabulum a *Noſtro* ſupra Segm. 11. νεώτερον eſſe fuit judicatum. JUNG.

94 Πρᾶγμα] *Auctio* denotatur: *Gl. Philox.* ἀπάρτιος, *auctio*: ubi legerem ex *Polluce*, ἀπαρτία vel ἀπαρτισμός. KÜHN.

95 Οἱ Ἀττικοὶ] Vide ſupra IX, 47. SEB.

96 Μύρα] MS. μῦρα. JUNG.

97 Εἰ μέν τοι &c.] C. A. præfert titulum: περὶ ἀπαρτίας. V. C. *Salmaſ.* præfert hunc titulum: περὶ ἀπαρτίας καὶ δεσπότου οἰκίας, καὶ ὅσα περὶ θύρας σκεύη, καὶ ὅσα ἀπὸ τῶν περὶ τὰς θύρας ὀνόματα. KÜHN.

Εἰ μέν τοι &c.] Cum his: εἰ μέντοι &c. MS. noſter novum caput orditur, quo comprehendit & ſequens tertium, hoc titulo: περὶ ἀπαρτίας, καὶ δεσπότου οἰκίας καὶ ὅσα περὶ θύρας σκεύη, καὶ ὅσα ἀπὸ τῶν περὶ τὰς θύρας ὀνόματα. Sed intempeſtive adhuc, cum *Noſter* de *ἀπαρτίᾳ* dicere nondum abſolverit, nec particulam hanc recte queamus ita abſcindere: poſtquam enim expoſuit, quomodo a rebus ipſis, quæ *ἀπαρτία*, & locus, ubi eæ venibant, *ἀπαρτία* adpellatus fuerit, ſubjicit de loco, ſi quis deſideret forte ab aliquo reprehenſus, quod ita uſurpaverit, χρῆσιν ex *Hipponacte*: ſed capitum ejuſmodi inepta figmenta forte ab iis, qui, ut Poëta Italus *Virgiliano* nectare ebrius cecinit, *circum clauſtra fremunt*, profecta, nobis negotium faceſſere non debent. Pergamus in σώματι *Polluceo*. JUNG.

98 Καλεῖν ἐθέλεις] C. V. & *Salm.* εὑρεῖν ἐθέλεις. C. A. ἐθελήσεις. KÜHN.

Καλεῖν ἐθέλεις] Pro καλεῖν ἐθέλεις, puto ſcribendum, ut noſter MS. habet, εὑρεῖν ἐθέλεις. Non enim ait *Pollux*: *Si tu in aliquo libro uſurpare velis iſtud vocabulu*: ſed, *ſi tu in aliquo libro reperire cupias ἀπαρτίαν de foro, ubi ejuſmodi res venales, eam ob cauſam ut poſſis defendere ita loquentes, reperturum te ſcito in Hipponacteo illo* &c. JUNG.

Καλεῖν ἐθέλεις] Εὑρεῖν ἐθέλοις textui reddidi, quod & ita legit *Falckenburgii* Codex: *Kuhnius* adleverat libri ſui margini εὑρεῖν ἐθελήσεις· tum ἔν τε τῷ δευτέρῳ τῶν Ἱππώνακτος ἰάμβων. Familiariter hujus *Hipponactis* ſcriptis uſus videtur *Tzetzes*, qui ſæpius ad *Lycophronem* alibique mentionem ejus injiciat: meminit & *Athenæus* jamborum ejus aliorumque carminum: adde *Suidam*. Poſtmodum καὶ παρὰ Θεοφράστῳ δὲ· inſignia ex hoc libro fragmenta poſteris tradidit *Stobæus*: vid. *Meurſii Bibliothecam*.

99 Ὡς ὑπὲρ] E MS. pr. ed. ὥσπερ τῶν. *Iſocrat.* in Laud. *Buſiridis* princ. ὑπὲρ Βουσίριδος ἀπολογήσασθαι φάσκων. Et circa finem: ὑπὲρ τῶν ἄλλων ποιεῖσθαι ἀπολογίας. SEB.

100 Ἔν τε τῷ δ. Ἱππ. &c.] C. A. ἐν τῷ δ. &c. *integram vero habet ſupellectilem.* KÜHN.

Ἔν τε τῷ δ. Ἱππ. &c.] MS. δευτέρῳ τῶν Ἱππών. plenius itaque poſſumus ſupplere. JUNG.

1 Καὶ παρὰ Θεοφρ. &c.] MS. iterum plenius: καὶ π. Θεοφρ. δὲ, ἐν τ. δ. ν. JUNG.

20 • ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ. • CAPUT III. 20

[2] Περὶ δεσπότου οἰκίας. *De patrefamilias.*

Τὸν μὲν οὖν τοῦ παντὸς οἴκου δεσπότην, [3] καὶ ναύκληρον, καὶ ἑστιοπάμονα Δωρι-

UNiverſæ quidem domus Dominum, Nauclerum: & Ἑστιάμωνα Dori-

2 Περὶ οἰκοδεσπότου.] C. A. περὶ δεσπότου οἰκίας. Kühn.

Περὶ οἰκοδεσπότου.] Caput hoc ſine titulo præcedentibus adjungi in MS. jam dixi ad Segm. ſuperius, ubi MS. novum caput incipit, quamvis haud bene. Vulgatus titulus περὶ οἰκοδεσπότου eſt contra *Pollucis* mentem, qui hoc capite extremo eam vocem improbat. Potius itaque concipiendus erat, περὶ οἰκίας δεσπότου, ut ſupra Segm. 4. in recenſione capitum noſter MS. Jung.

Περὶ οἰκοδεσπότου.] Ridiculi ſimus equidem, ſi *Pollucem* exiſtimemus hanc talem inſcriptionem capiti dediſſe: pugnat enim illa profecto noſtri ſcriptoris inſtituto, ut qui vocem illam finibus Attici eloquii prohibeat: & quamvis id ipſum περὶ οἰκοδεσπότου remanſerit ita ſuperius in capitum indiculo, in quo nos emendando operam atque curam nolle conſumere ibi dicebamus, ſiquidem a *Polluce* non eſſet profectus, hic tamen non invitis MSS. Περὶ δεσπότου οἰκίας reponendum curavimus.

3 Καὶ ναύκληρον, καὶ * ἑστιάμωνα] *Henricus Stephanus* non dubitat, quin mendoſum ſit pro ἑστιοπάμμονα, quod ſupra I, 75. Seb.

Καὶ ναύκληρον, καὶ * ἑστιάμωνα] C. A. poſt δεσπότην· ναύκληρον καὶ στέγαρχον στεγανόμον ἐπεὶ &c. uſque ad στεγανόμιον· cætera capitis abſunt a dicto Codice: at C. V. ita: δεσπότην ὅτι καὶ ν. καὶ ἑστιάονα &c. *Salm.* ὅτι καὶ ν. & ex Codice Veteri ea delet, καὶ ἑστιάμωνα Δωρικῶς. Kühn.

Καὶ ναύκληρον, καὶ * ἑστιάμωνα] MS. ὅτι καὶ ναύκληρον, καὶ ἑστιάονα Δωρ. *Imo*, adſcripſit ad vulgatum ἑστιάμωνα *H. Stephanus* hic ad oram: ἑστιοπάμμονα, *ut ſupra* I, 75. Et ibi quidem MS. noſter deficiebat, nec quomodo ibi ille ſcripſerit, ſcio: hic vero veriſimile eſt, ut vult *H. Stephanus*, ἑστιοπάμμονα quoque noſtrum ſcripſiſſe: quod credo & *Nunneſio* placuiſſe, quamvis ſcribat ἑστιάμωνα, *vel* ἑστιοπάμμονα *Notis* ad *Phrynich.* in οἰκίας δεσπότης. Conſideranda tamen & MS. lectio, ἑστιάονα, ſive potius ἑστιάονα debebat, an & illa non proba magis quam vulgata. Et forte ἑστιάων ita apud *Heſychium* quoque fuerat: nam hodie ita vulgatur: ἑστιάτωρ ὁ δειπνίζων, ὁ εἰς εὐφροσύνην καὶ εὐωχίαν καλῶν, ἤγουν τροφεύς· quamvis non nemo ἑστιάτωρ apud *Heſychium* malle poſſit. Utut ſit, MS. lectionem indicare tamen debui. Jung.

Καὶ ναύκληρον, καὶ * ἑστιάμωνα] Monuit & de ναυκλήρῳ, quoſdam ita τὸν στεγανόμον appellare, ſupra lib. I, 75. Auctor noſter: ibique de hac voce notantem vide *Kühnium* ex *Heſychio*: putem id vocabuli fluxiſſe de veteri Atticiſmo, ut plurima ſunt alia, quorum origines atque rationem non liquide perſpectas habemus. His tamen ναυκλήροις adfinitatem intercedere cum aliis illis, de quibus diſputavi ad libr. VIII, 108. penitus equidem mihi perſuaſum habeo: quin & adducor ferme, ut credam, dictum proprie ναύκληρον olim, cui forte domus obtigerat; potuit enim ναῦς ἀπὸ τοῦ ναίειν ædes ſignificare; cum enim ſignificat illa vox navem, alio fonte derivanda venit: & tum quidem haud ita difficili labore cauſam invenias, quam propter ὁ οἰκοδεσπότης dici potuerit ναύκληρος· ſed nos non hærebimus amplius. Altera vox ἑστιάμωνα graviter decumbit; in qua ſananda cum non opitulentur MSS. quid tutius fuerit atque expeditius, quam ut recurramus ad lib. I, 75. ubi in ſimili ſcribendi materia hæc eadem integrior extat vox ἑστιοπάμμων, ut editum eſt, ſeu ut MSS. quorum lectionem præcupio, ἑστιοπάμων· hoc itaque loco ἑστιοπάμονα reſtitui: *Kühnius* ad oram ſui Codicis ἑστιοπάμμων reddiderat, minus decore. Fuerit autem ἑστιοπάμων, qui domum poſſidet, atque continet: πάσασθαι enim eſt *tenere*, *poſſidere*: *Heſychius*: Πασάμενος, γευσάμενος, κτησάμενος. & Πάσατο, ἐγεύσατο, ἐκτήσατο· priori quidem loco reſpexiſſe videtur ad illud *Epitaphium Pythea*, quod occurrit apud *Athenæum* lib. XI. Τῶν προτέρων πάντων πλεῖστα πασσάμενος· quamvis ibi clam me non ſit Eruditiſſimum Animadverſorem legere Πασάμενος· deſcendit inde πάματα, *poſſeſſiones* apud *Dores* & *Æoles*: & virginem ἐπίκληρον ab Atticis dictam ex illa voce Dores appellarunt ἐπιπαματίδα, τὴν ἐπὶ πάμασι καταλελειμμένην· ſed illud vocabulum ubique fere corruptum: *Scholiaſtes Ariſtophanis*, *Suidas* & *Phavorinus*, ut eduntur, habent ἐπιπταματίδα, *Heſychius* ἐπιματίδα· omnibus ea vox, quam dixi, reſtituenda; nec quicquam eſt rationis, cur portentoſum id vocabulum appellet *Mauſſacus* ad *Harpocrationem*: at vero pejus in hac voce habitus eſt *Euſtathius*: in illo enim τὰς ἐπικλήρους dictas eſſe legimus etiam πατρεούχους καὶ μάνδας, quod commaculatiſſimum μάνδας hinc repetiit *Rhodiginus*: nihil hic ſe videre fatentur *Salmaſius* & *Mauſſacus*: ſed ego tam clarum eſſe ajo, præcipue ſi aliorum loca componantur, reponi hic debere ἐπιπαματίδας pro illo ineptiſſimo μάνδας, quam ſolem meridie lucere, cum ſudum eſt: obiter quoque monendum, voluiſſe me potius aliquando πατρωούχους in *Ariſtophanis Scholiaſte* & *Euſtathio*, τὰς τὰ πατρῷα ἐχούσας, idque nominis Ionibus adſignaſſe. Sed ad rem. Inde porro πάματα de pecoribus, quod illa pleraſque omnes vetuſtiſſimorum hominum opes atque divitias efficerent: in elegantiſſimo Βωμίσκῳ, quem luci donavit *Salmaſius*: παμάτων φείδονται Πανός. Similis eſt alia vox in *Heſychio*: Πᾶσις, κτῆσις· neque alio referenda παμπησία, de qua ſuperiori capite dixit *Pollux* noſter, quaque *Æſchylum* uſum eſſe Commentatores noſtri adnotarunt. Addere jam lubet de altera vocis notione, cum *edere*, *guſtare*, *nutrire* deſignat: ſic *Homerus* eſt uſus, notante etiam *Suida*, & pluribus ad illum *Euſtathio*; atque inde ἄπαστος, *impaſtus*: hunc autem eſſe fontem verbi veteris Romani *pao*, unde *pavi*, bene vidit *Voſſius*, ut argutari atque ineptias agere putem, qui de βόσκειν cogitant: veſtigia veteris illius verbi conſpicio in ἀγαπᾶν, quod dictum quaſi ἄγαν πᾶν, *ſummo opere curam alicujus gero*. *Amazonas* ex illa voce veteribus eſſe dictas putabant σαυρομάτιδας, ac ſi σαυροπάτιδας diceres διὰ τὸ σαῦρος πάσασθαι ὅ ἐστι γεύσασθαι, ut *Euſtathius* ad *Dionyſium* Perieg. v. 828. quibus proxima ſcribit *Stephanus*, qui tam σαυρομάτιδας quam σαυροπάτιδας appellatas eſſe refert: & poſterioris quidem illam promit rationem παρὰ τὸ σαύρας πατεῖν καὶ ἐσθίειν. *Heſychius*: Πατέρηται, ἐσθίουσι· ſcribe πατέονται, quod a me dudum animadverſum præcepit *Berkelius* ad *Stephanum*. Huc retulerim etiam Μάματα, ποιήματα, βρώματα· in *Heſychio* κατὰ διάλεκτον pro πάματα· ubi ποιήματα ne mutes cum eruditis viris; ciborum enim confectiones ſignificat: de literis autem μ & π, quod hæc in alteram non raro mutetur, documento fuerunt σαυρομάτιδες & σαυροπάτιδες· ſed pergere jam nos decet. De στεγανομίῳ adjiciam *Euſtathii* locum ad *Odyſſ.* ζ. ubi alia vulgo, nimirum pro diverticulo, alia apud Atticos eſſe ſignificatione docet: καὶ τὸ στεγανόμιον, ὃ δηλοῖ φασὶ παρ'

ce,

te. Patremfamilias, & familiæ diſpenſatorem vocare oportet. Tum & domus mercedem, non naulum modo, ſed & *στεγανόμιον* ſupra prædictum habes: Ludens quoque ipſum hoſpitem vocare licebit: vocabulorum autem penuria laborans, vocem hanc, ceu celebrem minus æſtimaverit. Neque tu quidem illud celebre putas, cum tamen non omnino inuſitatum ſit. Reperiri autem ſi oſtendas, dignitatis amans videberis. Extat igitur in Æſchyli Siſypho: Ecce hoſpes
21 ſcintillantem lucernam colligit. • Ariſtophanes vero in Forti inquit, ſiquidem

κῶς, καὶ στέγαρχον, καὶ στεγανόμον κλητέον· ἐπεὶ καὶ τὸ ἐνοίκιον οὐ ναῦλον μόνον, ἀλλὰ καὶ στεγανόμιον, ἔχεις [4] προειρημένον· [5] παίζων δ' εἰ καὶ σταθμοῦχον αὐτὸν ἐθέλοις καλεῖν, ἐρεσχελῶν τινὰ ἢ ἐκπειρώμενος, ὁ δὲ δεινὸς ὢν εἰς ὀνομάτων χρῆσιν λαμβάνει τὸ τοῦ ῥήματος, ὡς οὐκ ἂν εἴη δόκιμον· οὐδὲ σὺ μὲν αὐτὸ πάντη δόκιμον νομίζοις, οὐ μέντοι οὐδὲ παντελῶς ἀδόκιμον· ὅτι δέ ἐστιν εἰρημένον, εἰ γνωρίζοις, [6] Φιλότιμος εἶναι δόξεις· εἴρηται τοίνυν [7] ἐν Αἰσχύλου Σισύφῳ, Σὺ
δ' ὁ σταθμοῦχος εὐκατιλλώψας ἀθρεῖ. • [8] Ἀν- 21
τιφάνης δὲ ἐν Ὀβρίμῳ φησίν· ἂν κελεύῃ με

ἡμεῖς μὲν τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἑστιῶνται, παρ' Ἀττικοῖς δὲ τὸν μισθὸν τοῦ πανδοχείου.

4 Προειρημένον.] Supra I, 75. SEB.

5 Παίζων δὲ καὶ στ. αὐτὸν εἰ ἐθ. κ. &c.] C. V. αὐτὸν ἐθέλοις καλεῖν ἐρεσχηλῶν τινὰ ἢ ἐπειρώμενος· (adſcriptum α ſuper ω) ὁ δὲ δεινὸς ὢν εἰς &c. leg. ἐρεσχελῶν τ. ἢ ἐπειρωνευόμενος, *ludos faciens, aut aliquem irridens*: ὁ δὲ δεινὸς ὢν εἰς ὀνομάτων χρῆσιν, vel κρίσιν, *qui peritus eſt in dijudicandis nominibus*, vel ſecundum vulgatam lectionem, *qui eo morbo laborat, ut in vocabulorum uſu ſcrupuloſior & ſuperſtitioſius ſit, accipit vocem pro non adeo probata, neque illam ſimpliciter & ex omni parte probam exiſtimes, nec tamen inter plane improbata habueris*: pro νομίζεις, leg. νόμιζε· vel cum C. V. εἶναι νομίζοις. KUHN.

Παίζων δὲ καὶ στ. αὐτὸν εἰ ἐθ. κ. &c.] Vulgati Codices iterum præter mendas ſunt mutili. Ex MS. ita reſtituemus: παίζων δ' εἰ καὶ σταθμοῦχον αὐτὸν ἐθέλοις καλεῖν, ἐρεσχελῶν τινὰ ἢ ἐκπειρώμενος, ὁ δὲ δεινὸς ὢν εἰς ὀνομάτων χρῆσιν λαμβάνει τὸ τοῦ ῥήματος ὡς οὐκ εἴη δόκιμον, οὐδὲ σὺ μὲν ἂν αὐτὸ πάντη δόκιμον εἶναι νομίζοις, οὐ μέντοι &c. Ita prorſus MS. niſi quod ἐρεσχηλων habet & ſine accentu. Nondum tamen emaculatus forte eſt locus ab omnibus mendis: vel valde enim fallor, vel ὁ δὲ δεινὸς ὢν εἰς ὀνομάτων κρίσιν λαμβάνοιτο τοῦ ῥήματος &c. *Pollux* ſcripſit: ſicut ſupra Segm. 1. ὀνόματος κρίσει dicebat. Certe ita optimus ſenſus elicietur, locumque ita explicabimus: *Si vero joco etiam σταθμοῦχον vis dicere dominum familias, dum tibi placet aliquem ludificari vel tentare: ille vero acer judex & peritus in nominibus judicandis arripiat iſtud vocabulum, quaſi non probæ ſit notæ: tum ne tu quidem putes adeo probum prorſus iſtud, nec tamen omnino reprobum: quod vero ab aliquo iſtud dictum ita ſit, ſi indicaveris, ſerio bonarum literarum ſtudioſus videberis*: ut rideas noſtrum *dignitatis amantem*: ſic & ſupra enim *Noſter* IX, 83. φιλότιμον, *a bonarum artium ſtudiis non alienum, quod variæ doctrinæ eruditæ ſectatorem deceat*: & infra Segm. 69. εἴ τις βούλοιτο φιλοτιμεῖσθαι πρὸς τὴν καινότητα τῆς χρήσεως &c. JUNG.

Παίζων δὲ &c.] Immanis in hunc locum invaſerat corruptela, quam tamen omnem auſpicio MSS. ſuſtulimus: adponam, ut fuerit ante nos lectum: παίζων δὲ καὶ σταθμοῦχον αὐτὸν εἰ ἐθέλεις καλεῖν, ὁ δὲ νεῶν εἰς ὀνομάτων χρῆσιν λαμβάνει τὸ τοῦ ῥήματος, ὡς οὐκ ἂν εἴη δόκιμον, οὐδὲ σὺ μὲν αὐτὸ πάντη δόκιμον νομίζεις· in quibuſdam minutiis *Kühnium* habuimus præeuntem: in Codice vero *Falckenburgiano* poſt ἐθέλεις καλεῖν inſertum eſt: ἐρεσχύτινα ἢ ἐκπειρώμενος· quæ, ut reſtituimus, emendabis: porro illa ſe ſatis recte habere puto: δεινὸς εἰς ὀνομάτων χρῆσιν· neque κρίσιν cum *Jungermanno* noſtro velim: expones autem: *peritum uſurpandarum vocum, in eaque re excellentem*, aut qui talis ſaltim haberi vult: ab hoc vero non abhorrerem, ſi reponere velles pro λαμβάνει τὸ, λαμβάνεται, vel λαμβάνοιτο, loco τοῦ ἐπιλαμβάνοιτο· quod uſui linguæ Græcæ convenit apte.

6 Φιλότιμος] *Interpr. dignitatis amans videberis*: *curioſior videberis*, malim. KUHN.

7 Αἰσχύλου Σισύφῳ] C. V. ἐν Αἰσχύλου Σισύφῳ· σὺ δ' ὁ σταθμοῦχος ἐγκατιλλώψας ἄθρει. Ἀντιφάνης δὲ &c. *Æſchyli* verſus ſenarius eſt:

Tu vero diverſitor, illudens vide. KÜHN.

Αἰσχύλου Σισύφῳ] MS. εἴρ. τοίνυν ἐν Αἰσχ. Σισύφῳ· & ſupple hanc particulam vulgo omiſſam; *Siſyphum* vero, qui in Catalogo *Æſchyli* fabularum plenius Σίσυφος δραπέτης ſcribitur, hanc drama Satyricum fuiſſe putat Magnus *Caſaubonus* lib. I. de Satyr. cap. 5. Sed ad *Æſchyli* verba vulgo prorſus corrupta: in MS. non ita, quamvis confuſa prorſus & indiſtincta. Ita igitur MS. συδεσταθμοῦχος εὐκατιλλωψασαθρει. Inde an legendum? σὺ δ' ὁ σταθμοῦχος εὐκατιλλώψας ἄθρει. Sive potius σοὶ δ', quum οι non raro vitioſe in υ migrarit, ut ſæpe adnotavi: vel, σὶ δ' ὁ σταθμ. ἐγκατιλλώψας ἀθρεῖ· ut ſcriptum fuerit olim ἐνκατιλλώψας· κατιλλώπτειν ſane quid ſit *Noſter* ſupra II, 52. explicat, nempe τοῦ καταβλέποντος ἐπὶ χλευασμῷ· vixque hic refugiam vertere illo *Catulliano*, *renidens*:

Te familiæ pater renidens aſpicit.

Vel

Modimperator te renidens aſpicit.

Sic mihi videbatur, ne MS. lectionem niſi leviter mutarem. JUNG.

Αἰσχύλου Σισύφῳ] Interſerui particulam ἐν de MSS. etiamſi edita lectio proba ſit. De hoc autem *Æſchyli* dramate vide *Meurſium* in *Æſchylo*, ubi inter alios & hunc *Pollucis* noſtri locum ponit. Χρῆσις autem allata ut in editis fuit conſpurcatiſſima, ſic in hac editione noſtra plana eſt atque elegans: ipſiſſimis illis literis, quibus MSS. legunt, in textum intuli: *Falckenburgii* Excerpta, εὐκατέλλων φῶς· Commentatores autem noſtri parum εὐκατιλλώψαν in eruendo verborum ſenſu, qui hic eſt adprime concinnus: *Tu vero, familiæ pater*, vel, *domuædi*, (ſic enim in *Gloſſis* latina poſterioris ævi voce σταθμοῦχος exponitur) *paululum & apte adductis oculorum palpebris adſpice, ſodes*: nimirum ita ſolemus, cum accurate oculis aliquid inveſtigare habemus in animo: & procul abeſt ſenſu loci altera illa τοῦ κατιλλώπτειν ſignificatio, quæ Commentatoribus in mentem venit.

8 Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ὀβρίμῳ φ. &c.] C. V. ἂν κελεύῃ με στ. ſunt etiam ſenarii ita, ni fallor, reſtituendi:

— ἂν κελεύῃ με
Σταθμοῦχος· ἢ σταθμοῦχος ἔστι τις· ἀπο-
Πνίξεις δή με καινὴν πρὸς με διάλεκτον
Λαλῶν· εἰ ἐπιτέτακτό μοι στεγάρχων.

σταθμοῦχος· ἢ σταθμοῦχος δ' ἔστι τίς; ἀποπνίξεις δέ με καινὴν πρός με διάλεκτον λαλῶν, εἰ τέτακτό μοι στεγάρχων· ἀλλὰ μὴν [9] τὸ κοινότατον τουτὶ καὶ μᾶλλον τεθρυλλημένον τὸν [10] οἰκοδεσπότην, καὶ τὴν οἰκοδέσποιναν, οὐκ ἀποδέχομαι μὲν [11] τοὔνομα· ὡς δὲ ἔχεις εἰδέναι, [12] μηνύω σοι, ὅτι καὶ ταῦτα ἄμφω [13] εὗρον ἐν Θεανοῦς τῆς [14] Πυθαγόρου γυναικὸς ἐπιστολῇ πρὸς [15] Τιμαρέταν γραφείσῃ· ὁ δὲ οἰκοδεσπότης, [16] ἔστι καὶ Ἀλέξιδος ἐν Ταραντίνοις.

hoſpes juſſerit: aut quis hoſpes eſt? Strangulabis autem me ſi novum dixero vocabulum, & domus principem vocavero. Veruntamen recentiſſimum illud, & uſitatiſſimum, paterfamilias ſcilicet, & materfamilias non approbo: ut autem intelligas, oſtendam hæc ambo in Theanis Pythagoræ Uxoris Epiſtola ad Timaretam ſcripta inveniri. Paterfamilias quoque dicit Alexis in Tarentinis.

— ſi me juſſerit
Σταθμοῦχος, an quis adeſt σταθμοῦχος? enecabis me cum tua nova dialecto:
Si mihi in mandatis dederit στεγάρχων.

Quibus verbis perſtringitur ille, qui σταθμοῦχος uſurpaverat, quaſi ſit hoc dialecti innovantis vocabulum: ille vero correctus ſe ipſum mox retexit dicitque στεγάρχων. KUHN.

Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ὀβρίμῳ φ. &c.] Locum *Antiphanis*, ita enim MS. non *Ariſtophanes*, quoque totum, ut in MS. noſtro eſt, adſcribo: Ἀντιφάνης δ' ἐν Ὀβρίμῳ φησὶν, ἂν κελεύῃ με σταθμοῦχος, ἢ σταθμοῦχοστ' δ' ἔστι τίς; ἀποπνίξεις (& ſupra εις alia manu ις ſcriptum) γάρ με καινὴν πρός με διάλεκτον λαλῶν, ἤτε τὰ κτοιμιστεγαρχον· ἀλλὰ μὴν &c. quæ non tento. Incertum mihi an *Pollux* addidit ſua verba, an omnia ſint *Comici*. Sane ex MS. κελεύῃ με στ. legendum & poſtea γάρ με κ. πρός με δ. & Ἀντιφάνης ſuæ Ὀβρίμῳ reddendus videtur. Cætera aliis relinquo: non omnia poſſumus omnes: & ego meam imperitiam non diſſimulavi hactenus in locis difficilioribus vel leviculis etiam: non ſemper in nobis poſitum eſt criticos eſſe, ſed in natura ſæpius. Alias σταθμοῦχος & apud *Heſychium* exponitur: ὁ τῆς οἰκίας κύριος καὶ ξενοδόχος. JUNG.

Ἀριστοφάνης δ' &c.] Dedere noſmet oportet conſenſui MSS. qui *Antiphanem* hic nobis pro *Ariſtophane* ſupponunt: fuit & ſuperiori libro eadem utriuſque nominis commutatione peccatum in vulgatis; ſed & ibi nos meliorem de MSS. lectionem reſtituimus: de Ὀβρίμῳ non aliunde reſcivi quicquam: & fabulam illam *Ariſtophani* vitioſa hujus loci ſcriptura inductus contribuit in *Attica Bibliotheca Meurſius*. Progredimur ad ipſum *Antiphanis* locum: priora ſic ante nos edita fuere: ἂν κελεύῃ σταθμοῦχος, ἢ σταθμοῦχος ἔστι τίς; in illis emendandis MSS. obſequtus ſum: ſenſum *Kuhnius* non vidit: hic autem eſt: *ſi me jubeat familiæ pater*: tum alter ille, qui ſubſannat huic voci, quam a Tragico quodam uſurpatam propoſuerat *Antiphanes* ſibi traducendam, reſpondet: *At vero σταθμοῦχος quis ille tandem eſt? ſtrangulatum me dederis nova loquendi forma mecum colloquens*: ſcilicet in his πρός με cum *Kühnio* reſtituimus, ubi vulgo fuit πρός σε· ex ſequentibus illis me non ſatis extrico: reſtituam tamen hunc in modum: εἰ τετάγῃ vel τετάχῃ μοὶ στέγαρχος, aut, εἰ δ' ἐτέτακτο μοὶ στέγαρχος, quale quippiam oſtendunt veſtigia *Palatini* Codicis, ut hujus alium emendantis illa ſint verba.

9 Τὸ καινότατον] C. V. κοινότατον, *communiſſimum*: οἰκοδεσπότην & οἰκοδέσποιναν, *Interpr.* retinuiſſet vellem in verſione. KÜHN.

Τὸ καινότατον] Pro καινότατον, MS. κοινότατον· quod rectius videtur, & magis cum ſequenti verbo continere, quod in MS. τεθρυλημένον unico λ ſcribitur. JUNG.

Καινότατον] *Kühnius* in textu dedit κοινότατον, quod ſequuti ſumus: & vere vulgatiſſima fuerunt illa: ſæpius ætatis junioris auctores uſos eſſe reperias, nec eos quidem infimi ſubſellii: in *Gloſſis* utrumque Οἰκοδεσπότης & οἰκοδέσποινα reperitur: *Theodoretus* autem, qui captare ſolet eleganter Atticiſmos, dixit οἰκίας δεσπότης περὶ προνοίας λόγ. ζ. ὁ μὲν γὰρ τῆς οἰκίας δεσπότης πολλαῖς πολιορκεῖται φροντίσι &c.

10 Οἰκοδεσπότην] *Phrynichus* quoque: οἰκίας δεσπότης λεκτέον, οὐχ ὡς Ἄλεξις οἰκοδεσπότης. Eſt tamen id nomen frequens in Nov. Teſtam. vid. *Matth.* X, 25. *Marc.* XIV, 14. *Luc.* XII, 39. & alibi. *Lucas* inſuper XXII, 11. ἐρεῖτε τῷ οἰκοδεσπότῃ τῆς οἰκίας. Apud *Plutarch.* & id, & una etiam fœm. legitur, *Quæſt. Rom.* XXX. ὅπου σὺ κύριος καὶ οἰκοδεσπότης, καὶ ἐγὼ κυρία, καὶ οἰκοδέσποινα. Idem οἰκοδεσποτοῦντας ἀστέρας nominat de *Plac. Phil.* cap. 18. D. *Paulus* vero juniores viduas jubet γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, &c. 1 *Tim.* V, 14. SEB. 2.

11 Τοὔνομα] MS. τὸ ὄνομα. De his & *Nunneſ.* ad *Phrynich.* Eclog. II. in οἰκίας δεσπότης, fere hinc. Improbat vero & οὐκ ἀποδέχεται hæc vocabula *Pollux* noſter: nec recte quaſi *Polluci* ut proba allata accepiſſe videtur *Gul. Fornerius* l. Select. 11. ubi exponit quo ſenſu uxores *Dominæ* dicerentur. JUNG.

12 Μηνύσω] C. V. μηνύω. KÜHN.

Μηνύσω] MS. μηνύω σοι, διότι καὶ τ. ἄ. εὗρον ἐν Θ. τῆς Πυθαγόρου γυν. ἐπ. & placet hæc lectio, putoque vulgata rectiorem. *H. Stephanus* hic de *Theano* adnotat videndum eſſe, an ſit ea, quæ eſt inter epiſtolas: quod quidem putavit *Nunneſius* ad *Phrynich.* in οἰκίας δεσπότης, qui *Suidam* videndum ait. JUNG.

Μηνύσω σοι &c.] Parum illa mihi videbantur concinna: de MSS. itaque repoſuit μηνύω, & mox εὗρον· ſic enim fere loqui ſolet *Pollux*. In *Theanus* autem *Pythagoreæ*, ſeu, ut e MSS. reſtitui, *Pythagoræ* uxoris, epiſtolis, quas ſeptem evolvi, vocem illam οἰκοδεσπότης non inveni: videndus autem de hac præſtantiſſima muliere vir Doctiſſimus *Holſtenius* ad *Porphyrii* Vitam *Pythagoræ*, & quos ille adducit, unde ſua pleraque ſublegit *Menagius* de *Vitis Philoſophorum*.

13 Εὑρήμων] Εὗρον C. V. KÜHN.

14 Πυθαγορείου γυναικὸς] *Interpr. Pythagoræ uxoris*: verum ſi Πυθαγόρειος γυνὴ ſignificat uxorem *Pythagoræ*, multas habuit ille uxores: omnes enim, qui operam dederunt Philoſophiæ *Pythagoricæ*, hoc veniunt nomine, & dicuntur Πυθαγορίδες & Πυθαγορικαί. *Philochorus* ſcripſit συναγωγὴν Ἡρωίδων ἤτοι Πυθαγορείων γυναικῶν. Quapropter hoc loco non uxor *Pythagoræ*, quæ quidem etiam *Theano* dicta eſt nonnullis, ſed Φιλόσοφος Πυθαγορικὴ eſt, ut *Stobæus* hanc ipſam *Theano* ſalutat *Sermone* 193. Non igitur erat quod Doctiſſ. *Menagius* in Obſervat. in Vitam *Pythag.* cap. 39. *Pollucem* laudaret inter eos, qui *Theano* conjugem *Pythagoræ* appellarunt. *Interpretis* hoc eſt παρόραμα, non *Pollucis* aſſertum. Ergo & *Epiſtola* ad *Timaretam Theano Brontini* uxori tribuenda eſt ſecundum *Pollucem*: uxor *Pythagoræ* dici ſolet Πυθαγόρου γυνὴ, non Πυθαγόρειος, quæ duæ lectiones non ſunt confundendæ in unam, quæ hactenus dicta ſunt, pertinent ad lectionem vulgatam: at C. V. habet Πυθαγόρου γ. ſic eſſet, *Pythagoræ Uxor*. Solet enim fieri, ut Auctores alii huic, alii vero illi *Theano* aſcribant vel dicta, vel ſcripta nobilia in *Schola Pythagorica*. KÜHN.

15 Τιμαρέταν] MS. male Τημαρεταν. JUNG.

16 Ἔστι καὶ Ἀλέξ. &c.] Ἔστιν καὶ MS. *Alexidis* lo-

22 **• CAPUT IV.**

De janitoris armis, & quomodo nominentur.

ARma vero circa januas ſunt, vectes, objices, feræ, claves, repagula, claves recluſorii, clauſtra, laqueus, malleus: ſic enim id, quo fores pulſantur, vocavere. Tum & annuli,

• ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ Δ. 22

[17] Περὶ σκευῶν θυρωροῦ, καὶ ὅπως αὐτὰ ὀνομάζεται.

18 ΤΩ͂ν δὲ σκευῶν εἰ πρῶτα τὰ περὶ τὰς θύρας ῥητέον, [19] μοχλοὶ, ὀχλεῖς, καὶ κλεῖδές εἰσιν, καὶ κληῖδες, [20] καὶ βάλανοι, καὶ βαλανάγραι, καὶ κλεῖθρα, καὶ κλῇθρα, καὶ ἐπίσπαστρον, καὶ ῥόπτρον· τὸ γὰρ ἐπικροῦον τὴν θύραν, οὕτως ὠνόμαζον· [21] καί που καὶ στρόφιγγες, καὶ γιγγλύ-

cum eundem credo reſpexiſſe & *Phrynichum* II. Eclog. Attic. ſcribentem: οἰκίας δεσπότης λεκτέον, οὐχ ὡς ἁ λέξις οἰκοδεσπότης. Id & ſupra in lemmatum recenſione diligenter in MS. obſervatum: nam Segm. 3. ubi vulgo male, & non a *Polluce* certe, περὶ οἰκοδεσπότου, ibi in MS. recte: περὶ οἰκίας δεσπότου. *Alexidis* autem *Tarentini* & ab *Athenæo* nominantur, ut *Caſaubonus* noſter obſervavit IV. *Athen.* 4. JUNG.

17 Περὶ σκευῶν θυρωροῦ, &c.] C. A. & *Salm.* hunc afferunt titulum: ὅσα περὶ θύρας, omiſſis cæteris: *quæcunque januæ ſunt*. KÜHN.

Περὶ σκευῶν θυρωροῦ, &c.] Sequitur in MS. novum caput, hoc titulo: θυρῶν σκεύη, quamvis in lemmate ſupra ad Segm. 19. allato hoc caput contineretur. Reſtant hac pagina pauca, ea tamen multis modis locupletabit MS. noſter. JUNG.

18 Τῶν δὲ σκευῶν &c.] MS. τῶν δὲ σκευῶν εἰ πρῶτα τὰ περὶ τ. θ. ῥ. optime: & ſtatim ita reſtituamus. Nondum vaſorum quidquam ſigillatim enumerare cœpit. Nunc id adgreditur. Et, *ſi vero*, ait, *inter vaſa ea primum recenſenda ſint, quæ ad januas pertinent, ea ſunt*, μοχλοὶ &c. JUNG.

Τῶν μὲν σκευῶν τῶν περὶ &c.] Reſtitui lectionem *Palatini* Codicis, quæ ſua ſe venuſtate probat.

19 Μοχλοὶ, ὀχεῖς, &c.] MS. καὶ ὀχλεῖς καὶ κλ. &c. SEB.

Μοχλοὶ, ὀχεῖς, &c.] C. V. ὀχλεῖς male. *Labbæi Gloſſ.* ὁ ὀχεὺς τῆς θύρας, *peſſulum*. KÜHN.

Μοχλοὶ, ὀχεῖς, &c.] MS. μοχλοὶ, καὶ ὀχλεῖς, καὶ κλεῖδές εἰσιν, καὶ κληῖδες. Sic itaque ſcribe, & ſupple: ὀχλεῖς habet & MS. *Seberi*: id quod itaque libentius hic malim. *Heſych.* Ὀχλεὺς, μοχλὸς, στρόφιγξ, δεσμός· quamvis non neſciam, quod & ὀχῆες in hac ſignificatione crebro apud *Homerum* occurrant: & ſupra etiam I, 77. noſter ὀχεῖς· quare non temere ejiciam: alterum tamen propter MSS. conſenſum magis placet: & ſupra I, 77. MS. noſter ſane erat mutilus: *Labb.* vero MS. ibi quoque ὀχλεῖς habebat. Quod vero apud *Heſychium* legitur, Ὀχῆες, οἱ συνέχοντες τὴν θυραχοζώνην κρίκοι, καὶ οἱ μοχλοὶ ἀπὸ τοῦ συνέχειν· manifeſte mendoſum eſt, forteque legendum: τὴν θώρακος ζώνην· ſic enim *Suidæ* ὀχεὺς etiam ὁ συνέχων τὴν περὶ τὸν θώρακα ζώνην ἱμὰς exponitur. JUNG.

Μοχλοὶ, ὀχεῖς] Textus habet ὀχλεῖς, volentibus ita MSS. addidimus in ceteris particulam conjungentem, quam a *Polluce* poſitam celeritatis ergo librarii omiſerunt: hic porro illam particulam poſtulavit textus hoc e *Palatino* Codice ſupplementum: καὶ κλεῖδές εἰσιν, καὶ κληῖδες· tum poſtea καὶ κλῇθρα vulgo non extitit in textu: apud *Euripidem* in *Phœniſſis* quæ κλεῖθρα ſcribuntur, *Scholiaſtes* habet κλῇθρα· *Heliod.* lib. IV. ἅτε τῶν κλείθρων εἰς ῥᾳδίαν ἄνοιξιν ἐπιβεβουλευμένων. De μόχλοις autem & βαλάνοις mentionem facit crebertime *Æneas Poliorc.* c. 18. ad eumque videndus ſummus vir *Iſ. Caſaubonus*: inde μοχλῶσαι τὴν θύραν Segm. 25. cui contrarium ἐκμοχλεύειν, *cardinibus excutere januam*: *Heliodor.* lib. IV. τὴν αὔλειον οὐ χαλεπῶς ἐκμοχλεύσαντες· ubi MS. *Vaticanus* οὐχ' ἁπλῶς legit: apud eundem alia notione & eleganti libr. I. τί ταῦτα κινεῖς καὶ ἀναμοχλεύεις; *quid illa commoves atque reſuſcitas?* adſcribere lubet *Euſtathii* locum ad finem *Odyſſ.* α. de clavibus, quo ſenſu dixerit *Homerus*: κληῖδα δὲ λέγει οὐ σκεῦος ἀπὸ σιδήρου, ἀλλὰ μόχλον, ἐντὸς μὲν τῆς θύρας ἐξημμένον, καὶ ἐπὶ τὸ κάτω καθειμένον ἤτοι κεχαλασμένον, ἱμάντι δὲ ἔξωθεν σπώμενον, καὶ ἀνελκόμενον, καὶ ἐπιζυγοῦντα τὴν θύραν· & ibi videnda quoque ſunt brevia ſed erudita *Scholia*: figuram clavium antiquarum, utendique modum expoſuit docte Eruditiſſ. *Huetius Demonſtr. Evangel.* Propoſ. IX. cap. 105.

20 Βάλανοι, βαλανάγραι] C. A. βαλανάγρας. C. V. καὶ κλεῖθρα, καὶ βλῆθρα, καὶ ἐπίσπ. C. A. ἐπίπατρον itidem male: pro βλῆθρα in C. V. leg. κλῆθρα. *Gloſſ.* κλῆθρον & κλῖθρον, *repagulum*: quod ultimum natum eſt ex Ionico κληΐθρον, vel κλῖθρον ſcriptum pro κλῆθρον, quia in MSStis confunduntur η & ι ob ſoni ταυτότητα. KÜHN.

Βάλανοι, βαλανάγραι] MS. καὶ βάλανοι, καὶ βαλανάγραι, καὶ κλεῖθρα, καὶ κλῆθρα, καὶ ἐπίσπαστρον, καὶ ῥόπτρον· ubique particula καὶ interjecta. Supple itaque κλῆθρα, quo pacto & ſupra VII, 107. forte in MS. debebat eſſe, ubi pro κλεῖθρα, πλῆθρα habebat, quamvis & hoc ſuos Auctores habeat: ſcribendum vero potius κλῆθρον, quaſi κληΐθρον Ionice pro κλεῖθρον· vid. *Etymologicon* in κλεῖθρα. Ῥόπτρον, ἐπίσπαστρον, κόρακα, κορώνην interpretatur *Junius* Nomencl. *Cornicem, cantharum* e *Plauto*, *manum exteram* e *Lucretio*: ſed id e *Lucretio*, apud quem etiam *manus dextras*, non *extras* edit, prorſus mirum videtur *Giſanio*, idque longe aliter explicat in ſuis Collectaneis, *Manus dextræ*, & alteram expoſitionem abſurdam eſſe oſtendit. JUNG.

21 Καὶ που καὶ στρόφιγγες, καὶ κορῶναι, &c.] Abeſt a C. A. qui poſt habet στρόφιγγες, κορῶναι, κόρακες, παρὰ δὲ τ. ν. καὶ ἀντικλ. ex correctione; παρὰ δὲ Ἀ. κατακλεῖδες &c. C. V. ita: στρόφιγγες, καὶ γίγγλυμοι, καὶ κορῶναι, καὶ κόρακες. Ποσείδιππος ἐν Γαλάτῃ φησὶν, κόρακι κρούεται θύρα. KUHN.

Καὶ που καὶ στρόφιγγες, καὶ κορῶναι, &c.] MS. noſter iterum auctior pluribus; unde ſupplebis vulgata. Sic autem habet: καὶ γίγγλυμοι, καὶ κορῶναι, καὶ κόρακες. Ποσείδιππος ἐν Γαλάτῃ φησίν· κόρακι κρούεται θύρα· παρὰ δὲ τοῖς ν. Ita prorſus MS. niſi quod γιγγλῦμοι haberet. Sed γίγγλυμοι ſcribendum, eo certe non invito: & ſupra VII, 107. ita juſſi. *Poſidippus* ἐν Γαλάτῃ non nunc primum vero a *Noſtro* nominatur, ſed & ſupra jam IV, 175. fuit. Facile autem inde poſſumus conjicere quantam jacturam fecerimus in hoc libro X. in quo ſupra præfatus ait ſe πλείους ἐπαγαγέσθαι μάρτυρας· quam multæ vero χρήσεις vulgo deſint MS. jam teſtari cœpit, & porro teſtabitur: non paucas tamen & in MS. deeſſe, ſæpius non falſo, credo, animadvertere poſſumus quoque. JUNG.

Καί που καὶ στρόφιγγες, &c.] Additum e MSS. καὶ γιγγλύμοι· Excerpta *Falckenburgiana*: καὶ γιγγιλίνα, quod

μοι, καὶ κορῶναι, καὶ κόρακες· Ποσιδίππος γοῦν ἐν Γαλάτῃ φησὶν, κόρακι κρούεθ' ἡ θύρα· παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις τούτοις καὶ [22] *ἀντικλεῖδες εἴρηνται· παρὰ δὲ Ἀριστοφάνει* [23] *ἐν Σφηξὶ* [24] *κατακλεῖδες, τὰ* [25] *κατακλείοντα τὰς θύρας· παρὰ δὲ Ἡροδότῳ*
23 *καὶ* [26] *ἐπισπαστῆρες·* • [27] *Φησὶ γοῦν ἐν τῷ ς*

coronæ, & coraces. Apud recentiores vero, & occluſoria inſtrumenta dicta ſunt. Apud Ariſtophanem vero in Veſpis, concluſoria ea, quæ fores claudunt. Et *ἐπισπαστῆρες*, Attractores apud Herodotum, • dicit au- 23

aperte corruptum, eoque modo reformandum, quo textus habet: neque aliter ullibi auctorum ſcribendum eſt: ſæpius in mendo cubantem offendas hanc vocem: in *Joſepho* Antiqu. Judaic. lib. III. cap. 5. *γιγλύσμοι* excuſum eſt, neque multum diverſo modo *Galenus* in *Gloſſis*: *Γιγγιγλύματα, ἀντεμβαίνουσιν εἰς ἀλλήλους, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς θύραις οἱ γιγγλυσμοί·* ſed reſcribendum: *Γιγγλύματα* & *γιγγλύμοι·* quod prius & in melioribus *Hippocratis* editionibus excuſum ita conſpicitur: adi ad *Erotianum*. Hinc in *Ariſtotele γιγγλυμώδης·* ita repones enim Hiſtor. Animal. libr. IV. cap. 4. & *γιγγλυματὸς* in *Philone* libr. V. *Βελοπ.* pag. 91. *γιγγλυματὰς σανίδας συγκλειομένας καλωδίοις·* ubi *σανίδες γιγγλυματαὶ* tabulæ dicuntur, quæ *γιγγλύμοις* ſunt conſertæ atque compactæ. *Suidas*: *Γιγλύμοι* (*Γιγγλύμοι*) *ἀντεμβολαί τινων ἐξοχῶν πρὸς κοιλότητας·* optime; quod itaque non tantum in januis habet locum, ſed & in aliis pluribus rebus: *cardinem* dixere Romani: *Gloſſæ*: *Cardo, γιγγλύμος·* nec erit quiſquam, puto, qui non iſtius rei capiat uſum. Totum vero *Pollucis* locum ſic olim cohæſiſſe puto: *καὶ ῥόπτρον· τ. γ. ἐ. τ. θ. οὗ τ. ἀν. καὶ κορῶναι, καὶ κόρ. Π. γ. ἐν Γ. φ. κ. κ. ἡ θ. καὶ ποῦ καὶ στροφ.* in vulgatis itaque jam poſt *γιγγλύμους* ſequuntur *κορῶναι* & *κόρακες*, quorum primum habes in *Homero* ad finem Odyſſ. I. emendabis ibi *Brevia Scholia*: *Κορώνη, τῷ λεγομένῳ κόρακι, τῷ ἐπισπάστῳ τῆς θύρας·* ſcribes: *ἐπισπάστρῳ*. Sed apponere juvabit *Euſtathii* notam ad hunc locum, quæ rem totam expediet: *Κορώνη δὲ ἀργυρία, ἢ τὸ κοράκιον, ἢ μᾶλλον κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὁ κρίκος, ᾧ ἔστι τὴν θύραν ἐπιερύσαι, ἤγουν ἑλκύσαι, ἐπισπάσασθαι· ὅθεν καὶ ὁ ἐπισπαστὴρ παρ' Ἡροδότῳ ἐν τῷ, ἐπιλαβόμενος τῶν ἐπισπαστήρων· ὃς καὶ ῥόπτρον ἐλέγετο, καθὰ δηλοῖ καὶ ὁ εἰπὼν, ῥόπτρον, ἐπίσπαστρον θύρας. Εἰς δὲ τὸ κορώνη φασὶν οἱ παλαιοὶ καὶ ταῦτα· κορώνη, τοῦ τόξου τὸ ἄκρον, καὶ θύρας ἐπίσπαστρον, καὶ ὁ κόραξ* &c. De *ῥόπτρῳ*, quod & in *Polluce* fuit modo, vide *Harpocrationem*, & ad eum *Mauſſacum*, qui *Lyſiæ* locum, ubi vox illa reperiatur, commonſtrat. *Callixenus* apud *Athenæum* lib. V. in illa luculentiſſima ſplendidiſſimæ navis, quam *Ptolomæus* apparari juſſerat, deſcriptione: *καὶ τὰ ῥόπτρα (τῶν θυρῶν) ἐξ ἰσυθεοῦ γεγονότα χαλκοῦ τὴν χρύσωσιν ἐκ πυρὸς εἰλήφασιν.* *Heſychium* adde. *Κόρακα* vero cum pro *κιγκλίδι* ponit *Theocriti Scholiaſtes*, unde *Syracuſanus* ille formaverit *κιγκλίζειν τὸ σαλεύεσθαι, κινεῖσθαι·* alia notione videtur uſurpaſſe, pro ferro nimirum oblongo, quod januam ſuſtineret: *εἴρηται δὲ μεταφορικῶς*, inquit ille Grammaticus, *ἀπὸ τῆς ἐν τῇ θύρᾳ κιγκλίδος· ἔστι δὲ κόραξ σιδηροῦς ἐμπίπτων εἰς τὸ μέσον, καὶ ὑποκρατῶν τὴν θύραν·* ſed ea tamen notio an veterum auctoritate muniri poſſit, in dubium voco; & ignoraverit ille Grammaticus forſitan, quid proprie fuerit *κόραξ·* de *κιγκλίδι* vero *Heſychius* & *Suidas* docent fuiſſe *μοχλὸν, ſeram januæ*, quod apprime *τῷ κιγκλίζειν* convenit. Sed temporis contractiſſima ſpatia me premunt, ut addere nihil amplius poſſim: & illa quoque, quæ effudi, indigeſta & rudia. Tum elegantem *Poſidippi* locum in *Pollucis* contextum jure poſtliminii e MSS. revocavimus: apparet & hic in Excerptis *Falckenburgianis*, ſed lacerus aliquantum atque deformis, unde tamen nos veram lectionem in lucem protraximus: *Ποσιδίππος γοῦν ἐν Γαλάτῃ φησὶ κόρακι κλείεθ' ἡ θύρα·* quæ ita, ut ſcribi curavimus in textu, ſunt reconcinnanda: ſed tamen illud *κλείεθ' ἡ θύρα* me needum dimittit, quod fuerit equidem: *occluditur janua*: & videndum profecto, ſi forſitan *κόραξ* apud antiquos non *ῥόπτρον*, quod Belgæ dicimus **een klopper** / ſed *peſſulum* quoque deſignavit: *Etymologum* vide in *ἀναζυγοῦν* & *ἀναζυγῶσαι*, in quo ſic eam vocem intelligas oportet: imo vero nec hac quidem opus erit ſignificatione, modo, quod *ἐπίσπαστρον*, valere agnoſcamus, quo attracta claudi potuit janua: ego tamen ad illam lectionem, quam reddidi, propendeo magis.

22 *Occluſoria*] *Ἀντικλεῖδες* cum accentu in antepen. etiam MS. *D. Hæſchelius* Præfat. in Dictionarium Latino Græc. *ἀντικλεῖδα*, inquit, *contra Lexicorum auctoritatem, clavem adulterinam ſeu adverſam interpretor ex Clem. Alexandr. Στρωμ.* VII. p. 325. *οὐδὲ τὴν κλεῖν ἔχοντες αὐτοὶ τῆς εἰσόδου, ψευδῆ δέ τινα, καὶ (ὥς φησιν ἡ συνήθεια) ἀντικλεῖδα.* SEB. 2.

Ἀντίκλειδες] Id & ſupra VII, 107. forte reſtituendum fuit, niſi potius *Ariſtophanem*, ut ibi dixi. JUNG.

23 *Ἐν Σφηξὶ*] C. V. *παρὰ δὲ Ἀριστοφάνει Σφιγξὶ*, pro *Σφηξὶ*, *Veſpis*, ubi hic extat verſus:

Καὶ τῆς κατακλεῖδος ἐπιμελοῦ, καὶ τοῦ μοχλοῦ.

KÜHN.

Ἐν Σφηξὶ] MS. *ἐν Σφιγξὶν κ.* errore crebro. Locus enim *ἐν Σφηξὶ Comici* hodieque extat, non longe a principio, quamvis ſingulari numero ibi legatur,

Καὶ τῆς κατακλεῖδος ἐπιμελοῦ, καὶ τοῦ μοχλοῦ.
Φυλάττεθ' ὅπως μὴ τὴν βάλανον ἐκτρώξεται. JUNG.

24 *Κατακλεῖδες*] *Veſp.* v. 154.

— τῆς κατακλεῖδος ἐπιμελοῦ, καὶ τοῦ μοχλοῦ. SEB.

25 *Κλείοντα*] C. V. *κατακλείοντα*. KÜHN.

Κλείοντα] MS. *κατακλείοντα τὰς θ.* quo pacto emenda: id enim vocabulum *κατακλεῖδας* ad etymon propius exponat, quam vulgatum *κλείοντα*. JUNG.

Κλείοντα] Bene de MSS. emendavimus *κατακλείοντα*, quo adluditur ad *κατακλεῖδες*.

26 *Ἐπισπαστῆρες.*] C. V. *ἐπισπατῆρες*. KÜHN.

27 *Φησὶ δὲ*, &c.] C. V. *φησὶ γοῦν ἐν τῷ ς. βιβλίῳ·* & mox, *ἀπρὶξ* abeſt ab eodem Codice: nec *Herodotus* habet. Verum enimvero ſæpius evenit, ut Veteres ex *Herodoto* allegent loca plenius, quam hodie habentur. Illuſtris eſt de *Pheretime* Cyrenaïca hiſtoria, quam refert in *Melpomene*, quod cum excidiſſet patria per ſeditionem, delata ſit ad Inſulam Cyprum, & a Rege ejuſdem petiverit copias, quibus reduceretur in patriam: ſed *Eueltho*, qui tum rerum in illa potiebatur inſula, dona ei miſit muliebri ſexu digna, & *τοιούτοισι*, inquit, *γυναῖκας δωρέεσθαι, ἀλλ' οὐ στρατιῇ·* ita *Noſtri* Codices: ſed *Euſtathius* in *Iliad.* pag. 659. addit *ἐνησκεῦσα ἐκ τῶν τρημάτων*, quæ verba ſine dubio invenerat in ſuo Codice, eaque omnino ad rem facere videntur. Hæc obiter monere volui, ne ſtatim uncinulis ut aliena includantur, quæ noſtris in exemplaribus non occurrunt. C. A. autem non habet illa uſque ad *οἱ μὲν οὖν· ἐπισπαστῆρες* h. l. ſunt *marculi*, quibus ex ferro confectis attrahitur janua claudenda, idque ſuadet locus *Herodoti* inſpectus vel limis oculis. KÜHN.

Φησὶ δὲ, &c.] MS. iterum auctior addit & librum *Herodoti*, ita habens: *φησὶ γ' οὖν ἐν τῷ ς. βιβλίῳ· ἐπιλαβόμενος δὲ τῶν ἐπισπαστήρων εἴχετο· ἐν δὲ* &c. Et ita omnia emenda, ejecta vocula *ἀπρὶξ*, quam neſcio quis ineptus invexit: nec in MS. noſtro hercle adparet, nec, ut & *Seberus* notavit, apud *Herodotum*;

tem, Apprehenſis oſtii cardinibus tenaciter adhærebat. Illud vero in publice venditis ſcriptum, vecti ferreo: quidam accuratius interpretati, claves intelligi putaverunt. Quoniam etiam apud Demoſthenem dictum eſt de corporis parte, τὴν κλεῖν, id eſt humeri juncturam confringentem: utrumque enim nomen alteri eſt homonymum: corporis ſcilicet pars, inſtrumento, & ipſi parti, inſtrumentum. Apud Lyſiam porro ad Philippum, ἐπιτροπεῖς, pro clavibus in-

βιβλίῳ, ἐπιλαβόμενος τῶν ἐπισπαστήρων [28] εἴχετο· ἐν δὲ τοῖς Δημιοπράτοις, [29] καὶ ἐνμόχλια σιδηρᾶ· οἱ μὲν οὖν ἀκριβέστερον [30] ἑρμηνεύειν πειρώμενοι, τὰς κλεῖς οἴονται προσήκειν λέγειν· [31] ὅτι καὶ παρὰ Δημοσθένει ἐπὶ τοῦ ἐν τῷ σώματι [32] μέρους εἴρηται, τὴν κλεῖν κατεαγότα· ὁμώνυμον δ' ἐστιν ἑκάτερον ἑκατέρῳ τοὔνομα· τό, τε μέρος τῷ σκεύει, καὶ τὸ σκεῦος τῷ μέρει· ἐν δὲ τῷ Λυσίου πρὸς Φίλιππον, [33] ἐπιτροπῆς, τὰς κλεῖδας εὑ-

cujus locum ex *Muſa* ſexta, ſive *Eratone*, cap. 91. adſcribo, de *Ægineta* e vinculis elapſo: is καταφεύγει πρὸς πρόθυρα Δήμητρος Θεσμοφόρου· ἐπιλαβόμενος δὲ τῶν ἐπισπαστήρων, εἴχετο· οἱ δὲ, ἐπεί τέ μιν ἀποσπάσαι οὐκ οἷοί τε ἀπέλκοντες ἐγίνοντο, ἀποκόψαντες αὐτοῦ τὰς χεῖρας, ἦγον οὕτω· αἱ χεῖρες δὲ κεῖναι ἐμπεφυκυῖαι ἦσαν τοῖσι ἐπισπαστῆρσι. Hic vero in ſuo Codice & locum e *Xenophonte H. Stephanus* ad oram adſcripſit: *Xenoph.* Ἑλλην. VI. ἐπισπάσασα τὴν θύραν, εἴχετο τοῦ ῥοπάλου· ubi vides & ῥόπαλον dictum iſtud ῥόπτρον. Locus eſt de *Alexandri* Theſſalorum tyranni uxore januam continente, donec maritus a fratribus ſuis interficeretur. JUNG.

Φησὶ δὲ, &c.] Locupletius e MSS. φησὶ γοῦν ἐν τῷ ϛ. βιβλίῳ. Et mox delevimus ἀπρὶξ, quod in nullis conſpicitur: & ſi verum ſit adducere quædam ex *Herodoto* Grammaticos, quæ aliter jam nunc in eo leguntur, non inde tamen hoc loco particulam iſtam communire poteris, præcipue cum ſpurium ex MSS. inveniamus: ad Cynoſarges itaque. Non me latet tamen, unde hoc arripuerit, quicunque in *Pollucem* intulit: ex *Suida* certe, cujus hæc ſunt verba: Ἐπισπαστήρων, τῶν τῆς θύρας κρουσμάτων· (quæ plane non intellexit *Portus*, cum de cardinibus intelligit) εὑρὼν προσκειμένας τὰς θύρας, καὶ λαβόμενος τῶν ἐπισπαστήρων ἀπρὶξ εἴχετο, καρτερῶς τε καὶ ἐγκρατῶς· quibus ille quin *Herodoti* locum reſpiciat, nemo dubitabit: ſed longe quidem in his locupletior eſt *Hiſtoricus*, ac in vulgatis; ut duplicem loci illius olim extitiſſe lectionem neceſſe ſit, unam, quam habemus in editis & a *Polluce* ſuis in Codicibus inventam, alteram vero tali modo ex *Suidæ* verbis concinnandam: καταφεύγει πρὸς τὰ πρόθυρα Δήμητρος Θεσμοφόρου· εὑρὼν δὲ προσκειμένας τὰς θύρας, καὶ λαβόμενος τῶν ἐπισπαστήρων ἀπρὶξ εἴχετο· ut interpretamenti vice illud καρτερῶς τε καὶ ἐγκρατῶς *Suidam* addidiſſe cenſeam; nam frigidum erit ſi velis *Herodoti* verbis adjicere: de ſimilibus alibi in præſtantiſſimo graviſſimoque ſcriptore dicam. Superius autem adduximus *Euſtathii* verba, ubi cumnet ipſum *Herodoti* locum transſcripſit. Vocantur autem & hi ἐπισπαστῆρες, δακτύλιοι. *Etymologus* in voce inter alia: καὶ τὸ ἐπίσπαστρον τῆς θύρας. Proprie vero ἐπισπαστὴρ, quo januam clauſuri attrahebant, ut itaque domum ſpectaverit: at ῥόπτρῳ, κορώνη, κόραξι pulſabat januam, ſi quis a publico veniret.

28 Ἀπρὶξ] Vide *Herodot.* lib. VI. fol. 230. ubi ea vox non habetur. SEB.

29 Καὶ ἐν μοχλείᾳ σιδηρᾷ] Leg. καὶ ἐν μοχλίᾳ σιδηρᾷ· in *Gloſſ.* μόχλος σιδηροῦς, *Vectis.* KÜHN.

Καὶ ἐν μοχλείᾳ σιδηρᾷ] MS. καὶ ἐμμόχλια σιδηρᾶ. Scribendum puto καὶ ἐμμόχλια σιδηρᾶ· nec puto aliter *Pollucem* ſcripſiſſe. Sic μοχλία καὶ γλυφεῖα in ſtatuarii inſtrumento habes apud *Lucianum* in ἐνυπνίῳ· & ſupra μοχλίον VII, 125. quamvis etiam alio in uſu: fuerunt itaque ἐμμόχλια σιδηρᾶ hic *peſſuli*, vel *obiculi ferrei januarum.* JUNG.

Ἐν μοχλείᾳ σιδηρᾷ] Sic plane reſtitui in textu, ut fuit in Codice *Palatino*, ἐνμόχλια σιδηρᾶ· *Kühnius* ἐν μοχλίᾳ σ. ἐνμόχλια vetuſtum eſt pro ἐμμ. uti ex antiquiſſimis marmoribus conſtat, quod itaque ſic ſcriptum fuit in Δημιοπράτοις etiam: ſic ἐνλιμενίζειν & ἐλλιμενίζειν.

30 Ἑρμηνεύειν πειρώμ.] *Qui accuratius loqui cupiunt*, τὰς κλεῖς *dicendum eſſe putant. Thomas* in *Eclogis* κλεῖν, οὐ κλεῖδα· ita & *Noſter*, κλεῖν, non κλεῖδα, dici monet ab iis, quibus accuratior elocutio curæ eſt. KÜHN.

Ἑρμηνεύειν πειρώμ.] MS. male πειρώμενοι. JUNG.

31 Ὅτι καὶ παρὰ Δημ. &c.] Hæc abſunt a C. A. uſque ad κατεαγότα. Locus *Demoſthenis* extat in *Oratione* de *Corona*, ubi κατεαγότα non ſignificat, *confringentem*, ut *Interpr.* putavit, ſed *fractam humeri juncturam*: vid. ſupra lib. V. c. 25. Sect. 3. KÜHN.

Ὅτι καὶ παρὰ Δημοσθ. &c.] *Demoſthenicum* illud expreſſit *Libanius*: κατεάγη τὴν κλεῖν· quod *Thomas* ex eo profert, *Herodiano* illa in re conſentiens: adde *Hæſchelium* ad *Herodiani* locum, qui ſimiliter e *Xiphilino* eandem loquendi formulam adnotat. Pluribus in locis ad *Homerum Euſtathius*, quem deſcribere non vacat.

32 Μέρους] MS. μέρει, pro μέρους. Sed hac ratione etiam ἐπὶ τῷ ſcribendum fuerat. Locum *Demoſthenis* & *Phrynichus* laudat II. Eclog. Κλεῖν, ait, ὁ Δημοσθένης, ἀλλ' οὐχὶ κλεῖδα· τὴν κλεῖν κατεαγώς· ubi *Nunneſius Pollucem* adducit. Tale eſt & illud, quod inter Apophthegmata legitur de *Philippo*, ad quem & iſta *Demoſthenis* verba pertinent: τῆς δὲ κλειδὸς αὐτῷ κατεαγείσης ἐν πολέμῳ, καὶ τοῦ θεραπεύοντος ἰατροῦ πάντως τι καθ' ἡμέραν αἰτοῦντος, λάμβανε (ἔφη) ὅσα βούλει· τὴν γὰρ κλεῖν ἔχεις. Ut autem κλεῖν tam de vaſe quam corporis parte ὁμωνύμως ait dici, idem περὶ κατακλεῖδος poſſumus affirmare, quam Segm. præced. de vaſe habuiſti in *Ariſtophanis* χοήεσι· ſupra de corporis membro II, 133. Sed ne loci *Demoſthenici* obliviſcamur, a *Nunneſio* non indicati, quem *Pollux* hic attulit, & *Phrynichus* in mente habuit. Is eſt in nobili Oratione pro *Cteſiphonte*: ἑώρων δ' αὐτὸν, ait, τὸν Φίλιππον, πρὸς ὃν ἦμιν ὁ ἀγὼν, ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυναστείας τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον· &c. JUNG.

33 Ἐπιτροπῆς &c.] *Interpr.* ἐπιτροπεῖς *pro clavibus invenimus*, imo, ſi verum fateri volumus, pro *clavibus* invenit *carbonum theſaurum*: miror tam leve mendum fraudi fuiſſe docto homini; legendum enim, ἐν τῷ Λυσίου πρὸς Φίλιππον ἐπιτροπῆς, *in Oratione Lyſiæ contra Philippum de tutela. Harpocrat.* in voce ἀιδίσασθαι laudat *Lyſiam* ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους ἐπιτροπῆς, *in Oratione contra Demoſthenem de actione tutelæ*: ita & hoc loco *Lyſias* contra *Philippum* egit, qui tutores ſuos accuſarat male adminiſtratæ tutelæ: poſtquam hæc ſcripſeram vidi & C. V. legere ἐπιτροπῆς· in hujuſmodi allegationibus ſæpe omittitur περὶ· plena enim locutio eſt, περὶ ἐπιτροπῆς. *Harpocr.* in παρεγγύησις laudat *Iſæum* ἐν τῷ πρὸς Διοφάνην ἐπιτροπῆς ἀπολογίᾳ· verum in voce παιδικὰ, eandem *Lyſiæ* Orationem, quam *Noſter* citat hoc loco, dicens: Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Φιλίππου ἐπιτροπῆς, εἰ γνήσιος ὁ λόγος ἐστί. Voluit igitur Auctor monere κλεῖδα dixiſſe *Lyſiam* in laudata Oratione, non, ut ſolebant accuratiores in elocutio-

24 ῥήκαμεν· * παρὰ δὲ Ἀριστοφάνει [34] ἐν Αἰολοσίκωνι καὶ κλειδίον· [35] ἐν μέν τοι τοῖς Πλάτωνος τοῦ Κωμικοῦ Μετοίκοις, [36] σημεῖα, παρασημεῖα, [37] κλεῖν, παρακλείδιον· [38] αἱ μὲν οὖν θύραι, καὶ σανίδες, καὶ πτύχες [39] ὀνομάζονται· θύραι δὲ αὐτὸ τὸ χάσμα ἐστὶ τῆς θύρας· ἐν δὲ τοῖς Δημιοπράτοις [40] γέγραπται θύρα διάπριστος, καὶ θύ-
25 ραι συνδρομάδες· * [41] ἐν δὲ Κρατίνου Διονυσα-

venimus. * Κλειδίον vero, claviculus in Ariſtophanis Æoloſicone. Sed in Platonis Comici Inquilinis, Signa, ſigilla, clavis, ſera. Januæ quidem, & fores dicuntur, & valvæ. Θύραι vero, ipſe januæ hiatus eſt. In Demiopratis vero, vendita eſt janua diſſecta, & fores concurſoriæ. * Verum in Cratini Dionyſa- 25

ne, κλεῖν. C. A. non habet ἐν δὲ τῷ A. &c. uſque ad εὑρήκαμεν· huc pertinet etiam apud *Noſtrum* illa inſcriptio Orationis *Lyſiana* : ἐν τῷ κατὰ Καλλίου ὕβρεως, *in de Callia contumelia*, quam ſcilicet fecerat *Callias* : corrigendus obiter *Athenæus* lib. VI. cap. 19. Ὑπερίδης γοῦν ὁ Ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέου, αἰκίας, φησί, ἰδέσαι &c. legendum interpungendumque eſt κατὰ Μαντιθέου αἰκίας, φησί, ἴδεσαν &c. confer ejuſdem libr. XIII. cap. 6. ubi recte *Caſaub.* αἰκίας reſtituit pro αἰτίας. Idem in fine lib. VIII. ſimile mendum ſuſtulit e medio cap. 17. ubi erat ſcriptum, Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Μικίνου φόνῳ, pro φόνου· cæterum ut λόγῳ addatur non eſt neceſſarium : id enim ſubintelligitur ut plurimum, uti patet ex dictis: cæterum poſtea vidi *Valeſium* etiam in *Notis* & *Emendationibus*, quæ fronti & calci *Pollucis* editi a *Sebero* adſcripſerat, legere nobiſcum ἐπιτροπῆς. Kühn.

Ἐπιτροπεῖς &c.] MS. ἐπιτροπῆς τὰς κλεῖδας εὑρήκαμεν, quo pacto mihi ſcribendum videtur, longe ſenſu elegantiore : q. d. *claves tutelæ*, vel *adminiſtrationis*, id eſt, *patet nos jam aditus ad eam* : vel emendandum potius : πρὸς Φίλιππον ἐπιτροπῆς· τὰς &c. Erat autem de ea re Oratio illa : & ita Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Φιλίππου ἐπιτροπῆς laudatur ab *Harpocratione* in ἀρκτεῦσαι· ut etiam in παιδικά, licet ibi addubitet εἰ γνήσιος ὁ λόγος ἐστί, quemadmodum & in ὁδοῖς & ζειρά. Jung.

Ἐπιτροπεῖς] Optime MSS. ἐπιτροπῆς· quod non aliter, ac *Kuhnius* explicuit, capiendum eſt: ad vitium hoc animum advertit etiam *Meurſius Biblioth. Att.* ubi de *Lyſia*, ejuſque ſcriptis, ibique, ut cum *Kuhnio* nos intulimus in contextum, egregie vir Doctiſſimus emendavit.

34 Ἐν Αἰολωσίκωνι] Αἰολοσίκωνι. Seb.

Ἐν Αἰολωσίκωνι] C. V. ἐν εἶναι Ὀλοσίκωνι. C. A. Αἰολυσιδίκωνι· leg. Αἰολοσίκωνι, ut & Segm. ſequ. drama hujus nominis ab *Ariſtophane* ſcriptum in quendam *Siconem verſipellem* : pro κλειδίον C. A. male, κλειδίων. Kühn.

Ἐν Αἰολωσίκωνι] MS. Εἰναιολοσίκωνι, ſed emendatum ἐν Αἰολοσίκωνι· quomodo ſcribere & vulgo debes per λο, non λω, ut etiam ab amico noſtro video adnotatum. Sæpius a noſtro adducitur hoc drama, & plerumque recte ſcribitur. Jung.

Ἐν Αἰολωσίκωνι] Αἰολοσίκωνι cum *Kühnio*, ut ſæpius alibi, hic a nobis eſt emendatum, & mox Segm. ſequenti; quam fabulam in ſcenam edidiſſe per filium *Ararotem*, ut nomen ipſi atque laudem conciliaret, *Ariſtophanem*, Argumentum *Plutonis* docet. Tum plenius in noſtra editione legitur ἐν μέν τοι τοῖς &c. Πλάτωνος Μέτοικοι plus quam ſemel *Harpocrationi* & *Ariſtophanis Scholiaſtæ* laudantur, quibus illum exagitaſſe μετοίκους vero perquam ſimillimum eſt.

35 Ἐν μὲν τοῖς Πλ.] MS. ἐν μέντοι τοῖς Πλ. plenius. Jung.

36 Σημεῖα] *Sigilla, falſa ſigilla.* Kühn.

Σημεῖα] Pro σημεῖα, in MS. emendatum eſt σημεῖαν, cauſam non video : cur enim non & παρασημεῖαν corrumpere pergebat illa manus? Jung.

37 Κλεῖς] MS. κλεῖν. Seb.

Κλεῖς] *Clavem adulterinam, vel Laconicam, clavem;* MSS. enim pro κλεῖς legunt κλεῖν. Kühn.

Κλεῖς] MS. tam noſter quam *Seberi* κλεῖν, & ſcribamus itaque ſic: videtur autem integer ſenarius:

Σημεῖα, παρασημεῖα, κλεῖν, παρακλείδιον. Jung.

Κλεῖς] Congrue MSS. κλεῖν, quod ita potius in textu reponere placuit.

38 Αἱ μὲν οὖν θύραι, &c.] C. A. περὶ θυρῶν· θύραι *dicuntur tabulæ ac valvæ : dicitur vero & ipſe januæ hiatus eodem nomine* : ita acciperem hunc locum. *Vitruv.* lib. IV. ὑπόθυρον vocat *hiatum januæ*, ubi *Philander* hunc locum *Pollucis* laudat, ejuſque Codicem mendoſum ſuſpicatur. Kühn.

39 Ὀνομάζονται.] MS. ὠνομάζονται. Sed emendatum eſt ὀνομ. σανίσιν vero *Homerum* auctorem dat ſupra I, 76. Jung.

40 Πέπραται] MS. γέγραπται. Sed alibi ſimiliter editis. Seb.

Πέπραται] MSS. γέγραπται θύρα διάπριστος, *janua diſſecta in duas partes æquales*, quarum altera clauſa, altera aperitur : θύραι συνδρομάδες, ut habet C. A. ſunt *bipatentes*, *valvatæ*, quæ cum clauduntur, arcte coëunt. *Salm.* γέγραπται &c. θύρα διάπυστος. Kühn.

Πέπραται] MS. noſter, ut *Seberi*, γέγραπται, pro πέπρακται. Vulgatum tamen viris doctis non diſpliceat: quamvis ſi id ſcripſit *Pollux*, potius tamen πέπραται ſcripſiſſe videtur, ut infra Segm. 36. 39, 40, 81. alibi : a quo verbo in illis δημιοπράτοις omnis Oratio pendebat, ut ait *Caſaubonus* noſter Notis ad *Capitolini Pertinacem* : & γέγραπται MS. quoque verum eſſe tamen poteſt : ἀναγέγραπται enim iſta talia ἐν στήλαις, ut infra ait Segm. 97. nec opus habuit ſemper πέπραται dicere : ſed γέγραπται etiam, ut infra Segm. 96. *Noſter* & *Seberi* MS. εὑρίσκεται, alia. Jung.

Πέπραται] MSS. adverſus eſſe nolui, qui pariter hic γέγραπται habent melius atque opportunius opinione mea: alibi tamen in *Polluce* πέπραται, notante *Jungermanno* : ſed ſuo quæque loco ponderare neceſſe eſt. Januæ διάπριστοι quæ ſint, melius alii forſitan, quam ego exponant : puto tamen ita dici, quæ ad ſtatutam in medio trabem ab utraque parte coëunt, ut συνδρομάδες fuerint, quæ occluſæ mutuo ſe tangerent intermedia trabe non diviſæ.

41 Ἐν δὲ Κρατ. Διονυσαλεξάνδρῳ] Abſunt a C. A. uſque ad δίεπε καί. C. V. ἐν Διονυσαλεξάνδρου, male. Kühn.

Ἐν δὲ Κρατ. Διονυσαλεξάνδρῳ] MS. Διονυσαλεξάνδρου. Sed recte ου in ῳ emendatum : de ea fabula vide *Caſaubonum* noſtrum III. *Athen.* 32. Jung.

Ἐν δὲ Κρατ. Διονυσ.] De fabula dictum alibi : χρῆσιν inde allatam emendavimus, ut lib. VII, 122. optime fuit edita : *Kühnius* hic interſeruerat : βούλει ποικίλα· ſed MSS. præſtantius. Παραστάδας in Ægyptiorum templis commemorat *Hero* Spirit. p. 158. Ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις ἱεροῖς, πρὸς ταῖς παραστάσι τροχοὶ χάλκεοι ἐπίστρεπτοι γίνονται· & *Callixenus* apud *Athenæum* lib. V. ἔκειτο δὲ ἐπὶ μὲν τῶν τῆς σκηνῆς παραστάδων ζῷα μαρμάρινα τῶν πρώτων τεχνιτῶν, ἑκατόν· ubi ſane non recte *Dalechampius veſtibulum* vertit : *poſtes* illam vocem bene reddunt *Gloſſæ*, unde itaque quæ ſint παραστάδες cognoſcere potuerat vir eruditus : ſed hic ille forſitan ad ſenſum magis quam ad voces attendit: *Heſychius* : Παραστάδες, οἱ πρὸς τοῖς τοίχοις

lexandro, Poſtes dicti ſunt: veſtibula variegata. Pro janua etiam ὀπὴ dictum eſt in Ariſtophanis Æoloſicone: & διόπης. A vectibus præterea dicitur, fores obſtruxere, in Lemniis Ariſtophanis: A ſeris autem, ſerare, obſerare, concludere, occludere: de quo etiam dicitur, januam obtendere, contrahere, attrahere, objicere, obſtruere, inducere, applicare, adjungere.
26 * Quemadmodum aperire, idem eſt recludere, remittere, extendere, revolvere. Apud Comicos vero ἀναζυγῶσαι

λεξάνδρῳ εἴρηται, Παραστάδας καὶ πρόθυρα [42] βούλει ποικίλα· [43] ἡ δὲ ὀπὴ εἴρηται ἐν Αἰολοσίκωνι Ἀριστοφάνους, καὶ [44] δι' ὀπῆς κἀπὶ τέγους· καὶ ἀπὸ μὲν τῶν μοχλῶν, τὸ μόχλωσοι τὴν θύραν, ἐν Λημνίαις Ἀριστοφάνους· ἀπὸ δὲ τῶν κλειδῶν, τὸ κλεῖσαι, [45] συγκλεῖσαι, παρακλεῖσαι, ἐπικλεῖσαι· [46] ἐφ' οὗ καὶ τὸ προσθεῖναι τὴν θύραν, [47] καὶ συναγαγεῖν, καὶ ἐπισπάσασθαι, καὶ ἐπιβαλεῖν, [48] καὶ ἐπιφράξαι, καὶ ἐπαγαγεῖν, [49] καὶ κατακλῖναι, καὶ ἐπικλῖναι· * ὥσπερ [50] καὶ τῷ ἀνοῖξαι ταυτόν ἐστι 26
[51] τὸ ἀνακλῖναι, ἀνεῖναι, ἐκπετάσαι, [52] ἀναπετάσαι· [53] παρὰ δὲ τοῖς Κωμῳδοῖς τὸ [54] ἀναζυγῶσαι,

τετραμμένοι κίονες. *Pindarus* autem πρόθυρον θαλάμου Olympion. Od. VI. Χρυσέας ὑποστάσαντες εὐτειχεῖ προθύρῳ θαλάμου Κίονας, ὡς ὅτε θαητὸν μέγαρον Πάξομεν &c. & *Macarius* de Cuſtod. Cord. cap. 11. regias ædes continere dixit δίαιτας πολλάς, καὶ αὐλὰς διαφόρους, καὶ πρόθυρα πολλά· *Herodotus*: καταφεύγει πρὸς πρόθυρα Δήμητρος Θεσμοφόρου· Muſa ſexta. Itaque conjunxit apte παραστάδας & πρόθυρα *Cratinus*, ſiquidem quæ ſunt in προθύροις *poſtes ſeu columnæ*, illo nomine vocentur proprie.

42 Πολυποίκιλα.] C. V. leg. πρόθυρα βούλει ποικίλα, *limina vis diſcolorta?* KUHN.

Πολυποίκιλα.] Pro πολυποίκιλα, MS. βούλει ποικίλα· recte. Nam totus verſus ita concipiendus eſt:

Παραστάδας καὶ πρόθυρα βούλει ποικίλα.

Ut & ſupra habuiſti VII, 122. totidem verbis: & quid παραστάδες, etiam ſupra I. 76. exponit. JUNG.

43 Ἦτε ὀπὴ εἴρηται &c.] C. V. ἡ δὲ ὀπὴ &c. καὶ διοπῆς κἀπιτέγους καί· leg. κ. δι' ὀπῆς κ. *& per foramen & ſuper tecto*: foramen & rima januæ intelligitur. KUHN.

Ἦτε ὀπὴ εἴρηται &c.] Sequitur in MS. ἡ δὲ ὀπῆ εἴρηται ἐναιολεσίκωνι Ἀριστοφάνους, καὶ διοπῆς κἀπιτέγους. Et hæſi hic in διοπῆς, fereque ut ὀπὴν, ſic διοπὴν *Polluci*, vel *Ariſtophani* adfinxiſſem: ſed opus non eſt, ſi conſideramus confuſe ita ſcribendi morem in MS. Et ita omnia emendanda ajo: ἡ δὲ ὀπὴ εἴρηται ἐν Αἰολοσίκωνι Ἀριστοφάνους, καὶ δι' ὀπῆς, κἀπιτέγους· id eſt, καὶ ἐπὶ τέγους. Prorſus geminus autem videtur locus ἐν πεντάθλῳ *Xenarchi* apud *Athen.* libr. XIII. de mœchis,

Μὴ κλίμακ' αἰτησάμενον εἰσβῆναι λάθρα,
Μὴ δὲ δι' ὀπῆς κάτωθεν ἐνδῦναι στέγης. JUNG.

44 * Διόπης.] *Interpr.* διόπης ſcripſit. Alias δίοπος *duo foramina habens* de tibia ex *Athen.* affertur, qui lib. IV. fol. 176. Alexandrinos διόπους αὐλοὺς habuiſſe refert. SEB.

* Διόπης.] *Kühnius* e MSS. δι' ὀπῆς κἀπὶ τέγους· optime: in *Falckenburgianis* Excerptis hæc longe ſunt confuſiſſima: καὶ ὁ διεπιτούς. Modo fuit ante nos ἦτε.

45 Συγκλ. παρακλ. &c.] MS. alio ordine, παρακλ. συγκλ. ἐπικλ. JUNG.

46 Ἐφ' οὗ καὶ τὸ πρ. &c.] C. A. ἀφ' οὗ &c. προσθεῖναι τ. θ. *Herodoti* eſt in *Thalia.* KUHN.

47 Συναγαγεῖν, &c.] MS. ubique interpoſita particula connectente, καὶ συναγ. καὶ ἐπισπ. καὶ ἐπιβ. καὶ ἐπαγ. καὶ κατακλῖναι, καὶ ἐπικλῖναι· ὥσπερ καὶ τὸ ἀνοῖξαι &c. JUNG.

Συναγαγεῖν] Addidi particulam copulantem e Codice *Palatino*, ut in initio hujus capitis.

48 Ἐπιφράξαι] Malim ἐπιῤῥάξαι vel ἐπαῤῥάξαι· id eſt, *fores magno impetu adducere & claudere ita, ut ſtrepitum dent. Plato* in *Protag.* ἅμα ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν τὴν θύραν πάνυ προθύμως ὡς οἷόν τε ἦν, ἐπήῤῥαξε, *ſimul ambabus januam quantum poterat cum impetu & ſtrepitu clauſit. Plutarchus in Artaxerxe*: τὰς θύρας ἐπήῤῥαξε κράζων, *cum clamore fores violenter adduxit. Homer. Iliad.* β. 402. *de veſte qui foribus obdebatur*, τὸν τρεῖς μὲν ἐπιῤῥήσσεσκον Ἀχαιοὶ &c. *Heſych.* Ἐπιῤῥήσσει, ἐπικλείει· vid. eundem in ἐπιῤῥήσσεσκεν & ἐπιῤῥήσσεσκεντο· contra ἐξαράξαι eſt, *januam revellere cardinibus, comminuere. Ariſtoph.* in *Equitibus*, ubi *Scholia* ἐξάραξα exponunt ἀνέῳγα· conf. *Suidam* in ἐξαράξειν, & *Heſych.* in ἐπιῤῥήξας. KUHN.

49 Κατακλῖναι] C. V. κατακλεῖναι, καὶ ἐπικλεῖναι· dein C. A. ὥσπερ τὸ (leg. τῷ) ἀνοῖξαι ταυτὸν ἀνακλῖναι ἀν. ἐκπετάσαι· παρὰ δὲ &c. KUHN.

50 Τὸ ἀνοῖξαι] Τῷ ἀν. ut Segm. 15 & 16. idemque obſerv. & mox ſi repetendum ταυτόν. SEB.

Τὸ Ἀνοῖξαι] Dedimus in textu καὶ τῷ ἀνοῖξαι· quod τῷ ita ſcribendum vidit & *Seberus*: fallitur enim *Jungermannus* noſter, cum poſuiſſe *Seberum* cenſet τῷ ἀνακλῖναι, quod verum eſſe verba ejus inſpicienti patebit.

51 Τὸ Ἀνακλῖναι] MS. etiam τὸ ἀνακλεῖναι· ut antea κατακλεῖναι, ἐπικλεῖναι· ſed non video cur per ει illa ſcribamus: & *Heſychius* etiam, Ἀνακλῖναι, ἀνοῖξαι ſcribit. Et *Etymologicon*, Ἀνακλῖναι, ἀνοῖξαι, ἀναπετάσαι· & pluribus *Suidas*: Ἀνακλῖναι, ἀνοῖξαι· Ὅμηρος· οὕτω δὲ καὶ Ἡρόδοτος· οἱ δὲ, ἀνακλῖναι μὲν τὴν θύραν οὐ κατετόλμησαν, οὐδ' εἴσω παρελθεῖν ἴσχυσαν· Hoc itaque ſibi forte velit tantum MS. noſter, ut περισπωμένως ſcribatur κατακλῖναι, ἐπικλῖναι, ἀνακλῖναι. Ceterum & τῷ ἀνακλ. ſcribendum hic, non τὸ monet *Seberus* noſter; ego malim, ut & antea ad Codicem meum adnotaram, in primo τὸ ſtatim erratum, non in altero eſſe, & ſcribebam: ὥσπερ καὶ τῷ ἀνοῖξαι ταὐτόν ἐστι τὸ &c. nec aliter putem *Pollucem* ſcripſiſſe. Ea in re creberrime MS. peccat, ut alia exempla erunt adhuc pagina hac. JUNG.

52 Ἀναπετάσαι.] Deeſt in MS. ἀναπετάσαι. JUNG.

53 Παρὰ] E MS. pr. edit. περί. SEB.

Παρὰ] Παρὰ quoque MS. noſter, ut recte edidit *Seberus*: deinde MS. παρὰ δ. τ. Κωμ. καὶ τὸ &c. JUNG.

54 Ἀναζυγῶσαι] *Heſych.* Ἀναζυγοῦντες, (leg. ἀναζυγοῦν) ἀνοίγειν κιβωτόν, λέγεται δὲ καὶ ζύγαστρον, ἀναζυγοῦντες, ἀνάγοντες εἰς τὸ ἄνω πῶς· *quodammodo rurſum adducere*, id eſt, pauliſper aperire arcam, leniter elevato operculo: ita enim legerem pro φῶς· quod in vulgatis eſt editionibus *Heſychii*: vid. *Phavor.* in ἀναζυγοῦν & ἀναζυγῶσαι· *Schol.* in *Nubes Ariſtoph.* ἀναζυγοῦν ἐπὶ τὸ ἔξωθεν ἀνοίγειν τὴν θύραν. KÜHN.

Ἀναζυγῶσαι] Elegans eſt ea de re locus *Etymologi*, quem adſcribam: Ἀναζυγοῦν φασὶ τὸ ἀνοιγνύναι κιβωτὸν, ἢ τὸν ἐπὶ τῇ θύρᾳ κόρακα· λέγεται καὶ ἐπὶ τοῦ ἀναφωνεῖν, ἀνοιγνύναι τὸ στόμα· λέγεται ἀναζυγὴ καὶ ἡ τῆς θύρας ἄνοιξις, καὶ κλίνεται τῆς ἀναζυγῆς. Πλάτων Εὐμενίσιν, Εὐθὺς ἀναζυγῆς γενομένης. Componendus cum his *Heſychius*, & emendandus eadem opera. Contrarium huic ἐπιζυγῶσαι, quod ſupra habuimus in

ταυτὸν [55] τῷ ἀνοῖξαι σημαίνει· ὥσπερ τὸ κλεῖσαι, τὸ ἐπιζυγῶσαι. [56] καὶ τὸ ζυγώθρισον δὲ ἐπὶ τοῦ κλεῖσον εἰώθασι τάττειν· [57] καὶ μὴν καὶ βαλανῶσαι τὴν θύραν [58] ἐκεῖνοι λέγουσι· καὶ, οὐδεὶς βεβαλάνωκε τὴν θύραν, ἐν ταῖς
27 [59] Δαναΐσιν ἔφη Ἀριστοφάνης· • [60] ὁ δὲ Θουκυδίδης, [61] στυρακίῳ ἀκοντίου ἀντὶ [62] βαλάνου ἔφη κεχρῆσθαί τινα ἐς τὸν μοχλόν· [63] τῷ δὲ κλεῖσαι ἴσον καὶ τὸ πακτοῦν, καὶ τὸ ἐπιπακτοῦν τὰς θύρας ἐστίν· ὥσπερ τῷ ἀνοίγειν [64] ταυτὸν τὸ λύειν, ὡς ἔφη Εὐριπίδης, Λῦε [65] πακτὰ δωμάτων· ὡς τοὐναντίον Ἀριστοφάνης, [66] προπύλαια

idem, quod aperire ſignificat. Quemadmodum pro claudere ἐπιζυγῶσαι. Porro & ζυγάθροισον, id eſt vectem utraſque tabulas obſtruentem, foribus obtendebant. Tum & januam obſtruere nonnulli dicunt. Et nemo obſtruxit januam, in Danaidibus dicit Ariſtophanes. • Thucydides vero quendam jaculi manubrio, loco obicis, januam concluſiſſe tradit. Idem vero quod claudere eſt & pangere, & compingere fores: ſicut & aperire idem eſt quod ſolvere: ut inquit Euripides: Solve, compactas partes ædium. Veluti contrarium dixit Ariſtophanes, veſtibula 27

Euſtathio de κλειδὶ, quæ ille nobis ex veteribus appendebat: ἐπιζυγοῦν τὴν θύραν.

55 Τῷ ἀνοῖξαι] MS. vitioſe, ut dixi ſolere ſæpiſſime, τὸ ἀνοῖξαι σ. JUNG.

56 Καὶ τὸ ζυγάθροισον] Non eſt in C. A. hic verſus: at C. V. καὶ τὸ ζυγέθρισον, quod firmat *Heſych.* Ζυγέθρισον, ζύγωσον ἢ κινήσας διάστησον· extat apud *Ariſtoph.* in *Nubibus*, ubi ſcribitur per ω ζυγώθρισον, id eſt, συνάρμοσον, σύμπλιξον, ubi & ratio nominis redditur. *Interpr.* ex ζυγέθρισον imperativo verbo nobis fecit nomen, quo ſignificetur *vectis utraſque tabulas obſtruens*, gerræ Siculæ. Pro κλεῖσαι, κλεῖσον C. V. legit. KÜHN.

Καὶ τὸ ζυγάθροισον] MS. καὶ τὸ ζυγέθρισον δὲ ἐπὶ τοῦ κλεῖσον εἰώθασι τάττειν. Et MS. veram lectionem fere ſervavit. Scribendum enim: καὶ τὸ ζυγώθρισον δὲ ἐπὶ τοῦ κλεῖσον ε. τ. Ex *Ariſtophane* enim id ſumpſit noſter, ubi fere in mediis Νεφέλαις *Socrates* ad *Strepſiadem*:

Ἔχ' ἀτρέμα, κἂν ἀπορῇς τι τῶν νοημάτων,
Ἀφεὶς ἄπελθε, κᾆτα τὴν γνώμην πάλιν
Κίνησον αὖθις αὐτὸ, καὶ ζυγώθρισον.

Quem locum & *Heſychius* reſpexit, ubi ſcribit: Ζυγόθρισον (emenda ζυγάθρισον) ζύγωσον, ἢ κινήσας διάστασον· mox autem paulo Ζυγώσω exponit δαμάσω, κλείσω, καθέξω· & indicavit *Suidas*: Ζυγάθρισον· ἴσωσον, ζυγοστάτησον, ἴασον τὸ ἀπορούμενον· ἔπειτα πάλιν ἀνασκόπησον, καὶ οἷον ἀνοίγειν ἀποπειράθητι· τὸ γὰρ ἀναζυγοῦν ἐστι, τὸ ἔξωθεν ἀνοίγειν τὴν θύραν· εἰ δὲ, ζυγώθρισον· συνάρμοσον, σύμπηξον, Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· ubi quoque utroque loco erit ζυγάθρισον emendandum. Eſt autem ζυγάθρον, unde ζυγαθρίζειν finxiſſe credo, ὁ συνέχων τὰς δύο θύρας μοχλὸς, ut ait *Suidas* idem. Et ἀναζυγῶσαι, quod præceſſit, etiam ex *Ariſtophane* eſt, quem *Noſter* κατ' ἐξοχὴν ſæpe per *Comicos* intelligit. *Etymologicon* Magnum: Ἀναζυγῶσαι· ζύγωθρον καλεῖται ὁ κόραξ, καὶ ἐπιζυγῶσαι, τὸ κλεῖσαι· ἀναζυγῶσαι, τὸ θύρας ἀναπετάσαι Ἀριστοφάνης. JUNG.

Ζυγάθροισον] *Kühnius* e MSS. ζυγώθρισον· quod ſecuti ſumus.

57 Καὶ μὴν καὶ βαλαν.] MS. καὶ μὴν βαλ. Sine altero καὶ, quod tamen bene habet. JUNG.

58 *Nonnulli*] Ἐκεῖνοι illi, ſcil. *Comici*. Item apud *Plut.* SEB. 2.

59 Δαναΐσιν] C. A. Δαναΐσις ſuperſcripto ους, ſed vulgatum optimum eſt. KÜHN.

Δαναΐσιν] Hujus dramatis mentio & apud *Athenæum*, adnotante *Caſaubono* noſtro III. Animad. 29. JUNG.

60 Ὁ δὲ Θουκυδ. &c.] Hæc uſque ad finem capitis non agnoſcit C. A. KÜHN.

61 Στυρακίῳ] Locus eſt lib. II. pag. 102. ubi *Scholia* late quid ſit βάλανος· & per στυράκιον intelligit σαυρωτῆρα τῶν δοράτων, *cuſpidem haſtarum* quæ terræ infigitur. *Interpr. jaculi manubrium*, quod *Scholiaſtes Thucydidis* ἀνοήτως fieri indicat, arguitque ex ipſa hiſtoria. KÜHN.

Στυρακίῳ &c.] *Thucydidis* hunc locum adfert & exponit *Caſaubonus* ad *Æneam Poliorc.*

62 Βαλάνου] Sic apud *Thuc.* libr. II. fol. 101. pr. ed. βαλανίου. *Scholiaſt.* βάλανός ἐστι τὸ βαλλόμενον εἰς τὸν μοχλὸν σιδήριον, ὃ καλοῦμεν μάγγανον· ὅθεν καὶ ἡ κλεὶς καλεῖται βαλανάγρα, παρὰ τὸ ἀγρεύειν τὴν βάλανον. SEB.

Βαλάνου] MS. βαλάνου ἔ. κ. τ. ἐς τὸν μ. & ſcribe ἐς τὸν· quamvis leviſſimum hoc monere. *Thucydidis* enim locus lib. II. Ξυγγρ. non longe ab initio ita habet: τῶν δὲ Πλαταιῶν τις τὰς πύλας, ᾗ ἐσῆλθον, καὶ αἵπερ ἦσαν ἀνεῳγμέναι μόναι, ἔκλεισε, στυρακίῳ ἀκοντίου, ἀντὶ βαλάνου χρησάμενος ἐς τὸν μοχλόν· ὥστε μηδὲ ταύτῃ ἔτι ἔξοδον εἶναι. JUNG.

63 Τῷ δὲ κλεῖσαι] Iterum MS. mendoſe τὸ δὲ κλεῖσαι· deinde habet ἴσον & reliqua duo ſequentia, τὸ τό· & iterum mox male τὸ ἀνοίγ. Alias *H. Stephanus* hic ad oram adſcripſit: *Apud Sophocl.* καὶ δῶμ' ἀπάκτου, *videtur* δῶμα πάκτου. Locus eſt in *Ajace*:

Ἀλλ' ὡς τάχος τὸν παῖδα τόνδ' ἤδη δέχου
Καὶ δῶμ' ἀπάκτου. —

De quo cum pluribus vide in ſuis Annotationibus ſeorſim in *Sophoclem* editis: ubi & *Pollucem* noſtrum hic adducit: & loca quædam *Ariſtophanis* de hoc verbo, & ſupra etiam *Noſter* VII, 113. meminit. JUNG.

Τῷ δὲ κλεῖσαι &c.] Tetigit hæc Vir juvenis Eruditiſſimus *Dionyſ. Voſſius* ad *Cæſaris* lib. III. de B. C. ubi de remulco agens, exponit *Hyginum*, qui dixerit, teſte *Cariſio*, remulcum Græcis dici πάκτωμα· illa nobis in animo non eſt hic repetere: adponam duntaxat *Euſtathii* locum ad Odyſſ. ψ. explicantis, qui ſint in *Homero* εὔπηκτοι θάλαμοι, οἱ εὐπαγεῖς καὶ στερεοὶ κατὰ τὸ, εὐσταθέος μεγάροιο· ἢ τεχνικῶς ἐσκευασμένοι ἢ εὔκλειστοι· διὸ ἐπάγει σανίδας δ' ἔχεν εὖ ἀραρυίας· καὶ ἴσως ἐκ τούτου καὶ τὸ συγκλεῖσαι πακτῶσαι παρ' Ἀττικοῖς, ὡς καὶ Σοφοκλῆς δηλοῖ ἐν τῷ καὶ δῶμα πάκτου· καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν τῷ, καὶ ἐπακτώσαμεν γε.

64 Ταυτὸν τὸ λύειν] C. V. τὸ κλύειν ὡς ἂν φῇ Εὐριπίδης, ut dixerit *Euripides*: κλεῖε πηκτὰ δωμάτων, *claude januam compactilem.* *Ariſtoph.* *Euripid.* traducens. KÜHN.

Ταυτὸν τὸ λύειν] MS. τὸ αὐτὸν τὸ λύειν, ὡς ἂν φῇ Εὐρ. λύε &c. Alluſit vero ſine dubio *Ariſtophanes* ad illud *Euripideum* in *Acharnenſibus*, ubi *Euripidem* introducit dicentem: ἀνὴρ ὑβρίζει, κλεῖε πηκτὰ δωμάτων. JUNG.

65 Πακτὰ δωμάτων.] MS. πάκτα δ. ἡ τὸ ἐναντίον Ἀρ. Sed πακτὰ bonum eſt: ut & *Heſychius*: Πακτὰ, ἡρμοσμένα, πεπορπημένα. JUNG.

66 Προπύλαια πακτοῦν.] C. V. προπύλαι ἀπάκτου τὰς θύρας, leg. προπύλαια πακτοῦν τὰς θ. vide locum in *Lyſiſtrata*, quem laudavit & *Valeſ.* Notis in h. l. KÜHN.

pan-

pangere: aut rurſum, compingere fores. At ſecundum Archilochum, Πακτῶσαι, pro claudere.

πακτοῦν· ἢ πάλιν καὶ ἐπιπακτοῦν τὰς θύρας· ἢ ὡς Ἀρχίλοχος πακτῶσαι, τὸ κλεῖσαι.

28 • CAPUT V.

De janitoris vaſis, & officiis.

QUoniam vero domum purgare, & aſpergere, janitoris officium eſt: convenientia hiſce inſtrumenta dicamus, utpote *κόρημα*, id eſt, ſcopæ: ſic vero tam inſtrumentum, quam expurgatæ ſordes dicuntur. Ipſum vero verbum, ſcopare dices. Ipſum vero inſtrumentum, & verbum ab Eupolide dictum eſt in Adulatoribus,

Cape has ſcopas, & aulam ſcopa.

29 • Scopis autem purgatum in Scenis conjunctis dicitur apud Ariſtophanem: ſicuti in Callipide,

• ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ Ε. 28

[67] Περὶ τῶν τοῦ πυλωροῦ σκευῶν, καὶ ἔργων.

[68] ΕΠεὶ τῷ πυλωρῷ τὸ καθαίρειν, καὶ καταῤῥαίνειν τὴν οἰκίαν ἀναγκαῖόν ἐστι, [69] τὰ πρόσφορα τούτῳ τῶν σκευῶν [70] εἴπωμεν, εἶεν τὸ κόρημα· καλεῖται δὲ οὕτω καὶ τὸ σκεῦος, καὶ τὸ κάθαρμα τὸ κορούμενον· τὸ δὲ ῥῆμα, κορεῖν ἂν [71] λέγοις· καὶ τὸ μὲν σκεῦος καὶ ῥῆμα ὑπὸ Εὐπόλιδος εἴρηται ἐν τοῖς Κόλαξι.

Τουτὶ λαβὼν τὸ κόρημα, τὴν αὐλὴν κόρει.

• τὸ δὲ κορούμενον ἐν Σκηναῖς καταλαμβανούσαις 29 Ἀριστοφάνους· ὥσπερ [72] ἐν Καλλιππίδῃ,

Προπύλαια πακτοῦν.] MS. προπύλαια πάκτου τὰς θύρας· ἢ Ἀρχ. π. τ. κ. Sed vulgata rectius habent. *Ariſtophanis* verſus ſunt in *Lyſiſtrata* paulo longius ab initio:

Μοχλοῖσιν δὲ καὶ κλῄθροισιν
Τὰ προπύλαια πακτοῦν.

Eos reſpexit & *Suidas*, apud quem eſt: Πακτοῦν, κλείειν, ἀσφαλίζεσθαι· μοχλοῖσι γὰρ τὰ προπύλαια πακτοῦν. Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ. Male eo antea apud *Pollucem* προπύλια edebant, quod & in ſuo Codice *Henr. Stephanus* correxit. Jung.

67 Περὶ τῶν τοῦ πυλ. σκ.] C. V. περὶ τῶν προσηκόντων τῷ πυλωρῷ σκευῶν· ita titulus. Kühn.

Περὶ τῶν τοῦ πυλ. σκ.] Capitis lemma in MS. tale, complectens & caput 6. περὶ πυλωροῦ, καὶ τῶν περὶ πυλωρόν· περὶ τοῦ καθαίρειν, καὶ τοῦ καταῤῥαίνειν· καὶ ὧν τοῦτο ποιεῖ, καὶ δι' ὧν τὸ ὕδωρ φέρεται. Jung.

68 Ἐπεὶ τῷ πυλ.] Textus in C. V. ἐπεὶ δὲ τ. π. Kühn.

Ἐπεὶ τῷ πυλ.] MS. ἐπειδὴ τῷ πυλ. τῷ καθ. Forte legendum: ἐπεὶ δὲ τῷ π. τὸ κ. &c. Sic certe apte ad præcedentia hæc connectantur: mihique ita *Pollucem* ſcripſiſſe vero quam ſimile. Jung.

Ἐπεὶ τῷ πυλωρῷ &c.] Fuerat ab Auctore forſitan ſcriptum: Ἐπειδὴ δὲ τῷ πυλωρῷ· ut & ſequens caput orditur: δι' ὧν δὲ &c. illud enim ἐπειδὴ in *Palatino* Codice legitur: niſi rectius *Jungermannus* ἐπεὶ δέ· ſic enim in C. V. illud autem δὲ ejeciſſe vero ſimile videtur, qui in capita diſtinxerunt *Pollucis* noſtri volumina, quo quidem facto neceſſe non fuit, ut illa particula δὲ præcedentibus hæc conjungeret; eaque in partes iſtas dividendi ratione non paucas in *Pollucem* invectas eſſe mendas res ipſa loquitur: *Gloſſæ*: Ἐπειδὴ δὲ, *quoniam vero*: aptiſſime ad ſuperiora continuanda. Illi vero καθαίρειν convenit in *Heſychio*: Καθαροποιεῖ, σαίρει· & præcedit apud eundem. Κάθαρσοι, ἱερεῖς Δήμητρος ἢ σωροί· priori quidem ſignificatione congruit cum Καβείροις, quo nomine *Parii* eſſe dictos *Cereris* ſacerdotes *Heſychio* teſte novimus; alterum vero σωροὶ mutari potius optem in σάροι, ut *ſcopas* intelligamus, favente nominis origine ἀπὸ τοῦ καθαίρειν. De καταῤῥαίνειν vero mox Segm. 32. *Noſter* locupletius: ſcilicet aqua prius ædes conſpergi decebat, ac tum demum everri: id alia fecit in re atrienſis ille apud *Phædrum*, qui hortum humectabat, ne ibi ambulaturo *Cæſari* pulvis incommodaret.

69 Τὰ πρόσφορα &c.] Pr. edit. τὰ πρόσφορα δὲ τούτων. Hic autem ordo in MS. εἴπωμεν τὰ πρόσφ. τούτῳ τ. Seb.

Τὰ πρόσφορα &c.] MS. noſter ita, & eo ordine quo *Seberi*, εἴπωμεν τὰ πρόσφορα τούτῳ τῶν σκευῶν, εἶεν &c. Jung.

70 Εἴπωμεν, εἶεν κόρημα.] C. V. εἴπωμεν εἶεν, τὸ κόρημα. Kühn.

Εἴπωμεν, εἶεν κόρημα.] MS. noſter plenius articulo, quem addendum puto, habet: εἶεν τὸ κόρημα· καλεῖται δ' οὕτω &c. Jung.

Καὶ σανδαλοθ. καὶ πέλυτρα.] Mutilum hunc ante nos locum MSS. ope priſtino nitori reddidimus : quotieſcunque vero tam elegantia atque erudita turpiter video depravata, non poſſum non illorum hominum intemperias abominari, qui pro integro atque ſano *Pollucis* corpore diſruptum id & membratim nefarie diſſectum nobis in manus tradidere : deerant iſta in vulgatis editionibus : *οἱ δὲ ὑπεῖναι δεῖ πόδια, πίλους·* quæ ſic pari conſenſu Codices manu exarati præ ſe ferunt, quamvis in libro *Falckenburgii* corruptiſſime hæc ita legantur : *οἱ δὲ εἶπεν αἱ δὲ ποδοι ἐπίπλος·* in quibus tamen veſtigia veræ ſcripturæ elucent : *οἱ δὲ ὑπεῖναι δεῖ πόδια καὶ πίλους·* plenius altero *καὶ*, quod omittunt ceteri : ſed equidem mireris *Interpretes* noſtros in iſtis minutis atque facilibus non inquam hærere, ſed labi ; ſollicitant enim voculam primam *οἱ*, fruſtra ſane ; id enim tertio caſu poſitum Atticis ſcriptoribus in uſu frequenti eſt : *huic autem ſubeſſe decet* : ſeu potius : *poſt hæc ſubjici oportet πόδια, πίλους* &c. ad eundem Dativum ſæpius adhæſiſſe in *Æliano Schefferum* eruditi Commentatores docuerunt : ſed in eo quidem id minus mirum videri debet ; ſiquidem ille vir, quod utique dolendum, linguæ Græcæ ejuſque genii parum fuerit peritus : in hoc autem *Pollucis* noſtri loco non tantum id Interpretibus noſtris contigit, ſed & Doctiſſimo *Voſſio*, qui, cum ad ſummum illud eruditionis lumen *G. Grævium* loci hujus emendationem ex ſuo Codice mitteret, ſic ſcribſit : *Ἃ δὲ ὑπεῖναι δεῖ.* Vide *Lectiones Heſiodeas* eximii viri, ubi capitis hujus reſidua ſic ferme, uti nos in textu repoſuimus, exhibuit *Voſſius*, ibique de *πίλοις* & *πελύτροις* non vulgaria reperies. Mox erat editum *οὕτω γὰρ Σοφοκλῆς τοὺς πόδας καλεῖ·* quo nihil ineptius comminiſci poterant : *πόδια*, *pedulia*, *ἐπιλήμματα ποδῶν*, *ἤγουν φασκίας*, ut *Heſychius* habet ; quod poſterius interpretamentum a Romanis ſumptum, qui *faſcias* appellabant hæc pedulia : *Nonius* ex *Ciceronis* in *Clodium* adducit hæc verba : *Tunc quum vincirentur pedes faſceis, quum calanticam capiti accommodares* : hæ quidem faſciæ ſunt pedules ; aliæ enim crurales, ſiquidem utræque ſeparatim nominantur D. XXXIV. tit. 2. *Faſciæ crurales pedulesque & empilia veſtis loco ſunt* : *πόδια* quidem & *πίλοι* impilia ſunt & faſciæ pedules, *πέλυτρα* vero potius intelligam de faſciis cruralibus : ſimili velamentorum involucro crura ſua Thraces obtexiſſe teſtis eſt *Herodotus* in *Polymnia* : *τὰς δὲ κνήμας ῥάκεσι φοινικέοισι κατειλίχατο*, quæ faſciæ non aliæ ſunt, quam crurales, in aliis quoque Græciæ populis uſitatæ ; ſed iſtas colore puniceo imbutas Thraces ſoli pedibus ſuis circumdederant : porro faſcias crurales cruribus ſemper obvolutas exiſtimo, pedulia vero conſtitiſſe plerumque ex lana coactili, vel plexa, quibus induerentur pedes, non involverentur : id arbitror patere ex adductis a nobis locis, ipſoque nominum, quibus hæ res deſignantur, ingenio : *πέλυτρα* enim a circumvolvendo ſunt dicta ; *πίλοι* autem, qui & *πόδια* a cogendo & cudendo, vel condenſando, ſiquidem ex tali materia confecta fuerint olim pedulia apud veteres, quod itaque poſtea nomen remanſit quoque de plexis pedulibus : ſecus apud Romanos ſe res habuit, qui tam pedes quam crura faſciis involvebant : egregius e *Ciceronis* Oratione in *Clodium* ſupra nobis allatus eſt locus : *Varro Catone : Mihi puero modica una fuit tunica & toga, ſine faſceis calceamenta* : quo nihil magis perſpicuum habere queas : labente tamen tempore & hi impilibus & pedulibus ſunt uſi, quæ eadem omnino cum Græcorum *πίλοις* & *ποδίοις·* attamen *Muſonius* antiquorum rituum philoſophus callentiſſimus *πίλων περιδέσιν* inquit apud *Stobenſem* Serm. I. locus eſt egregius, adſcribique dignus : *διὰ τοῦτο εὐδαιμονῶς γαλὸν οὔτε ἐσθῆσι πολλαῖς κατασκέπειν τὸ σῶμα, οὔτε ταινίαις κατειλεῖν, οὔτε χεῖρας τε καὶ πόδας περιδέσει πίλων τε καὶ ὑφασμάτων τινῶν μαλακύνειν τούς γε μὴ νοσοῦντας* ut non pedibus induta ſolummodo, ſed & circumvincta videas pedulia : rem vero ipſam, quam verbis iſtis continet elegans philoſophus, hauſerat e Re Publica *Platonis*, in qua legibus Athenienſis ſummi permiſſum non fuit aut pileo caput, pedeſve calceis tegere, ne naturæ, quæ, quod ſatis erat utriſque tutelæ, providerat, fieret contumelia : vide libr. XII. de Legib. ſub initium. Faſciam vero apud *Martialem* lib. XI. Epiſt. 105. *Faſcia te tunicæque tegunt, obſcuraque palla*, de cruralibus intellige, quæ *faſcias, quibus crura veſtiuntur Quinctilianus* vocavit lib. XI. c. 3. poſſem equidem ad hanc rem illuſtrandam alia plura in medium adferre : ſed modum eſſe in rebus decet, atque certos fines, quos intra conſiſtendum : nos tamen animo noſtro indulſimus aliquando.

75 * *Τοὺς πόδας*] *Leop.* II, 2. leg. *Σοφ. τὰ πόδια*, (aliter *τὰς ποδίδας*) infra Segm. 168. *καλ.* SEB.

* *Τοὺς πόδας*] *Τὰ πόδια*, *pedalia* vel *pedulia* intelligit, & ita, ni fallor, ſcriptum olim, nec aliter, ut poſtea vidi, C. V. KÜHN.

76 *Τοῖς ποσὶ*] Male MS. *τ. δ. π. τοὺς ποσί.* JUNG.

77 *Ἐν Συμπ. φ. Ἐνειλιγμένον* &c.] In *Sympoſio* ; omiſſum *Interpreti*. locus *Platonis* in C. V. ita extat *Ἐνειλιγμένον τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας·* (*ἀρνακίδας*) *pedes involuti coactilibus & pellibus agninis.* KÜHN.

Ἐν Συμπ. φ. Ἐνειλιγμένον &c.] MS. *ἐν εἰλιγμένον*

σας, ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας· ἀλλὰ καὶ [78] Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς, Λευκοὺς ὑπὸ ποσὶν ἔχων πίλους· ἔξεστι δὲ εἰπεῖν καὶ πλεκτοὺς πίλους· καὶ ἐπὶ τῶν ὀνομαζομένων [79] οὐδώνων

cens, Involutum pedes: ſed & Cratinus in Malthacis, Sub pedibus complicatos habens pileos. Et de deliciis quoque,

τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ αὐακίδας. Sed bene emendatum alia manu, ἀρνακίδας. Tu locum mutilum ita prorſus jam reſtitue: φέσας, Ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας· ἀλλὰ καὶ Κρ. ἐν. Attulit *Noſter* & ſupra VII, 172. JUNG.

Ἐν Συμποσίῳ &c.] Aberant illa vulgo, quorum gratia *Platonis* hoc loco uti voluerat *Onomaſticographus* noſter εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας· tum & ἐνειλιγμένων cum integerrimo Codice *Palatino* ſcribendum fuit, ut quidem in ipſo *Platone* legitur. Πίλους ea ſignificatione uſurpaſſe putatur *Heſiodus* in iſtis: Ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδιλα βοὸς ἶφι κταμένοιο Ἄρμενα δήσασθαι, πίλοις ἔντοσθε πυκάσας· maluero tamen de coactili lana Poëtam capere, ſiquidem πίλους non ipſis pedibus indui jubeat, ut tamen de pedulibus factum ſcimus, ſed calceos iis condenſari: id cum animadverteret *Moſchopulus*, difficultatem iſtam tali expoſitione loci removere conatus eſt: πίλους ἔνδον τῶν ὑποδημάτων πυκάσας, αὐτοὺς τοὺς πόδας δηλονότι· exploratum ſcilicet habuit, non calceis adhæſiſſe pedulia ſeu πίλους, ſed priuſquam quis ſe calcearet, ea pedibus induxiſſe, quo itaque Poëtæ verba, quamvis renitantur, trahere voluit. Sed addere jam lubet, quæ de πίλοις *Tzetzes*, nam & ille de pedulibus locum intelligit, ſcribit: κυρίως τοῖς ἐξ ἐρίων πεπιλημένοις καὶ συμπατηθεῖσι καὶ συσφιχθεῖσιν ὑφάσμασιν, ἃ οἱ ἰδιῶται νῦν κέντουκλα φασί, νῦν δὲ πίλια καὶ ἀρτάρια· editum eſt πίλα τὰ ἀρτάρια· ſed quod poſui, præſtat: poſſis & ita: νῦν δὲ πίλια ἤτοι ἀρτάρια. Sic enim ad *Lycophronem* alter *Tzetzes* v. 855. ἀσκέραι δὲ κυρίως τὰ ἐν τοῖς ποσὶ πίλια ἤτοι τὰ ἀστάρια· pluries autem eo loco etiam in editione præſtantiſſima ἐρτάρια ſcriptum eſt; male tamen, quamvis ad H. A. probet alicubi *Salmaſius*: *Suidas* quoque: Πιλία, τὰ κέντουκλα & Πίλος, κέντουκλον· quod poſterius ſic & habet *Moſchopulus* περὶ Σχεδῶν pag. 86. porro hanc illius vocis ἀρτάρια notionem amplius confirmare licet e *Gloſſis Nomicis*: Πεδούλια ποδῶν καλύμματα· πέδα γὰρ ὁ πούς· τινὲς δὲ τὰ ἀρτάρια ἑρμήνευσαν· optime quidem illæ: ejus autem nominis ἀρτάριον, quod & ad *Lampridium Salmaſius* animadvertit, incunabula ſunt in antiqua Græcia, nam in *Heſychio* legitur: Ἀρτήρ. ὑπόδημα· fueratque eo *Pherecrates* uſus: *Suidas*: Ἀρτὴρ, ὑποδήματος εἶδος. Φερεκράτης Γραυσίν· apud quem & hæc reperio: Ἀρτάρια, παρ' ἡμῖν οἱ τῶν ποδῶν πίλοι· & in vulgari profecto lingua Græca non pauca ſunt ab ultima retro antiquitate repetenda, ſicuti cum aquam appellant νερόν· de qua voce vide, ſis, *Heſychium*. Ultimum hoc adjicio: veteribus etiam pedulia dicta ἀσκέρας *Tzetzem* monuiſſe vidimus ad *Lycophronem*, qui ex *Hipponacte* locum adfert: Οὔτ' ἀσκέρισι τοὺς πόδας δασείῃσι Ἔκρυψας — ſed illum tamen *Grammaticum* judicii falſum exiſtimo; nam *Heſychius* calceamenti fuiſſe genus adfirmat, idemque & ἀσκάρους habet, mutata paululum ſcriptura, γένος ὑποδημάτων ἢ σανδαλίων· at magis eſt opportunum, quod *Onomaſticographus* noſter VII, 85. deſcribat, ἀσκέραι, ὑπόδημα λάσιον, χειμῶνι χρήσιμον· ea nimirum de cauſa *Hipponax* δασείας ἀσκέρας dixerat, quod id ipſum eſt *Heſiodi*, πίλοις ἔντοσθε πυκάσας· videntur itaque e pellibus agninis conſtitiſſe, quas Iones appellaſſe putes ἀσκούς, quibus caloris habendi cauſa villi non erant demti. *Suidas* an corruptus ſit, qui vocem illam ὑποδήματα Ἀττικά interpretetur, non mihi compertum habeo. Eadem & ἀσκέρισκα alibi ab *Hipponacte* vocata.

78 Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς] In *Malthinis*. C. V. ita verſum *Cratini* legit:

Λευκοὺς ὑπὸ ποσὶν ἔχων πίλους πλεκτούς.

Alba ſubter pedes habens impilia.

Dein pergit Idem Codex: ἔξεστι δὲ εἰπεῖν καὶ πλεκτοὺς πίλους καὶ ἐπὶ τ. ὀ. οὐδώνων, *licet autem plexos pileos dicere de illis, quos vocant udones.* KUHN.

Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς] Iterum vulgata peſſime mutilata: tu omnia ex MS. redintegra, qui ita habet: Μαλθακοῖς, λευκοὺς ὑπὸ ποσὶν ἔχων πίλους· ἔξεστι δ' εἰπεῖν καὶ πλεκτοὺς πίλους· καὶ ἐπὶ &c. Egregie ſe gerit noſter MS hic, *Polluce* ipſo ſupra adplaudente VII, 72. ubi *Cratini* χιτὼν pariter ita extat. JUNG.

Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς, ὑπὸ &c.] Mollium quorundam Athenienſium, qui corruptis erant atque effeminatis moribus, vitam exhibuiſſe deſcriptam in hac fabula *Cratinum*, vero mihi per quam ſimile videtur: meminit *Dicæarchus* de *Moribus Veteris Græciæ*. Sed in ipſa quidem *Comici* χώρᾳ addidimus a principio, Λευκούς, quam voculam agnoſcit etiam *Falckenburgii* Codex: tum vero poſt *Cratini* verba: ἔξεστι δὲ εἰπεῖν καὶ πλεκτοὺς πίλους egregie MSS. ſupplent. Λευκοὺς autem πίλους, *pedulia lanea*, quæ albi coloris erant: eximie *Lucianus* & ad rem noſtram appoſite *Rhet. Præc.* ἢ ἐμβὰς σικυωνία πίλοις τοῖς λευκοῖς ἐπιπρέπουσα. de πίλοις autem & *Heſychius* Πίλοις, πιλωτοῖς· recte vero, nam & πιλωτὰ dicta ſunt pedulia: vide *Typicum Irenes Auguſtæ* cap. 28. quamvis ibi non illa tantum, ſed & alia quævis indumenta tegumentaque ex compacta & condenſata lana poſſit deſignare: πάντα τὰ εἰς ὑπηρεσίαν τῶν μοναζουσῶν, ἤγουν σάγια, πιλωτά, ἐφαπλώματα· *Suidas* etiam: Πίλοις, πιλητοῖς· ſiquidem & πιλητὰ dicantur ἀπὸ τοῦ πιλεῖν: πλεκτοὶ vero πίλοι qui ſint, cujuſve confecturæ commodiori alibi loco.

79 Ἡδονῶν] Vox ἡδονῶν nihili plane hic eſt: & eximie MS. noſter οὐδώνων habet, quo pacto quis *Pollucem* ſcripſiſſe dubitet? Vidit id mendæ & doctiſſ. *Leopardus* II. Emend. 2. *Ceterum*, ait, *illa verba* ἐπὶ τῶν ὀνομαζομένων ἡδονῶν, *vel potius* οἰδονῶν, *vel* οἰδονῶν, *pro illis faciunt*, *qui* hædones *vel* œdones *legunt*, *in lemmate Martialis*, *Udones Cilicii*: ubi vir doctus & alia de hiſce: nos οὐδώνων MS. credo, tuto retinebimus, qui prorſus Latinum *Udonum* nomen exprimunt, quod *Noſter* ſine dubio innuit, ut & alia de lingua Romana interdum inſperſit. JUNG.

Ἡδονῶν] Excerpta *Falckenburgiana* ἡδωνῶν· ſed, ut reſtituimus, in melioribus eſt MSS. ſcribitur & ὀδώνες & ὀδώνια, ut in veteri quodam *Gloſſario* MS. legi: ὀδονάρια *Gloſſa Nomica*, ex quibus hac de re & voce ad illuſtrandum *Pollucem* iſta emendatiora, quam ibi vulgo leguntur, deſcribere lubet: Ὀδονάρια, τὰ περιαπτόμενα τοῖς ποσὶν ὑφάσματα, ἃ λέγεται ποδόπανα· κατὰ Καθαρῶν· τὰ δὲ ἄλλα πόδια ὡς εἰπεῖν τὰ ἐξ ἱματίων γεγενημένα, ἃ παρά τισιν ὀδώνια κέκληται ἢ βράχαι, χερσὶ περιτιθέασι, δακτυλίους δὲ τοῖς ποσίν· poſteriora ſunt *Epiphanii* κατὰ Καθαρῶν verba; apud eum legitur βράκαι· utrumque rectum: pro πόδια & in *Gloſſis* illis & apud *Epiphanium* πέδια, quod ego cum *Salmaſio* & *Petavio* mutandum duxi: ſed quod & illa vox muccinia deſignaverit; in quæ nares emungerent, εἴ τις παλάτιον εἰσιόντες συγκλητικοί in iiſdem verborum Juris interpretamentis legitur: *Udones* Romanis: *Cyrillus*: *Udo*, ἐμπίλιον· *impilia* ſuperius e *Digeſtis* attulimus, quæ vox devoluta eſt etiam ad Hebræi Juris Conditores; vide *Auctorem Aruch*: protulit autem egregiam vocabuli notationem Eruditiſſ. *Voſſius* ante citato loco, quamvis nec illa *Salmaſii*, quam ibi rejecit, a *cudendo* ſit contemnenda. Poſtmodum in *Lyſippo* pro ἐπιπλεκτὸς reſtituimus ἐστὶ πλεκτός· τριμε-

Pi-

Pileos τριμίτους, dicente Lyſippo in Bacchis, Sed trimitus contextus.

[80] πίλους τριμίτους, Λυσίππου εἰπόντος ἐν Βάκχαις, Ἀλλὰ τρίμιτός ἐστι πλεκτός.

51 • CAPUT XII.

De vehiculis, & eorum partibus.

VEſtium porro ſpeciebus prædictis, me verboſum hic eſſe non convenit: neque nunc anulos, ſigilla, & ſignatoria enarrare. Verum ſi quis vehiculorum vectura uteretur Sole oriente, priuſquam æſtus arderet, notandæ vehiculorum ſunt ſpecies: ſive currus, ſive vehicula,

• ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ΙΒ. 51

[81] Περὶ ὀχημάτων, καὶ τῶν μερῶν αὐτοῦ.

ΤΑ' δὲ τῆς ἐσθήσεως εἴδη προειρηκὼς, οὐκ ἂν δέοι μοι ἐνταῦθα πολυλογεῖν· οὐ τοίνυν οὐδὲ δακτυλίους, καὶ σφραγίδας, καὶ σφραγίδια χρὴ νῦν ἐπιλέγειν, ἀλλ' εἰ μὲν [82] αἰωρήσει τῇ δι' ὀχημάτων χρῷτό τις περὶ τὴν [83] ἕω, [84] θέρους ὄντος, πρινὴ τὸν ἥλιον περιφλέγειν, [85] τὰ εἴδη τῶν ὀχημάτων ἰστέον, εἴτε ἅρματα, εἴτε [86] ὄχους,

τος; in *Philoxeni Gloſſis triplex:* ſed emendandum ajo *trilex:* itaque πίλοι τρίμιτοι, *trilices pedules. Lyſippi Bacchas* nominat ex *Athenæo Suidas*, & *Heſychius* in αἰγειροτικυβῆλις.

80 Πίλους τριμίτους, &c.] C. V. πίλους τριμίτους, A. ἰι. ἰ. B. ἀλλὰ τρίμικτός ἐστι πλεκτός· ita C. V. quam lectionem præfero noſtris conjecturis in ſpecimine exhibitis: de udonibus vid. *Salmaſ.* in *Pertinacem*, & *Severum*, & ſupra libr. VII, 91. 92. ἐν Βάκχαις autem in *Bacchis:* ejuſdem argumenti puto fuiſſe *Hedonas Æſchyli:* Ἠδωνοὺς vel Ἠδωνὰς, id eſt, *Hedonas. Threſſas* præcipue *Baccho* operatas novimus, uti patet ex dictis in ſpecimine. *Heſychius* in Ἀδασμοὺς & αἰγίζειν laudat *Æſchylum* in Ἠδωνοῖς· adde his ex notis *Valeſii Hedonas hyemes Claudiani.* KÜHN.

Πίλους τριμίτους, &c.] *Lyſippi* verba ita ſcribe, ut noſter MS. habet, ἀλλὰ τρίμιτός ἐστι πλεκτός. JUNG.

81 Περὶ ὀχημάτων, &c.] Quia nulla hic a *Polluce Stapiæ* mentio facta, *Hieron. Magius* & aliis rationibus, & inde quoque probat uſum illius non adeo vetuſtum eſſe. Miſcell. II, 14. SEB.

Περὶ ὀχημάτων, &c.] C. A. hunc titulum habet περὶ αἰωρουμένου· (*Salm.* π. ἐωρουμένου) dein caput incipit ἀλλὰ μὲν αἰωρήσει &c. *geſtatione vehiculorum.* Veteres inter corporis exercitia, quibus valetudo bona firmabatur, numerabant *geſtationes*, quæ vel equo, vel navi, vel ſella geſtatoria, vel vehiculis, vel aliis modis fiebant; & quando cœlum erat pluvium, domi habebant ſuas geſtationes loco, qui ab ipſa re dicebatur *geſtatio*. Has geſtationes Græci αἰώρας vel αἰωρήσεις reddunt, & αἰωρίζομαι, *geſtor:* unde titulus capitis reddendus περὶ αἰωρουμένου, *de eo qui geſtatur. Salm.* C. caput incipit ab ἀλλ' εἰ μὲν ἐωρῇσει &c. KÜHN.

Περὶ ὀχημάτων, &c.] Capitis ſequentis titulus in MS. eſt: περὶ τοῦ ἐωρουμένου. Et caput ipſum ſtatim incipit: ἀλλ' εἰ μὲν ἐωρήσει &c. ſic enim & hic, ut ſupra alicubi ἑώραν pro αἰώρα adnotabamus: ſed variat alias. Præfatiunculam *Pollucis*, qua dicit ſe de re veſtiaria prædixiſſe jam, nempe libro ſeptimo, omittit MS. JUNG.

82 Αἰωρήσει] MS. ἐωρήσει, qua forma & apud *Heſych.* Ἐωρούμενος, κρεμάμενος, ὑψούμενος. SEB.

83 Ἕω] MS. ἕω. JUNG.

84 Θέους ὄντος] MS. θέρους ὄντ. legendum θεοῦ, id eſt, ἡλίου· ut eſt & ſupra I, 54 & 68. SEB.

Θέους ὄντος] *Interpr.* leg. θεοῦ ὄντος, *Sole oriente*, MSS. θέρους ὄντος, *æſtate:* & ita *Salmaſius* etiam habet. KÜHN.

Θέους ὄντος] Tam noſter quam *Seberi* MS. θέρους ὄντος· *Noſter* etiam ſtatim πρινὶ quamvis emendatum ad vulgatam lectionem. Sed quod ad θέρους ὄντος, germanam hanc *Pollucis* ſcripturam eſſe adfirmare non dubito, quam habet & *Flor.* editio: nec poſſum adſentiri optimo & doctiſſ. Amico noſtro legendum dicenti, θεοῦ ὄντος. Nam quod cum ipſius venia dicam, licet Solem ſæpius ita vocent nude θεὸν optimi ſcriptores, & *Noſter* etiam ſupra: tamen neſcio an ita locuti ſint, περὶ τὴν ἕω θεοῦ ὄντος· & ut eſſent locuti, tamen *Pollucem* ita hic ſcripſiſſe non credam, ut in uno quaſi commatio uteretur voce θεοῦ & ἡλίου ſimul: ſed certe ſi θεοῦ dixiſſet, ita addidiſſet potius, πρινὴ αὐτὸν περιφλέγειν. Alias certe ineptiſſimam audeo adpellare interpunctionem vulgatam, quamvis & in MS. ſit: quid enim? *Polluxne* τὸν ἥλιον περιφλέγειν τὰ εἴδη ὀχημάτων· miſeros currus qui a ſole comburuntur! Sed ne ineptiamus. Locus totus ita ſcribendus & diſtinguendus eſt: ἀλλ' εἰ μὲν αἰωρήσει τῇ δι' ὀχημάτων χρῷτό τις περὶ τὴν ἕω, θέρους ὄντος, πρινὴ τὸν ἥλιον περιφλέγειν, τὰ εἴδη τῶν ὀχημάτων ἰστέον, εἴτε ἅρματα &c. *Si quis*, ait, *geſtatione vehiculari utatur circa auroram, æſtivo tempore*, (nam hyeme neminem adeo delectet rigido aere, & cœlo turbido) *priuſquam ſol flagrare incipiat*, vel, *priuſquam ſolis æſtus intendatur, ſcienda ſunt genera vehiculorum, ſive eas ἅρματα, ſive aliter adpellare oportet.* Hic certe *Pollucis* ſenſus eſt, vel valde ego fallor, quod tamen hic non ſpero. *H. Stephanus* ſane hunc locum cruce notaverat ad oram, ſine dubio ob abſurditatem vulgatæ lectionis hærens. Ceterum quod ad πρινὶ attinet, ut in MS. noſtro fuit, quamvis correctum in πρινὴ, eo modo Atticos ſcribere ſolere tradidit *Jean. Grammaticus*, Libello de Dialectis. Sed *H. Stephanus* in Animadverſionibus ad illum Libellum Articul. vel Tmem. 4. id eſſe falſum dicit, & ubicunque ita legatur, ita librariorum errore legi cenſet. JUNG.

Θέους ὄντος] Plane ſic ut reſtituimus legit etiam *Falckenburgii* Codex: confuderat in ſequentibus non bona diſtinctio ſenſum, πρινὴ τὸν ἥλιον περιφλέγειν τὰ εἴδη τῶν ὀχημάτων· quam labem eluit opportune *Jungermannus*, & longe a veritate abſunt, qui aliter ſentiunt. Inter vehiculorum nomina enumerat ὀχούς· ſed, ſi & accentuum eſt habenda ratio, ponendum ὄχους.

85 Τὰ εἴδη τῶν ὀχημάτων.] *Interpr. notanda vehiculorum ſunt ſpecies*, pro quo malim, *priuſquam Sol exurat cultum, ſpeciem vehiculorum;* erant enim illa auro variiſque coloribus decorata, quæ ornamenta Solis æſtus paulatim decoquit extenuatque, ni æſtate Solis ortus occupetur. *Salmaſ.* τὰ εἴδη τ. ὀχημάτων ἰστέον ὅτι. KÜHN.

86 Ὀχοὺς] Ὄχους· ut eſt in MS. SEB.

Ὀχοὺς] Textus C. A. ὄχα· ſuperſcriptum, ὄχει, unde facile fit ὄχους. KÜHN.

Ὀχοὺς] MS. ὄχους· ut & *Seberi* habet: corrige itaque accentum vulgatum, ſic infra Segm. 139. JUNG.

εἴτε ἁμάξας, εἴτε [87] λαμπήνας αὐτὰ προσήκει
52 καλεῖν· * ἔστι δὲ τοὔνομα ἡ λαμπήνη [88] ἐν τῇ Σοφοκλέους Ναυσικάᾳ, καὶ ἐν τοῖς Μενάνδρου Ἁλιεῦσιν· [89] ἀλλὰ καὶ τὰ μὲν τῶν ὀχημάτων [90] σκευοφόρα ἂν εἴη, τὰ δὲ ἐνθρόνια, [91] τὰ δὲ εἰς τὸ κατακλίναι ἐνεύναια, τὰ δὲ κατάστεγα, [92] καὶ στεγαστὰ, καὶ καμάραι· [93] οὕτω γὰρ ὠνόμασεν

ſeu plauſtra, vel lecticas has nominare conveniat. * Eſt autem Lecticæ nomen 52
in Sophoclis Nauſicaa, & in Menandri Piſcatoribus. Nonnulla vero vehiculorum vaſigera fuerint: nonnulla ſedibus inſtructa: nonnulla ad decumbendum ſtrata: alia autem cooperta, ſubtegulanea, & camaræ: ſic etenim nominavit

87 * Λαμπήνας] *Suid.* Λαπήνη, ἡ ἄμαξα. At *Sylb.* ἀπήνας legit. SEB.

* Λαμπήνας] LXX. ἁμάξας λαμπηνικὰς *Num.* VII. v. 3. in Hebræo eſt עגלות צב *plauſtra tumentia*, ut quod cameratum eſt propter convexitatem, protuberare & intumeſcere ſolet. *Euſeb. Emiſenus* apud *Druſium* in *fragmentis Veter. Interpr.* ἁμάξας λαμπηνικὰς διατρόχους (leg. διτρόχους) λέγει, ἃς τινες ζιρώτια καλοῦσι· forte ζιρώτια, pro διρώτια, ut *vehicula birota* deſignentur. *Eſaiæ* LXVI. v. 20. בצבים *Theodot.* ἐν λαμπήναις, *Aquila* ἐν σκιπαστοῖς, pro quo *Symmach.* *lecticas* poſuit; vid. eundem l. c. *Suid.* ἅμαξαν βασιλικὴν, ῥέδιον περιφανὲς, ἅρμα σκέπαστον interpretatur. Eadem habet *Heſych.* niſi quod addit ῥαβδίον περὶ κεφαλὴν, quod acceperim de limbo vel nimbo, qui circundat Deorum Sanctorumque capita: *limbus* enim ῥάβδος reddi ſolet, vel de virgis in camerato plauſtro cingentibus capita vectorum. KÜHN.

* Λαμπήνας] Λαμπήνας & MS. noſter habet, & aſteriſcum tollendum cenſeo. Adſcripſerat ſane *H. Stephanus* ἀπήνας in ſuo Codice, ita, credo, emendandum cenſens: ſed nihil temere mutandum contra MSS. conſenſum: & additur clare λαμπήνη apud *Sophoclem* eſſe. Et valde miror, cur mutatum voluere. Ipſa ſua ſerie *Heſychius* firmat, Λαμπήνη, ſcribens, εἶδος ἁμάξης ἐφ' ἧς ὀχοῦνται· ἔνιοι ἀπήνη ἢ ἅρμα ἁμάξης (an ἁρμαμάξης forte εἶδος) περιφανοῦς βασιλικῆς· ἢ ῥαβδίον περὶ κεφαλὴν ἐστιν· ἅρμα σκεπαστόν. *Suidas*: Λαμπήνη, ἅμαξα βασιλική· ἐρδιον περιφανές· ὅ ἐστιν ἅρμα σκεπαστόν· an ? ῥαβδίον περιφανές· cæcas conjecturas, credo, inſpergimus, quas mirum ſi tibi prius probem, quam mihi ipſi. Sed de aliis auctoribus nihil promiſi tamen. Ad *Pollucem* noſtrum pergamus, qui, credo, ideo ſuos auctores huic voculæ addidit, ne in dubium revocaretur: habes & infra Segm. 139. in *Poſidippi* verbis. *Etymologicum Magnum* ejus quoque mentionem facit in ἀρήνη· ὡς, ait, σάσσα σαγήνη, καὶ λάμπω λαμπήνη. JUNG.

* Λαμπήνας] Stellulam appoſuerat, ubi minime erat opus, *Seberus*: nam bene λαμπήνας. De iſto vehiculi genere ſi cupis legere, adeundus eſt *Schefferus* de *Re Vehic.* lib. II. cap. 17. ubi λαμπήνην & ἀπήνην non differre ſtatuit: *Heſychii* locum corruptiſſimum, qui multimodis a doctis hominibus eſt tentatus, hic, ut emaculandum puto, adſcribam: Λαμπήνη, εἶδος ἁμάξης ἐφ' ἧς ὀχοῦνται· ἔνιοι ἀπήνη, ἢ ἁρμάμαξα περιφανὴς βασιλική, ἢ ῥήδιον περιφανὲς, καὶ ἔστιν ἅρμα σκεπαστόν· ἐρδιον in *Suida* ῥέδιον eſt: poſterioris ætatis homines ῥέδιον, & ἤρδιον dixerunt ſcripſeruntque: vide *Suidam* in ἤρδιον· quid autem eruditi viri in *Heſychii* verbis ſibi velint, cum ἐρέδιον περὶ κεφαλὴν legunt, & accipiunt de corona radiata, penitus ignoro, & perſuaſiſſimus ſum plurimum a ſenſu & *Lexicographi* mente abeſſe: turbas illas dedit καὶ, loco ſuo motum ſcriptumque, ut poſteriores Græci pronunciant κε· περι κεφανες, unde natum περὶ κεφαλήν. Porro de λαμπήνῃ videndus *Procop.* ad Reg. lib. I. cap. 26. & *Hieronymus* ad *Jeſaiæ* c. LXVI. v. 20. nos alibi. De fabulis autem *Nauſicaa Sophoclis* & *Piſcatoribus Menandri* *Meurſius* in *Sophocle*, & *Attica Bibliotheca* adnotavit.

88 Ἐν τῇ Σοφοκλ. Ναυσικάᾳ, &c.] Abſunt a C. A. uſque ad Ἁλιεῦσι· C. V. pro Ναυσικάᾳ, leg. Ναυσί. KÜHN.

Ἐν τῇ Σοφοκλ. Ναυσικάᾳ, &c.] MS. ἐν τῇ Σοφοκλέους Ναυσὶ καὶ ἐν τοῖς Μεν. Ex hac corrupta lectione, ut puto, neſcio quis in MS. fecit corruptiorem particulæ τῇ ſupraſcripto ταῖς, quaſi ἐν ταῖς Ναυσὶ *Sophoclem Noſter* laudaſſet: ſed nullas *Naves* novi *Sophocleum* drama: & ἐν Ναυσικάᾳ etiam apud *Heſych.* in ἀναρροιβδεῖ *Tragicus* citatur, ut in nobili catalogo ejus fabularum videre potes apud *Caſaubonum* τὸν πάνυ VII. *Athen.* 4. Sane ἀπήνῃ & *Nauſicaa* utitur apud *Hom.* Ὀδυσσ. γ. quam *Sophocli* λαμπήνην fuiſſe credibile eſt: nam & luſum ſphæricum immiſcuiſſe, qui pariter apud *Homerum* eo loci, patet e loco *Heſychii.* JUNG.

89 Ἀλλὰ καὶ τὰ &c.] MS. ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν ὀ. ſine καὶ, quod videtur omitti poſſe: recenſet jam varia vehiculorum genera, alia eſſe apta ſarcinis, alia aliis. JUNG.

90 Σκευοφόρα] Impedimentis ſarcinisque vehendis deſtinata, quibus opponuntur τὰ ἐνθρόνια, in quibus eſt *ſella curulis*; *tenſa* poſſes etiam dicere: C. A. leg. σκευοφόρια. KÜHN.

91 Τὰ δὲ εἰς τὸ κατακλίναι] Abſunt a C. A. uſque ad ἐνευναῖα· C. V. ἐγκατακλίναι ἐν εὐναία· legerem τὰ δὲ εἰς τὸ ἐγκατακλίναι ἐνευναῖα, *alia ad reclinandum corpus, cubatoria.* *Heſych.* Ἐνεύναια inter alia ἐγκοίτια, *quæ ad cubile faciunt*: *lecticas* innui puto a *Polluce*, & ea quibus ſternuntur cubandi gratia. KÜHN.

Τὰ δὲ εἰς τὸ κατακλίναι] MS. εἰς τὸ ἐγκατακλίναι· quod ut ſignificantius vulgato κατακλίναι recipiendum puto. Pro ἐνευναῖα vero, MS. ἐν εὐναία· ego malim ἐνεύναια· ut ſupra dixi ad VI, 10. JUNG.

Τὰ δὲ εἰς τὸ κατακλίναι ἐνευναῖα] Ἐνεύναια repoſui: ſic *Herodianus*: Ἐνεύναιον ἱμάτιον, καὶ ἐπιβόλαιον τὸ ἐν τῇ εὐνῇ. Ἐγκατακλίναι adſcripſit libri ſui margini *Kühnius*, bene; nam & ita MSS. Σκευοφόρον ὄχος dixit *Etymologus* in ἁρμαλιάς· videndus *Schefferus.*

92 Καὶ στεγ. καὶ καμάραι.] Στεγαστὰ ὀχήματα καὶ καμ. Etiam rectæ naves καμάραι. *Strabo* lib. XI. f. 341. quæ *Euſtathio* πλοῖα στρογγύλα ad v. 700. *Dionyſ. Alexandr.* lat. *Camera.* *Tac.* III. Hiſtor. pag. 289. καμάρα enim *fornix* eſt, ſive tectum in modum fornicis. *Eſai.* XL, 22. ὁ στήσας ὡς καμάραν τὸν οὐρανὸν, forte ut *Ennius cæli ingentes fornices* dixit apud *Cic.* III. de Orat. pag. 157. Sed notandum in Hebr. ibi eſſe דוק quod plerique alii exp. *tenuem pelliculam*: cum καμάρα potius a קָמַר *clauſit*: quanquam nonnulli pro Germanica voce habeant. *Macrob.* tantum ait *peregrinum verbum eſſe Saturn.* VI. cap. 4. adducto illo *Virgilii* Georg. III, 15. *Camaris* (*Non.* c. I. 126. *cameris*) *hirtas ſub cornibus aures*: vid. *Lipſ.* in dictum *Taciti* librum not. 53. *Caſaubon.* Animadverſ. in *Athen.* libr. IV. cap. 7. maximeque in *Strab.* fol. 168. SEB.

Καὶ στεγ. καὶ καμάραι.] C. A. στεγασταὶ καμάραι ὡς Ἡρόδοτος· *Herodot.* in *Clio* de ditioribus Babyloniorum virginibus: ἐπὶ ζευγέων ἐν καμάρῃσι ἐλάσασαι. KÜHN.

Καὶ στεγαστά] Ita & MS. & bene credo; ſcilicet ὀχήματα, manus alia tamen refinxit in στεγασταί. JUNG.

Καὶ στεγαστά] Adduxit hunc *Pollucis* locum *Schefferus* de R. V. lib. II. cap. 17. ubi lege, quæ de curribus obtectis commentatur: καμάρας autem cum *Livio arcuatos currus* appellare licet. Δίφρος κατάστεγος eſt apud *Dion.* lib. LX. & alibi apud eundem σκιμπόδιον κατάστεγον.

93 Οὕτω γὰρ ὠνόμ. Ἡρόδ. καὶ Ξ.] MS. ita: οὕτω γὰρ

Herodotus. Et Xenophon in Pædia, coopertam currus partem intelligens inquit: decubuerunt, & cooperuerunt ſcenam. Tum aliæ quidem quadrigæ ſunt, aliæ bi-
53 gæ. * Non vero opus eſt partes recenſere:

Ἡρόδοτος· καὶ Ξενοφῶν δὲ [94] ἐν τῇ Παιδείᾳ, τὸ ἐστεγασμένον μέρος τῆς ἁμάξης ὑποσημαίνων ἔφη, [95] καὶ κατέκλιναν, καὶ κατεκάλυψαν τὴν σκηνήν· καὶ τὰ μὲν [96] τετράκυκλα, τὰ δὲ δίκυκλα· * καὶ 53
οὐδὲν δεῖ περὶ μερῶν [97] ἐπιλέγειν, οἷον [98] σῶστρα,

Ἡρόδοτος ὀνόμασιν. Ξενοφῶν δὲ &c. ſine καὶ, quod commode abſit. Utitur vero eo vocabulo, quod profert *Pollux*, *Herodotus*; ut in *Clione* cap. 199. de Babyloniorum mulieribus ad templum Veneris ſolemniter proficiſcentibus: πολλαὶ δὲ καὶ οὐκ ἀξιεύμεναι ἀναμίσγεσθαι τῇσι ἄλλῃσι, οἷα πλούτῳ ὑπερφρονέουσαι, ἐπὶ ζευγέων ἐν καμάρῃσι ἐλάσασαι, πρὸς τὸ ἱρὸν ἑστᾶσι· & in *Melpomene* cap. 69. de more interficiendi ψευδομάντιας apud Scythas: ἐπεὰν ἅμαξαν καμάρης φρυγάνων πλήσωσι, καὶ ὑποζεύξωσι βοῦς &c. JUNG.

94 Ἐν τῇ Παιδείᾳ] C. A. ἐν Παιδείᾳ· locus eſt libr. VI. de *Panthea*: λαβοῦσαι αὐτὴν ἀπῆγον εἰς τὴν ἁρμάμαξαν, καὶ κατακλίναντες κατεκάλυψαν τῇ σκηνῇ. *Interpr. Eunuchi atque ancillæ acceptam in carrucham deducunt*: ubi per σκηνὴν deſignare videtur *operculum carruchæ*, unde hic legendum τῇ σκηνῇ· κατέκλιναν puto eſſe ab *Auctore*, qui ἀπὸ μνήμης recitavit locum, nec ſingula verba appendere voluit. Cæterum hæc verba *Pollucis*, τὸ ἐστεγασμένον μέρος ἁμάξης ſatis indicant, quod Perſarum ἁρμάμαξαι non fuerint opertæ perpetuo tegumento, ſed ex parte ſaltem aliqua, quo ſcilicet caput ab injuriis aëris vindicaretur. Antequam hinc diſcedam, monendum etiam eſt, quod C. A. pro ὑποσημαίνων, legit δηλῶν, quod eodem tendit. *Salm.* C. legit καὶ κατέκλιναν, καὶ κατεσκάψαν τὴν σκηνήν, unde facit: *forte ſcriptum*: καὶ κατεστέγασαν τὴν σκηνήν· ſed verior noſtra lectio: mox pro ἐστεγασμένον, *Salmaſ.* C. legit τὸ εἰργασμένον. KÜHN.

Ἐν τῇ Παιδείᾳ] In *Polluce* male edebatur antea Παιδιᾷ, & in MS. quoque Παιδιᾷ erat: ſed bene correxerat & *H. Stephanus* in ſuo Codice. JUNG.

95 Κατέκλιναν, &c.] MS. καὶ κατέκ. bis. SEB.

Κατέκλιναν, &c.] MS. ἔφη, καὶ κατέκλιναν, καὶ κατεκάλυψαν τὴν σκηνήν· ſed aliter iſte locus paulo apud *Xenophontem* legitur. Eſt autem ſub finem VI. Pædiæ. de Panthea: ἐκ τούτου δὴ οἱ εὐνοῦχοι, καὶ αἱ θεράπαιναι λαβοῦσαι αὐτὴν ἀπῆγον εἰς τὴν ἁρμάμαξαν, καὶ κατακλίναντες κατεκάλυψαν τῇ σκηνῇ· & vix putem τὴν σκηνὴν *Pollucem* ſcripſiſſe. Ad hanc σκηνὴν accommodatus valde locus *Plutarchi*, quem de carrucis dormitoriis etiam accepit doctiſſ. *Bayſius*, initio lib. de Vaſc. ἀλλὰ καὶ τὰς ἀργυρωνήτους καὶ παλλακευομένας ἰσχυρῶς παραφυλάττουσιν, ὡς ὑπὸ μηδενὸς ὁρᾶσθαι τῶν ἐκτὸς, ἀλλ᾽ οἴκοι μὲν διαιτᾶσθαι κατακεκλεισμένας, ἐν δὲ ταῖς ὁδοιπορίαις ὑπὸ σκηνὰς κύκλῳ περιπεφραγμένας ἐπὶ τῶν ἁρμαμαξῶν ὀχεῖσθαι. Ad has σκηνὰς puto reſpexiſſe & *Poſidippum* in verbis, quæ infra Segm. 139. JUNG.

Κατέκλιναν, κατεκάλυψαν τὴν σκ.] Alia longe in noſtris manu ſcriptis Codicibus eſt lectio, atque vulgo apud *Xenophontem* editur; neque minus illa mihi quidem videtur proba, etiamſi renitantur doctiſſimi *Commentatores*, qui in animum inducere non potuerunt, lectionem illam eſſe veram & opportunam: non enim, puto, ipſam mulierem operiebant hac ſcena, ſed impoſita muliere ſcenam ipſam obtegebant: in ipſo ſic itaque *Xenophonte* repoluero: ἐκ τούτου δὴ οἱ εὐνοῦχοι καὶ αἱ θεράπαιναι λαβοῦσαι αὐτὴν ἀπῆγον εἰς τὴν ἁρμάμαξαν, καὶ κατέκλιναν, καὶ κατεκάλυψαν τὴν σκηνήν· *exinde vero eunuchi & ancillæ apprehendentes eam abduxerunt ad harmamaxam, & compoſuerunt in lectulo, ſcenamque ſeu tabernaculum obtexerunt*, ſindone ſcilicet aliqua, vel velo, quod ſcenæ tegendæ, vel ut huic obduci poſſet, deſtinatum erat: pondus opinioni meæ accedit a *Plutarchi* verbis, quæ protulit *Jungermannus*, unde σκηνὰς iſtas fuiſſe κύκλῳ περιπεφραγμένας liquet, id eſt, contectas ac undique cinctas velo quodam vel pellibus, ut patet e *Curtio*, qui ἁρμάμαξαν, cui *Darium* impoſuerat *Beſſus*, *vehiculum pellibus undique contectum* exponit; ſtructas enim moles in curru, quæ a jumentis trahi debeant, mente velle concipere abſonum ſit, & inauditum: porro aut me fallit animus meus, aut iſtæ ſcenæ curules non abſimiles fuerunt cameris, καμάραις, quas in vehiculis Babyloniorum commemorat *Herodotus*, ubi de lege Babyloniorum turpiſſima, qua comparatum erat, ut cunctæ mulieres ſemel in vita ſua duntaxat notitiam haberent hominis peregrini: πολλαὶ δὲ καὶ οὐκ ἀξιεύμεναι ἀναμίσγεσθαι τῇσι ἄλλῃσι, οἷα πλούτῳ ὑπερφρονέουσαι ἐπὶ ζευγέων ἐν καμάρῃσι ἐλάσασαι πρὸς τὸ ἱρὸν ἑστᾶσι· ſi quæ fuerit inter utraſque manifeſta differentia, ea tantum fuit, ut camerarum hæ, ſcenarum illæ perſimiles fuerint figuræ: & vix quidem hæc ad finem perduxeram, cum non longe diverſa *Schefferum* obſervaſſe deprehendo. His itaque rationibus permotus genuinam MSS. lectionem in textum revocavi. Egit autem de *Plutarchi Xenophontiſque* locis laudatus modo vir doctiſſimus de *Re Vehiculari* lib. II. c. 17. & animi dubius eſt, quid hac in re certi ſtatuat: ſcrupulus a me ſublatus.

96 Τετράκυκλα] *Currus quatuor rotarum*, *biroti*, de quibus ſupra. KÜHN.

Τετράκυκλα] *Herodotus* noſter *Euterpe* cap. 63. οἱ μὲν δὴ ὀλίγοι οἱ περὶ τὤγαλμα λελειμμένοι ἕλκουσι τετράκυκλον ἅμαξαν, ἄγουσαν τὸν νηόν τε καὶ τὸ ἐν τῷ νηῷ ἐὸν ἄγαλμα. JUNG.

Τετράκυκλα] Τετράκυκλον ἀπήνην *Homerum* uſurpaſſe *Iliad.* Ω. notiſſima res eſt, quam monuit etiam *Schefferus* lib. II. cap. 9. ubi & *Pollucis* noſtri hunc adducit locum, aliaque ibi, quæ ad currus quatuor rotarum & birotas adtinent, legi poſſunt: τετράκυκλος ſine alio adjuncto nomine dixit *Athenæus* ſæpius libr. V. ſed *Herodotus* non aliter ac τετράκυκλον ἅμαξαν· accedat ad poſitum a *Jungermanno* locum elegans alius ex *Hiſtorici Clione*: τούτου δὲ τοῦ ὕδατος ἀπεψημένου πολλαὶ κάρτα ἅμαξαι τετράκυκλοι ἡμιόνειαι κομίζουσαι ἐν ἀγγυρέοισι ἀγγηίοισι ἕπονται, ὅκοι ἂν ἐλαύνει ἑκαστότε· ubi legis igitur ἁμάξας τετρακύκλους tractas a mulis, quibus ad vehendos currus Babylonios uſos eſſe plerumque ex ſacris quoque literis conſtare poteſt. Δίκυκλα in *Gloſſis* δίτροχα.

97 Ἐπιλέγειν] MS. ἀντιλέγειν. SEB.

Ἐπιλέγειν] C. A. ἀντιλέγειν, leg. αὖθις λέγειν, *iterum dicere*, quia de partibus currus actum lib. I. c. 14. omittit C. A. etiam τὸ οἷον. KÜHN.

Ἐπιλέγειν] Ἐπιλέγειν MS. noſter recte habet cum vulgatis. JUNG.

98 Σῶστρα, ἐπίσωστρα] MS. σώστρα, ἐπισσώστρα, ἀψ. JUNG.

Σῶστρα] De omnibus iſtis pleriſque legendus *Schefferus* de R. V. lib. I. cap. 7. eoque loco *Pollucis* noſtri primum librum, ubi ſcilicet *Onomaſticographus* noſter illa cuncta plenius expoſuit & enucleatius, frequens adducit; σωστρεύματα legimus & apud *Heſychium*: pro πλήμνη eſt ubi vitioſe ſcribatur πλήμη, ut in *Galeni Gloſſis*; nam & *Erotianus* habet πλήμνην, & ipſe pluribus in locis *Hippocrates*: ſic quidem ego cenſeo; ſed dubiam tamen illius vocis ſcripturam feciſſe quoſdam veterum in *Scholiis* ad *Apollonium* legiſſe ſuccurrit.

ἐπίσωστρα, ἀψῖδας, πλήμνας, [99] κνήμας, [100] παραξόνια, κερκίδας, παρακύκλους, παράκυκλα, [1] ἄξονας, ἀξόνια, καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα [2] ἄλλα, περὶ τούτων καθέκαστον προείρηται· μηνύειν δὲ, ὅτι ζεῦγος πᾶν ἂν καλοῖτο τὸ ἐζευγμένον, καὶ εἰ τριῶν ὑποζυγίων, ἢ καὶ τεττάρων εἴη· λέγοιτο δ' ἂν, [3] ζεύγη ὀνικὰ, καὶ ζεύγη ἡμιονικά· [4] καί που καὶ ἱππικά· [5] καὶ μονίππῳ δ' ἄν τις χρῷτο ἀνδρειοτέρα κινήσει ἐπινεάζων· ἀλλὰ τοῖς μὲν ὀχήμασι ταπήτων [6] δεῖ, ἢ ἀμφιταπήτων, ἢ προσκεφαλαίων, ἢ στρωμάτων· [7] ὡς καὶ τοῖς ἡνιόχοις, κέντρων, [8] μαστίγων, μυώ-

utpote canthos, circumferentias rotarum, modiolos, radios, paraxonia, circulos, circumferentias, axes: & omnia alia, quæcunque ante ſingulatim prædicta ſunt. Notandum vero, quod jugum omne ſubjugatum dicitur: ſive trium ſit jumentorum, ſeu quatuor. Dicuntur porro juga aſinaria, & juga mulorum, tum etiam equeſtria. Unico autem equo quis utatur viriliori oſtentatione laſciviens. Curribus vero etiam tapetia conveniunt, & amphitapetes, pulvinaria, & ſtragulæ. Aurigis autem ſtimuli, fla-

99 Κνήμας, &c.] MS. ita: κνήμας, κερκίδας, παραξόνια, (παράξονα, παράκυκλα) παρακύκλους, ἄξονας (ἀξόνια) καὶ πάνθ' &c. quæ ( ) incluſi, ea MS. habet cum ſigno, ut textui ibi inſerantur. Et παραξόνια nota: unde & παραξόνιον ſupra I, 145. in MS. ἀξόνια vero quoque addenda videntur: quamvis ſupra Segm. 31. inter μέρη τροχηλίας erant ἀξόνια· ſupra I, 145. etiam ἀκραξόνια ſunt, ut ex MS. legimus: παράξονα vero quod attinet, non capio, niſi quis παράξονας ſcribendum putet. JUNG.

100 Παραξόνια] Abeſt a C. A. KÜHN.

Παραξόνια] Παράξονα, quod in MS. *Palatino* margini appoſitum erat, ut adderetur textui, ſic ſatis commodum videtur vocabulum; pluraque ſunt ejus formæ: ſuper iſtis autem *Schefferus* adeundus de R. V. lib. I. c. 5. παραξονίτιδας etiam invenio in *Commentatore* vetuſto ad *Æſchyli Septem contra Thebas*, ibique & ἀκραξόνια· *Diaconus* ad *Heſiodi Scutum*: πλήμναι, τὰ αὐτὰ ἀκροξόνια.

1 Ἄξονας, καὶ πάνθ' ὅσα] C. A. ἀξόνια παράξονα κ. πάνθ' ὅσα τ. περὶ τούτων προείρ. ζεῦγος δὲ πᾶν ἂν καλεῖται &c. καὶ ἢ τριῶν &c. præmittit autem τῷ ζεῦγος titulum, περὶ ζευγῶν. KÜHN.

Ἄξονας] Hic cum MS. *Palatino* migrare juſſi in textum ἀξόνια, quod ſic & apud *Nicetam*. Mox *Jungermanno* jubente inciſum poſt ἄλλα poſui: neque male tamen legeris: ἀλλὰ περὶ τούτων &c. *ſed de iſtis quidem ſingulatim prædictum eſt*; prælixo membro, cum *Cicerone* loquor, ante voculam ἀλλά.

2 Ἄλλα] MS. ἀλλά· ſed vulgatum malo, & diſtinguere, ἄλλα, περὶ &c. dixit vero ſupra lib. I. c. 10. ſm. 10. & c. 14. JUNG.

3 (Ζεύγη ὀνικὰ, καὶ) &c.] E MS. SEB.

(Ζεύγη ὀνικὰ, καὶ) &c.] C. A. ζεύγη ἡ. καί που καὶ ἱππικὰ ἀλλὰ τοῖς μὲν ὀχήμασι &c. interjectis omiſſis. C. V. etiam καί που habet. KÜHN.

(Ζεύγη ὀνικὰ, καὶ) &c.] Ζεύγη ὀνικὰ, καὶ, quæ noſter *Seberus* inſeruit, & in MS. *Palatino* ſunt. JUNG.

4 Καί τοι] MS. καί που καί. SEB.

Καί τοι] Καί που καὶ ἱππ. MS. ut & *Seberi*, quod magis placet. JUNG.

Καί τοι καὶ ἱππικά.] Aptius in MSS. καί που καὶ ἱππικά, quod potius in textu conſpici placuit. Modo ζεύγη ὀνικὰ, καὶ contextui repoſuit uncinulis incluſum *Seberus*: ſed, quod *Auctor* hic adferat ζεῦγος ἡμιονικὸν, *Grammatici* deſpiciunt, pro eoque dici jubent ζεῦγος ὀρικόν· ita quidem *Thomas Magiſter*, ut monuimus ad VII, 183. ubi ὀρικὸν ζεῦγος *Noſter* inter alia de mulis recenſuit: dixit tamen & *Herodotus* iſto, quem ex eo ſuperius adduxi locum, ἅμαξαι ἡμιόνειαι· neque diffiteri tamen poſſumus ζεῦγος ἡμιονικὸν in puri ſermonis Auctoribus haud extare, ſed eos ſcribere potius ζεῦγος ὀρικόν· dicto loco pluribus exemplis id oſtendimus; addere hic lubet egregium *Iſæi* locum περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου, unde ſimul conſtet ditiores atque potentiores Athenienſium bigam mulorum aluiſſe: οὐ μὴν οὐδὲ καθιπποτρόφηκας· ἐπεὶ οὐδὲ ζεῦγος ἐκτήσω ὀρικὸν οὐδεπώποτε ἐπὶ τοσουτοῖς ἀγροῖς καὶ κτήμασι. Vix monere operæ pretium eſt, ſcripſiſſe *Pollucem* noſtrum ζεῦγος poni quoque de triga vel quadriga, quod proprie quidem de biga uſurpari ſoleat: ζεῦγος ἡμιόνων, *biga mulorum*, apud *Plutarchum*. *Gloſſæ*: ζεῦγη, *bigæ*. Sed de triga legiſſe memini apud *Demoſthenem*.

5 Καὶ μονίππῳ] *Equo ſingulatore utatur, qui motu vehementiori juvenum inſtar delectatur.* C. A. hæc verba non agnoſcit. KÜHN.

6 Δεῖ] MS. male δὴ, ſed id tamen correctum eſt. JUNG.

7 Καὶ τοῖς ἡνιόχοις] C. A. ὡς καὶ ἡνιόχοις κ. KÜHN.

Καὶ τοῖς ἡνιόχοις] MS. aptius connectit: ὡς καὶ τοῖς ἡνιόχοις &c. ut ſupplendum reor. JUNG.

Καὶ τοῖς ἡνιόχοις, &c.] Plenius e MSS. ὡς καὶ τοῖς ἡνιόχοις. Cetera, quæ ſequuntur, flagellorum ſtimulorumque genera capite ſingulari *Schefferus* explicuit lib. I, 14. ſed ibi ne verbo quidem *Xenophontis* meminit, qui hæc pleraque uſurpat libello commentario περὶ ἱππικῆς· unde nos itaque, quæ huc faciunt, excerpemus: a κέντρον, *ſtimulus* vel *calcar*, ut in *Gloſſ.* apud eum eſt κεντρίζειν, *admonere calcaribus*: pag. 555. μαστιγῶν καὶ κεντρίζων· ubi ſimul & μαστίζειν habes, *flagellare*, quod idem ἐμβαλεῖν μάστιγα dicit 551. ἢν δὲ μὴ ἐθέλῃ, ἔχων τις μάστιγα ἢ ῥάβδον ἐμβαλέτω ὡς ἰσχυρότατα· ibique mihi virgas ſimul obſerva, quibus regebantur atque coercebantur equi: μύωψ apud eundem pag. 551. ὅταν δὲ μέλλῃ πηδᾶν, παισάτω αὐτὸν τῷ μύωπι· ſic & interjectis paucis eodem modo: alibi μυωπίζειν pag. 553. τοῦ μὲν ἕλκειν τι τὸ στόμα τῷ χαλινῷ καὶ μυωπίζειν τι καὶ μαστιγοῦν τὸν ἵππον· & ſub initium *Hipparchici*: βαδίζων γὰρ ἐν τοῖς λίθοις οὔποτε ἵππος παύεται, οὐδ' ὅταν ψήχηται, οὐδ' ὅταν μυωπίζηται· in his quidem locis μύωπες & κέντρα ſunt calcaria calcibus equitantis alligata, quod de κέντροις calcaribuſque *Gloſſæ* docent, & μυωπίζειν, *addere calcaria*, ut & in iſtis *Polybii* clariſſime: ὁ δὲ προσθεὶς τοὺς μύωπας ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μηρῶν, ἤλαυνε καταχράτας· ſed hic apud *Pollucem*, ſiquidem aurigis hæc tribuat, de ſtimulis intelligenda, qui calcarium inſtar habebant ſibi præfixum, ſicuti bene vidit *Schefferus* adducto ſuperius loco: *Suidas* inter alia μύωπα exponit μάστιγα τοῦ ἵππου, & præterea τὸ σιδήριον ὃ ἐπὶ τοῦ ποδὸς φέρουσι κεντοῦντες τοὺς ἵππους· pari ratione, ut alii *Grammatici* κέντρον explicant: quam ob cauſam, me judice, ſimpliciter etiam de flagello, quo equi inſtigantur, intelligi poteſt, etiamſi calcaris inſtar non habent adfixum.

8 Μαστίγων, &c.] MS. μάστιγος. SEB.

Μαστίγων, &c.] C. V. μάστιγος, μύωπος, ἐγκεντρίδος, ab ἐγκεντρίζω, *ſtimulo*. *Salm.* Codex κέντρου μάστιγος· leg. κέντρου. μ. KÜHN.

Μαστίγων, &c.] MS. pro tribus pluralibus tria ſingularia nobis reponit: μάστιγος, μύωπος, ἐγκεντρίδος·

54 gella, calcaria. * Stimulos enim, de jumentorum uſu dixit in Feſtis Plato Comicus. Unico autem equo utentibus opus eſt ſago, inſtrato, ephippiis, camis, lupatis, bullis, frenis, & *πνιγέεσσι.* Πνιγέα enim etiam de equo, in Anagyro dixit Ariſtophanes, phaleris, inauribus, & ornamentis. Et Calcaria quidem,

πων, ἐγκεντρίδων· * καὶ γὰρ τὰς ἐγκεντρίδας, 54
ἐπὶ τῇ τῶν ὑποζυγίων χρήσει Πλάτων ὁ Κωμικὸς [9] ἐν Ἑορταῖς εἴρηκεν· ἐπὶ δὲ τοῖς μονίπποις, [10] δέοιτο ἄν τις ἔχειν [11] σάγην, ἔποχον, ἐφίππον, [12] κημοὺς, φιμοὺς, [13] ψαλία, χαλινοὺς, [14] πνιγέας· [15] καὶ γὰρ τὸν πνιγέα ἐπὶ ἵππου Ἀριστοφάνης [16] ἐν Ἀναγύρῳ λέγει· φάλαρα, [17] παρώπια, [18] ἀνθήλια· [19] καὶ ἐγκεντρίδας δὲ τοῖς ποσὶ

καὶ γὰρ ἐγκεντρίδας &c. ſcribens: & μάστιγες etiam in MS. *Seberi* fuit. JUNG.

9 Ἐν Ἑορταῖς εἴρηκεν.] C. A. non habet. C. V. autem legit εἴρηκεν ἐν Ἑορταῖς, & *Athenæus* etiam laudat. KÜHN.

Ἐν Ἑορταῖς εἴρηκεν.] MS. alio ordine: εἴρηκεν ἐν Ἑορταῖς. JUNG.

10. Δέοιτο ἄν] MS. δέοιτ' ἄν τις. SEB.

Δέοιτο ἄν] MS. ut *Seberi*, & *Noſter*: δέοιτ' ἄν τις. JUNG.

11 Σάγην] *Interpr. Sago. Suid.* ἐπίθεμα ὄνου, *ſagmina aſini, equi,* quæ & *ſtrata* dicuntur. *Gl.* σάγιον, *lodix. Salm.* σάγιον. KÜHN.

Σάγην] *Heſychius* interpretatur περιβόλαιον· *Gualtherus* hic non prorſus inepte *ſagum*: obſervant eruditi viri ex *Capitolini Vero equum ſagis ſuco tinctis coopertum*: *ſtratum* putiores Latini ſermonis auctores dixere. *Suidas* exponit σάγην, τὸ τοῦ ὄνου ἐπίθεμα, ubi cum de clitellis capit *Æmilius Portus*, & onere aſinis impoſito, ſanequam leviter aberrat, nam & ipſa, quæ *Suidas* ibi adducit loca, alter ignoti mihi ſcriptoris, ἐπ' αὐτὸν ἐπέθει τὸν γόμον, τὴν σάγην τε τοῦ κτήνους, alter *Joſephi*: Ῥαχήλα δὲ κατατίθησι τοὺς τύπους εἰς τὴν σάγην τῆς φορούσης αὐτὴν καμήλου, manifeſte de ſtratis ſunt intelligenda, quæ longe, niſi me fallo, diſtant a clitellis, quæ σάγματα Græcis appellantur. Quod ſequitur ἔποχον eſt apud *Xenophontem* περὶ ἱππικῆς, non procul a fine: χρὴ δὲ τὸ ἔποχον τοιοῦτον ἐῤῥάφθαι, ὡς ἀσφαλέστερόν τε τὸν ἱππέα καθῆσθαι. In ἔφιππον rarius incurras; non tamen damnare velim: ἐφίππιον in *Xenophonte*: δυνατὸν δὲ σὺν τῷ ἐφιππίῳ αὐτὸν σκεπάσαι· *ſedilia* vocat *Nazarius* in *Paneg.* De κημοῖς & φιμοῖς late *Schefferus* lib I. c. 13. & *Schottus* obiter ad *Paræmiographum Vaticanum* Cent. I. §. 75. ubi de damnatis capitis dicitur, quod φιμωθέντες ἀπήγοντο πρὸς τὴν κόλασιν· at eo quidem loco vir doctiſſimus φιμὸν & κημὸν pro iiſdem habet, quem utrumque melius diſtinxit *Schefferus*, qui tamen ex iſta *Schotti* diſſertatione non pauca hauſit. Sequuntur ψαλία, quæ ſic etiam eo accentu occurrunt in fragmine veteris cujuſdam Poëtæ apud *Stobenſem*: mallet tamen in *Theſauro Stephanus* ψάλιον· ut utrumque videas uſitatum: tanti vero non habemus, ut cuiquam de poſitione accentus altercari animus ferat: ſed & in ipſa hujus vocis ſcriptione Grammatici differunt: *Ammonius* enim ψάλλιον per duplex λ exarat, ubi diverſitatem ejus a ψελλίῳ oſtendit: quin & ψέλλιον ſcribitur in *Polluce* noſtro lib. I. quod ſi *Ammonio* reſtituas, plus ipſi rationis fuerit, earundem literarum vocabuli duplicem notionem bene diſpeſcere: quod autem apud eum additur e *Tryphone*, de ψίλαις & Dorica voce pro nugacibus duco. *Xenophon*: ῥυταγωγεὺς ἐκ τῆς ὑποχαλινιδίας ἢ ἐκ τοῦ ψαλίου ἠρτημένος. Πνιγεὺς *Heſychio*, ὁ φιμὸς τῶν κτηνῶν· *Etymologus* interpretatur τὸν φιμὸν τῶν ὑποζυγίων, additque *Ariſtophanis* illam χοῦσιν· Περίθες σεαυτῷ τὸν πνιγέα· πνιγέα Græcis omnino exiſtimo fuiſſe, quæ *poſtomis Lucilio*: & ſæpius eſt, ubi ſic capi debet φιμὸς, quod alibi oſtendam.

12 Κημοὺς, φιμοὺς, &c.] Quæ ſequuntur & ſupra I, 185. ita juncta habes fere: κημοί, φιμοί, & ἐποχα, ἐφίππια, σάγη. Sic enim ſupra eſt: ubi tamen quoque φιμοὶ legendum dixi: jungit ea *Noſter* aliquoties & in alia materia, κημοὺς & φιμοὺς inquam, ut ſupra VII, 203. & ſupra Segm. 150. certe per ι MS. & hic habeat: quamvis prius editi φημοὺς, quod *Seberus* noſter bene mutavit. Ipſa ſua ſerie *Heſychius*: Φίμα, κημὸς, παραστόμιον, φιμός· unde verbum φιμοῦν ibidem: ἔφιππον vero ita & MS. habet, putoque id probum eſſe, non minus ac ἐφίππιον. JUNG.

13 Ψαλία] C. A. ψαλίους. KÜHN.

Ψαλία] Ψαλια in MS. ſine accentu: alia manus ψάλια fecit. Apud *Heſychium* etiam ψαλία eſt, & ψαλίον. *H. Stephano* placet proparoxytonως ſcribere vocem, ut in MS. repoſitum accentum indicavi. Vide ejus Theſaurum, ubi plura de his ψαλίοις cognoſces. JUNG.

14 Πνιγέας.] Pro πνιγέας, legit C. A. πνίγας ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ἀναγύρῳ φάλαρα παρώπια ἀνθήλια ἐγκεντρίδας δὲ τοῖς ποσὶ κατὰ τὰς πτέρνας· reliqua capitis abſunt. KÜHN.

15 Καὶ γὰρ τὸν πνιγέα] MS. καὶ τὸν πν. omiſſo γάρ· non apte, ni fallor. *Heſychius* alias: Πνιγεὺς, ὁ φιμὸς τῶν κτηνῶν. Et *H. Stephan.* Theſauro in ſuo Vet. Lexico addi hunc locum *Ariſtophanis* ait, περίθες σεαυτῷ τὸν πνιγέα. exponique τὸν φιμόν. Is locus an ex *Anagyro*, vel alia potius Comœdia ſuperſtite, ego quidem neſcio, qui τὸν Ἀριστοφάνη οὐ μάλα πεπάτηκα. Tu de Ἀναγύρῳ (ut & hic in MS.) fabula, ut ſæpius dixi, potes videre *Caſaubonum* noſtrum IV. *Athen.* 4. JUNG.

16 Ἐν * Ἀναγύρῳ] *Salm.* Codex, ἐν ἀνύρῳ male. KÜHN.

* Ἀναγύρῳ] Excerpta *Falckenburgii* ἀνάγμῳ· male: de vero fabulæ titulo & argumento dictum ad lib. IX.

17 Παρώπια] V. C. *Salmaſii* παρώτια, *Suid.* παρώπια. KÜHN.

Παρώπια] Sic & MS. quidam tamen in eo ſupraſcripto τ emendare voluit παρώτια· ſupra I, 140. ubi vulgo παρωτίοις, in MS. quoque παρωπίοις erat· quod nec hic mutandum. JUNG.

18 * Ἀνθήλια.] Vid. ſupra II, 53. SEB.

* Ἀνθήλια.] Sequitur ἀνθήλια ita & in MS. noſtro: ſupra II. 53. κανθήλια eſt: ſed & ibi καὶ ἀνθήλια cum viris doctis legendum videtur. *Heſychius*: Παρώπια, τὰ τοῖς ἵπποις παρατιθέμενα δέρματα, ἅτινες ἀνθήλια λέγουσιν, παρὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς· quæ ſatis clara ſunt: κανθήλια enim aliud, & σάγματα potius, ut idem exponit in ea voce. JUNG.

19 Καὶ ἐγκεντρίδας δὲ &c.] Quæ hic ſequuntur de calcaribus, ea & *Rhodigin.* IV. Ant. Lect. 11. *Pherecratis* autem Dulodidaſcalum paſſim in *Athenæi* Commentariis laudari ait *Caſaubon.* noſter III. *Athen.* 15. cui accedat jam & *Pollucis* noſtri μαρτυρία. JUNG.

Καὶ ἐγκεντρίδας &c.] Patet itaque duplex fuiſſe genus ἐγκεντρίδων· ubi enim modo aurigis illas attribuebat, non ſecus ac κέντρα & μύωπες, de flagellis erant vel ſtimulis intelligendæ: hic vero, quam etiam utræque illæ voces notionem habent, de calcaribus exponit *Auctor*: eadem & ἐγκέντρια· *Heſychius*: Ἐγκεντρίοις, οἱ ἵπποι κεντρίζονται· reponendum ajo, οἷς· *quibus equi ſtimulantur*: & in Eodem: Ἐγκέντροις, κεν-

κατὰ τὰς πτέρνας οἱ ἱππεύοντες περιεδοῦντο, Φερεκράτης εἴρηκεν ἐν Δουλοδιδασκάλῳ· [20] παρὰ δὲ Κράτητι ἐν ταῖς Τολμαῖς, [21] καὶ ἀστραγαλωτή τις μάστιξ ὠνόμασται.

pedum calcaneis equitantes alligabant, dixit Pherecrates in Dulodidaſcalo. Apud Cratetem vero in Feſtis, Flagellum nodoſum nominatur.

τρεις· ὅμοιον καὶ μυωπες. Ἵππον ἐγκεντρίζειν legiſſe apud *Chryſoſtomum* in memoriam recurrit.

20 Παρὰ δὲ K. ἐν ταῖς Ἑορταῖς] C. V. rectius: ἐν ταῖς Τόλμαις· *Comici* hujus Τόλμας laudat etiam *Athenæus*: a *Salm.* Codice abfuerunt a Φερεκράτης reliqua capitis. KÜHN.

Παρὰ δὲ K. ἐν ταῖς Ἑορταῖς] MS. παρὰ δὲ Κράτη (ſed recte emendatum Κράτητι) ἐν ταῖς Τόλμαις καὶ &c. Et fuit quidem *Crates ἐν Ἑορταῖς*, ut vulgo eſt, ſupra VII, 92. citatus: ubi tamen MS. noſter deficiebat: nec eas, nec Τόλμας invenio apud *Suidam* inter ejus dramata. Et hic ſtat lectionem ſequi MS. Codicis, Τόλμαςque reddere *Crateti*: quod & ſupra faciebamus ex MS. ad IX, 53. ubi nec vulgatus Codex repugnare poterat, ſed id, quamvis corruptum, prodebat tamen. JUNG.

Παρὰ δὲ Κράτητι ἐν ταῖς Ἑορταῖς] *Cratetis* Ἑόρτας & alibi laudavit *Auctor* noſter: hic tamen, intercedentibus MSS. retinere conſultum non duxi: redditum itaque textui Τολμαῖς· vide me ad IX, 53. ubi pro corruptiſſima vulgata lectione Κρατιτοστολαῖς ingenioſe *Meurſius* ſic & emendandum juſſit in *Attica Bibliotheca* ſub *Cratete*, quo pacto nos reſtituimus: *Athenæus* hanc fabulam non raro citat: argumentum ejus, quod ignorare nos ſuperius confitebamur, necdum expiſcari licuit. De μάστιγι vero ἀστραγαλωτῇ adeundus omnino *Schefferus* lib. I. cap. 4. ubi late & erudite de iſto flagellorum genere. Sed addere lubet, quæ ille non attigit: ſcilicet in *Heſychio Illuſtrio*, ſeu malis *Illuſtrem* cum quibuſdam appellare, retinendum mihi videri ἀστραγαλωτί, quod temere mutavit *Junius*: dictum enim nitidiſſime iſta forma, qua innumera alia elegantiæ non vulgaris apud Atticos: ἀκοντί, ἀκηρυκτί, ἀπονητί· & ad ipſum loquendi modum congruit Romanorum illud: *male aliquem accipere*, *verberibus aliquem accipere*: inſolentia vocis impuliſſe librarios videtur, ut & eam in pejus mutarent in *Diogene Laërtio*, *Arceſilai Vita*: οὐ λήψεταί τις αὐτόν, ἔφη, ἀστραγάλῳ· & hic legere malim ἀστραγαλωτί· de talis enim iſta cum *Caſaubono* & *Interpretibus* intelligere velle, nihil aliud exiſtimo, quam ad clariſſimam veritatis lucem oculos occludere: eſt tamen ubi ἀστράγαλοι pro ipſis teſſellatis flagris ponuntur; non aliter enim capiendos judico in *Diodori Siculi*, quem adferunt eruditi viri, loco: ἐνίους δὲ ἀστραγάλους προσθεὶς βιαιότερον, δειναῖς ἀλγηδόσι περιέβαλεν· *quoſdam eorum teſſellis violentius admotis*, ſic enim & Romani loquuntur, *ſummis doloribus affecit*: ſimul inde *Kuhnii* veriſſimam opinionem cenſeo, qui in *Africani* ad *Originem* epiſtola ἀστραγαλίζεσθαι pro *teſſellis flagellare*, ſic enim ego potius dicam, accipiat; non tamen in *Heſychio* pertinax obnitar cum *Junio* ſentienti. Eſt & in *Æliani* de *Animalibus* afflictus locus, a quo manus abſtinuerunt eruditi viri, cui tamen ego hac voce reſtituta fieri poſſe medelam duco: lib. X. cap. 27. Ἀπολλωνοπολῖται δὲ Τεντυριτῶν μοῖραι (μοῖρα) σαγηνεύουσι μὲν τοὺς κροκοδείλους, καὶ τῶν περσεῶν (φυτὰ δὲ ἐστιν ἐπιχώρια) ἐξαρτήσαντες μετεώρους, μαστιγοῦσί τε πολλαῖς, καὶ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων ξαίνουσι κνυζωμένους καὶ δακρύοντας· in poſterioribus iſtis ſic mihi legendum videtur: μαστιγοῦσί τε πολλαῖς (nimirum μάστιξι, quod &, ſi libuerit, addes) καὶ ταῖς ἐξ ἀστραγάλων ξαίνουσι κν. καὶ δακρ. facilis eſt illa reſtitutio: olim ita cenſebam μάστιξί τε πολλαῖς &c. ſed curæ poſteriores placent; uſum autem horum flagellorum apud Barbaros receptum fuiſſe ex *Poſidonii* loco apud *Athenæum* liquet, ubi regis amicus leviſſimam ob cauſam teſſellatis flagris percuſſus narratur; pondus addit emendationi noſtræ ξαίνειν· uti patebit e veſtigio luculentius. Non aliæ videntur fuiſſe δορκαλίδες, quarum apud *Suidam* mentio: Δορκαλίδες, inquit ille, ὄργανόν ἐστι κολαστικόν τι, ἢ μάστιγες αἱ ἀπὸ ἱμάντων δορκάδων· vides in ipſa vocis ſignificatione hæſitare *Grammaticum* illum; ſed indicandum, unde hæc hauſerit, e *Scholiaſte* nimirum antiquo *Nazianzeni* ad Stelit. II. ibi ſic inquit *Gregorius*, vir eloquentiſſimus: ὁ δὲ ἅπαν τὸ σῶμα δορκαλίσι καταξανθεὶς εἰς βάθος, καὶ μικρὰ πνέων ἔτι τοῖς τραύμασι, τοσοῦτον ἀπεῖχεν ἐνδιδόναι πρὸς τὰς βασάνους &c. obiter obſerva illud καταξανθείς, quod apprime bene cum *Æliani* loco convenit: ſic & in *Eccleſiæ Smyrnenſis* literis de *Martyrio Polycarpi*: οἱ μάστιξι μὲν καταξανθέντες· ad iſta vetus hæc *Commentator* habet: Δορκαλίδες ὄργανά εἰσι κολαστικά, ἴσως δὲ αἱ μάστιγες αἱ ἀπὸ ἱμάντων δορκάδος οὕτω λέγονται, ὡς ὑστριχίδες αἱ ἀπὸ τριχῶν ὑός· ἔστι δὲ καὶ ὕστριξ θηρίον τι τρίχας ἔχον ὑός, ἃς ἐν τῷ διώκεσθαι ἐξακοντίζει κατὰ τῶν διωκόντων· poſteriora de hyſtrichide ipſiſſimis illis verbis in Commentariis ad *Ariſtophanis Equites* leguntur: de δορκαλίσι vero quod ſtatuit homo non ineruditus dubium mihi eſt: potius enim allubeſcit δορκαλίδας intelligere de flagellis, quæ caprearum talos, δορκαδείους ἀστραγάλους, innexos haberent, quorum inſignis fuerit in hac re uſus, ſicuti & ceteris hi præferebantur in teſſellarum ludo: non penitus tamen illam expoſitionem damnare velim, nam & *Propertius*: *Verbera pellitus ſetoſa movebat arator*: ſed plenius alias; nunc enim iniquitas temporis & ſpatii me excludit.

21 *Καὶ ἀστραγαλωτὴ*] *Interpr. flagellum nodoſum*, malim, *talis obſitum*: erat enim ἐξ ἀστραγάλων ἡ μάστιξ· *Lucian.* de *Dea Syria.* Ergo non vinculorum nodis hinc inde implicitis, ſed denſis ovium talis plexum erat hujuſmodi flagellum: quale geſtabant Galli Matris Deum, eoque, ſi quid commiſerant, ad largum uſque ſanguinem in æde *Cybeles*, vel publice ſub omnium oculis ſe ipſos cædebant: vid. *Apulej.* libr. VIII. *Metamorph. Plutarch.* contra *Colotam* in fine. Apud Parthos Regis amicus & conviva ob levem culpam ῥάβδοις καὶ ἱμᾶσιν ἀστραγαλωτοῖς, *virgis & loris taxillatis* male mulctabatur, ut refert *Poſidonius* apud *Athenæum*. An apud *Africanum Epiſtola* ad *Originem* Judæi ἀστραγαλωμένοι ſint *flagellati loris* ἀστραγαλωτοῖς, doctiores viderint? Illud autem certum eſt, Salvatorem noſtrum non eo flagri genere cæſum eſſe, ut quidam fingunt & pingunt ad exorandos aniculatum oculos, ut unam & alteram velint exſpuere lachrymulam: nam τὸ σωτήριον πάθος non Phrygiis, non Parthicis, ſed Romanis moribus peractum eſt. Cæterum omne id, quo quis affligitur puniturque, μάστιξ dici ſolet. Apud *Lucam* cap. V. αἱμοῤῥοοῦσα ſanata eſt ἀπὸ τῆς μάστιγος· & cap. 3. ὅσοι εἶχον μάστιγας· apud *Æſchylum* θεία μάστιξ eſt *æſtrum immiſſum in Ionem*: μάστιξ κεραμικὴ *Oſtraciſmus* eſt apud *Heſych.* & *Suid.* Διὸς μάστιξ, *fulmen Homero Iliad.* μ. epidemicas calamitates *Æſchylus* vocat θεοῦ μάστιγα πάγκοινον, & in *Agamemnone* διπλῆν μάστιγα, τὴν Ἄρης φιλεῖ, belli periphraſis eſt. *Euripidi* dicitur *Panicus terror*, Πανὸς μάστιξ. *Gloſſæ Græco-Latinæ*: μαστίζομαι, *plector*: & hæc obiter dicta ſint occaſione μάστιγος ἀστραγαλωτῆς *Cratetis*. *Salm.* monet apud *Suidam* male legi στραγαλωτή. KÜHN.

Καὶ ἀστραγαλωτὴ] Antea editi: καὶ ἀστραγαλωτῆτις μάστιξ ὠν. unde *H. Stephanus* emendavit, ut jam editum eſt. Et bene, ut videtur legiſſe & ſatis firmaſſe *H. Junius* in Annot. ad *Heſych. Illuſtrium*, ubi in *Arceſilao* ita: Ἀρκεσίλαος οὗτος πρὸς τὸν θρασύτερον διαλεγόμενον νεανίσκον, οὐ λήψεταί τις ἔφη τοῦτον ἀστραγαλωτί· emendat, ἀστραγαλωτῇ legens: malim certe

55 • CAPUT XI.

• *De equeſtribus inſtrumentis.*

EQueſtrium autem inſtrumentorum ſunt, ſtrigil, pecten, habena, capiſtrum, reticulum, lorum, lorum ductorium. Strattis ſiquidem in Chryſippo dicit: Adduc pullum, intrepide lorum arripiens brevius: nonne vides, quod dentes adhuc retinet? Strigilem vero in

• ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ΙΓ. 55

[22] Περὶ ἱππικῶν σκευῶν.

ΤΩ͂ν δὲ ἱππικῶν σκευῶν, [23] ψήκτρα, [24] σωρακὶς, ἡνία, φορβεῖα, [25] κεκρύφαλος, [26] ῥυτὴρ, ῥυταγωγεὺς, ἀγωγεύς· [27] ὁ γοῦν Στράττις ἐν Χρυσίππῳ λέγει, Πρόσαγε τὸν [28] πῶλον ἀτρέμα, προσλαβὼν τὸν ἀγωγέα βραχύτερον· οὐχ ὁρᾷς ὅτι ἄβολός ἐστι; [29] τὴν δὲ ψήκτραν οὐ μόνον

ibi & διαλεγόμενος· quamvis & alteram lectionem caperem. *Euſtathius* ad Ἰλ. ψ. neſcio tamen an ex *Polluce*, ut *Junius* putat, ubi de ἀστραγάλοις τοῖς περὶ πόδας, καὶ ὅτι αἱ ἀστραγαλωταὶ μάστιγες, ἐκ τοιούτων τινῶν ἐπιπεφυκυιῶν κατεσκευάζοντο· MS. noſter hic habet: καὶ ἀστραγαλωτῆτις ἡ μάστιξ ὁμοίως. JUNG.

22 Περὶ ἱππικῶν σκ.] C. *Salmaſii* non habuit titulum περὶ ἱ. σ. KÜHN.

Περὶ ἱππικῶν σκ.] Sequitur caput XIII. quod in MS. ita inſcriptum: περὶ ἱππικὰ σκεύη· ſed περὶ addere non debebat, ſi ſic volebat. JUNG.

23 Ψῆκτρα] MS. ψήκτρα, penacute, ut & mox: ſupra I. 185. pariter, quamvis alias mendoſe per ι, & emenda ita hic accentum. *Heſych.* Ψήκτρα, ξύστρα, σπάθη. Apud *Suidam* quidem ψῆκτρα etiam: ſed ψήκτρα quoque ſcribendum ipſe dicat, in duobus ſubjectis χρήσεσιν habens ψήκτραν. JUNG.

Ψῆκτρα] Ψήκτραν accentu mutato in textum repoſui, quod ita MSS. habuerint: ſic & in *Gloſſis* antiquis: Ψήκτρα, *ſtrigile*: ſed in iiſdem quoque ψῆκτρα· ut dubia ſit accentus ratio: Ψηκτρίον, *ſtrigla*: iſtis & in balneis uſi fuere veteres.

24 Σκοραχὶς] Σωραχὶς, ut ſupra I, 185. nec aliter MS. SEB.

Σκοραχὶς] C. V. σωρακίς· *Gloſſæ*: σώρακος, *qualus*: σωρακὶς videtur fuiſſe ὄργανον καθάρσεως, quo pili equini excutiebantur, & a pulvere ſordibuſque repurgabantur, de quo *Xenophon* de *Re Equeſtri*, ubi & φορβειᾶς ἐπιφατνιδίας meminit. *Salm.* C. V. σοραχίς. KÜHN.

Σκοραχὶς] Tu emenda, ut MS. noſter & *Seberi* habet, σωρακίς· ut & ſupra I. 185. fuit: quamvis hic alia manus ſcripto σωραχὶς, ſuprapoſuit κ, & ad oram etiam addidit: ἄλλως, σκοραχίς. JUNG.

Σκοραχὶς] Textus habet, ut in margine ſui Codicis repoſuit Doctiſſ. *Kühnius*, σωρακίς· Φορβεῖαν explicuerunt *Schottus* & *Schefferus* dictis ſupra locis.

25 Καὶ κρύφαλος] MSS. recte κεκρύφαλος, *freni lorum*. *Xenoph.* l. c. κἂν μὲν δέχηται δηλονότι, περιτιθέναι δεῖ τὸν κεκρύφαλον, *& ſi receperit* (lupatum) *induendum ſcilicet freni lorum*. KÜHN.

Καὶ κρύφαλος] Emendaveram jam in meo Codice κεκρύφαλος· quod prorſus & in MS. ſcribe itaque, φορβεῖα, κεκρύφαλος, ῥυταγ. ſupra I. 184. id habuiſti, ubi, quod mirere, contra in MS. ita corruptum erat, ut hic vulgo eſt, καὶ κρύφαλος. JUNG.

Καὶ κρύφαλος] Error ortus e nova Græcæ linguæ pronunciatione, qua facile potuit contingere, ut librarius κε primam vocis κεκρύφαλος ſyllabam exceperit ſcripſeritque pro καί· ut nos repoſuimus in textu, ſic notaverat in ora ſui Codicis *Kühnius* noſter: ſed & in *Heſychio* tamen κρύφαλον obſervant ſcriptum pro κεκρύφαλον, quod emendationi noſtræ non officit: *Xenophon*: κἂν μὲν δέχηται (τὸ στόμιον) δῆλον ὅτι περιτιθέναι δεῖ τὸν κεκρύφαλον· τοὺς τῶν ἵππων κορυφαστῆρας καὶ κορυφαστοὺς *Heſychius* exponit: τούφια vel τούβια dixere recentiores aliquando & διομότριχα. Quod huic ſubjicitur vocabulum non fuit in vulgatis, ſed addidi ex Codice *Falckenburgiano*: admodum enim hic videbatur habere locum: videndus *Heſychius*, cujus in hac voce locus fœdiſſimis maculis obſitus eſt, quas alibi, ne hic præter rem & inſtituti rationem longiores ſimus, eluere conabimur: eſt & in *Æſchyli Perſis*: *Etymologus* ἑλκυστὴρ exponit: ἀπὸ ῥυτῆρος θέοντες ἵπποι in *Dione Chryſoſtomo* Orat. XXXIII. & ἀπαγαγεῖν τὸν ῥυτῆρα rei equeſtri proprio loquendi modo, *adducere habenas* apud *Arrianum* in *Indicis*. Ῥυταγωγία & ἀγωγία utrumque reperio in *Xenophonte*: πρῶτον μὲν τοίνυν τὸν ῥυταγωγία χρὴ ἐκ τῆς ὑποχαλινιδίας ἢ ἐκ τοῦ ψαλίου ἠρτημένον εὔτρεπῆ (alii εὐπρεπῆ) εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα λαβεῖν· unde non erit quiſquam haud plane harum rerum expers, qui ῥυταγωγίας uſum & formam percipere non poterit: alter de ἀγωγεῖ eſt hic locus: τὸν μὲν γὰρ παντάπασιν ἄπειρον τοῦ διαπηδᾶν, λαβόντα δεῖ τοῦ ἀγωγέως &c. ut itaque fuerit ἀγωγεὺς lorum, quo, qui pedes ibant, equum ducebant; neque equitem hoc uſum putem, nam & in *Strattidis*, qui adfertur a *Polluce*, loco, qui adducebat equum, jubetur brevius corripere τὸν ἀγωγέα· quin & noſtra tempeſtate adligatum fræno lorum ſæpe conſpicias, quo non utantur equitantes, ſed equum ductantes. In *Strattidis* χρόνου πόλον erat in vulgatis, quod *Kühnius* emendavit; & in Excerptis *Falckenburgianis* ſic, ut dedimus in textu, legitur: *Comici Chryſippum* citat & *Athenæus* lib. IV. videturque in ea neſcio quid argumenti de equis & equeſtri ſtudio pertractatum: paria cum *Caſaubono* ad *Athenæum Meurſius* habet in *Attica Bibliotheca*. Πῶλος ἄβολος, qui needum dentem ætatis indicem ejecerit: βάλλειν ὀδόντας id appellat *Plutarchus*, quamvis de bove loquatur: utriuſque tamen hac in re par eſt ratio.

26 Ῥυταγωγεὺς] *Xenoph.* τὸν ῥυταγωγία χρὴ ἐκ τῆς ὑποχαλινιδίας ἢ ἐκ τοῦ ψαλίου ἠρτημένον, εὐπρεπῆ εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα λαβεῖν· ubi *Interpr.* ῥυταγωγία reddit, *lorum ductorium*: in *Gloſſis* ἀγωγεὺς, *habena*. KÜHN.

27 Ὁ γοῦν Στρ. ἐν Χρυσ.] Abſunt a C. A. verſus *Strattidis* ita in ordinem redigerem:

Πρόσαγε τὸν πῶλον ἀτρέμα προσλαβὼν
Τὸν ἀγωγέα βραχύτερον· οὐχ' ὁρᾷς
Ὅτ' ἄβολός ἐστιν; —

Adducito pullum, ſenſimque capito
Brevius habenam: nonne tu ipſe vides,
Quod nondum jecerit dentes? — KÜHN.

Ὁ γοῦν Στρ. ἐν Χρυσ.] Iſta, ὁ γοῦν Στρ. ἐν Χρ. λ. cum verbis *Comici* uſque ad τὴν δὲ ψ. deſunt in noſtro MS. In iis omnino πῶλον, quod & *Caſaubonus* noſter habet VII. *Athen.* 23. ſcribendum pro vulgato πόλον· alias neſcio an ita forte diſponenda:

— Πρόσαγε
Τὸν πῶλον, ἀτρέμα προσλαβὼν τὸν ἀγωγέα
Βραχύτερον· οὐχ ὁρᾷς ὅτι ἄβολός ἐστι;

De *Chryſippo Strattidis*, ut & aliis ejus Poëtæ dramatibus *Caſaubonus* noſter VII. *Athen.* 23. JUNG.

28 Πόλον] Leg. πῶλον. SEB.

29 Τὴν δὲ ψήκτραν] MSS. addunt, οὐ μόνον Ἀριστοφάνης &c. dein C. A. ἐν Ἀργύρῳ &c. KÜHN.

Ἀριστοφάνης ἐν Ἀναγύρῳ εἴρηκεν, ἀλλὰ καὶ Σο-
φοκλῆς ἐν Οἰνομάῳ, [30] Διὰ ψήκτρας σε ὁρῶ ξαν-
56 θὴν καθαίροντα ἵππον αὐχμηρᾶς τριχός· • ὁ μέν
τοι Πλάτων ὁ Κωμικὸς ἐν Κλεοφῶντι [31] μαρά-
γναν τὴν μάστιγα ὠνόμασεν· ἐκαλοῦντο δέ [32] τι-
νες καὶ αὐλωτοὶ φιμοὶ, διὰ τὸ κώδωνας ἔχειν

Anagyro dixit Ariſtophanes: tum &
Sophocles in OEnomao, Strigili te vi-
deo flavos purgantem, & ſqualidos e-
qui pilos. • Præterea Plato Comicus 56
in Cleophonte, flagellum Μαράγναν
appellavit. Sunt & freni quidam fi-
ſtulati eo quod tintinnabula habeant

Τὴν δὲ ψῆκτραν] MS. τὴν δὲ ψήκτραν οὐ μόνον Ἀρι-στοφάνης ἐν Ἀναγύρῳ εἴρηκεν, ἀλλὰ &c. & ita ſupple, & ſcribe: non ψῆκτραν paroxytone & antea, ut dixi jam modo, ut & de Ἀναγύρῳ videndum *Caſaubonum* noſtrum IV. *Athen.* 4. JUNG.

Τὴν δὲ ψῆκτραν Ἀριστ.] Deeſſe quid in vulgatis, ſi vel ad ſtructuræ normam attendas, facile videbis: ſupplent MSS. τὴν δὲ ψήκτραν οὐ μόνον Ἀριστ. quod igitur recepit contextus *Polluceus*. *Suidas*: Ψῆκτρα (ſic enim hoc accentu apud eum editur) ἐργαλεῖον, δι' οὗ τοὺς ἵππους κνήθομεν.

30 Διὰ ψήκτρας &c.] Verſus *Sophoclis* abſunt a C. A. quos ita formatem:

> — Διὰ ψήκτρας σ' ὁρῶ
> Ξανθὴν καθαίροντ' ἵππον αὐχμηρᾶς τριχός.
>
> — *Strigili te video*
> *Flavam repurgare equam a comæ ſordibus.*

Lectio αὐχμηρᾶς τριχὸς proficiſcitur a C. V. KÜHN.

Διὰ ψήκτρας &c.] *Caſaubonum* de *OEnomao Sophoclis* vide VII. *Athen.* 4. cujus & meminit hinc IX. *Athen.* 18. ſed locus ipſe *Sophoclis* in MS. noſtro rectius habet, ἵππον αὐχμηρᾶς τριχός· unde ita concipio hos verſiculos:

> — Διὰ ψήκτρας σ' ὁρῶ
> Ξανθὴν καθαίροντ' ἵππον αὐχμηρᾶς τριχός.

Nota fabula de *OEnomai* equabus, de qua & *Pauſan.* Ἠλιακῶν β. & certamine cum procis filiæ: ad eas forte reſpexit his verſibus, vel ad aliam συναγωνιζομένην. JUNG.

Διὰ ψήκτρας &c.] Perbona eſt *Palatini* Codicis lectio, quam textui reſtitui: veniebat tamen in mentem, ſi forſitan commode legi poſſit: Ξανθῆς κ. ἵππου αὐχμηρὰν τρίχα· vel aliter hoc modo: ξανθὴν καθαίροντα ἵππου αὐχμηρᾶς τρίχα· ſed quid conjecturas ſerimus, ubi MSS. aptiſſima ſcriptura ad manum eſt? flavus color & in equis laudatiſſimus fuit; ξανθότριχες ἵπποι inde. *Sophoclis OEnomaum* paſſim *Grammatici* citant: *Diogenes* lib. IV. Segm. 35. Ἐκ τοῦ Οἰνομάου τοῦ Σοφοκλέους· ad quæ meminit hujus *Pollucei* loci *Menagius*: ſed ante eum de *Sophoclis OEnomao Meurſius* abunde.

31 Μαράγναν] C. A. ἀμαράγναν· C. V. ἀμάραγναν· convenit cum *Chaldæorum* מרגנין a recto מרגנא. quod enim 1 *Reg.* XII. in textu ſacro vocatur עקרבים, id *Chaldæus* reddit מרגנין· quid Hebræorum Magiſtris de hac voce videatur, *Bochartus* ὁ πολύγλωττος dabit parte II. *Hieroz.* pag. 644. ubi recte *Heſych.* in voce μαράγνα emendatur; non enim γῆν, *terram*, ſed τὴν ταυρείαν, *tauream ſeu flagrum ex corio nervove bubulo* notat: ante μαράγνα Idem *Heſych.* præmittit μάραινα, & exponitur eodem modo, nempe quod ſit μάστιξ, ῥάβδος, ταυρεῖα. *Bochartus* μάραινα mutat in μαράγνα, ejus argumenta excutienda relinquo doctioribus: mihi equidem non videtur movendum μάραινα, ut quod apud *Æſchylum* legitur in Χοηφόροις, ubi inquit:

> Ἀλλὰ διπλῆς γὰρ τῆς δε μαραίνης
> Δεῦρος ἱκνεῖται.

Græcus *Scholiaſtes* h. l. ita explicat, διπλῇ μάστιγι ἐπλήγημεν, eoque digitum forte intendens *Heſychius* annotavit μάραινα· utrumque tam μάραινα quam μαράγνα idem ſignificat, niſi quod μάραινα formulam Græcam ſapiat æque, ut τάλαινα, λάκαινα &c. μαράγνα autem ſuam peregrinitatem ipſo ſono prodit: nec id *Euripides* in *Rheſo* diſſimulat, ubi *Hector* vigili minatur:

> Ἤτοι μαράγνα γ', ἢ καρανιστὴς μόρος
> Μενεῖ σε δρῶντα τοιάδε.
>
> *Aut flagellum aut pœna capitis*
> *Te manebit hæc agentem.*

Cui *Rheſi* auriga reſpondet: *quid hiſce minaris* &c. βάρβαρος βαρβάρου πλέκων λόγους, alludens inter alia ad vocem μαράγνα. Utrumque retulerim inter λέξεις βαρβαρικὰς, ὧν γέμει διὰ τὰς ἐπιμιξίας ἡ Ἑλλὰς γλῶττα, *dictiones gentium exterarum, quibus propter commercia Græca lingua referta eſt.* Rabbinorum מרדע *mardang* vel *mardagna* cum Aleph finali, quod notat ſtimulum, quo tardos boves increpat bubſequa, parum diſtare videtur a μαράγνα, quæ utique non levem quandam ſcuticam, ſed horribile flagellum, plagas & ictus σκορπιώδεις incutiens ſignificat. KÜHN.

Μαράγναν] Pro μαράγναν, MS. noſter. ἀμάραγναν habet: ſed vulgatum non ſollicitandum videtur: apud *Heſychium* quoque eſt: Μάραινα (*Sylburgius* emendat μάραγνα) μάστιξ, ῥάβδος, ταυρεία· Μάραγνα, γῆ ταυρεία. Et in *Rheſo* Tragœdia extat v. 817.

> Ἤτοι μαράγνα γ', ἢ καρανιστὴς μόρος,
> Μενεῖ σε δρῶντα τοιάδ'. —

Sed ne MS. noſtri ſcripturam plane fruſtraneam putemus, ſcripſiſſe forte ſuſpicari lubet *Comicum Platonem* σμάραγναν· nam & ita invenitur, nempe a ſonitu σμαραγοῦντος μάστιγος. Ait enim idem *Heſychius*: Σμαράγνα, μάστιξ, ῥάβδος· καὶ χωρὶς τοῦ σ. Quod vero ad *Platonis* drama attinet, Κλεοφῶν etiam illa inter alias ejus fabulas a *Suida* relata eſt; & eo tulit tertias ſub *Callia* archonte, quum *Ariſtophanes* cum *Ranis* ſuis primas retuliſſet: ut ex hypotheſi Græca altera Βατράχων cognoſcimus. Quis autem fuerit *Cleophon*, & cur ita inſcripſerit ſuum drama *Plato*, vide apud *Scholiaſtem* in eaſdem *Ranas* ad iſtum verſum, φιλοτιμότεραι Κλεοφῶντος. JUNG.

Μαράγναν] Affinitatem Chaldææ vocis cum Græca admonuit etiam *Buxtorfius* in magno opere: ſed alterutra tamen alterius ſit origo, compertum non habeo: *Heſychius* exponit μαργαίνων inter alia δεσμῶν, ſiquidem ὁ μάργας dicatur δεσμός· unde ſi fluxiſſe velis exiſtimare μαράγναν, non me valde repugnantem habebis: μάργας enim ſi vinculum deſignaverit, quid impediat, quo minus & de loro ſeu fune potuerit uſurpari, præcipue cum in Aſia minori vox hæc videatur enata. De *Cleophonte Platonis Meurſius* adeundus in *Attica Bibliotheca*.

32 Τινὲς αὐλωτοὶ φιμοὶ] MS. τ. καὶ αὐλ. SEB.

Τινὲς αὐλωτοὶ φιμοὶ] MSS. τινὲς καὶ αὐλωτοὶ φιμοὶ, quia tibiæ inſtar canebant fiſcellæ hujuſmodi: *ſuſpenſæ nolæ*: vid. *Heſych.* in Αὐλωτοὶ φιμοί. KÜHN.

Τινὲς αὐλωτοὶ φιμοὶ] MS. τινὲς καὶ αὐλ. ut & *Seberi*: plenius. Deinde MS. noſter male φιμοὶ habet, ut & antea vulgati: ſed & *H. Stephanus* hic in ſuo Codice repoſuerat φιμοί. JUNG.

Τινὲς αὐλωτοὶ φ.] Καὶ illud inſertum e MSS. tum deinde *Kuhnius* in textu recte προσηρτημένους, ut ſci-

ap-

appenſa : quibus equi inhinnientes ſonum reddunt fiſtulæ perſimilem. Spatham quidem , lupatum , buculas , freni partem ori inſertam , echinos , rotulas , anulos , frenaque dura & mollia habes ſupra in Equeſtribus. Frena porro dentata , dicit in Anagyro Ariſtophanes.

[33] προσηρτημένους , οἷς ἐγχρεμετίζοντες οἱ ἵπποι ἦχον ἐπσίουν προσόμοιον αὐλῷ· [34] καὶ σπάθην μὲν, [35] καὶ χιλωτῆρα, καὶ στόμια, [36] καὶ ὑποστόμια, [37] καὶ στομίδας, καὶ ἐχίνους, καὶ τροχοὺς, καὶ δακτυλίους, καὶ σκληροὺς, καὶ [38] μαλακοὺς χαλινοὺς [39] ἔχεις ἐν τοῖς ἱππικοῖς· στόμια δὲ πριονωτὰ [40] ἔφη ἐν Ἀναγύρῳ Ἀριστοφάνης.

57 • CAPUT XIV. • ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ΙΔ. 57

De libris , & instrumentis ad hos ſcribendos.

[41] Περὶ βιβλίων , καὶ τῶν αὐτὰ γράφειν σκευῶν.

SI vero ab exercitio aliquo , aut am-

[42] Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ τῆς αἰωρήσεως , ἢ καὶ ἀπὸ

licet MSS. præferunt : *Schefferus* ἐπηρτημένους ſcribſit, ubi utitur hoc loco lib. I. c. 13. videndus omnino de his αὐλητοῖς φιμοῖς , quos erudite exponit : ſed in explanando *Polluce* rem acu non ſane tetigiſſe videtur vir doctiſſimus : igitur apponere hic lubet Latinam , quam ibi concinnavit , verborum horum interpretationem : *Appellantur vero & fiſcellæ quadam tibiatæ , quia habent appenſas codonas , id eſt , patellas inſtar cymbalorum aut orificiorum patentium in tubis , quos cum equi hinnientes inſlant , edunt ſonum veluti tubarum.* De tubis certe *Pollux* non loquitur , ſed de tibiis , quarum canori ſonitum τῶν αὐλητῶν φιμῶν aſſimilat : neque etiam capio κώδωνας eo modo , quo *Schefferus* , quod alienum videtur ab *Onomaſticographi* mente , ſed de quibuſdam æneis inſtrumentis, quæ tintinnabulorum ſeu κωδώνων inſtar erant; illaque cum inſlarentur , ſonitum tibiis ſimilem edebant: & hæc habuerunt equi φιμοῖς adpenſa : res ipſa loquitur.

33 Ἠπηρτημένους] MS. προσηρτημένους. SEB.

Ἠπηρτημένους] MSS. προσηρτημένους· *Salm.* C. pro κώδωνας etiam κνώδας· *Idemque* e *Longino* (c. 20.) τὸ πανταχοῦ κώδωνας ἐξῆφθαι λίαν σοφιστικόν· *nimis ſophiſticum eſt , ubique appenſa geſtare tintinnabula.* KÜHN.

Ἠπηρτημένους] Scribe, ut MS. noſter & *Seberi* , προσηρτημένους. Vulgatum ἠπηρτημένους nauci non eſt : ego antequam MS. vidi , ἀπηρτημένους ſuſpicabar ; jam ſequor MS. ſcripturam. JUNG.

34 Καὶ σπάθην μὲν] MS. καὶ σπάθη μὲν &c. ſed vulgatum rectius : eo caſu , quo cætera. JUNG.

Καὶ σπάθην] *Heſychius* Ψάκτρας exponit σπάθην , quod an hic habere locum poſſit , mihi non eſt exploratum : videtur tamen : de χιλωτῆρι dixit laudato ſæpius capite *Schefferus* ; & en tibi locum *Heſychii*: qui explanabit, quis fuerit χιλωτήρ. Χιλωτὴρ , τὸ τοῖς ὑποζυγίοις ἀπὸ κορυφῆς ἐξαρτώμενον , ἐν ᾧ ἡ τροφή.

35 Καὶ χιλωτῆρα] Καὶ abeſt a C. A. dein καὶ στόμια, στομίδας , ὑποστόμια , & ſic in ſequentibus conjunctiones omiſſæ ſunt : cæterum χιλωτὴρ dicitur ſacculus , vel corbis , vel aliud quid quod capiti equino appenſum geſtat pabulum , præbeturque ad currum junctis equis : vid. *Heſych.* KÜHN.

36 Στόμια καὶ ἐχ.] MS. omittit καὶ στομίδα , pro quo plurali habet mox , ut dicam ; quod magis mihi placet ſane. JUNG.

37 Καὶ στομίδα] MS. στόμια , καὶ στομίδας , καὶ ἐχίνους &c. & placet ita legere : modo καὶ στομίδα enim omittebat MS. JUNG.

Καὶ στομίδα] Ita fuit ante nos , & alio etiam , ac jam vides, ordine ; nam vulgo poſt καὶ στόμια ſequebatur καὶ στομίδα , quod mihi juxta cum *Jungermanno* diſplicuit: ſeriem itaque Codicis *Palatini* ſum ſecutus. Στόμια , quæ modo legebamus , habes & in *Xenophonte* : τὸ δὲ στόμιον τῇ ἀριστερᾷ προσφερέτω· unde partem illam freni , quæ ori inſeritur , quod & ipſum nomen indicat, ſic appellatam clariſſime liquet.

Ἐχίνους etiam ex eo notare lubet p. 553. ubi ſimul & τροχῶν mentio : πρῶτον μὲν τοίνυν οὐ χρὴ μεῖον δυοῖν χαλινοῖν κεκτῆσθαι· τούτων δὲ ἔστω ὁ μὲν λεῖος , τοὺς τρόχους εὐμεγέθεις ἔχων· ὁ δὲ ἕτερος τοὺς τρόχους καὶ βαρεῖς καὶ ταπεινοὺς , τοὺς δ' ἐχίνους , ὀξεῖς ubi id prætereca venit obſervandum , quos σκληροὺς καὶ μαλακοὺς χαλινοὺς vocavit *Pollux* , ex *Xenophonte* dici poſſe λείους , ἢ τραχεῖς , quod ipſum & *Schefferus* obſervavit. Aliud eſt , quod tamen ad hanc rem pertineat , στομίας equos dici , qui fræno non obediunt , notante *Heſychio*. Jam quidem *Auctoris* noſtri ſequi filum , ab equorum ſtudio, & equeſtribus inſtrumentis ad libros eorumque curam nos conferemus.

38 Μαλακοὺς] *Salm.* C. pro μαλακοὺς , leg. μαλθακούς. KÜHN.

39 Ἔχεις ἐν τοῖς Ἱππικοῖς.] Abſunt a C. A. KÜHN.

Ἔχεις ἐν τοῖς Ἱππικοῖς.] Supra lib. I. c. 11. ſm. 3. ubi & πριονωτά. JUNG.

40 Ἔφη ἐν * Ἀναγύρῳ Ἀρ.] Ἐν Ἀργύρῳ C. A. C. V. ἐν Ἀναγύρῳ ἔφη Ἀ. KÜHN.

Ἔφη ἐν * Ἀναγύρῳ Ἀρ.] MS. alio ordine : ἐν Ἀναγύρῳ ἔφη Ἀριστοφ. JUNG.

41 Περὶ βίβλων , &c.] C. A. hunc præfert titulum , περὶ τοῦ βιβλίοις συγγενέσθαι θέλοντος , *de eo qui ſibi cum libris rem eſſe vult* : nec *Salm.* agnoſcit vulgatum titulum. KÜHN.

Περὶ βίβλων , &c.] Hujus capitis 14. titulus in MS. hic eſt : περὶ τοῦ βιβλίοις συγγενέσθαι θέλοντος. JUNG.

42 Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ τῆς αἱρέσεως] *Interpr.* legit ἀπὸ τῆς ἀσκήσεως , *ab exercitio* : melius C. V. ἀπὸ τῆς αἰωρήσεως , *a geſtatione* : ipſe *Auctor* ſupra c. 12. εἰ μὲν αἰωρήσει τῇ δι' ὀχημάτων χρῷτό τις &c. ubi vide ſis: *Plinius* lib. XXVI. c. 3. etiam jungit *ambulationem* , *geſtationes.* KÜHN.

Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ τῆς αἱρέσεως] MS. εἰ δὲ ἀπὸ τῆς αἰωρήσεως , ἢ καὶ &c. pulcherrime : quod ocyus reſtituendum eſt. Quid malum enim ſibi hic agit αἱρέσεως ; Alterum aptiſſime hoc caput prioribus connectit. *Si quis a geſtatione vehiculari , de qua capite 12. dictum eſt , &c. convertatur ad ſtudendum.* JUNG.

Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ τῆς αἱρέσεως] Optime MSS. ἀπὸ τῆς αἰωρήσεως , *a geſtatione* , a qua plerumque & ambulationibus ad ingenii culturam librorumque lectionem convertere ſe ſolebant olim : nec aliter in libri ſui margine notaverat *Kühnius*. Mox editum erat vulgo , ἀπὸ τινὸς περιπάτου , ἐν στοᾷ , ἐν δρόμῳ , ἐν ἄλσει γενόμενος prorſus ineleganter , longe nitidius MSS. quorum & ibi lectionem repoſui. Viderat utrumque eo pacto redintegrandum *Salmaſius* de *Modo Uſurarum* p. 402. quo loco plurima bona mixta malis vir eruditus habet de χάρταις , βίβλοις , διφθέραις , γραμματείοις aliiſque ſimilibus. Exinde pro ὥρα αὐτὸν ἔχειν venuſtius in Codice *Palatino* ὥρα αὐτῷ ἔχειν , *cura ipſi eſt habere libellos , chartas* &c.

τινος περιπάτου [43] ἐν στοᾷ, ἢ δρόμῳ, ἢ ἄλσει γενόμενος, ἐπὶ τὴν πρὸς τὰ βιβλία συνουσίαν τις [44] τράποιτο, ὥρα αὐτῷ ἔχειν βιβλία, χάρτας, [45] πέλλας, [46] διφθέρας, γραμματεῖα, γραμματίδια, [47] δέλτους, δελτία· ὥς ἐστιν εἰπεῖν,

bulatione, ſive in porticu, ſive in ſtadio aut nemore exiſtens, ad librorum converſationem quis ſe recipere velit: nota ipſum habere libellos, chartas, atramentaria, diphtheras, tabulas, tabellas. Ut dicere liceat,

43 Ἐν στοᾷ, &c.] MS. ἐν στοαῖς, ἢ δρ. ἢ ἄλ. SEB.

Ἐν στοᾷ, &c.] C. A. ἐν στοαῖς ἢ δρόμῳ, ἢ ἄλσει· geminat ἢ etiam C. V. & *Salm.* δρόμος eſt locus, in quo ſe curſu excercebant: *curricula* poſſes dicere: *ſi vero geſtatione aut etiam ambulatione quadam in porticibus, aut curriculis, aut nemoribus defunctus, ad libros verſandos ſe aliquis converterit.* KÜHN.

Ἐν στοᾷ, &c.] MS. περιπάτου ἐν στοᾷ, ἢ δρόμῳ, ἢ ἄλσει γ. & hæc ita emendanda puto: nec abit *Seberi* MS. niſi quod στοαῖς habeat. JUNG.

44 Τράποιτο] MS. τρέποιτο· & mox ὥ. αὐτῷ ἔχ. SEB.

Τράποιτο] MSS. τρέποιτο· C. V. dein, ὅρα, male, pro ὥρα· C. A. ὥρα αὐτῷ ἔχειν, *tempus eſt, ut habeas* &c. ὥρα hoc loco eſt καιρὸς ἐπιτήδειος ſecundum *Suidam* in ὥρα, ubi hujus locutionis plura exempla. KÜHN.

Τράποιτο] MS. τὶς τρέποιτο, ὅρα αὐτῷ ἔχειν &c. Sed τράποιτο & ὥρα correctum eſt ab aliquo: & placet vulgata lectio: niſi quod ὥρα αὐτῷ ἔχειν β. legere malim, quem ad modum & *Seberi* MS. habet: loquendi genus elegans, de quo *Budæum* Comm. Gr. lingu. & *H. Steph.* Theſaurum adire potes. Adnotabam alicubi, ni fallor, & apud noſtrum ſupra. Amat eo uti & *Heliodorus* ſuaviſſimus, ut II. Æthiopicon: ὥρα σοὶ σαυτὸν ὑπομνῆσαι &c. Et ibidem: ἄλλους ὥρα σοὶ ξένε τῶν δὲ ἐπιζητεῖν ὠνητάς. JUNG.

45 Πέλλας] Πέλλα vaſculum, fundo lato, ore arctiori, qualia ſunt mulctra, vel etiam atramentaria: γραμματεῖα & γραμματίδια, ſcrinia ſunt, in quibus ſcriptorium inſtrumentum, quandoque & alia pretioſa aſſervabantur. *Salm.* πέλας. KÜHN.

Πέλλας] Ita & MS. ſane Grammatici hunc uſum ejus vocis non explicant, in aliis ſignificatis occupati. Quid tamen dicam neſcio: id quidem ſcio, me non intelligere. Et veniam da mihi, erudite lector, interim, dum mihi ejus voculæ alium βεβαιωτὴν adducas, ſuſpicandi noſtrum *Pollucem* ſcripſiſſe ἰττέλας· quod forte ſcripſerat & ſupra, ubi MS. noſter deficiebat, & vulgo erat ἰττίστας VII, 211. τὰς δὲ διφθέρας καλοῦσι καὶ ἰττέλας. Ita hic & illic ſuſpicari, nihil enim temere adfirmo; inducit nos gloſſatorum eximius *Heſychius*, qui: Ἰττέλαν, διφθέραν exponit: & ἰσσέλα, ait, διφθέρα. Vocabulum quo rarius, eo magis corruptelæ expoſitum. JUNG.

Πέλλας] *Jungermannus* acute reſtituendum conjectabat ἰττέλας· ita ſcilicet apud *Heſychium*: Ἰττέλα, διφθέρα· & VII, 211. ἰττίστας habebamus, ubi *Falckenburgiani* Codicis lectio erat ἰττέλας· hic tamen, nam & MSS. ſuffragio ſuo πέλλας comprobant, nihil mutandum exiſtimo, parumque abeſt, quin propter *Falckenburgianæ* lectionis ſimilitudinem, ita legendum decernam VII, 211. ſed ibi tamen non male putes *Pollucem* ſcripſiſſe ἰττέλας, vel ἰζίλας, aut ἰζάλας denique: ſuſpecta enim erat ibi & *Heſychiani* loci lectio. Quanquam vero in hanc vocem πέλλη alibi needum inciderim, omnino tamen habeo perſuaſum, non aliam ejus eſſe ſignificationem atque διφθέρας· quod in iſtam me ſententiam induxit, ſimilitudo Latini nominis *pellis* eſt, cujus originem ab hoc fonte petendam exiſtimo: nihil enim quicquam ineptius eſt tentamentis eruditorum virorum, ubi de propagine vocis *pellis* inquirunt: quod ipſis vero ſimillimum apparet, eſt ut a φίλλος deducatur, quæ vox *corticem arboris*, *Heſychio* docente, ſignificat; id tamen ab ipſius rei natura plurimum abhorrere, neminem latere poteſt: me ſanequam id ſummopere offendit, ſi in indaganda vocum nativitate longis ambagibus utaris, qua ratione ars utiliſſima ſponte ſua difficilis & intricata, longe difficilior & inacceſſa ferme redditur. Perquam opportune *Philoxenus*: *Pellarius*, πελλογράφος· quod tantum abeſt, ut cum eruditionis variæ viro *Gerb. Voſſio* a Latina lingua petitum exiſtimem, ut potius ad remotiſſimam Græci ſermonis antiquitatem pertinere arbitrer: qui triverit iſtas *Gloſſas*, ac diligentiori pervolverit oculo, in iſtis talia reperiri plurima ex medio Græci ſermonis fonte hauſta, compertum habebit: neque ſatis ſcio, an in toto *Philoxeni Gloſſario* vel unum occurrat vocabulum, quod native Græcum non ſit, niſi cum ipſe voce Romana ſe profiteatur uti: in aliis *Gloſſis* id eſt δερματογράφος· *Interpres atramentaria* vertit, prorſus ἀπροσδιονύσως· reſpexiſſe tamen illum exiſtimo ad πελλὸς, qua voce color nigricans deſignatur; aut potius ad eo nomine vaſa mulctoria, quod *Kühnio* non diſplicuiſſe miror. Veteres autem nondum chartarum uſu invento in pellibus ſcripſerunt: res notiſſima, & cui non dictus *Hylas*? *Herodotus* quæ de διφθέραις tradidit in *Terpſichore* a pluribus occupata repetere animus non eſt, niſi quod & ætate ſua multos barbarorum in pellibus ſcribſiſſe referat: inde vocis illius uſus pro membranis, quæ ex pellibus ſolent confici, creberrimus eſt: βασιλείους διφθέρας, dixit *Agathias* p. 62. quas ibi *membranas regias* interpretatur eruditiſſimus *Bonaventura Vulcanius*, cujus ad eum locum vide notam: in ædibus porro Chriſtianorum ſacris, membranæ, quæ divinos Codices continebant, ſacraſve cantiones διφθέραι dicebantur: *Gelaſius Concil. Nicæn. Diatyp.* Ψάλλειν ἐν ταῖς διφθέραις· vide *Balſamonem* ad c. 15. *Concilii Laodiceni*. & præſtantiſſimum *Anglum* ad indicatum *Gelaſii* locum. Meminit & διφθερῶν perititiſſimus antiquitatis *Galenus* ſub initium lib. III. περὶ δυσπνοίας, ubi Theſſalum *Hippocratis* filium paternos commentarios ἐν διφθέραις ἢ δέλτοις inveniſſe, additiſque de ſua penu non paucis, in unum collegiſſe refert: ὡμολόγηται γὰρ οὖν ἤδη καὶ ταῦτα συνθεῖναι Θεσσαλὸν τὸν Ἱπποκράτους υἱὸν, τὰ μὲν αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἐν διφθέραις τισὶν ἢ δέλτοις εὑρόντα ὑπομνήματα, προσθέντα δέ τινα καὶ αὐτὸν οὐκ ὀλίγα· ubi ſane nihil officit, quo minus intelligas de ipſis pellibus, in quibus *Hippocratis* ætate a plurimis adhucdum gentibus ſcribi moris fuit. De Cypriis autem quod addam eorumque ſcribendi more, ex obſcuris antiquitatis veſtigiis collegi, nimirum eos videri pelles obleviſſe cera, in eaque literas exaraſſe: ſic ſaltem in illorum ludis uſu fuit receptum: ludimagiſtrum enim ab iis διφθεράλοιφον tradit appellatum *Heſychius*: Διφθεράλοιφος, γραμματοδιδάσκαλος παρὰ Κυπρίοις· qua alia de ratione cedo, quam quod illam ſcribendi conſuetudinem uſurparent: referendum eo illud ex eodem *Grammatico*: Ἀλειπτήριον, γραφεῖον, Κύπριοι· vox utique tracta ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν, vel ἀλείπειν, ſicut antiquiores olim Græci efferebant: unde ſtylus ἀλειπτήριον, quod in obducta pellibus cera literas effingeret: exiſtimare tamen non ſine ratione quis poſſit, in Cypriis ἀλείπειν vel ἀλείφειν ſignaſſe *ſcribere*, & exinde διφθεράλοιφος, *qui ſcriberet in pellibus*, & ἀλειπτήριον prorſus idem quod γραφεῖον. Sed alii diligentius hæc & accuratius elaborabunt, quæ nos feſtinantes incomta omnique luminerærum orationiſve deſtituta proferimus.

46 Διφθέρας] Vid. ſupra VII, 211. SEB.

47 Δέλτους δελτία. ὥς ἐστιν εἰπεῖν] Ἐστιν abeſt a C. A. & *Salm.* C. KÜHN.

Δέλτους δελτία· ὥς ἐστιν εἰπεῖν] MS. δέλτους, δελτία;

tabellam duplicem, aut triplicem, aut plures plicas habentem: vel ſecundum
58 Homerum, Tabulam plicatam. * Et Ariſtophanes in Theſmophoriazuſis inquit,

--- Tabulis politis libelli
Suſcipite tractus ſtyli,
Meorum laborum præcones.

Pugillares autem reperies in Phillylii urbibus. Refert Dorico more in pugillares exacte, quando ſcripta recitat Interpres. Pugillaribus autem illita cera, aut malthæ, aut maltha. Herodotus quidem Ceram dixit. Cratinus vero in Pytina, Malthem vocat.

[48] γραμματίδιον δίθυρον, ἢ τρίπτυχον, [49] ἢ καὶ πλειόνων πτυχῶν· ἢ καθ' Ὅμηρον, [50] πίνακα πτυκτόν· * καὶ Ἀριστοφάνης δὲ [51] ἐν Θεσμοφοριαζούσαις ἔφη, 58

--- πινάκων ξεστῶν δέλτοι
Δέξασθε σμίλης ὁλκούς,
Κήρυκας ἐμῶν μόχθων.

καὶ πινακίδας δ' ἂν εὕροις [52] ἐν ταῖς Φιλυλλίου Πόλεσι· [53] λέγει γέ τοι δωρίζων ἐς τὰς πινακίδας διαμπερέως, ὅτι κἂν λέγοι τὰ γράμματα ἑρμηνεύς· ὁ δὲ ἐνὼν τῇ πινακίδι κηρὸς, ἢ μάλθη, ἢ μάλθα. [54] Ἡρόδοτος μὲν γὰρ κηρὸν εἴρηκε· [55] Κρατῖνος δὲ ἐν τῇ Πυτίνῃ, μάλθην ἔφη.

ὡς εἰπεῖν, γραμ. omiſſo ἐστιν, quod mihi non diſplicere poteſt, ſi abſit inquam: δέλτια vero proparoxytone, ut ſupra IV, 18. & hic cum MS. ſcribere poſſumus: nec enim, credo, ad regulam tam ſtricte revocanda, ut ejuſmodi paroxytonως ſaltem ſcribamus: variant certe libri. Jung.

48 Γραμματίδιον διθ.] Γραμματίδιον δίθυρον, *tabula biſores: Gloſſæ*, γραμματεῖον, *tabula*, niſi legendum ibi, *tabularium* &c. Kühn.

Γραμματίδιον δίθυρον] Tranſtulit hoc *Pollux* noſter e *Menandri* Μισογύνῃ· is enim ex ea fabula verſiculus ab *Harpocratione* citatur: Ἔλκει δὲ γραμματίδιον ἐκεῖσε δίθυρον. locus eſt in πυράστατις· huc & oculos intendiſſe reor *Heſychium*: Δίθυρον γραμματίδιον, δίπτυχον· ſic enim apud eum diſtingue potius. Idem Διθύροις, διπτύχοις· Attici ſolebant θυρίδας pugillarium tabellas, quæ πτύχες alias, appellare: *Heſychius*: Θυρίδας, Ἀττικοὶ τὰς τῶν γραμμάτων πτύχας· καὶ δίθυρον λέγουσιν, οὐ τρίθυρον, ἀλλὰ τρίπτυχον· *Lucianus* in *Nerone*, quamvis illius opuſculum illud eſſe non exiſtimem, ſed hominis alicujus, qui non tantum *Neronis* ætate vixit, ſed & cummet ipſum vidit: καὶ γὰρ δὴ δέλτους ἐλεφαντίνους καὶ διθύρους προβεβλημένοι αὐτὰς ὥσπερ ἐγχειρίδια &c. De διπτύχοις adnotavit *Ludov. Carrio* Emendat. lib. II. cap. 6. quamvis & ibi doctiſſimi viri obſervationibus nævi adhæſerint: *Symmachus* autem, quem ibi docte & vere emendat, quæ ibi *diptycha* dicit, pugillares alibi vocat. Συνέδους τοῖς ἱεροῖς ἐντάξασθαι διπτύχοις in *Epiſtola Petri* ad *Michaelem*, ubi de ſcriptis epiſcoporum literis intellige. Plenius e MSS. mox in *Onomaſticographo* noſtro ἢ καὶ πλειόνων πτυχῶν.

49 Ἢ πλειόνων πτ. &c.] Ἢ καὶ π. π. ἢ κ. Ὁ. π. πυκτόν· ita C. A. qui & ea, quæ ſequuntur, non habet uſque ad οὐ μὴν ἀγνοητέον &c. in πυκτὸν conſentit *Salm.* Codex. Kühn.

Ἢ πλειόνων πτ.] Scribe particula plenius, ut noſter MS. habet, ἢ καὶ πλ. πτ. *Homeri* mox locus & ſupra adductus eſt IV, 18. ut indicavit & *Seberus* noſter. Quæ ſequuntur, καὶ Ἀριστοφ. &c. omnia in MS. deſunt, uſque ad Κρατῖνος ἐν τῇ Π. Verſus *Ariſtophaneos* autem bene *Seberus* noſter reſtituit ex dramate ipſo, quum antea in vulgatis hic vox δέλτοι deeſſet, & male σμήλης ſcriberetur, omniaque ederentur confuſe. Jung.

50 Πίνακα πτυκτόν.] Supra IV, 18. Seb.

51 Ἐν Θεσμοφοριαζ.] Verſ. 789. Seb.

52 Ἐν ταῖς Φιλλυλίου Π.] Hinc obiter corrigendus *Suidas* in Φιλύλλιος· *Interpr.* ejus ſecurus de emendatione nobis extudit ex loco corrupto fabulam hujus *Comici* inſcriptam, Πόλις φρεώρυχος, *Urbs puteos fodiens*: melius eſt in *Suida* legere Πόλεις, Φρεώρυχος· hic *Noſter* laudat *Philyllii* Comœdiam Πόλεις· infra lib. VII. circa finem drama ejuſdem Φρεώρυχος inſcriptam. Sic ex uno dramate fiunt duo longe diverſa. Kühn.

Ἐν ταῖς Φιλλυλίου Π.] Emenda *Comici* nunquam non corruptum nomen, & ſcribe Φιλυλλίου· dixi aliquoties ſupra. Quæ ſequuntur ex eo verba reconcinnanda aliis relinquo: ſed ubi *Herodotus* noſter κηρὸν vocat, indicandum eſt: & locum puto hunc eſſe, qui in extrema *Polymnia* legitur: δελτίον δίπτυχον λαβὼν, τὸν κηρὸν αὐτοῦ ἐξέκνησε, καὶ ἔπειτα ἐν τῷ ξύλῳ τοῦ δελτίου ἔγραψε τὴν βασιλέος γνώμην· ποιήσας δὲ ταῦτα, ὀπίσω ἐπέτηξε τὸν κηρὸν ἐπὶ τὰ γράμματα, ἵνα φερόμενον τὸ δελτίον μηδὲν πρῆγμα παρέχοι πρὸς τῶν ὁδοφυλάκων. Tales nimirum tabulas occultas mittit *Demaratus* Lacedæmonem, quibus Græcos edoceat *Xerxem* bellum contra illos decreviſſe, quas quum nemo, quid ſibi vellent, ibi intelligeret, rem aperit tandem *Gorgo*, *Cleomenis* filia. καὶ τὸν κηρὸν κνᾶν κελεύουσα, καὶ εὑρήσειν σφέας γράμματα ἐν τῷ ξύλῳ. Jung.

Φιλλυλίου] In hujus *Comici* nomine librarii manus ubique aberravit: Φιλυλλίου ſcribe, ut ſæpius alibi monitum. *Philyllii* verba alium ac me poſtulant *OEdipum*: *Davus* in his ſum: illud δωρίζων an *Comici* verbis, an vero *Pollucis* adjungendum ſit, non bene perſpicio: forſitan autem aliud quid ſub illo latet: tum τὰ γράμματα cui bono? iſtis ejectis ſic locum conſtitueram olim: λέγει γέ τοι ξυγγραφεὺς ἐς τὰς πινακίδας διαμπερέως, ὅτι ἂν λέγοι ἑρμηνεύς· quibus ineſt ſenſus: ſed hinc diſcedere ſatius eſt, quam in tenebris micare.

53 Λέγει γέ τοι Δ. &c.] Hic interpungendum, *dicit enim*: poſtea verſus *Comici* ita reſtituerem:

Δωρίζων ἐς τὰς πινακίδας διαμπερέως,
Ὅτι κἂν λέγοι τὰ γράμματα, ἑρμηνεύς.

Dorice loquens in tabulis exactiſſime,
Quicquid litera dicant, interpretatus. Kühn.

54 Ἡρόδοτος] In fine *Polymniæ*, δελτίον δίπτυχον λαβὼν, τὸν κηρὸν αὐτοῦ ἐξέκνησε· & iterum, τὸν κηρὸν κνᾶν κελεύουσα. Kühn.

55 Κρατ. δὲ ἐν τῇ Π.] *Fabulæ* hujus œconomiam declarat *Scholiaſtes* in *Ariſtoph. Equites*: *Cratinus*, inquit, cum ſcriptione fabularum abſtinuiſſet, deſtitiſſetque docere coram populo, excitatus eſt hoc *Ariſtoph.* ſcommate p. 319. &, ut *Scholiaſtes* pergit, πάλιν γράφει δρᾶμα εἰς ἑαυτόν τε καὶ μέθην, οἰκονομίᾳ κεχρημένος τοιαύτῃ· τὴν Κωμῳδίαν ὁ Κρατῖνος ἐπλάσατο αὐτοῦ εἶναι γυναῖκα, καὶ ἀφίστασθαι τοῦ συνοικεσίου τοῦ σὺν αὐτῷ θέλειν, καὶ κακώσεως αὐτῷ δίκην λαγχάνειν· φίλους δὲ περιτυχόντας τοῦ Κρατίνου μηδὲν προπετὲς περὶ (αὐτὸν) ποιεῖσθαι, καὶ τῆς ἔχθρας ἀνερωτᾶν τὴν αἰτίαν· τὴν δὲ μέμφεσθαι αὐτῷ, ὅτι μὴ κωμῳδοῖ, ἢ μηκέτι σχολάζοι τῇ μέθῃ. Eundem Poëtam *Ariſtophanes* perſtringit, quaſi non potuerit urinam retinere, quod ἐνουρεῖν vocat *Scholiaſtes*: *veſtem permingere*. *Cratinus* contra in Πυτίνῃ tangebat *Ariſtophanem*, ſeque minime παραληρεῖν oſtendebat, & convincebat *Ariſtophan.*

59 * Ἀριστοφάνης δὲ [56] ἐν τῷ Γηρυτάδῃ· Τὴν μάλθαν ἐκ τῶν γραμματείων [57] ἤσθιον· οὐ μὴν ἀγνοητέον, ὅτι τὸν [58] ἐπιτήδειον εἰς τὸ [59] κατασημαίνεσθαι κηρὸν οἱ παλαιοὶ ῥύπον ὠνόμαζον, [60] καὶ ῥύπους, ὡς ἐν Λυσιστράτῃ Ἀριστοφάνης,

Καὶ μηδὲν οὕτως
Εὖ σεσημάνθαι, τὸ μὴ οὐχὶ τοὺς ῥύπους ἀ-
νασπάσαι.

[61] τῷ δὲ παιδὶ [62] δέοι ἂν προσεῖναι, γραφεῖον, παραγραφίδα, καλαμίδα, πυξίον· εἴρηται [63] μὲν γὰρ καὶ [64] ἐπὶ ζωγράφου τοὔνομα, ἐν Ἀναξαν-

* Sed Ariſtophanes in Gerytade, Maltham e pugillaribus comedens. Non ignorandum vero, quod ceram ſignando idoneam Veteres Ῥύπον nominaverunt & Ῥύπους, ut in Lyſiſtrate Ariſtophanes, 59

Et nihil ita bene
Concluſum eſſe, quin obſignationes a-
vellatis.

Puero vero adeſſe debent ſtylus, notatorium, calamarius, tabella: hæc quidem etiam de Pictore dicta eſt, in Alexan-

plagii, quod *Eupolidis* carmina compilaret. Cæterum πιτύνη, *Suida* teſte, eſt φλάσκων, & *flaſcon* eſt *vas vinarium*, tituluſque convenit argumento. *Valeſius* notis MSStis ex *Græco Scholiaſte Ariſtoph.* KÜHN.

Κρατ. δὲ ἐν τῇ Π.] Sed ad MS. noſtrum, qui hic iterum: καὶ Κρατῖνος ἐν τῇ Πυτίνῃ &c. de eo dramate & *Caſaubonus* noſter III. *Athen* 14. Vicit autem eo dramate *Cratinus*; quum contra cum ſuis Νεφέλαις πρώταις *Ariſtophanes* excideret, ut indicat *Scholiaſtes* in *Protheoria Ariſtophanis* Νεφελῶν qui & in *Scholiis* ad Νεφέλας de *Cliſthene* impudico *Cratini* verſus ἐν Πυτίνῃ adducit, & œconomiam dramatis exponit, indeque verſus alios profert *Schol.* ad Ἱππεῖς, ad iſta — γενόμενος ἐν Κρατίνου κώδιον & alius ad iſta εἶτα Κρατίνου μεμνημένος, ὃς πολλῷ ῥεύσας ποτ' ἐπαίνῳ & quæ ſequuntur. JUNG.

56 Ἐν τῷ Γυριτάδῃ] Γηρυτάδῃ ſcribendum, non Γυριτάδῃ· MS. *Strauchii* Γυρητ. KÜHN.

Ἐν τῷ Γυριτάδῃ] MS. ἐν τῷ Γηρυτάδῃ &c. & ita ſcribe: ſicut & infra eſt Segm. 75. & alibi ſæpe. JUNG.

Γυριτάδῃ] Γηρυτάδῃ reſtituit in ſui Codicis ora *Kühnius*: bene vero: videndus in *Attica Bibliotheca Meurſius*, ubi & ille hoc vitii corrigi juſſit: ἤσθιον mox cum MSS. malui, quam vulgatam lectionem ἐσθίων. Tum pauculis interjectis, κατασημαίνεσθαι emendavi, pro κατασημήνασθαι, jubentibus exaratis manu libris. De μάλθῃ *Salmaſius* indicato ſuperius loco, ut & ſignificabamus ad VIII. 16. Pariter ut *Heſychius*, *Suidas* etiam Μάλθη, μεμαλαγμένος κηρός· ut itaque ſic proprie fuerit dicta cera macerata atque emollita, quæ aptior erat ad recipiendas literas: pro cera tamen quacunque docet uſurpatum *Galenus* in *Gloſſis*: Μαλθώδια, μαλακτικὰ ἢ κηρώδη· μάλθη γὰρ ὁ κηρός, καὶ μάλιστα ὁ μεμαλαγμένος· varia ratione mixtum fuit hoc ceræ genus: πισσόκηρον exponunt *Gloſſæ*: & *Feſtus*: *Maltha dicitur a Græcis pix cum cera mixta*: quibus additam reperi vocem πισσόκηρον in MS. alii etiam aliter conficiunt, & ad alios uſus, ut ex *Palladio* docuit, & *Plinio* Magnus *Voſſius* in *Etymologico*: illam autem ceram, qua ad illinendas tabularum juncturas ac compages utebantur, amurca fuiſſe percoctam *Scholiaſtes Theocriti* oſtendit ad Eid. VII. v. 105. Φιλῖνος) inquit ille, ὁ μαλθακός· μαλθακὸς, ὁ τρυφερὸς ἐκ τῆς μάλθης· αὕτη δέ ἐστι κηρὸς ἀμόργῃ συνεψημένος· χρίουσι δὲ αὐτῇ τὰς τῶν σκαφῶν γομφώσεις· ἀφ' οὗ διὰ τὴν ἔκλυσιν καὶ τὸ τρυφερὸν, καὶ ἐν τῷ βίῳ λοιδόρημα λέγεται· neque dubium igitur eſſe poteſt, quin & iſti ceræ, qua pugillares tabulaſque ad uſum ſcribendi obducebant, quiddam fuerit immixtum ad illam emolliendam, ut ſtyli ductus facilius admitteret. Athenienſes autem non tantum ceratas adhibebant tabulas, ſed & gypſatas, quales erant publicæ, in quibus adnotabantur res diſtractæ, emtorumque nomina, aut in quibus ſenatus conſulta proponebantur: ξύλα λελευκωμένα *Scholiaſtes Ariſtophanis* appellat, eæque λευκώματα dictæ: meminit *Heſychius* Ἐν λευκώμασιν· ſed ibi optimum *Lexicographum* parva corruptela invaſit; ἐν σανίσι λευκαῖς· οἱ δὲ πυξίοις κεχρισμένοις λευκῇ γῇ· ſi animum attendas ad *Parœmiographi Vaticani* locum Cent. I. §. 80. ita reſtituendum patebit: ἢδὲ πυξίοις κεχρισμένοις &c. *Salmaſio* morem geri non oportet, qui reponi jubet πτυκτίοις· propius etiam accedere licet ad illius *Appendicis Vaticanæ* lectionem iſto modo: ἐν σανίσι λευκαῖς ἢδὲ πυξίναις κεχρισμέναις &c. tum in utriſque καὶ τὰ ὀνόματα τῶν κτημάτων legendum. In *Appendice* porro *Vaticana* quæ eſt lacuna, ex *Heſychii* verbis ſupplendam reor. Simili ratione Romanis *album*, quod apte, qui res Romanas Græco ſermone conſcripſerunt, λεύκωμα dixêre: *Gloſſæ Nomicæ*: Ἄλβον λέγεται τὸ ἔδικτον, διὰ τὸ γράφεσθαι λευκοῖς γράμμασι· ἐπὶ γὰρ κονιάματος τὰ διατάγματα καὶ τὰς παραγραφὰς ἐξετίθεσαν.

57 Ἐσθίων.] C. V. & *Valeſ.* MS. ἤσθιον. KÜHN.

Ἐσθίων.] MS. ἤσθιον quod quoque pro vulgato placet: eſt autem integer ſenarius:

Τὴν μάλθαν ἐκ τῶν γραμματείων ἤσθιον· JUNG.

58 Ἐπιτήδειον] MS. ἐπιτήδιον ſed emendatum ad vulgatam ſcripturam. JUNG.

59 Κατασημήνασθαι] MS. κατασημαίνεσθαι. SEB.

Κατασημήνασθαι] *Salm.* εἰς τὸ κατασημαίνεσθαι· ita & *Valeſ.* KÜHN.

Κατασημήνασθαι] MS. noſter ut *Seberi* κατασημαίνεσθαι. JUNG.

60 Καὶ ῥύπους] Abſunt a C. A. uſque ad ἀνασπάσαι locus *Ariſtophanis* extat non procul a fine *Lyſiſtratæ*. KÜHN.

Καὶ ῥύπους] MS. καὶ ῥύπους ἐν Λ. Α. ſine ὡς. Locus *Ariſtophanis* non longe a fine *Lyſiſtratæ* extat. De *rhypo* pro cera ſigillari alias hinc memini: *Rhodigin.* XXI. Antiq. Lect. 23. & *Nunneſ.* ad *Phrynich.* in ὁ ῥύπος. JUNG.

61 Τῷ δὲ παιδὶ] C. A. titulum apponit: περὶ σκευῶν παιδὸς ἐν διδασκάλου· *Salm.* Codex: παιδίων ἐκ διδασκάλου σκεύη· ita & *Valeſ.* KÜHN.

Τῷ δὲ παιδὶ] Cum iſtis in MS. novum caput incipit, hoc lemmate: Παιδίων ἐν διδασκάλου σκεύη. JUNG.

62 Δέοιτ' ἂν] MS. δέοι ἄν. SEB.

Δέοιτ' ἂν] C. A. δέοι ἂν γ. παραγραφίδια, καλαμίδια π. εἴρηται γὰρ κ. ἐ. ζ. τοὔνομα ἐν Ἀναξανδρίδου· *Salm.* δέοι ἄν· *Valeſ.* δέοιτο. KÜHN.

Δέοιτ' ἂν] MS. δέοι ἂν πρ. quod ita & *Seberi* MS. emendandumque ita puto, pro vulgato δέοιτ'. JUNG.

Δέοιτ' ἂν] In minutulis iſtis præeuntes bene MSS. ſequi melius exiſtimo, quam vulgatis lectionibus adhæreſcere; hic itaque δέοι ἂν repoſui: γραφεῖον in *Colloquiis Scholaſticis graphium* eſt: καλαμίδα uſurpat *Themiſtius* Orat. VII. ἐκ τοῦ μέλανος καὶ καλαμίδος ἐτόλμησεν ἐς νοῦν ἐμβαλέσθαι τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν· ad quem locum *Petavius* in his *Pollucis* noſtri verbis δέοιτ' ἂν ponit. *Kühnius* in margine ſui libri reſtituerat e C. A. παραγραφίδια, καλαμίδια, nulla de ratione.

63 Μὲν γὰρ] C. *Salmaſii* μὲν γὰρ delet. KÜHN.

64 Ἐπὶ ζωγράφου] MS. Ζωγ. τοὔνομα ἐν Α. SEB.

Ἐπὶ ζωγράφου] Supplevit & noſter MS. & *Seberi* habet: ζωγράφου τοὔνομα, ἐν &c. Sed pro Ἀλεξανδρί-

dridis Pictoribus, aut Geographis: utroque enim nomine inſcribitur Fabula,
60 Tabellam prehendens ſede. * nihil porro refert, hanc etiam ad noſtrum ſcribendi uſum conferre, cum & Ariſtophanes ſic utatur: additis his prædictis, atramento, atramentario, & calamis. Si vero & pulpitum his prædictis adnumerare velis pro eo, cui libri incumbunt, apud nullum probatum Authorem reperi. Athenis vero pro urceolo quopiam, cui aqua infunditur, factum eſt. Et Anathema Diogenis, quod & Diogenium pulpitum dictum eſt. Apud Eratoſthenem vero de Comœdia,

δρίδου Ζωγράφοις, ἢ Γεωγράφοις, [65] ἑκατέρως γὰρ ἐπιγράφεται τὸ δρᾶμα, Πυξίον λαβὼν κάθου· * [66] οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ εἰς ταύτην αὐτὸ 60
τὴν χρῆσιν τὴν ἐπὶ τῷ γράφειν ὑφ' ἡμῶν ἄγεσθαι, ἐπεὶ καὶ [67] Ἀριστοφάνης οὕτω κέχρηται· [68] Προστιθέντων δὲ τοῖς εἰρημένοις, [69] μέλαν, [70] μελανοδόχον, [71] καλάμους· [72] εἰ δὲ καὶ τὸ ἀναλογεῖον ἐθέλοις προσονομάζειν [73] ἐπὶ τοῦ τοῖς βιβλίοις ὑποκεισομένου, παρ' οὐδενὶ τῶν κεκριμένων εὗρον· [74] Ἀθήνησι δὲ ἦν ὑπὲρ ὑδρείου τινὸς, οὗ τὸ ὕδωρ ἐπεξεχεῖτο, ποίημα, καὶ ἀνάθημα Διογένους, ὃ καὶ Διογένειον [75] ἀναλογεῖον ἐκαλεῖτο· παρὰ μέν τοι [76] Ἐρατοσθένει ἐν τοῖς περὶ Κωμῳδίας,

δου MS. noſter Ἀναξανδρίδου habet. Sic ſupra quoque vulgatum *Alexandridem* IX. 59. manuſcriptus *Anaxandrides* exturbabat. Adeo ut jam cum MS. noſtro *Alexandridem* e *Polluce* plane ejiciamus: in quam ſententiam putamus & inclinaturum Magnum *Caſaubonum* noſtrum, quem alias vide VI, *Athen.* 18. JUNG.

Ἐπὶ ζωγράφου] Adjeci τοὔνομα de MSS. Tum irrepſerat in vulgatas editiones Ἀλεξανδρίδου, pro Ἀναξανδρίδου, quod ita cum MSS. hic reſtitui: de utroque dictum a me memini ad lib. IX, 99. ut toto cenſendus ſit aberrare cœlo *Meurſius*, qui putet in *Bibliotheca Græca* idem eſſe *Comici* atque *Hiſtorici* nomen, & ubique reponendum Ἀναξανδρίδης· ſed id diligentiſſimo viro facile ignoſcimus, qui maculas iſtas aliarum optimarum rerum luce extinguit. Memoratur & Κλεομένης ὁ Ἀναξάνδρεω in *Herodoti Polymnia*, qui alius ab hoc *Comico*.

65 Ἑκατέρως γὰρ] MS. ἑκατέρωθεν δὲ ἐπ. SEB.

Ἑκατέρως γὰρ] C. A. ἑκατέρωθεν γ. ἐπιγράψεται· ita & *Salm.* &c. KÜHN.

66 Οὐδὲν δὲ κ.] Οὐδὲν δὲ &c. uſque ad κέχρηται abſunt a C. A. KÜHN.

67 Ἀριστοφάνης οὕτω κέχρ.] *Ariſtophanea* χρῆσις ſine dubio fuit a *Polluce* addita, maleque a librariis prætermiſſa. Indicat & ſupra IV, 18. πυξίον, inquiens, καὶ πυξίδιον παρὰ Ἀριστοφάνει. JUNG.

68 Προσθετέον] E MS. priores editiones προστιθέντων. SEB.

Προσθετέον] C. V. προστιθέντων, Attice, loco προστιθέτωσαν, *addant.* KÜHN.

Προσθετέον] MS. προστιθέντων τοῖς &c. & ita etiam prioribus in editionibus: quod an tolerari poteſt Attico more, quo memini & alibi noſtrum uſum, προστιθέντων, pro προστιθέτωσαν. *Apponant jam dictis, melan, cetera.* Sic ſupra κατηράσθων VI, 94. *Seberi MS.* lectio tamen, quæ vulgata, magis placeat. JUNG.

Προσθετέον] Quis merito rejiciat προστιθέντων; quæ lectio in MSS. exhibetur: paulo inferius μελανοδόχον eoſdem ſequutus auctores reddidi: non aliter ad oram ſui libri *Kühnius*: quanquam nec alteram lectionem repudiare velim, ſiquidem & in *Gloſſis*: *Atramentarium*, μελανδόχιον, & μελανδοχεῖον. Tum ἐθέλεις erat vulgo: commodius ἐθέλοις· ἀναλόγιον vel ἀναλογεῖον ea notione, qua ſe non repetiſſe apud probatæ auctoritatis ſcriptores affirmat *Pollux*, non infrequens eſt in ſcriptis Eccleſiaſticorum.

69 Μέλαν] Περὶ μέλανος (ᾧ γράφομεν) agit *Dioſcor.* libro quinto extremo: vide *Caſaubonum* ad *Perſ.* III, 13. In ſacris ea vox ſic uſurpata 2 *Cor.* XIII, 3. *Joh.* Epiſt. II, 12. & III, 13. SEB.

70 * Μελανδόχον] Pro μελανδόχον in MS. eſt μελανοδόχον, cum alias dicatur μελανοδοχεῖον, pro quo *Anthol.* libro ſexto, capite vigeſimo ſexto, Epigr. 2. — γραφικοῖο δοχεῖα κελαινοτάτοιο ῥεέθρου· Ep. 4. κίστη μελανδόχος· Ep. 5. μέλανος σταθεροῖο δοχεῖον· Epiſt. 7. ἄγγος μελανδόχον. SEB.

* Μελανδόχον] MSS. *Salmaſ.* & *Valeſ.* cum MS. *Strauchii* μελανοδόχον. KÜHN.

* Μελανδόχον] MS. μελανοδόχον, tam noſter quam *Seberi*: quod pro vulgato ſubſtituendum videtur. JUNG.

71 Καλάμους.] Pro καλάμους, C. A. καλαμάριον· at reliqua capitis non comparent in eodem Codice. KÜHN.

72 Εἰ δὲ καὶ τὸ ἀναλόγιον] MS. εἰ δὲ καὶ τὸ ἀναλογεῖον ἐθέλοις πρ. οὕτως μὲν ἐπὶ τούτοις βιβλίοις &c. ſic & mox MS. ἀναλογεῖον· nota varietas ſcripturæ in his: non tamen male forte hic cum MS. ἀναλογεῖον ἐθέλοις ſcribas: cætera vulgata lectio recte habet. JUNG.

73 Ἐπὶ τοῦ τοῖς βιβλ.] C. V. οὕτως μὲν ἐπὶ &c. *ita equidem, nempe pro librorum ſuppoſitorio, pulpito, apud nullum claſſicum Auctorem inveni.* KÜHN.

74 Ἀθήνησιν δὲ τὸν ὑπὲρ ὑδρίου τ.] C. V. τὴν ὑπερυδρίου τινὸς &c. ἐπεξεχεῖτο· unde legerem Ἀθήνησι δὲ τὸ ὑπὲρ κλεψυδρίου τινὸς οὗ τὸ ὕ. ἐπεξεχεῖτο, ποίημα &c. *Athenis vero quod erat ſuper Clepſydrio quodam, ubi aqua effundebatur, opus & donarium Diogenis, quod & Diogenianum ἀναλόγιον dicebatur. Plinius* de hoc *Diogene ſtatuario* lib. XXXVI. cap. 5. *Agrippæ Pantheum decoravit Diogenes Athenienſis.* Κλεψύδριον vel Κλέψυδρα fons erat Athenis, cui tubulum fecerat & dedicaverat *Diogenes*, aut modulum, per quem erumpebat aqua: ille a *Diogene* dicebatur *Diogeneum*, vel ἀναλόγιον Διογένειον· Codicis *Voſſiani* lectionem e ſuo MS. affert etiam *Valeſius*, niſi quod ἀναλέγεται habet mox. KÜHN.

Ἀθήνησιν δὲ τὸν ὑπὲρ ὑδρίου τ.] MS. Ἀθήνησιν δὲ ἦν ὑπερυδρείου τινὸς, ὅπου ὕδωρ ἐπεξεχεῖτο π. Et legendum ad MS. ſcripturam puto: Ἀθήνησι δὲ ἦν ὑπὲρ ὑδρείου τινὸς ὅπου ὕδωρ ἐπεξεχεῖτο, ποίημα καὶ &c. certe vulgatum τὴν mendoſum eſt: ἦν etiam in edit. *Flor.* recte editum eſt. JUNG.

Ἀθήνησι δὲ τὸν &c.] Locum hunc ad MSS. emendavi: τὴν pro ἦν fuit ante nos in textu: ὑδρίου ſcribas an ὑδρείου, parum refert; poſterius tamen, quod ita MSS. haberent, prætuli: ἐπεξεχεῖτο, pro ἐπεχεῖτο appoſuerat Codicis ſui margini *Kuhnius*.

75 Ἀναλόγιον] MS. iterum ἀναλογεῖον· ut ſcribi & hic poteſt, ſane ſi modo id receperis. JUNG.

Ἀναλόγιον] Bene vero: ſed MSS. ſequi potius conſultum duxi, qui ἀναλογεῖον & hic, & in proximo loco agnoſcunt. Ἀναλόγιον tamen in *Philoxeni Gloſſis*, exponiturque *manuale.* Ipſa de re nihil amplius alibi legiſſe ſuccurrit, quam quæ tradit *Auctor* noſter: & alii, ſpero, de Διογενείῳ ἀναλογείῳ plura docebant.

76 Ἐρατοσθ. ἐν τοῖς περὶ Κωμῳδίας] *Athenæi* laudat librum XI. *Eratoſthenis* περὶ Κωμῳδίας lib. XI. c. 14. KÜHN.

Ἐρατοσθ. ἐν τοῖς π. Κωμ.] Nullum non eruditionis

[77] ὡς ἔχοιμέν τινα τοῦ ὀνόματος τοῦδε ἀποστροφὴν, εὕροις ἂν τοὔνομα ἐπὶ τοῦ σκεύους, τοῦ τοῖς βιβλίοις χρησίμου.

opus ut habeat quandam hujus nominis abſtractionem habentem, invenies nomen pro inſtrumento libris neceſſario.

61 * ΚΕΦΑ´ΛΑΙΟΝ ΙΕ.

[78] Περὶ δικαστικῶν σκευῶν.

[79] ΔΙκάζειν μὲν οὖν ὁπότε δέοι, σκεύη ἂν εἴη δικαστικὰ, κλεψύδρα, καὶ [80] προχοΐδιον, [81] καὶ δίσκοι, καὶ ψῆφοι, [82] καὶ ἡλίσκος, ἐπικρούειν τὴν κλεψύδραν· τὸν γὰρ ἧλον, [83] καὶ ἡλίσκον ἐν Ἥρωσιν Ἀριστοφάνης κέκληκεν, [84] οὕτω γὰρ

* CAPUT XV. 61

De vaſis forenſibus.

CUm porro jus dicendum eſt, judicialia vaſa fuerint: clepſydra, gutturnium, diſci, calculi, claviculus. Clepſydram concutere. Clavum enim, & Claviculum in Heroibus dixit Ariſtophanes. Sic enim

antiquæ genus attigerat haud ſupervacaneo labore vir hic undiquaque doctiſſimus: hujus itaque ingenii monumenta paſſim adducunt *Grammatici* veteres, quorum tamen munere factum adgnoſcimus, ut illorum nihil ferme quicquam ad noſtras pervenerit manus; ſiquidem ex hoc fonte cum ſua derivarent certatim, ut illo minus opus eſſet effecerunt, quod me judice fuit in cauſa, ut ipſius *Eratoſthenis* ſcripta cedro digniſſima poſteri negligentius habuerint, atque interire ſint paſſi. In iſtis perquam celebres ſunt de Comœdia libri, quibus illum de utraque Comœdia veteri & nova putamus egiſſe, eaque de cauſa ſæpe citari ſolitum *Eratoſthenem* a *Grammaticis* περὶ ἀρχαίας Κωμῳδίας, quod & de nova ſcriptis tradidiſſet: neque tantum ibi in illam incubuit curam, ut argumenta fabularum perſequeretur, quoque docente fuiſſent in ſcenam datæ, ſed & de vocibus in Comœdia veteri obſoletis, quemque tenuerint in novis fingendis modum antiqui, expoſuit abunde: vide *Galeni* præfationem ad *Gloſſas Hippocraticas*, ubi meminit illam rem: petita quoque ex Commentariis iſtis, quæ in altero *Pacis Ariſtophanis Argumento* leguntur. Sequebatur in vulgatis ὡς ἔχει μὲν, ſatis inepte ad ſenſum: bene MSS. ἔχοιμεν· ſic textui reddidi: quamvis e veſtigiis illius lectionis ſtruere liceret ἔχοις μὲν, prout ſequitur εὕροις ἂν τοὔνομα· illaque loci hujus emendatio dudum eſt quod in mentem mihi venerit. Ut MSS. habent, ſic & *Kuhnius*.

77 Ὡς ἔχει μέν τινα] Leg. ex C. V. ὡς ἔχοι μέν τινα &c. *Interpr. ut habeat quandam hujus nominis abſtractionem*: male: *ut habeamus quandam hujus nominis auctoritatem*, ad quam provocare & reverti poſſimus: quid ἀποστροφὴ, Auctor ſatis declarat cap. 23. hujus libri: οὐ γὰρ ἄχθομαι, inquit ibi, τὰ συνήθη τῶν ὀνομάτων, κἂν παρά τινι τῶν ἧττον κεκριμένων εὕρω, παράγων εἰς χρῆσιν, ἐπειδὰν ἔχω τὴν πρὸς τὸν εἰπόντα ἀποστροφὴν, *vulgaria enim vocabula, quamvis eadem apud quendam non adeo probatum Auctorem invenerim, adhibere uſuique tradere nullus gravor, ſiquidem habuero Auctorem, ad quem confugiam. Salm.* ὡς ἔχει. KÜHN.

Ὡς ἔχει μέν τινα] MS. ὡς ἔχοιμέν τινα &c. optime: & ita certe ſcribendum eſt: *ut aliquod perfugium huic nomini habeamus*, ſi quis eo utentes reprehendat: vulgata ἔχει μὲν certe ſenſu carent, non & mendo. Ut reſtitui, ita & infra loquitur Segm. 88. ἐπειδ' ἂν ἔχω τὴν πρὸς τὸν εἰπόντα ἀποστροφήν. JUNG.

78 Περὶ δικαστικῶν σκευῶν.] C. A. δικαστικὰ σκεύη, *inſtrumentum judiciale. Salm.* delet etiam vulgatum titulum. KÜHN.

Περὶ δικαστικῶν σκευῶν.] Capitis hujus titulus in MS. δικαστοῦ σκεύη. JUNG.

79 Δικάζειν μὲν οὖν &c.] C. A. δικάζειν μὲν, ὁπόταν δ. σ. ἂ. εἰ. δ. κ. KÜHN.

80 * Προχοΐδιον] Ita hic MS. quoque: infra vero Segm. 70. itidem utrobique προχοΐδιον. SEB.

* Προχούδιον] C. A. προχοΐδιον· C. V. & *Valeſ.* omiſſa diæreſi προχοίδιον, quod nolim: vid. Segm. 67. KÜHN.

* Προχούδιον] MS. noſter προχοΐδιον. Non dubito quin ſcribendum ſit προχοΐδιον, ſicut & ſupra fuit VI, 14 & 92. & infra eſt Segm. 67. in MS. & ibid. iterum, & apud *Heſychium*: nec curo quod & apud *Etymologicographum* προχούδιον legatur in λήκυθος· MS. noſtri auctoritas & aliorum locorum potior eſſe debet. JUNG.

* Προχούδιον] In Codice *Falckenburgiano* προχύδιον, ut προχύτης ab antiquo χύω· maluero tamen προχοΐδιον cum MSS. & *Kühnio*: vid. ad Segm. 46.

81 Καὶ δίσκοι, &c.] Abſunt conjunctiones a C. A. *Salmaſ.* ex Veteri Codice καιδίσκοι· *forte*, inquit, καδίσκοι. KÜHN.

Καὶ δίσκοι] De δίσκοις quid ſtatuendum ſit in dubio hæret animus: ſanequam erudítiſſimus *Jungermannus* ſe, quem in judiciis habuerint uſum, neſcire fatetur: hic tamen retinendos exiſtimo, haberique malim MSS. fidem, quam doctiſſimorum hominum conjecturis, qui legant καδίσκοι· non autem differre δίσκους putem a ψήφοις, quorum varia fuere nomina, χοιρίναι, σπόνδυλοι, ut enumeravit *Auctor* noſter VIII, 16. non alia ratione & δίσκοι appellari potuerunt: *Heſychius* exponit Δίσκους, λίθους στρογγύλους· quæ prima eſt atque præcipua vocis illius ſignificatio, unde demum tranſlata eſt ad illud ludi genus, quod jactatis lapidibus, ſeu diſcis exercebatur: non tamen diſſimulare velim, haud certis me rationibus id aſſequi, ſed ſola ductum probabili conjectura, ut ſi quis magis appoſita de diſcis judicialibus promere valeat, pedibus me lubentiſſime in ejus ſententiam iturum profitear: ſanequam non ullus alicujus auctoris occurrit memoriæ locus, qui ſic uſurpaverit, neque temporis articulo urgente inquirere licet: videbunt alii. Hoc mihi tamen homini non ſatis illarum rerum perito obſcurius eſt, quid ἧλος, quem dixerit ἡλίσκον in Heroïbus *Ariſtophanes*, in Attico foro fuerit: de clavo pangendo apud Romanos probe teneo; id tamen nihil ad hunc rhombum: expectandus igitur, qui hoc enucleet, & ipſum porro *Pollucis* intricatum locum.

82 Καὶ ἡλ. ἐπικρούειν κλ.] MS. καὶ ἡλίσκος ἐπικρούειν τὴν κλ. ſine commate ἡλίσκος· qui nimirum huic uſui, ſi recte capio, deſtinatus erat εἰς τὸ ἐπικρούειν τὴν κλεψύδραν. JUNG.

83 Καὶ ἡλίσκον &c.] Iterum καὶ abeſt, ut & κέκληκεν & οὕτω. KÜHN.

84 Οὕτω γὰρ τὰ Ἀττικὰ] MS. οὐ γὰρ τὰ Ἀττ. SEB.

Οὕτω γὰρ τὰ Ἀττικὰ] C. A. καὶ γὰρ τὰ Ἀττικά· C. V. & MS. *Valeſ.* omiſſo οὕτω legit, οὐ γὰρ τὰ Ἀττικά· prius malim. Tum MSS. non habent hæc verba καὶ δίσκοι. KÜHN.

Οὕτω γὰρ τὰ Ἀττικὰ] MS. κεκλ. οὐ γὰρ τὰ Ἀττι-

Attica dicuntur, Cami, diſci, urnæ, & echini. Tum & arculæ tabellariæ, & tabellæ, calami, & ſtyli. Et ſortilegium: nam & de loco dictum nomen videtur in Senecta Ariſtophanis: ſed etiam de vaſculo dici poterit.

τὰ Ἀττικά, [85] κημοὶ, [86] καὶ καδίσκοι, καὶ ἐχῖνοι· κιβώτια δὲ ἴσως γραμματοφόρα [87] καὶ γραμματεῖα, [88] καὶ κάλαμοι γραφεῖς, καὶ κληρωτήριον· εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ τόπου ἔοικεν εἰρῆσθαι τοὔνομα ἐν τῷ Γήρᾳ Ἀριστοφάνους, ἀλλὰ καὶ [89] ἐπὶ τοῦ ἀγγείου ἂν ἐναρμόσειεν.

62 * CAPUT XVI.

De vaſculis gymnaſii.

AD gymnaſium vero hinc converſo, lecythus olearia ſit, aut etiam le-

* ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ις΄. 62

[90] Περὶ τῶν ἐν τῷ γυμνασίῳ σκευῶν.

[91] ΕΠὶ δὲ γυμνάσιον ἐντεῦθεν τραπομένων, λήκυθος [92] ἐλαιηρά τις ἔστω· ἢ καὶ λη-

κά, κῆμοι, καὶ καδίσκοι, καὶ ἐχ. & καὶ δίσκοι ſane antea ſtatim fuit, nec repetere, credo, opus. Sed iſta οὐ γὰρ τὰ Ἀττικά, quæ & MS. *Seberi* habet ita, non capio: nec vulgata integra videntur: vel certe aliter legenda ſunt. Poſſit loco corruptela inde accidiſſe, ob male omiſſam a librariis vel imperito epitomatore χρῆσιν *Ariſtophaneam*, quam *Pollucem* inſeruiſſe vero ſimile eſt. Scribendum alias pro κῆμοι, quod & in MS. potius κημοὶ, monente *Sebero* noſtro etiam: ut ſupra VIII, 16. eadem hæc conjunguntur, κημὸς, καδίσκος, ἐχῖνος. Fateor vero & hoc, quid δίσκοι, quod male repetitum dixi in re judiciaria, me neſcire quoque. Cur enim non fatendum eſt? eo enim docebimur, ſpero, citius. JUNG.

Οὕτω γὰρ τὰ Ἀττικά] Non mihi dubium eſt, quin MSS. Codices error librariorum hic commacularit: nullus enim, aut certe ineptus, & alienus a *Pollucis* re propoſita ſenſus exoritur e lectione, quam illi continent: commoda vero vulgata, ut plane reſpondeant *Auctoris* noſtri menti: *ſic enim Atticæ voces*: nam recenſuit ejuſmodi vocabula, quæ litium judiciorumque inſtrumenta a quibuſcunque uſurpata populis denotarent; hic autem, quæ Attico ſint foro propria, quod equidem non injuria poſſis adfirmare de κημοῖς, καδίσκοις & ἐχίνοις, quorum omnium plurima mentio eſt in antiquorum rhetorum ſcriptis: κημοὶ accentu malo fuit ante nos inſignitum: tum ſequebatur in vulgatis καὶ δίσκοι, quod cum MSS. hic genuinum non habemus, etſi ſupra calculo noſtro voculas iſtas confirmaverimus, quæ, ſi velis hic repetere, otioſæ ſunt: ejiciendas itaque curavi. Καδίσκους debere ſcribi potius ad lib. VIII. notavi, &, ne mihimet ipſi pugnarem, hic etiam reſtitui: qui ſint ἐχῖνοι, & quam varius illorum uſus apud Athenienſes, alibi larga manu impertiam: κιβώτια γραμματοφόρα non ſunt ab echinis diverſa: & in iſtis enim ſcripta judicialia fuêre repoſita.

85 Κῆμοι] Κημοί. SEB.

86 Καὶ καδδίσκοι] C. V. καδίσκοι. KÜHN.

87 Καὶ γραμματεῖα] Abſunt conjunctiones a C. A. & caput deſinit in κληρωτήριον. KÜHN.

88 Καὶ κάλαμοι, καὶ γραφεῖς] MS. κάλαμοι γραφῆς. SEB.

Καὶ κάλαμοι, καὶ γραφεῖς] C. V. καὶ medium non agnoſcit: *Salmaſ.* γραμματοφόρους, & tum, καὶ κάλαμοι γραφεῖς. KÜHN.

Καὶ κάλαμοι, καὶ γραφεῖς] MS. noſter καὶ κάλαμοι γραφεῖς, καὶ κλ. MS. *Seberi* κάλαμοι γραφῆς. Ego ſane hic iterum hæreo, & tricas mihi quæro, ut in judicio ſolet: an? γραφεῖα· an? γραφίς. Sed libet faceſſere hinc. De κληρωτηρίῳ loco, habuiſti ſupra IX, 44. JUNG.

Καὶ κάλαμοι, καὶ γραφεῖς] Utraſque voces opportune conjungunt MSS. quos ſequutus ſum: κάλαμος γραφεὺς, *calamus ſcriptorius*; nec alio modo locum ſollicitandum exiſtimem: fuerit autem forteau, cui magis arridebit edita lectio, aut qui cum *Interprete* prætulerit γραφεῖα· ad me tamen quod attinet, ita ſum MSS. lectioni addictus, ubi pro ea militat quoquo modo ratio, ut præ hac cetera quæcunque deſpiciam. Κληρωτήρια leguntur in *Ariſtophanis Eccleſiazuſis*: Τὰ δὲ κληρωτήρια ποῖ τρέψεις; ubi *Commentator* antiquus & *Suidas*, me judice, locum ſiniſtre de κληρωτικαῖς ἀρχαῖς, ſeu *ſortitis magiſtratibus* exponunt, cum capi debeat de vaſculis, in quæ ſortes conjiciuntur, aut certe de loco, quo κληρωταὶ conveniunt: ea vero de notione, ubi κληρωτήριον uſurpetur pro tabulis publicis, e *Fœdere Smyrnæo* adnotavi ad libr. IX, 44. Capitis autem hujus extrema politiora fecit MSS. fides: ante nos: ἐπὶ τοῦ ἀγγείου ἂν ἁρμόσειεν.

89 Ἐπὶ τοῦ ἀγγείου ἁρμόσειεν.] C. V. τοῦ ἀγγείου ἂν ἐναρμόσειεν· *quadraret etiam de vaſe ſortilegiis adhibito dictum. Valeſius* MS. συναρμόσειεν. KÜHN.

Ἐπὶ τοῦ ἀγγείου ἁρμόσειεν.] MS. plenius: τοῦ ἀγγείου ἂν ἐναρμόσειεν. JUNG.

90 Περὶ τῶν ἐν τῷ γ. &c.] Vid. ſupra libro tertio extr. SEB.

Περὶ τῶν ἐν τῷ γ. &c.] C. A. non habet titulum. KÜHN.

Περὶ τῶν ἐν τῷ γ. &c.] Capitis hujus titulus in MS. hic: περὶ τῶν ἐν γυμνασίῳ. JUNG.

91 Ἐπὶ δὲ γυμνάσιον &c.] MS. ἐ. δ. γυμνασίων ἐντ. τραπομένων. SEB.

Ἐπὶ δὲ γυμνάσιον &c.] C. A. ἐπὶ δὲ γυμνασίων ἐντεῦθεν τραπομένων· C. V. πραττομένων· *Salmaſ.* legit τραπομένῳ· *ad Gymnaſium dein ſe convertentibus eſto ampulla olearia.* KÜHN.

Ἐπὶ δὲ γυμνάσιον &c.] MS. γυμνάσιον· ſed quod quis corrigere voluit: dein MS. ἐντ. πραττομένων, & ſupra πρ, ſcriptum τ. ut facile credam quem voluiſſe corrigere eo modo, quo in *Seberi* MS. fuiſſe ex ejus Notis diſco: ἐπὶ δὲ γυμνασίων ἐντ. τραπομένων· eaque placet fere magis, modo γυμνάσιον retineamus. JUNG.

Ἐπὶ δὲ γ. ἐντ. τραπομένου] Τραπομένων habuiſſe Codices antiquos apparet, quod inde πραττομένων in noſtris MSS. corruptum exiſtat: ita textus habet, quantumvis τραπομένῳ δὲ ἐπὶ τὸ πίνειν caput XIX. incipiat.

92 * Ἐλικρατὶς ἔστω.] MS. ἐλικράτις. Lego: λήκυθος ἐλαιηρά τις ἔ. ſicut ἐλαιηρὰ ἐπίχυσις VI, 103. & Segm. 92. *Anthol.* VII. Epigramm. 88. ἐλαιηρὰ δρόσος ipſius olei periphr. eſt. De oleo autem ad gymnaſia, vide quæ diffuſe *Petr. Faber* e *Galeno*, & aliis lib. III. *Agoniſt.* ſcribit. SEB.

Lecythus olearia] Ampulla olearia. SEB. 2.

* Ἐλικρατὶς ἔστω.] Pro ἐλικρατὶς ἔστω, C. V. ἐλαικράτις, qua voce diviſa fit ἐλαιηρά τις, & ita jam ante ex *Scholiis Ariſtophanis* legebam, quæ dicunt lecythos eſſe ἐλαιοδόχα ἀγγεῖα· ita ἰχθυηρὸν, οἰνηρὸν, μυρηρὸν σκεῦος dicitur *vas, quo piſces, vinum, unguentum continentur*; pro ἔστω, C. A. ἐστίν. *Salm.* ἐλαιηρὰ

κύθιον, 93 καὶ στελγίδες· καὶ ξυστίδας δ' αὐτὰς ἄν τις εἴποι· 94 ἔντε γὰρ ταῖς Ἐπιχάρμου Νήσοις 95 εὕρηται τοὔνομα, 96 καὶ Δίφιλός που ἐν Κι-

cythium. Tum & ſtlengides, & xyſtides; idem a'iquis dixerit: nam in Epicharmi Inſulis nomen invenitur. Et Diphilus in Ci-

legendum jubet, & putat adhibitum pro ἐλαιηρά· *Valeſ.* & MS. *Strauchii* nobiſcum ſunt. KÜHN.

* Ἐλικρατὶς ἔστω.] MS. ἐλικράτις ἐστιν, ἡ &c. Iſtud vocabulum neſcio quomodo quis reconcinnare voluit: mihi certe in mentem venit ἐλαιηρά, quum κ in medio ſimiliter ac η in noſtro MS. ſcribatur. Et λήκυθος ἐλαιηρά τις, ut *Seberus* noſter emendavit, prorſus adprobo, veramque lectionem arbitror. JUNG.

* Ἐλικρατὶς] Facili negotio locum illum in integrum reſtituimus, quippe qui nulli dubitemus cum *Interpretibus* noſtris, quin legendum ſit ἐλαιηρά τις, haud alia ratione, quam qua legitur VI, 103. ἡ μὲν τοι ἐλαιηρὰ ἐπίχυσις &c. ubi *Kühnius* etiam corrigendum hunc locum admonuit: ipſiſſimis illis literis hanc lectionem adnotavit in ora libri ſui *Falckenburgius*, ſeu quod ita legendum duxerit, ſeu quod ita repererit in MS. Codice. Veteres autem plerique *Grammatici* oleo adſervando deſtinatum hoc vaſculi genus fuiſſe docent, quam ob cauſam ἐλαιοδόχον ἀγγεῖον, exponit antiquus *Homeri Commentator* ad *Odyſſ.* VII. Vitreum fuit; ſic enim *Heſychius*: Λήκυθος, μυροθήκη, καὶ βῆσιον ὑαλινόν· quod male ſollicitant: auriculis autem, quibus potuerit apprehendi, caruit: ipſum vero vaſculum tumidum & ventruoſum deſinebat in anguſtias colli, ſicuti βομβύλια· qua utraque de re certiorem me fecerunt in *Ariſtophanis Acharnenſes Scholia*: & propter iſtum ejus vaſculi tumorem facetiſſime *Comicus* finxit vocem κομπολήκυθος de homine inflato ſpirituumque pleno. Λήκυθον appellare ſolebant Byzantii & Cyprii ὄλπην, teſte *Clitarcho* apud *Athen.* lib. XI. ubi de πελίκαις, quem ibi divine reſtituit præſtantiſſimus *Caſaubonus*: ſic etiam *Commentator* antiquus ad *Theocriti* Eid. II. notavit: Καὶ παρ' ἡμῖν ἔτιθει τὰν Δωρίδα πόλλακις ὄλπαν ubi oſtendit etiam ὄλπην proprie dici τὴν δερματίνην λήκυθον· δι' ἧς ἐστιν ὀπτήσασθαι τὸ ἔλαιον· quod de origine vocis ſicut ineptum, ſic alterum e corio frequentiſſime ſaltim τὴν ὄλπην conſtitiſſe verum eſt, ut apud Romanos *Scortea*, *Iſid. Orig.* lib. XX. c. 7. Eſt & in Rabbinorum ſcriptis Chaldæaque lingua vocabulum צלוחית, unde nonnemo derivandum putabat nomen λήκυθος· non prorſus adprobo; videtur enim illa vox proprie tabulam aliquam ſeu patinam planam deſignare, ut in Æthiopica lingua, unde emanavit, uſurpari conſuevit: ponitur itaque pro Græca voce πίναξ ab *Interprete Æthiope Matth.* XIV. v. 8. & *Luc.* XI. v. 34. diffiteri tamen nequeo pro olearia ampulla ſcripſiſſe *Chaldæum Interpretem* 1 *Reg.* XVII. v. 14. Sed de talibus equidem nihil quicquam me dicturum promiſeram. Ληκύθιον, quod in *Auctore* noſtro ſequitur, corrupte ληκύνθιον ſcribitur in *Apophthegmatibus Macarii*, ubi fœdiſſimis fabulis, quarum ſegetem plenam a primis Chriſtiani cultus temporibus paulo remotior ætas tulit, egregia viri ſanctimonia conſpurcatur: referunt enim beatiſſimum hominem conſpexiſſe dæmonem, qui viſus ſit ipſi ὡς στιχάριον φορῶν λινοῦν τρύγλωτον, καὶ κατὰ τρυμαλίαν ἐκρέματο ληκύνθιον· iterumque mox: καὶ ἵνα τί σοι τὰ ληκύνθια ταῦτα· ad quæ reſpondet malus ille genius: γεύματα ἀποφέρω τοῖς ἀδελφοῖς· ut itaque non oleum in lecythio reconditum geſſerit, ſed cibos: utrobique maluero legas ληκύθιον, eademque ratione reſtituendum, ſi ſic & alibi in poſterioris ætatis ſcriptoribus occurrerit; non enim raro memini corruptum offendiſſe. Videas tamen & *Suidam* de ληκυθίῳ, qui iſtum Auctoris alicujus adducit locum: εἶχε δὲ καὶ ἐν τῇ ζώνῃ ληκύθιον παρηρτημένον, ἐν ᾧ τὸ φάρμακον ἦν τὸ θανάσιμον· unde ſæpiſſime veteres ad veſtem, vel ad zonam adpenſam habuiſſe lecythum conſtat, quod illa etiam de *Macario* comprobabant. Neque tantum oleum aut cibos in ληκύθοις repoſitos habebant, ſed & argentum, ut oſtendit *Harpocratio* in Αὐτολήκυθος· καὶ γὰρ εἶχον ἐν ταῖς ληκύθοις ἀργύριον· idque demum auctoritate *Diphili* in Ἀποβάτῃ, ut eximie locum reſtituit *Mauſſacus*, comprobat: & ibi alia etiam de ληκύθοις, quæ jam repetere non licet. Sed dudum nimis in his hæreo.

93 Καὶ στλεγγίδες· καὶ ξυστίδας &c.] Sic & MS. *Henricus Stephanus*, *ſunt*, inquit, *quibus reponendum videatur* ξυστρίς, *quod apud Heſych. legitur.* Nam ξυστὶς plerumque ſignificat veſtem crocei coloris, quam aurigæ in pompa geſtare ſolebant: e *Suid.* & *Schol. Ariſtoph.* fol. 63. ſed ubi ante: ξύστιδα προπαροξυτόνως. Pro veſte ſupra extat VII, 49. ubi tamen contra illam diſtinctionem in MS. ξυστρίς. SEB.

Καὶ στλεγγίδες· καὶ ξυστίδας &c.] C. A. iterum conjunctiones omittit, & δὲ poſt ξυστίδας. C. V. στελγίδες. *Salm.* στεγγίδες male. KÜHN.

Καὶ στλεγγίδες· καὶ ξυστίδας &c.] MS. καὶ στελγίδες· καὶ ξυστίδες· quod ultimum tamen emendavit quis ſupraſcripto ας in ſyllaba ultima: fuere autem στελγίδες non tam cito mutandæ, quamvis ſupra στλεγγίδα habuerimus III, 154. & IV, 120. Et alterum enim dicebant. *Heſychius*: Στέλγις, ξύστρα· (*an?* ξύστρα) Στελγίς, ξυστρίς· vide & *Suidam* in στελγίδες· & *Etymologicon* τὸ μέγα· & apud *Artemidorum* lib. I. c. 66. ubi στεργίδες, καὶ ξύστραι &c. emenda στελγίδες, quod & admonuit ibi *Rigaltius*. JUNG.

Καὶ στλεγγίδες·] Sæpius id vocabuli in *Polluce* noſtro offendis, ut, ad hoc ſi reſpiciendum ſit, non merito repudiari poſſit hoc loco: MSS. tamen στελγίδες, quam ſcripturam inconſiderate, qui non intelligebant, mutarunt: reſtituimus igitur: in fragmine quodam veteris *Gloſſarii*: Στελγίς, στλεγγίς, ξύστρα· junguntur autem hic apte τοῖς ληκύθοις· ſimiliter ex *Timæo Ælian.* H. V. XII, 29. de Acragantinorum ſplendida luxuria: λέγει δὲ Τίμαιος καὶ ὅτι ἀργυραῖς ληκύθοις καὶ στλεγγίσιν ἐχρῶντο, καὶ ἐλεφαντίνας κλίνας εἶχον ὅλας· ad quæ præſtantiſſimi Commentatores talia ſimilia ex *Athenæo* & *Diodoro Siculo* adnotant: pari ratione *Apulejus* in *Floridis ampullam* & *ſtrigilem* in balneatricis utenſilibus conjunxit: *Ampullam & ſtrigilem ceteraque balnei utenſilia nundinis mercari*: quem ego locum acceptum refero viro ſagaciſſimo *Jano Guilhelmo Quæſt.* in *Perſ. Plauti* c. 1. ad hæc *Plautina*:

Cynicam eſſe gentem oportet paraſitum probe,
Ampullam, ſtrigilem, ſcaphium, ſoccos, pallium
Marſupium habeat:

quæ quidem ſic legenda eximio viro plane conſentio. *Heſychius* habet Ξυστρολήκυθον vocibus utriſque compoſitis, vas quo ſe loturi uterentur.

94 Ἔν τε γὰρ ταῖς Ἐπιχ. Ν.] Abſunt a C. A. uſque ad λήκυθον. KÜHN.

95 Εὕρηται] MS. εἴρηται, pro εὕρηται. JUNG.

96 Καὶ Δίφιλος ἐν Κιθ.] *Diphili* locum ita legit C. V. Δίφιλος ἐν Κιθαρῳδῷ ἀνδρὶ εἴρηκεν· λήκυθον ξύστιν ἔχεις; ἐγὼ δὲ καὶ ξύστραν leg. λήκυθον ξύστιδ' ἔχεις &c. poſt Δίφιλος, ποῦ inſerit *Valeſ.* MS. qui & pro λήκυθον, leg. ξύστραν. KÜHN.

Καὶ Δίφιλος ἐν Κιθ.] MS. Δίφιλός που ἐν Κιθαρῳδῷ ἀνδρὶ εἴρηκεν· λήκυθον ξύστιν ἔχεις, ἐγώ τε καὶ ξύστραν· & pro illo ξύστραν, ab eadem manu ad oram λήκυθον. Quæ mihi indicaſſe ſufficit, ut alii excutiant. JUNG.

Δίφιλος ἐν Κιθ.] Facilius hujus loci vitia & maculas perſpicimus, quam tollimus: integrum lubet apponere locum, ut editus fuit ante nos: καὶ Δίφιλος ἐν Κιθαρῳδῷ, Ἀνδρὶ ἔοικε λήκυθον ξύστιδ' ἔχων, ἐγὼ δὲ καὶ

tha-

tharœdo Viro aſſimilis eſt, lecythium & xyſtidem habens, ego vero & lecythum. Et Demoſthenes contra Cononem quendam Αὐτολήκυθον, id eſt, ſcurram nominat: quod manifeſtius in Antiphanis Athamante aliquis innui dixerit, dicentis, Chlamydem, & lanceam habens comitatur macer ſcurra.

θαρῳδῷ ἀνδρί που εἴρηκεν· λήκυθον, ξύστιν ἔχεις, ἐγὼ δὲ καὶ ξύστραν· [97] καὶ αὐτοληκύθους δέ τινας Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ [98] Κόνωνος ὀνομάζει· [99] οὓς σαφέστερον ἄν τις ἐν τῷ Ἀντιφάνους Ἀθάμαντι κεκλῆσθαι [100] λέγοιεν, εἰπόντος, Χλαμύδα καὶ λόγχην ἔχων, ξυνακόλουθος, ξηρὸς, αὐτολήκυθος.

λήκυθον· quæ, cum ſententia commoda careant, reſecimus e MSS. quamvis & illorum lectio non ſatis aperta: particulam που, quam inſeruimus poſt Δίφιλος, uſurpare ſolet frequenter *Pollux*, ſi quid memoriter adducat; quod ipſum tamen, ut alibi ſæpe invenimus, & huic *Comici* loco obeſſe potuit, ut non pervenerit ad nos integrior: porro *Diphilum* illam fabulam hoc titulo inſignivisſe Κιθαρῳδὸς ἀνὴρ, non difficile fuerit ex his *Pollucis* noſtri colligere; Grammatici tamen, & ipſe alibi *Pollux* noſter Κιθαρῳδὸν tantum appellare ſolent: Κιθαρῳδὸς ἀνὴρ autem, ut in Tabulis Novi Fœderis ἄνδρες ἀδελφοὶ, ſæpiſſime vero in *Actis Apoſtolorum*: prorſus eodem modo *Ælianus* de *Animalibus* XIV, 16. ἄνδρες κυνηγέται, & ὑλουργοὶ ἄνδρες, alibique ἄνδρες ἁλιεῖς· neque ipſum *Demoſthenem* id loquendi genus refugiſſe ſcio: ad *Comici* vero locum quod attinet, ſic reſtituendum duxi, ut in MSS. legebatur, eorumque, me judice, hic eſt ſenſus: *lecythum, radulam habes, ego vero & ſtrigile*: ut itaque diſcrepaſſe videamus ξύστιν & ξύστραν· prior enim eadem quæ στλεγγὶς, a qua ξυστρὰ fuiſſe paululum diverſa videtur: ſanequam & *Artemidor. Oneirocr.* lib. I. c. 66. στλεγγίδας, ut emendavit *Rigaltius*, & ξύστρας, tanquam inſtrumenta diſſimilia ſeparatim ponit.

97 Καὶ αὐτοληκ. τινὰς Δημοσθένης.] Fol. 729. Seb.

Καὶ αὐτοληκ. τινὰς Δημοσθ.] C. V. κ. α. δέ τινας· conſentit C. A. niſi quod omittat καί· αὐτολήκυθοι ſunt pauperes, qui non habent ſervum, qui ipſis ad balnea deferat ampullam oleariam, ſed ipſi eam gerentes eunt lavatum, αὐτοδιάκονοι. Kühn.

Καὶ αὐτοληκ. τινὰς Δημοσθ.] MS. καὶ αὐτολ. δέ τινας &c. plenius. Locus Oratoris eſt ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος, αἰκίας, paulo longius ab initio: καὶ ἐμοῦ ὡς εἰσὶν ἐν τῇ πόλει πολλοὶ καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν υἱεῖς, οἳ παίζοντες οἷα ἄνθρωποι νέοι, σφίσιν αὐτοῖς ἐπωνυμίας πεποίηνται, καὶ καλοῦσι τοὺς μὲν ἰθυφάλλους, τοὺς δὲ αὐτοληκύθους. &c. Et mox: ἰθυφάλλοις δὲ καὶ αὐτοληκύθοις συγχωροῦμεν εἶναι τοῖς υἱέσι τοῖς τούτου. Jung.

Καὶ αὐτολ. τινὰς Δ.] Καὶ αὐτοληκύθους δέ τινας· ſic bene MSS. additum enim δὲ ſenſum melius perficit. De αὐτοληκύθοις *Demoſthenis Harpocratio* pluribus agit; videndus & *Suidas* & *Heſychius*: cui non dictus *Hylas*? ad *Harpocrationem* vero adeundus *Mauſſacus*, cujus acutiſſimi viri *Lectionum* libros, ad quos creberrime nos remittit, periiſſe merito dolemus: ubi melior ſe dederit locus, alibi hac de voce dicam; nunc enim non vacat.

98 Κόνωνος] C. A. in Κόνωνος finit hoc caput. Kühn.

99 Ὃ σαφέστερον] C. V. οὓς pro ὅ· *Valeſ.* MS. pro ὃ leg. εἰς. Kühn.

Ὃ σαφέστερον] Scribe, ut in MS. noſtro eſt: οὓς σαφέστερον &c. Jung.

Ὃ σαφέστερον ἄν τις] Οὓς reſcripſimus e MSS. *Antiphanis Athamantem* titulum tragœdiis acceptum referre nemo dubitabit: ea de re dixi ſæpe: tum λέγοιεν reſingendum erat pro vulgato λέγοιεν, cui & *Falckenburgii* Codex adſtipulatur. In verbis autem *Antiphanis* admodum arriſit *Kühnii* noſtri conjectura reponentis ξυνακόλουθον, quamvis nec abjicere queam *Salmaſii* ἀξυνακόλουθος· ſtare tamen & vulgata poſſit, quam ego retinui cum *Jungermanno*, ea tamen conditione, ut libero lectoris arbitrio nihil quicquam detractum velim. Ex iſtis autem *Antiphanis* liquide patere opinor αὐτολήκυθον hominem dici iſtius conditionis, ut ſervo uti nequeat, aut nolit, ſeu paupertei cauſa, ſeu avaritiæ ad portandam lecythum ad balneum vel ad palæſtram: a qua notione propria, quam confirmat *Heſychius*, ad plurimas alias transferri potuit hæc vox: ξηρὸς autem *hominem deparcum* ſignificat; & ſic in *Ariſtophane* legiſſe memoriæ ſuccurrit.

100 Λέγοιεν] C. V. λέγοι· *Valeſ.* MS. λέγοιεν· tum in *Antiphanis* verbis pro ξυνακόλουθος legerem ξυνακόλουθον·

> Χλαμύδα καὶ λόγχην ἔχων ξυνακόλουθον,
> Ξηρὸς, αὐτολήκυθος. —

> *Chlamydemque & haſtam loco comitis habens,*
> *Aridus, ipſe ferens lecythum.* —

Deſcriptio militis videtur eſſe, quem etiam *Plautus* in *Mercatore* ſiſtit inſtructum *chlamyde*, *machæra*, *zona* & *ampulla*. *Salmaſius* ἀξυνακόλουθος. Kühn.

Λέγοιεν] MS. λέγοιεν· & ita emendandum eſt: & quis enim λέγοιεν unquam dixit? *Antiphanis* verſus ita concipiendos puto:

> — Χλαμύδα καὶ λόγχην ἔχων,
> Ξυνακόλουθος, ξηρὸς αὐτολήκυθος.

Sed potius ἀξυνακόλουθος emenda cum *Salmaſio* noſtro, qui ſententiam manifeſto ait oſtendere ita reponi debere: *eſſe enim qui comites non habet*. Jung.

63 ## • ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ΙΖ.

[1] Περὶ τῶν ἐν τῷ βαλαντίῳ σκευῶν.

[2] ΚΑὶ μέν τοι τῶν μὲν ἐν αὐτῷ τῷ βαλανείῳ σκευῶν ὀνόματα, ἀσάμινθος, πύελος, κρουνὸς, [3] ἀρύταινα, ἀρύβαλλος, κατάχυτλον, Ἀριστοφάνους μὲν εἰπόντος, [4] Βαλανεὺς δ' ὤθει ταῖς ἀρυταίναις· καὶ [5] αὖ πάλιν,

> Εἶτα [6] καταστένδειν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀρυβάλλῳ.

[7] Εὐπόλιδος δὲ ἐν Χρυσῷ γένει,

• CAPUT XVII. 63

De balnei vaſculis.

PRæterea vaſculorum, quæ in balneo ſunt, nomina: labrum, urna, fons, cyathus, hydria, ſitula. Ariſtophane dicente: Cubicularius impellit cyathis: & rurſum:

> *Deinde perfundere a capite hydria.*

Sed Eupolis in Chryſogene,

1 Περὶ τῶν ἐν τῷ β. σκ.] C. A. περὶ τῶν ἐν βαλανείῳ· nec *Salmaſius* habuit titulum vulgarem in ſuo Codice. KÜHN.

Περὶ τῶν ἐν τῷ β. σκ.] Caput hoc in MS. præcedenti adnectitur ſine titulo. JUNG.

2 Καὶ μέν τοι τῶν ἐν τῷ β.] MS. ἐν αὐτῷ τῷ. SEB.

Καὶ μέν τοι τῶν ἐν τῷ β.] C. A. καὶ μέν τοι τῶν ἐν αὐτῷ βαλανείῳ &c. Ἀριστοφάνης μὲν &c. *Salm.* καὶ μὲν τὰ τῶν &c. KÜHN.

Καὶ μέν τοι τῶν ἐν τῷ β.] MS. noſter, ut *Seberi*, ἐν αὐτῷ τῷ βαλ. JUNG.

Καὶ μέν τοι τῶν μὲν ἐν τῷ β.] Interſerui de MSS. αὐτῷ, quod commodum videretur. De ἀρυβάλλῳ, cujus vocis ſignificationes ſunt variæ, tetigi ſupra libr. VII. Ab *Heſychio* Κατάχυτλον exponitur τὸ βαλανευτικὸν σκάφιον. *Ariſtophanis* ita vertendus videtur locus: *Balnearius autem pulſat hauſtris:* ὠθεῖν τινὰ, *pulſare aliquam, & verberibus accipere*, loquendi modus non obſcurus, nec infrequens, quem adhibuiſſe *Lucianum* alioſque ſcio. Ἀρύταινα vero *hauſtrum:* id nominis reponi volebat Eruditiſſimus *Reineſius* in *Iſidori Gloſſis* horum loco: *Abartenum inhoneſtum*, tali ratione, *Arytæna, id eſt, hauſtrum:* quamvis id quidem ego non probem; ut alibi docebo: vide tamen eum *Var. Lect.* lib. II. c. 14. ubi & ἀρυβάλλου meminit.

3 Ἀρύταινα, ἀρύβ.] Iſta ἀρύταιναι & ἀρύβαλλοι quoque ſupra VII, 166. habes, quodque *Ariſtophanes* ea dixerit. *Ulpianus* libr. XXV. *argumento.* §. mundus. *Mundus*, ait, *mulieris eſt, quo mulier mundior ſit. Continentur eo ſpecula, matulæ*, cætera. Ad illud ultimum ita *Cujacius* X. Obſerv. 17. *Matula quoque eſt in argento balneari*, ἀρύταινα *Polluci, & Gloſſis, ampulla olearia.* Sed tu de ἀρυταίνῃ, ἀρυστῆρι &c. cognatis origine vocibus, & eorum uſu omnino *Caſaubonum* adi ad iſtud *Theophraſti*, καὶ βάψας ἀρύταιναν· cap. extremo character. περὶ ἀναισχυντίας. JUNG.

4 Βαλανεὺς δ' ὠθεῖ] *Interpr. cubicularius impellit cyathis*, malim, *balnearius proturbat hauſtris, ahenis ad hauriendum deſtinatis*: vid. *Caſaub.* in c. 9. *Theophr.* de *Charact.* KÜHN.

5 Αὖ πάλιν] *Equ.* fol. 248. *Scholiaſt.* ἀρύβαλλος, πλεκτόν τι βαλλάντιον, ὅπερ ἑλκόμενον κλείεται καὶ ἀνοίγεται, παρὰ τὸ ἀρύειν καὶ βάλλειν. Et fol. præc. ἀρύταινα, χαλκοῦν σκεῦος, ᾧ τὸ ἔλαιον ἐγχέουσιν εἰς λύχνους. SEB.

Αὖ πάλιν] Ex Equitibus indicavit eſſe *Amicus* noſter. Is tamen potius de poculo vinario, quam vaſe balneatorio accipiendus eſt, ut etiam accepit *Athenæus* in fragmento libri XI. quod edidit XI. *Animadv.* 4. *Caſaubonus:* Ἀρύβαλλος, ait *Athenæus*, ποτήριον κάτωθεν εὐρύτερον, ἄνω δὲ συνηγμένον, ὡς τὰ σύσπαστα βαλάντια, ἃ καὶ αὐτὰ διὰ τὴν ὁμοιότητα ἀρυβάλλους καλοῦσιν. Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν· καταστένδειν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀρυβάλλῳ ἀμβροσίαν. JUNG.

6 Καταστένδειν] C. A. καταψεύδειν· male: vulgatum retinetur in *Equitibus Ariſtophanis*; *deinde caput perfundere ſitula.* KÜHN.

7 Εὔπολις] C. V. Εὐπόλιδος· pro Χρυσογένει leg. Χρυσῷ γένει, *in aureo ſeculo*, vel *aurei ſeculi genere*; non, ut *Interpr. Chryſogene*, & ita, ut legimus, clare extat in C. A. lib. X. c. 31. pro χρυσογένεσιν. KÜHN.

Εὔπολις] MS. Εὐπόλιδος δὲ ἐν Χρυσογένει· & bene, ni fallor, Εὐπόλιδος, ſcilicet εἰπόντος· referunt enim certe hæc ſe ad id, quod dixit modo Ἀριστοφάνους μὲν εἰπόντος. De fabulæ titulo, qui in libris variat, adeo ut de duplici comœdia ſuſpicere, modo Χρυσογένει, modo Χρυσῷ γένει, *Caſaubonus* noſter IX. *Athen.* 17. JUNG.

Εὔπολις δὲ Χρυσογένει] Integram Codicis *Palatini*, cujus egregiam fidem merito ſuſpicimus, lectionem in textu repoſui. De *Eupolidea* fabulæ titulo recordor monuiſſe IX, 26. ubi pariter ac hic corruptus erat vulgo: ſic, ut apud *Pollucem* dedimus ubique, emendandum etiam in *Harpocratione* voce Σιπύα. *Etymologi* locum ibi tum adduxi, legendumque docui pro Χρυσογένει, Χρυσῷ γένει, quod confirmatius reddit *Suidas*, apud quem in ἀπόπατος Χρυσογένει· ſcilicet & hic Χρυσῷ γένει reponere ratio ſuadet: porro in verbis *Eupolidis* ab *Etymologo* citatis ἐκεῖνος ex *Suida* ſcribendum potius, quam ἐκεῖνο. Reperitur autem intactus fabulæ titulus apud *Ariſtophanis antiquum Commentatorem* ad *Veſpas* pag. 496. Σκίρρον τὸ ῥυπῶδες ἐπὶ τῶν τυρῶν, ὡς Εὔπολις Χρυσῷ γένει. & ad *Aves* p. 544. ὡς Εὔπολις Χρυσῷ γένει· τί σοφῶν, ὦ ῥαψῳδέ. Non diſcrepat a nobis *Thom. Reineſius* Vir doctiſſimus *Var. Lect.* libr. III. c. 3. qui præeuntem habuit principem in his literis virum *Iſ. Caſaubonum* ad *Athenæum.* Illa tamen varietas ſcripturæ perpetua homines doctiſſimos induxit, ut *Chryſogenem* aliquem ſervum, a quo titulus iſte ſit derivatus, excogitarint, cum tamen argumentum fabulæ aptiſſimum ſit χρυσοῦν γένος, *ætas aurea:* in iſta hæſit opinione *Meurſius* in *Attica Bibl.* qui, & ubicunque nos prætulimus Χρυσοῦν γένος, reſtitutum it Χρυσογένη· ſed hac quidem in re virum diligentiſſimum egregie feſellit ratio, & quibus hoc adſtruere captat, debilia ſunt ejus argumenta: nam ad *Pollucis* noſtri locum quod attinet X, c. 31. ubi legitur in vulgatis Χρυσογένεσιν, MSS. reſtituendum docent Χρυσῷ γένει. In *Etymologo* vero cum relicere conetur Χρυσογένει α, & inde *Chryſogenem* primum fabricari, refellitur a *Suida*, qui α illud plane non adgnoſcit, & noſtram emendationem anteferendam perſuadet. In *Priſciani* porro, quem adfert, loco, cur non mavelis pro χρυσὸς γένος, facilius & expeditius reponere χρυσοῦν γένος, quam Χρυσογένης; cetera ſcriptorum apud *Meurſium* loca ita ſunt emaculanda, ut ratio MSSque auctoritas jubent. In ipſa *Comici* χρήσει admodum arriſit *Kuhnii* conjectura κατάχυτλον, etiamſi nec alterum abjiciam.

Sed o chare Jupiter ! naſum juxta ſitulam habes.

Ἀλλ' ὦ φίλε Ζεῦ [8] κατάχυτλον τὴν ῥῖν' ἔχεις.

Urnam quoque ſimiliter dixit in Taxiarchis, Quiſquis urnam habens veneris, & ahenum,

πύελον δὲ ὁμοίως ἐν [9] Ταξιάρχοις, [10] Ὅς τις πύελον ἥκεις ἔχων καὶ χαλκεῖον, Ὥσπερ λεχώ, στρατιώτης ἐξ Ἰωνίας· [11] καὶ γὰρ τὸ χαλκίον

8 Κατάχυτλον] C. A. καταχύτλην· leg. καταχύτλου τὴν ῥ. ἔ. *bone Jupiter naſiternæ naſum habes*, vel, ſi vulgata lectio retineatur, denotatur naſus catharris obnoxius, & oppilatus adeo, ut nihil olfaciat: *Salm.* etiam καταχύτλου. KÜHN.

Κατάχυτλον] MS. καταχύτλον τὴν ῥῖνα ἔ· ſed κατάχυτλον emendatum, ut etiam Segmenti hujus initio MS. habuit. Male editi antea κατὰ χύτλον· quod & *H. Steph.* in ſuo Codice correxerat: mutuatur hinc quædam *Rhodig.* XXX. Ant. Lect. 20. *Eupolidis* verſum ita ſcribi debere vero, ἀλλ' ὦ φίλε Ζεῦ καταχύτλου τὴν ῥῖν' ἔχεις, nos admonuit *Salmaſius* noſter. JUNG.

9 Ταξιάρχοις] C. A. Ταξιάρχαις, a Ταξιάρχης· vulgatum eſt a Ταξίαρχος. KÜHN.

10 Ὅς τις πύελ. ἥκεις ἔχων] C. A. ἥκεις ἔχων καὶ χαλκεῖον· addit C. V. ὥσπερ λεχὼ στρατιώτης ἐξ Ἰωνίας. *Valeſ.* ω. λεχώ, &c. verſus ita conſtituerem:

Ὅστις πύελον ἥκεις ἔχων, καὶ χαλκεῖον,
Ὥσπερ λεχώ, στρατιώτης ἐξ Ἰωνίας.

Alvei qui fueras aheníque incola,
Uti puerpera, miles ex Ionia.

Perſtringitur miles mollitiei luxuique deditus, quaſi in balneis ſemper habitet, & alveis æneiſque inſtar puerperæ, miles non fortis & duris aſſuetus, ſed quaſi ex Ionia oriundus. Ionum autem luxus apud omnes ſcriptores notatur. Ergo *miles ex Ionia* eſt effœminatus & exoſſis, vitamque vivens delicatam. *Salmaſ.* leg. —— ὅστις πύελον ἥκεις ἔχων, Καὶ χαλκεῖον, καὶ ἕν τι τῶν λουτηρίων, Ὥσπερ κελεύεις· cæterum verba hæc, ἕν τι τῶν λουτηρίων, gloſſema ſapiunt, quo quis explicare voluit in margine, quid hic ſit χαλκίον, vel conjungenda ſunt cum ſequentibus, ut facit C. V. KÜHN.

Ὅς τις πύελ. ἥκεις ἔχων] Altera χρῆσις *Eupolidæa* vulgo non eſt integra. MS. ita: ὅστις πύελον ἥκεις ἔχων καὶ χαλκεῖον ὥσπερ λέχω στρατιώτης ἐξ Ἰωνίας. Quæ an ita concipienda & legenda:

Ὅστις πύελον ἥκεις ἔχων καὶ χαλκίον,
Ὥσπερ λεχὼ στρατιώτης ἐξ Ἰωνίας.

Certe χαλκίον legendum, vel ea quæ ſequuntur probant. In iis enim, quum eadem χρήσει *Eupolidis* contineretur, id explicat. Ita enim poſt hæc MS. noſter: καὶ γὰρ τὸ χαλκίον ἕν τι τῶν λουτρῶν, ὥσπερ καὶ λέβης, καὶ τρίπους, ὁ ἐμπυριβήτης· egregie omnia: tuque prorſus ita reſtitue, quæ in vulgatis mendoſiſſima: quamvis & λουτηρίων vulgatum, id eſt, λουτήρων, ſicut & ſupra *Noſter* docuit Segm. 46. & VII, 168. poſſit locum habere. De tripode empyribete (quamvis hic in MS. erat, ne quid non indicem, ἐνπυριβήτης· ſicut & ſupra IX, 68. ubi notavi) vide ſupra IX, 68. &c. ubi etiam de lebetibus, & χαλκῷ balneari. Videſis etiam, & ſi lubet, quæ ex *Euſtathio* adſcripſi: nam & alia tripodum genera fuere, non vero balneis adhibiti, ut empyribetes iſte qui dicebatur. Mendam vero in ὥσπερ κελεύεις vulgato dudum odoratus fuit & ſagaciſſimus eruditiſſimuſque *Ariſtæneti* editor, pro eo ὥσπερ καὶ λέβης ſcribendum admonens Notis ad lib. I. Epiſt. 3. *Ariſtæneti.* JUNG.

Ὅς τις πύελον ἥκεις ἔχων &c.] Magis altera parte pleniorem *Eupolidis* hanc χρῆσιν effecimus e MSS. elegantes ſunt illi verſiculi, quique nos manu ducunt ad aperiendum fabulæ argumentum: titulus a militaribus ταξιάρχοις petitus, quorum eſt in *Noſtro* mentio I, 128. illorum alicujus hæc eſſe verba exiſtimo, quibus militem compellat, ſeu ex Ionia vere venientem, ſeu luxu Ionico diffluentem, quod potius credo: Iones autem luxuriæ fama perquam fuiſſe nobiles neminem in literis mediocriter verſatum latet, eique rei fidem alias, ubi licebit, faciemus. At enim hoc loco perſtringi vitia militis & mollitiem lucide apparet, ut, ſi ex parte de re tota ſit judicandum, in illam opinionem facile quis incidat, *Comicum* per miniſteria ταξιάρχων voluiſſe notare corruptum & diſſolutum rei militaris apud Athenienſes ætate ſua ſtatum, quod quo potuit elegantiori modo perfici, quam ut varii generis milites coram ordinum ductoribus venirent, ab iiſque reprehenderentur. Sed ipſos jam porro *Comici* verſiculos, ſi pote, aliqua luce perfundamus: inducitur miles aliquis ex Ionia, qui πύελον habeat, & χαλκεῖον ὥσπερ λεχώ, *tanquam puerpera*, quod omne ad declarandam ejus mollitiem milite indignam & indecoram facit: quæ primum peperit, eamque ob cauſam lecto adhucdum eſt affixa, ut bene curetur, ſolet appellari λεχώ· *Heſychius:* Λεχώ, προσφάτως τετοκυῖα· ſic *Lycophron* in *Alexandra* v. 185. ἔντοκον λεχώ· & λεχὼ παιδοτρόφος apud *Philen Anim. Hiſt.* quod etiamſi leve ſit & notiſſimum, eo tamen adnotandum duxi, ut pateret aberraſſe viros præſtantiſſimos ad *Callimachi Jovem*, qui in *Heſychio* reſtituere tentarint λεχωΐς. Ceterum πύελος & χαλκεῖον eximie pertinent ad puerperam: utrumque re quidem vera commemorat *Arrianus* Epict. libr. III. cap. 22. ſed nominibus aliis: ἵνα τ' ἄλλα ἀφῶ, δεῖ αὐτὸν κουκκούμιον ἔχειν, ὅπου τὸ θερμὸν ποιήσει τῷ παιδίῳ, ἵν' αὐτὸ λούσῃ εἰς σκάφην, ἐρίδια τεκούσῃ τῇ γυναικί, ἔλαιον, κραββάτιον, ποτήριον. Ecce κουκκούμιον & σκάφην, quorum alterum eundem præſtat uſum ac χαλκεῖον, alterum ac πύελος· ſed in iſtis vertendis inſigniter eruditiſſimus *Wolfius* eſt lapſus: ſic quidem ille: *ut mittam cetera, fornace opus eſt, ubi puerum calefaciat, ut laves in alveo:* quæ interpretatio nec cœlum attingit, nec terram: κουκκούμιον enim eſt poſterioris ævi ſcriptoribus Græcis, quam *cucumam* Romani appellabant, illaque in *Scholaſticis Colloquiis* exponitur θερμοφόρον, quod uſum vaſculi præcipuum declarat: *Petronius* etiam: *cucumam ingentem foco appoſuit:* legitur & in *Cyrilli Gloſſ.* κούκκουμος· ſed in his brevis eſſe laboro: nihil itaque rei cucumio cum fornace, ubi puerum calefacias, quod ipſum adauget etiam erroris primi graviſſimam ignorantiam; ſic enim omnia in Latinum ſermonem transferenda: *ut cetera mittam, decet ipſum cucumam habere, in qua caldam paret puero, ut ipſum abluat in alveum.* Jamque redeamus e diverticulo in viam.

11 Καὶ χαλκίον &c.] C. V. καὶ γὰρ τὸ χαλκίον ἕν τι τῶν λουτρῶν ὥσπερ καὶ λέβης καὶ τρίπους ὁ ἐνπυριβήτης, leg. ὁ ἐμπυριβήτης. *Homerus Iliad.* ψ. v. 702. C. A. non habet καὶ χαλκίον &c. uſque ad πυριβήτης. *Valeſ.* MS. καὶ γὰρ τὸ χαλκίον ἀντὶ τ. λουτ. ὥ. κ. λ. (*Strauchii* MS. κελέβη) κ. τρίπ. ὁ ἐνπυριβήτης. KÜHN.

Καὶ χαλκίον &c.] Peſſime hunc locum habuerunt librarii, quorum munere factum, ut eruditi viri hæc *Eupolidis* eſſe duxerint; non ſolus enim in hoc luto hæſit *Interpres*: ſed ipſa tamen illa verba ut ſint vitioſa, facile ſe produnt eſſe a *Polluce*; multo tamen id jam clarius patet, ubi locum e MSS. emaculavimus: χαλκίον, an χαλκεῖον ſcribas non diſcrepat: χαλκίον tamen in *Gloſſis*: *Caldaria*, χαλκίον θερμοῦ· & *Heſychius*: Χαλκίον, μακρὸν τὴν ἐλαιηρὰν ἐπίχυσιν· quod prius μακρὸν me male moratur; cogitabam aliquando ad reſtituendam μάκτραν· quo pacto acune

ἔν τι τῶν λουτρῶν, ὥσπερ καὶ λέβης· καὶ τρί-
64 πους, ὁ [11] ἐμπυριβήτης· * ἀσάμινθον δὲ Ὅμη-
ρος,

> [13] Ἐς ῥ' ἀσαμίνθους βάντες [14] ἐΰξέστας λούσαντο.

[15] καί τοι ἔν γε τοῖς Κρατίνου Ἥρωσι τὴν [16] ἀσάμινθον, κιβωτὸν νοοῦσιν, [17] ἔνιοι δὲ ἔκπωμα· [18] τῶν δὲ γυμνασίοις προσηκόντων σκευῶν [19] καὶ σάκτας ἐστὶ καὶ μάρσιππος, [20] καὶ σάκκος, [21] καὶ κυνοῦχος, ὑποδέξασθαι τὰ ἱμάτια· [22] καίπου καὶ

unum e lotoriis vaſis, ſicut jubes. Et
tripus, unde & * πυριβήτης, ignigradus. 64
* Labrum vero, Homerus dixit,

> *Labra ingreſſi polita lavarunt.*

Veruntamen in Cratini Heroibus Aſaminthum arcam intelligunt: nonnulli vero poculum. Inter vaſa quoque gymnaſiis convenientia ſactes eſt, marſupium, ſaccus, arca ad veſtes recipiendas: inſuper &

rem tetigerim, arbitretur eruditus lector: quid enim impediat, quo minus & ex ære poſſit conſtare magis? pro λουτρῶν, vulgo fuit λουτηρίων· illud autem κελεύεις poſitum eſſe pro καὶ λίβης vitio deſcriptoris, doctiſſimos homines non fefellit: *Canterus* ſic emendandum margini libri ſui adſcripſit: mox edebatur ante nos ἄθεν καὶ πυριβήτης, quam putidam lectionem quis non illa MSS. viſa deſpiciat?

12 Πυριβήτης.] Tripodum apud priſcos duo genera fuerunt: ἐμπυριβήτας (*Iliad.* ψ, 702.) qui & λουτροχόος (*Iliad.* Σ, 346.) & is qui dicebatur κρατήρ, de quo *Homerus Iliad.* I, 122.

> Ἕπτ' ἀπύρους τρίποδας.

Athen. libr. II. fol. 37. vid. & lib. XI. fol. 701. ubi ἀπύρωτος & πυριβήτης opponuntur. Seb.

13 Ἐς ῥ'] Abeſt a C. A. Kühn.

14 Ἐΰξέστας] C. A. pro ἐϋξέστας, legit ἐξέστας· C. V. εὐξάστας. Kühn.

Ἐΰξέστας] MS. male εὐξάστας, pro quo tamen recte emendatum εὐξέστας· alias verſum prorſus habet, ut *Seberus* recte edidit, qui eſt in extremo Ἰλ. κ. Antea vulgari mutilate habebant, initio ἐς ῥ' omiſſo. De ἀσαμίνθῳ & doctiſſ. *Rigaltius* ad *Artemidor.* lib. I. *Oneirocr.* c. 66. Jung.

15 Καί τοι ἔν γε τοῖς Κρ.] Leg. ἔν τε τοῖς K. &c. C. A. hæc non habet uſque ad ἔκπωμα. Kühn.

Καί τοι ἔν γε τοῖς Κρ.] MS. καί τοι ἔν τε τ. Κρ. Jung.

16 Ἀσάμινθον] Supra VI, 97. Seb.

17 Οἱ δ' ἔκπωμα.] C. V. ἔνιοι δὲ ἔκπωμα. Kühn.

Οἱ δ' ἔκπωμα.] MS. νοοῦσιν, ἔνιοι δὲ ἔκπ. Jung.

Οἱ δ' ἔκπωμα.] Melius MSS. ἔνιοι δέ. De iſta vero τῆς ἀσαμίνθου notione, qua *Cratinum* uſurpaſſe pro ciſtella veterum quidam opinabantur, adnotavit etiam *Heſychius*: Ἀσάμινθος, πύελος, ἢ λίθος εἰς βάθος κεκολαμμένος ἔμβασιν, (εἰς ἔμβασιν exiſtimo reponendum) ἢ λέβης μέγας, καὶ πᾶν τὸ κοῖλον, ἢ κίβωτος· meminit & *Euſtathius* ad *Homerum*, ipſumque, niſi me fallo, *Cratini* locum protulit. Principis autem poëtæ locum advocavit *Etymologici Magni* pater.

18 Τῶν δὲ γυμνασίοις] Referenda hæc putes ad cap. præcedens: tametſi hic ordo etiam in MS. qui γυμνασίῳ. Seb.

Τῶν δὲ γυμνασίοις] C. V. τῶν δὲ γυμνασίων &c. C. *Salm.* γυμνασίῳ. Kühn.

Τῶν δὲ γυμνασίοις] Pro γυμνασίοις, MS. noſter γυμνασίων ſed ad vulgatum textum ſupraſcripto οις ultimæ ſyllabæ a quodam: rectius *Seberi* MS. γυμνασίῳ. Jung.

19 Σάκτης ἐστὶ, &c.] C. V. σάκτας· C. A. dein μάρσιππος σάκος, quod & C. V. habet & *Valeſius*. Kühn.

Σάκτης ἐστὶ, &c.] MS. σκευῶν καὶ σάκτας ἐστὶ, καὶ μ. & emenda ita: ſupra III, 155. τὸν δὲ θύλακον τῶν ἀθλητῶν ἢ σάκον, σάκταν καλοῦσι &c. ubi quædam dixi. *Ariſtophanes Pluto* de ſacculo ſimpliciter:

> Εἴ που πόπανον εἴη τι καταλελειμμένον,
> Ἔπειτα ταῦτ' ἤγιζεν εἰς σάκταν τινά. Jung.

Σάκτης] Σάκτας, quod e MSS. reduximus adpoſito καὶ, habet & *Heſychius*: Σάκτας, ὁ θύλακος· in eodemque σακτὸς ſimili notione: σαγάδης ab iſtis non diſcrepat: Σαγάδην, τὸν θύλακον, ἄλλοι δὲ σάκταν λέγουσιν ὁδοιπορικὸν θύλακον· in quo ſcilicet iter facturi edulia condebant: non hæc itaque apud eundem vitii ſuſpicione carent: Σαίκτας, θύλακας (potius θυλάκους) μαρσίππους, ἔνιοι αὐλοθήκας· quamvis literarum ordo iſti ſcripturæ faveat, malim tamen σάκτας· nihil enim ſuccurrit, quod lectionem alteram tueatur. Μαρσίππους ἱματίων e *Xenophonte Pollux* obſervavit: ſæpe μάρσυππος, & μαρσύππιον, unde Romani *marſupium* effecerunt: vide *Gloſſas Nomicas*. De κυνούχῳ lubet adſcribere, quæ notat *Heſychius*: Κυνοῦχος, θυλάκιον, βαλλάντιον, ἢ μαρσίππιον· ubi legendum βαλλάντιον· forſitan in *Polluce* ſic ſcribas melius: καὶ κυνοῦχος εἰς τὸ ὑποδ.

20 Καὶ σάκκος] MS. καὶ σάκος uno κ· quod non temere mutandum: & ſic & ſupra habuit III, 155. MS. ut jam modo adſcripſi, & notavi eo loci: eſt in MS. ita & infra Segm. 168. Jung.

21 Καὶ κυνοῦχος] Nominatur & ſupra V, 31. in inſtrumentis venatoriis. Seb.

Καὶ κυνοῦχος] De κυνούχῳ, vid. *Caſaubonum* noſtrum ad *Theophr. Charact.* περὶ ἀπιστίας. Jung.

22 Καίτοι καὶ συρία, (καὶ σύρα)] Prior. edit. σύουρα· mox καὶ σύρα inſertum e MS. Seb.

Καίτοι καὶ συρία, (καὶ σύρα)] MSS. καὶ που καὶ συρία, καὶ σύρα. pro συρία, legerem σισύρα· *Scholia Ariſtoph.* in *Nubes*: σισύραι, inquit, στερεὰ περιβλήματα παχέα ταῖς καλουμέναις ἐμφερῆ σύραις· additur, fuiſſe φαῦλα καὶ μικρὰ περιβλήματα. Kühn.

Καίτοι καὶ συρία, (καὶ σύρα)] MS. noſter: καίπου καὶ συρία, καὶ σύρα ἢ ἄκναπτος, καὶ &c. & ita prorſus jam locus videtur reſtituendus: καὶ σύρα & *Seberi* MS. habebat: vulgatum ἢ καπτὸς nihili eſt. Supra vero VII, 69. ἄκναπτον· *Heſych.* Συρία, ἡ παχεῖα χλαῖνα. Jung.

Καίτοι καὶ συρία] Refecimus e MSS. καίπου. Jamque ſæpe eſt, quod καί τοι loco depulerim, reſtituerimque vadantibus MSS. καί που· meminit autem σύρας *Scholiaſtes Ariſtophanis* in *Nubes*: Σισύρας, στερεὰ περιβλήματα πάχεα ταῖς καλουμέναις ἐμφερῆ σύραις· & Idem emendandus in *Veſpas*, ubi ſic de σισύρᾳ. Σισύρα καλεῖται παρὰ μὲν τισιν ἡ βαίτη· ἔστι δὲ περιβόλαιον ἐκ δερμάτων συνεῤῥαμμένων προβάτων ἐχόντων τὰ ἔρια· οἱ δὲ ἀκριβέστεροί φασιν χλαῖναν παλαιὰν εἶναι ἀπλεῖδα· τὴν αὐτὴν δὲ καὶ σισύραν καλοῦσι καὶ σισύρναν· pro σιρύραν, ni me fallat ratio, reſcribendum σύραν· id enim volebat σισύραν dici, & σύραν, & σισύρναν· nominis originem a Cappadocibus, qui Syri dicantur, & a quibus amictus id genus conficiatur, eſſe petendam *Heſychius* exiſtimat. Porro ἢ καπτὸς egregie MSS. reficiunt in ἢ ἄκναπτος· ἐσθῆτες ἄκναπτοι monachorum haud ignotæ.

lacerna craſſa, & * καπτὸς, & pulveris ſporta, & halteres, rotula, diſcus, jacula, veſtis linea. Sed & Æſchylus in Prometheo inquit, Picis, & lini prælongi funes.

συρία, καὶ σύρα [23] ἢ ἄκναπτος, [24] καὶ κόνεως σπυρὶς, καὶ ἁλτῆρες, καὶ [25] τροχοὶ, καὶ δίσκοι, [26] καὶ ἀποτομάδες, [27] καὶ ὠμόλινον οὐ Κρατίνου μόνον εἴποντος τὸ ὠμόλινον, ἀλλὰ καὶ Αἰσχύλου ἐν Προμηθεῖ Πυρκαεῖ,

Λίνα δὲ, πίσσα, καὶ ὠμολίνου μακροὶ τόνοι.

65 * CAPUT XVIII.

De libaminibus.

INgredienti vero poſt gymnaſium, antequam bibas, ſacrificandum & libandum eſt. Thuribulum vero aliquis afferat, quod idem foculum aliquis dixerit: quemad-

* ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ΙΗ. 65

[28] Περὶ τῶν ἐν τῷ σπένδειν.

[29] ΕἸσελθόντι δὲ μετὰ γυμνάσιον, εἰ [30] καὶ πρὸ τοῦ πιεῖν, θυτέον τε, καὶ σπειστέον, [31] θυμιατήριον ἄν τις σοι προσκομίζοι· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ [32] ἐσχάριον, οἶμαι, καλεῖται, ὥς που ἀμέ-

23 Ἢ καπτὸς] In MS. vox ſequens (καπτὸς) non extat. SEB.

Ἢ καπτὸς] C. V. ἄκναπτος· *Strauchii* & *Valeſii* MSS. κναπτός· in *Gloſſis* ἄγναφον, *rude*, ἄγναφα, *rudia*, *fullonem non experta*: vid. lib. VII. c. 13. KÜHN.

24 Καὶ κόνεως σπυρὶς] E MS. priores editiones κόνεως, πυρὶς. De uſu pulveris in gymnaſiis vid. *Petri Fabri Agoniſt.* libro tertio, c. 22. ubi &, quid ſit ἀκονιτὶ ſuperare, oſtenditur. SEB.

Καὶ κόνεως σπυρὶς] In C. A. καὶ κόνεως σπ. ἁλτῆρες, τροχοὶ, δίσκοι, ἀποτομάδες· hic deſinit caput: eadem lectio eſt in C. V. & apud *Salm.* KÜHN.

Καὶ κόνεως σπυρὶς] Ita & MS. noſter: ſicque & *H. Stephanus* in ſuo Codice repoſuerat. JUNG.

25 Τροχὸς, καὶ δίσκος] MS. τροχοὶ, καὶ δίσκοι κ. SEB.

Τροχὸς, καὶ δίσκος] MS. καὶ τροχοὶ, καὶ δίσκοι, plurali, tam *Noſter* quam *Seberi*: quod rectius videtur hic. JUNG.

Καὶ τροχὸς, καὶ δίσκος] MSS. ſequti τρόχοι, & δίσκοι repoſuimus, ut ceteris hæc conſentirent.

26 Καὶ ἀποτομάδες] *Salm.* ex *Heſychio*: Ἀποτομάδα, ἀκόντιον πεντάθλου. KÜHN.

Καὶ ἀποτομάδες] Quid ἀποτομάδες, docet nos *Heſychius*: Ἀποτομάδα, σχίζαν, καὶ ἀκόντιον πεντάθλου, quamvis male apud ipſum παντάθλου ſit. JUNG.

27 Καὶ ὠμόλινον,] C. V. & *Salm.* ὠμόλινον, *Gloſſæ*, ὠμόλινον, *crudarium*, *ſudarium*, *linteum*: dein ſequitur in C. V. οὐ Κρατίνου μόνον εἰπόντος τὸ ὠμόλινον, ἀλλὰ καὶ Αἰσχύλου ἐν Προμηθεῖ πυρκαεῖ, λίνα δὲ σπίσσα ὠμολίνου μακρότονοι· leg. λίνα δὲ, πίσσα, καὶ ὠμολίνου μακροὶ τόνοι, *lintea vero*, *pix*, *& crudi lini longi ductus*, *tenia* vel *tenia*: videtur *Prometheus* his verbis recenſere inventa ſua, ut qui apud *Æſchylum*, πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ Προμηθέως, inquit de ſe ipſo in *Prometheo vincto*; ſcripſit enim *Æſchylus* Προμηθέα δεσμώτην, Προμηθέα πυρφόρον, Προμηθέα λυόμενον· hoc loco *Noſter* Προμηθέα πυρφόρον dicit Προμηθέα πυρκαῆ, ut adeo hujus dramatis gemina fuerit inſcriptio, eodem tamen ſenſu infra cap. 23. laudatur *Epicharmus* ἐν πυρκαεῖ Προμηθεῖ. KÜHN.

Καὶ ὠμόλινον,] Sequitur ὠμόλινον, ſed mendoſe ut & cætera, quæ ſequuntur, præterea & mutila: MS. noſter ita habet: καὶ ὠμόλινον· οὐ Κρατίνου μόνον εἰπόντος τὸ ὠμόλινον, ἀλλὰ καὶ Αἰσχύλου ἐν Προμηθεῖ πυρκαεῖ· λίνα δὲ, πίσσα καὶ ὠμολίνου μακρότονοι· quæ omnia ita ſcribenda videntur, niſi quod μακροὶ τόνοι vulgatum retinendum cenſeam potius: & ſcribendum ὠμόλινον, & ὠμόλινον ſemper tenui, in quo MS. variat. Iſtud *involucrum* interpretatur in re tonſoria e *Plauto* noſter *Caſaubonus* III. *Athen.* 19. Et apud *Heſychium*, cujus locus forte ad hanc materiam ſpectat, propius legendum, Ὠμόλινα, τὰ ἄγρια ὀθόνια· ut & *Sylburgius* ibi pro vulgato, ὠμόλια correxerat: vide & *H. Stephanum* in Theſauro. Emendat ὠμόλινον hic & *Salmaſius* noſter, nobiſque indicat exponi in gloſſis: ὠμόλινον, *Crudarium*: & in *Colloquiis puerilibus* eſſe *Linteum*: ἔλαβον ὠμόλινον· *accepi linteum*. *Æſchyli* autem *Prometheum* πυρκαέα etiam ſupra IX, 156. habuiſti non corruptum in vulgatis, ut hic. JUNG.

Καὶ ὠμόλινον,] Contextus habet ὠμόλινον e MSS. *Kühnius* ad oram ſui Codicis ſic quoque dederat: iſta vero οὐ Κρ. μ. εἰπ. τὸ ὠμόλ. vulgatis editionibus ante nos aberant, quæ nos integra MSS. ope *Polluci* redonavimus: cetera, quæ eadem de voce e celebri *Tragico* conſequuntur cum ditavi, tum perpurgavi: Προμηθέα Πυρκαῆ jam antea ad ſuperiorem librum, quis ſit accurate expedivi, aliaſque ſimul fabulas, quas nomine *Promethei* inſcriptas ediderat *Æſchylus*: iſtis autem, quæ legimus hic apud *Pollucem*, verbis enumeraſſe *Promethea* puto, & mortales docuiſſe, quid materiæ terreſtris faceret ad conſervandum & augendum ignem, quem ſubdole cœlo ſubduxerat. Id monendum ſuperat, non retinuiſſe me MSS. lectionem in μακρότονοι, cui quis non ſine ratione faveat, ſed cum *Jungermanno* maluiſſe vulgatam.

28 Περὶ τῶν ἐν τῷ σπ.] Titulus abeſt a C. A. KÜHN.

Περὶ τῶν ἐν τῷ σπ.] Capitis hujus titulus in MS. hic: ὅσα μετὰ τὸ βαλανεῖον. JUNG.

29 Εἰσελθ. δὲ μετὰ τὸ γ.] *Domum redeunti ab exercitiis*, *antequam bibat*, *ſacra facienda ſunt*, *& libandum eſt.* C. A. *Salm.* & *Valeſ.* εἰ καὶ πρὸ τοῦ π. θ. καὶ σπιστέον· C. V. μετὰ γυμνάσιον εἰ καὶ πρὸ τοῦ ποιεῖν, male. *Salm.* ἀπιστέον etiam male. KÜHN.

Εἰσελθ. δὲ μετὰ τὸ γ.] Capitis initium aptius in MS. ita cohæret: εἰσελθόντι δὲ μετὰ γυμνάσιον, εἰ καὶ πρὸ τοῦ πιεῖν, θυτέον τε καὶ σπειστέον, (quamvis MS. σπιστέον habeat) θυμιατήριον ἄν τίς σοι προσκομίζοι· τὸ δ' αὐτὸ καὶ &c. habet vero εἰ καὶ etiam *Seberi* MS. JUNG.

τήριον exponunt. Fuit & in uſu κάδος, ſeu κάδδοι ipſos dixiſſe malueris, apud Lacedæmonios, adhibituſque ad rem memorandam: cum ſcilicet admitti poſtulabat in conſortium amicus novus, omnium ea de re voluntatem hoc pacto explorabant: obibat e domo ſervus, capitique cadum habebat impoſitum, cui ſingulus illorum, qui ſocietatem coierant, magdaliam injiciebat, ſi laxam & ut acceperat, non ſe conſortium petitoris illius rejicere demonſtrabat, ſin vero compreſſam manu, contrariam animo ſententiam fovebat: hic vero cum repudiaretur, κεκαδδίσθαι dici ſolebat ab illo vaſe agendique modo: rem poſteris prodidit *Plutarchus* in vita *Lycurgi*: ſed apud eum forte malis legere κεκαδδῖσθαι, vel κεκαδῖσθαι, *rejectum*, *repudiatum* eſſe, tanquam a cado deducta verbi ratione: alioque ſpectare cenſeas *Heſychiana* de κεκαδεῖν, κεκαδῖσαι, κεκάδισθαι & κεκαδῶν, ſic enim apud eum ſcribendum: non occultabo tamen, quis animi mei ſenſus olim ſuper ea re fuerit: Lacones enim juxta ac antiquiores Græcos habuiſſe verbum κεκαδεῖν exiſtimabam vel κεκάδειν, quod fuerit *ſeparare*, *ſegregare*, ideoque etiam *lædere*: is autem apud Laconas qui expetita ſocietate fuerat repudiatus, cum diceretur κεκαδῖσθαι, *rejici*, *conſortiique honore privari*, nam & στερεῖν exponit *Heſychius*, cumque cadum in hos uſus eo modo, quem explicui, adhiberent, Grammatici putarunt a κάδῳ derivari hoc κεκαδῖσθαι, cum tamen ſimilitudo nominis utriuſque eſſet fortuita, neque alteram hæc ullo affinitatis jure attingeret: hoc ſi probaveris, ut certe non minimam veri habet ſpeciem, in *Plutarcho* editam lectionem tutius fuerit retinuiſſe: neque vero mihi quis hic objiciat, quæ *Grammatici* de κεκάδοντο, apud *Homerum* & κεκαδησόμεθα, horumque origine commentantur, ac ſi propterea κεκαδεῖν ſuſpectæ poſſit eſſe probitatis, ſiquidem illa omnia cum pluribus aliis ſint ſumme nugacia, quibus unius *Heſychii* auctoritatem oppono, qui ceteris melius iſtas voces cepit & explicuit: in his, quanquam & alia ſuperſint, non ero longior, ne videar potius digreſſiones venari, quam oblatis uti. De ἀμφορεῖ vero & amphora large nuper diſſeruit vir erudítiſſimus & amiciſſimus *Adr. Relandus* in altera Diſſertatione de Nummis Samaritanis. *Cratini* verbis ex ejus *Pytina* ſimillima ſunt illa *Strattidis*, ut quidem emendavit *Iſ. Caſaubonus*, apud *Athenæum* lib. XI.

> Ἑρμῆς, ὃν ἕλκουσ' οἱ μὲν ἐκ προχοϊδίου
> Οἱ δὲ ἐκ καδίσκου, ἴσον ἴσῳ κεκραμένον.

ubi *Caſaubonus* egregie obſervat, Ἑρμῆν eſſe potionis nomen.

79 Καὶ Ἀνακρέων δὲ φ. &c. κάδδον] Vel κάδον· ſic apud *Athen.* lib. XI. fol. 472. prior. edit. οὐδ' ἐξ ὀπίων, κάδδον. Seb.

Καὶ Ἀνακρέων δὲ φ. &c.] Abſunt a C. A. κάδδον καί. Kühn.

Καὶ Ἀνακρέων δὲ φ. &c.] *Anacreontis* χρῆσις antea prorſus mendoſe erat: & *Henr. Stephanus* ſuo Codici adſcripſerat: *leg.* οἴνου δ' ἐξέπιον κάδδον· *ex Athenæo, qui citat hunc locum in* κάδδος. Et ita recte edidit *Seberus*, niſi quod malim cum eo κάδον, unico δ, ut apud *Athenæum* eſt, & in noſtro MS. Locum pariter ita reſtituit *Caſaub.* XI. *Athen.* 6. In MS. noſtro hic omnia ita leguntur: Ἀνακρέων (ſine præcedenti καὶ) γ' οὖν ἔφη, οἴνου δ' ἐξέπιον κάδον. Jung.

80 Καὶ Ἡρόδοτος] *Herodoti* locus extat in *Euterpe* hunc in modum: Φοινικηΐου οἴνου κάδον. Kühn.

Καὶ Ἡρόδοτος] MS. Ἡρόδοτος· (omiſſo καὶ) καὶ Φοινικίου οἴνου κάδον. Κρατ. Eundem locum *Herodoti* ἐν τῇ τρίτῃ quoque citat *Athenæus* eodem lib. XI. ut quoque adnotavit ibi *Caſaubonus*. Integer locus in *Thalia* cap. 20. ubi *Cambyſes Ichthyophagos* legat cum donis ad Æthiopas, regi eorum mittens inter alia, καὶ μύρου ἀλάβαστρον, καὶ Φοινικηΐου οἴνου κάδον. Jung.

81 Καὶ Κρατῖν. δὲ ἐν Π. &c.] In *Cratini* verbis τοὺς δ' ἐκ καδίσκου legerim, ut ſibi conſtet ſenarius. C. A. leg. προχοϊδίου τοὺς δὲ ἐκ καδδίσκους· male. Kühn.

Καὶ Κρατῖν. δὲ ἐν Π. &c.] MS. Κρατῖνος δ' ἐν Πυτίνῃ &c. malim vero in ejus verbis προχοϊδίου ſcribere, ut & in MS. noſtro correctum eſt: in iiſdem MS. iterum καδίσκου uno δ· quod ſequar potius; & videntur forte ita concipienda hæc:

> — τοὺς μὲν ἐκ προχοϊδίου
> Τοὺς δ' ἐκ καδίσκου. —

De cado quædam collegit & *Hoſtus* libr. I. de Menſur. c. 5. in *Cadus*. Jung.

82 Ἀλλὰ καὶ μετρητὴν, &c.] Prior. edit. μετριτ. etiam Segm. ſeq. Seb.

Ἀλλὰ καὶ μετρητὴν, &c.] Abſunt a C. A. uſque ad ἔφη Segm. ſeq. C. V. legit ita: μετριτὴν τὸν ἀμφορέα κεκλεῖσθαι φησὶν ἐν τῇ δωδεκάτῃ Φιλύλλιος· σὺ μὲν οὖν τὴν ἀμφορεῦ δίδωμι· legerem μετρητὴν τὸν ἀ. κεκλῆσθαι φησὶν ἐν τῇ δ. φ. σοὶ μὲν οὖν τὴν ἀμφορέως δίδωμι τιμήν· Δωδεκάτη, cognomen fuit neſcio cujus meretriculæ, a qua *Philyllius* nomen impoſuit dramati, uti & *Anteiam* ſcripſit comœdiam ita dictam a meretrice hujus nominis: Δωδεκάτη vero meruit cognominari eadem ratione, qua *Cyrene* ſcortum nobile δωδεκαμήχανος· vid. *Suid.* hac voce & in Φιλύλλιος. *Valeſ.* putat δυοδέκατον notare *Herculis* laborem duodecimum, quia Ἡρακλῆς eſt inter *fabulas Philyllii*: judicet Lector eruditus. Kühn.

Ἀλλὰ καὶ μετρητὴν, &c.] Sequitur in noſtro MS. ita: ἀλλὰ μὴν καὶ μετριτὴν, τὸν ἀμφορέα κεκλεῖσθαι φησὶν ἐν τῇ δωδεκάτῃ Φυλύλλιος· σὺ μὲν οὖν τὴν ἀμφορεῦ (ſed emendatum ἀμφορέα, ſuperpoſita ια τῷ ευ) δίδωμι τιμήν· π. μ. τ. αὐτ' ἔχειν, ὄ. μετριτὴν, μετρ. ἕνεκα. Inſignis locus, quem præfiſcini dicam totum me tibi reſtituturum, MS. ope iſta, profiteor. Proponam ut totum ſcribendum adfirmare non dubito: poſt quædam mihi argumenta dicam: ἀλλὰ μὴν καὶ μετρητὴν τὸν ἀμφορέα κεκλῆσθαί φησιν ἐν τῇ Δωδεκάτῃ Φιλύλλιος·

> — σοὶ μὲν οὖν τὴν δ' ἀμφορεῦ
> Δίδωμι τιμὴν, πρῶτα μὲν τοῦτ' αὐτ' ἔχειν
> Ὄνομα μετρητὴν, μετριότητος ἕνεκα.

Elegantiſſima χρῆσις, quæ abſque MS. fuiſſet, periiſſet funditus. *Hunc tibi honorem addo, hoc te honore macto, amphora, primum quidem ut habeas nomen Metreta, propter* μετριότητα· nihil in MS. mutavi fere, niſi quæ vitii mihi manifeſta: ut illud σὺ, ubi υ pro οι ſolenni errore ſubrepſit ſcilicet. Ineptus autem iſte, qui & in MS. ſubſtituere conabatur ἀμφορέα. Quid hæreo in iis, quæ jam clara. Saltem addendum, quod loco in vulgatis corrumpendo & diſcerpendo cauſam videtur aliquam dediſſe, vulgatum ἐν τῷ δυοδεκάτῳ nimirum: quos libros enim vel hiſtoriam ille *Philyllius* ſcripſit, qui ad eum numerum excreverint: noſter MS. verum nomen ἐν τῇ Δωδεκάτῃ vero ſervavit. Et eſt illud ipſius *Comici* drama ita nuncupatum, ut & *Suidas* nos docet in Φιλύλλιος (quamvis & apud ipſum

Φησὶν ἐν τῇ Δωδεκάτῃ Φιλύλλιος, Σοὶ μὲν οὖν
71 τήν δ' ἀμφορεῦ Δίδωμι τιμὴν, * πρῶτα μὲν
[83] τοῦτ' αὐτ' ἔχειν Ὄνομα μετρητὴν, μετριότητος ἕνεκα· καὶ [84] Δημοσθένης δὲ ἐν τῷ πρὸς Φαίνιππον, οἴνου μετρητὰς ἔφη. [85] Φιλόχορος δὲ ἐν τῇ Ἀτθίδι, παρὰ τοῖς παλαιοῖς [86] Φησι τὸν ἀμφορέα [87] καλεῖσθαι κάδον· καὶ τὸ ἡμιαμφόριον, ἡμικάδιον. Ἐπίχαρμος μέν τοι ἐν [88] Φιλοκλίνῃ, διακρίνειν ἔοικε [89] κάδον καὶ ἀμφορέα εἰπὼν,

[90] Οὔτ' ἐν κάδῳ δηλοίμην, οὔτ' ἐν ἀμφορεῖ.

[91] ἐκ δὲ τῶν οἰνοφόρων ἀγγείων, ἀσ-

Philyllius vero inquit in Duodecimo, Tibi quidem hanc amphoram do præmium. * Primum quidem hoc metretæ nomen menſurationis cauſa habuiſſe tradunt. Tum & Demoſthenes ad Phænippum, Vini metretas nominat. Cæterum Philochorus in Athide dicit, Veteribus amphoram Cadum dictam eſſe: & ſemiamphoram, ſemicadum. Epicharmus tamen in Philocnide diſcernere videtur inter cadum, & amphoram, dicens, 71

Neque in cado exponerem, neque in amphora.

Cæterum ex vinariis vaſis quoque fuerint, u-

id vocabulum non recte ſcribatur Φιλλύλιος) Φιλύλλιος, Ἀθηναῖος Κωμικὸς τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας· τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν. Αἰγεύς, Αὔγη, Ἄντεια, ἑταίρας ὄνομα, Δωδεκάτη, Ἡρακλῆς, cetera. Sed illi boni viri, qui corruperunt, putarunt numerum alicujus librorum eſſe, & itaque quaſi βιβλίῳ ſubaudiendum eſt ἐν τῷ δωδεκάτῳ ſtulte nobis obtruſerunt hactenus. Viri doctiſſimi ad vulgatam lectionem offenderunt, dum ſcribunt libr. II. de Menſ. In Menſuris cubicis, definition. 54. *Pollucem* dicere, amphoram metretam a *Cratino* adpellatam. Et quis non ad tam convulſa verba, ut huic loco vulgo accidet? JUNG.

Ἀλλὰ καὶ μετρητὴν, &c.] Locus hic in editis *Pollucis* Codicibus miſerrime disjectus erat, & peſſime habitus, quod ut melius cognoſcas, & ſimul, quam egregie loco ſuppetias ivimus e MSS. perſpicias, lectionem, quæ fuit ante nos, integram adſcribam: ἀλλὰ καὶ μετρητὴν τὸν ἀμφορέα εἴρηκε· φησὶν ἐν δωδεκάτῳ Φιλλύλιος, Σοὶ μὲν οὖν τὸν δ' ἀμφορέα δίδωμι τιμήν· πρῶτα μὲν τοῦτ' αὐτ' ἔχειν ὄνομα μετρητὴν, μετριότητος οὕνεκα· quem elegantiſſimum *Comici* locum clara luce perfudit *Jungermannus* noſter: nos ne moremur, ubi opus non eſt.

83 Τοῦτ' αὐτὸ ἔχειν ὄνομα] C. V. τοῦτ' ἔχειν ὄ. μετρητήν. KÜHN.

84 Δημοσθένης] *Demoſthenis* in ea πρὸς Φαίνιππον περὶ ἀντιδόσεως verba ſunt: σὺ δ' ἐκ τῆς ἐσχατιᾶς νῦν πωλῶν τὰς κριθὰς ὀκτωκαιδεκαδράχμους, καὶ τὸν οἶνον δωδεκάδραχμον, πλουτεῖς εἰκότως, ἐπειδὰν ποιῇς σίτου μὲν μεδίμνους πλεῖον ἢ χιλίους, οἴνου δὲ μετρητὰς ὑπὲρ ὀκτακοσίους. De metreta alias agit & *Hoſtus* libr. I. de Menſur. c. 5. JUNG.

85 Φιλόχορος] De hoc vid. *Suidam*, qui de eo inter alia: ἔγραψεν Ἀτθίδος βιβλία ιζ. περιέχει δὲ τὰς Ἀθηναίων πράξεις, καὶ βασιλεῖς, καὶ ἄρξαντας ἕως Ἀντιόχου τοῦ τελευταίου τοῦ προσαγορευθέντος Θεοῦ· ἔστι δὲ πρὸς Δήμωνα. JUNG.

86 Φησι] MS. φησί. JUNG.

87 Κεκλῆσθαι] MS. καλεῖσθαι. SEB.

Κεκλῆσθαι κάδδον. &c.] C. A. & C. V. καλεῖσθαι· dein C. V. κάδον, ἡμικάδιον, κάδον, κάδῳ ubique cum ſimplici δ. C. A. & *Salm.* καὶ τὸ ἡμιαφόριον, male omiſſo μ. KÜHN.

Κεκλῆσθαι κάδδον. &c.] MS. καλεῖσθαι κάδον, καὶ τὸ ἡμιαμφόριον, ἡμικάδιον· quæ ita reponere poſſumus, καλεῖσθαι, pro vulgato κεκλῆσθαι, etiam e ſuo MS. indicat *Seberus* noſter. JUNG.

Κεκλῆσθαι κάδδον.] Καλεῖσθαι κάδον volentibus ita MSS. in textu reſtitui, & mox ἡμικάδιον. Celeberrimum *Philochori* opus Ἀτθίς, quaque creberrime veteres *Grammatici* ſunt uſi: vide *Meurſii Bibliothecam Atticam.* In illis autem voluminibus totius Atticæ regionis ſacram profanamque hiſtoriam luculenter erat complexus.

88 Φιλοκνίδη] Vide in Indice ſcriptorum, quos *Pollux* laudat. SEB.

Φιλοκνίδη] C. V. Φιλοκλίνη· C. A. & *Salm.* Φιλοκρίνη· forte Φιλοκρίνη, *in Dijudicante*, qui diligenter diſtinguit inter cognata, cujus exemplum hoc loco producitur. KÜHN.

Φιλοκνίδη] MS. Ἐπίχ. μέντοι ἐν Φιλοκλίνῃ, non Φιλοκνίδῃ. *Seberus* in Indice Auctorum ait ſuum *Auguſtanum* MS. habere Φιλοκρίνη· ipſe Φιλοκτήτῃ, quæ fabula & apud *Athenæum Epicharmo* tribuitur, legendum putat. Mihi noſtri MS. Φιλοκλίνης adblanditur, cumque ſequar titulum dum viri docti nos certiora docebunt. JUNG.

Φιλοκνίδη] Titulum illum falſi convincunt MSS. Codices, quorum lectionem ſequi antiquius habui, quam adhærere vulgatæ. Φιλοκλίνης autem *Epicharmi* delituit hactenus, neque, quantum ego memini, fuit unquam in lucem protractus: hic MSS. produnt: ille vero Φιλοκλίνης perſonam egiſſe videtur hominis ſupini, qui lecto ſemper erat affixus, ut animo ſuo pigro & illiberali obſecundaret: non ego tamen temere repudiem Φιλοκρίνης, quod in *Auguſtano* ſuo repeřiſſe ſe *Seberus* ſignificat: & videri poſſit alluſiſſe eo *Pollux* ipſe, cum διακρίνειν mox adjicit: *Heſychius* : Φιλοκρινεῖν, διακρίνειν. Sed hic ſuo quiſque gaudeat arbitrio: quod mihi cum meliori MSS. parte maxime placuit, in textu repoſitum eſt. De δήλεσθαι cum θέλειν, βούλεσθαι, exponente *Heſychio*, eſt, videndus *Theocriti* Commentator Eruditiſſimus *Iſ. Caſaubonus.*

89 Κάδδον] MS. κάδον· & plerumque certe in *Polluce* per unum δ ſcribendum cum MS. noſtro videtur: hic ſane propter verſum ſequentem: cujus initium ex MS. noſtro ita ſcribe: οὔτ' ἐν κάδῳ δηλ. nec poteſt aliter. JUNG.

90 Οὔτε ἐν κάδδῳ] Κάδῳ, unico δ ad metrum aptius: & ſic eſt in MS. infra Segm. 185. SEB.

Οὔτε ἐν κάδδῳ] C. A. οὔτ' ἐν κ. *nec in cado velim ego, nec in amphora. Heſych.* δήλονται, θέλουσι. *Salm.* C. δηλεῖ μέν. KÜHN.

91 Ἐκ δὲ τῶν οἰνοφ. ἀγ.] C. A. οἱ δὲ τῶν &c. ἀσκὸς ἀσκίδιον ὡς ἐν Α. Α. καὶ πυτίνη λάγυνος λαγύνιον. KÜHN.

Ἐκ δὲ τῶν οἰνοφ. ἀ. ἀσκὸς] Veteres in utribus habuiſſe vinum res eſt non ignota, cujus & in Euangeliis facta eſt mentio: *Marc.* IX. v. 17. vocabulum ἀσκὸς ea notione ſumptum *Syrus* interpretatur ܙܩܐ σάκκους, ejuſdem ſæpiſſime uſus: exinde & a verbo πιλεῖν ortam exiſtimare licet *pilaſcam*, quam *Iſidori Gl. vas vinarium ex corio* reddunt: illam pronunciatione corrupta Græci pejoris ætatis φλάσκωνα dixerunt, quod & alibi me monuiſſe in memoriam recurrit: *Etymologus* etiam *Magnus* in voce Δάμασκος, inquit: καὶ τὰ οἰνοδόχα δὲ δέρματα ἀσκοὺς καλοῦσι. Ad *Chironis* dextram manum quæ ſtellulæ apparent, θηρίον vel beſtiolam quandam hi dicebant, τινὲς δὲ ἀσκὸν φασὶν αὐτὸ εἶναι οἴνου, ἐξ οὗ σπένδει τοῖς θεοῖς ἐπὶ τὸ θυτήριον· quæ verba ſunt *Eratoſthenis* in *Cataſt.* c. 40. Meminerunt & *Arrianus* atque *Curtius* vini in utribus ab *Alexandro* vecti: quibus addenda, quæ *Donatus* tradit de *Coma-*

ter, & utriculus: ut in Acharnenſibus di-
72 cit Ariſtophanes. * Pytina quoque, lagena, & lagenula. Diphilus vero utrumque dicit, illud quidem ſæpius in Hecate: lagenulam autem in Fratribus. Tum crater, craterculus, crateris. Et ſtamnus, & ſtamnium: & nonnulli quidem Thaſium ſolummodo ſic nominari putant: ſed Ariſtophanes in Telmiſſenſibus inquit: Vini

χὸς, [92] καὶ ἀσκίδιον, ὡς ἐν Ἀχαρνεῦσιν Ἀριστοφάνης ἔφη· * καὶ πυτίνη, καὶ λάγυνος, καὶ
λαγύνιον. Δίφιλος [93] δὲ ἄμφω λέγει· τὸ μὲν 72
[94] ἐν τῇ Ἑκάτῃ πολλάκις, τὸ δὲ λαγύνιον [95] ἐν Ἀδελφοῖς· καὶ κρατὴρ, καὶ κρατηρίδιον, καὶ κρατήριον, καὶ στάμνος, καὶ [96] σταμνίον· καὶ ἔνιοι μὲν οὕτω οἴονται καλεῖσθαι μόνον τὸ Θάσιον· [97] Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Τελμισσεῦσι λέγει, οἴνου τε

dia & *Tragadia*, *Theocritique Scholiaſtes* in prædictis ad ejus *Bucolica*, & *Calliſtratus* apud *Athenæum* lib. V. ἀσκὸς ἐκ παρδαλῶν δερμάτων ἐῤῥαμμένος. Quam autem λάγυνον hic ex *Diphili Hecate Pollux* adnotat, λάγηνον appellat *Hero Spirit.* p. 214. ſcilicet ut Romani lagenam habent: eoque pacto legendum judico: Λαγηνάρχος, ὁ ἐξουσίαν ἔχων τοῦ οἴνου, apud *Heſychium*; niſi malueris etiam vulgatum λαγινάρχος retinere.

92 Καὶ ἀσκίδιον, ὡς ἐν Ἀχ.] Inveniet ea fabula id forte oculatior: meos certe oculos fugit illud ἀσκίδιον ibi: non & ἀσκὸς, quod ibi aliquoties; ut:

Ἀκούετε λεῴ, κατὰ τὰ πάτρια τὰς χοὰς
Πίνειν ὑπὸ τῆς σάλπιγγος, ὃς δ' ἂν ἐκπίῃ
Πρώτιστος, ἀσκὸν Κτησιφῶντος λήψεται.

Quæ etiam explicat *Suidas* in ἀσκὸς Κτησιφῶντος de ἀσκῷ οἴνου· & in fine fabulæ, *Dicæopolis:*

Ἀπόδοτέ μοι τὸν ἀσκόν.

Repetitque ſtatim, ut & Segm. 75. JUNG.

93 Δὲ ἄμφω] MS. δ' ἄμφω. JUNG.

94 Ἐν τῇ Ἑκάτῃ] C. V. ἑκάστῃ. *Diphili* ἑκάτην laudat & *Athenæus*, adeoque nihil mutandum. KÜHN.

Ἐν τῇ Ἑκάτῃ] De *Diphili Hecate*, eam & ab *Athenæo* laudari, obſervavit *Caſaubon.* XIV. Anim. 13. JUNG.

95 Ἐν Ἀδελφοῖς.] E MS. approbante *Caſaub.* in *Athen.* XI. 14. SEB.

Ἐν Ἀδελφοῖς.] C. V. λαγύνιον· poſt C. A. & *Salm.* ἐν Δελφοῖς· ſed Ἀδελφοῖς vel *prologus* in *Terentii Adelphos* ab omni ſuſpicione corruptelæ vindicaverit: copulæ dein abſunt. *Diphili* ῥῆσιν exhibet *Athenæus* libr. XI. cap. 14. ubi verba *Comici* ex Comœdia, quæ *Adelphi* inſcripta eſt, hunc in modum conſtituerem:

— τὸ τοιχωρύχον
Ἐκεῖνο καὶ τῶν δυναμένων λαγύνιον
Ἔχων ὑπὸ μάλης βάδιζ' ἐς τὰ γεύματα,
Καὐτὸ πωλεῖ μέχρις ἂν ὥσπερ ἐν ἐράνῳ
Εἷς λοιπὸς ᾖ κάπηλος ἠδικημένος
Ὑπ' οἰνοπώλου. —

— illam perfoſſorum parietum
Et potentiorum lagenulam
Sub ala habens ito in forum, ubi vinum datur deguſtandum,
Et ibi fac venale illud, uſque dum unus, ut in cœna collatitia,
Reliquus ſit caupo, injuria affectus
Ab œnopola. —

Senſus verborum mihi quidem is videtur: jubet aliquis indignabundus, ut ſervus lagenulam improbam dignamque quam parietum perfoſſores habeant, clam ſub ala exportet venumque exponat in ea parte fori, qua cauponibus ſolet vinum deguſtandum præberi, & ſi non ſtatim nactus ex ſententia fuerit emptorem, tam diu in foro deſideat, donec dilapſis cæteris unus reſtet caupo, qui cum œnopola ob fraudem in venditione vini factam expoſtulet: miſcet autem τοὺς δυναμένους, *potentes* in Republica Athenienſi *perfoſſoribus parietum*, quia plerique potentiorum Athenis erant ærarii publici fures; vid. *Demoſth. Orat.* in *Timocr.* ubi τοὺς δυναμένους Athenis recenſet ex ordine, qui propter depeculatum in carcerem conjecti fuerunt. Ideoque τὸ τοιχωρύχον καὶ τῶν δυναμένων λαγύνιον eadem emphaſi dicitur, qua *Noſtrates* ſolent, der diebs-kruch / die diebsfläſch / nim die diebsfläſch / und verkauff ſie. Ὥσπερ ἐν ἐράνῳ ſignificat cœna de ſymbolis peracta, omnibuſque, qui una erant, digreſſis, unum ex iis ſolum relictum, qui cum hoſpite, apud quem cœnam parandam curaverat, rationem ineat dataſque arrhas redimat: hic, ut dixi, ſenſus hujus ῥήσεως. *Dalechamp.* ex his verbis cudit nobis *furem ſceleſtum lagunculæ, & cauponum defraudatorem*, adeoque non *Diphili*, ſed ſuam lectori mentem exponit. Solet enim ille in locis difficilioribus *Athenæi* facere *intelligendo ut nihil intelligat*, id quod latius exſequemur, ſi Deus voluerit, in *Paralipomenis in Athenæum.* KÜHN.

Ἐν Ἀδελφοῖς.] Sic & MS. noſter, ut bene edidit *Seberus* noſter & ex ſuo: corrigente ita *Magno* etiam *Caſaubono.* Verba *Diphili* apud *Athenæum* ſunt libr. XI. ſed corrupta certe prima: Οὐδετέρως δὲ, ait, Δίφιλος ἐν Ἀδελφοῖς εἴρηκεν, ὦ τοιχωρύχον ἐκεῖνο καὶ τῶν δυναμένων λαγύνιον, ἔχον, & ceteri: adduntur enim plures: λάγυνος vero, ut in *Diphili Hecate* ſæpius extare *Noſter* indicat, & in ejuſdem *Diphili* Ἀνασωζομένοις, in hac χρήσει apud *Athenæum* dicto libro legas: λάγυνον ἔχω κενὸν, ὦ γραῦ, θύλακον δὲ μεστόν. JUNG.

96 Σταμνίον.] De hoc & *Nunneſ.* Not. ad *Phrynich.* in σταμνία. JUNG.

97 Ἀριστ. δὲ ἐν Τελμισσεῦσι] Apud *Athen.* libro ſeptimo, fol. 308. ἐν Τελμισσεῦσι, *Dalec.* in *Telmiſſenſibus.* Sed *Pollux* ſibi ſimilis infra Segm. 80. *Caſaubon. Telmeſſenſes* nominat in *Athen.* fol. 339. SEB.

Ἀριστ. δὲ ἐν Τελμισσεῦσι] Abſunt a C. A. uſque ad σταμνάριον εἴρηκεν· C. V. ἔν τε τελμισσεῦσι. KÜHN.

Ἀριστ. δὲ ἐν Τελμισσεῦσι] MS. Ἀριστοφάνης ἐν Τελμισσεῦσιν λέγει, ut & Segm. 82. MS. ſed Segm. 80. Τελμισεῦσι uno σ, ut & ſupra vulgati VI, 83. & *Harpocratio* in σιπύα. Et Τελμισσεῦσι etiam apud *Athen.* lib. VII. habes, ubi VII. Animad. 17. hujus dramatis mentio quoque fit. Nec dubito ubique reponere Τελμισσεῖς· & hic repono audacter cum MS. Τελμισσεῦσι. Clare id jubet & qui Ἐθνικὰ conſcripſit: Τελμισσὸς, πόλις Καρίας· ὡς δὲ Φίλων καὶ Στράβων, Λυκίας· ἔστι γὰρ ἀμφοτέρων ὅριον μετὰ Δαίδαλα· ὁ πολίτης, Τελμισσεύς· καὶ δρᾶμα Ἀριστοφάνους, Τελμισσεῖς. Clari autem fuerunt iſti ἐπὶ ὀνειροκριτικῇ, καὶ τερατοσκοπίᾳ. Hinc apud *Herodotum* noſtrum Κλειοῖ c. 78. *Crœſus*, portento oblato, ἔπεμπε θεοπρόπους ἐς τοὺς ἐξηγητὰς Τελμισσέων· ubi & τί ἔγνωσαν Τελμισσέες καὶ ὑπεκρίναντο τῷ Κροίσῳ exponit. Hinc Ἀριστάνδρου Τελμισσέως, inter ὀνειροκριτὰς ab *Artemidoro* cum laude, ὡς ὑποθήκας τὰς πλείστας καὶ ἀρίστας ὑποθεμένου, fit mentio lib. I. *Onirocr.* c. 33. initio & apud eundem lib. I. c. 82. talis Ἀπολλόδωρος ὁ Τελμισσεὺς, ἀνὴρ ἐλλόγιμος· & vide plura de his *Telmiſſenſibus* ex *Cicerone*, *Arriano*, *Tertulliano* apud doctiſſ. *Rigaltium* noſtrum Notis ad lib. I. *Onirocr.* c. 33. *Artemidori.* Nec quis putet nobis adverſari, quod *Caſaubonus* VII. Animadv. 17. *Telmeſſenſes* vocet, quaſi & Græce Τελμησσεῖς rectum eſſet: minime. Ille ita vocat, Latinorum more. Sic enim *Cicero* lib. I. de Di-

Χίου στάμνον ἥκειν, καὶ [98] μύρον· καὶ οὐ μόνον [99] ἐπὶ τοῦ Χίου στάμνον εἴρηκεν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ Θασίου [100] ἐν τοῖς Ἀχαρνεῦσι, τὰ Θάσια ἀμφορίδια.
73 • [1] Εὔπολις δὲ ἐν τῷ Μαρικᾷ, καὶ σταμνάριον εἴρηκεν· [2] ἐν δὲ τούτοις ὀνομάζεται καὶ βίκος, καὶ κοτύλη, καὶ χοῦς· [3] ἔνιοι μὲν τὸν χοῦν καὶ πελίκην κεκλῆσθαι νομίζουσι, καὶ εἶναι τοὔνομα Βοιωτικόν· ἀλλὰ καὶ [4] ἀσκοπυτίνη· [5] καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἄν τις εὕροι ἐν Ἀντιφάνους Μελεάγρῳ, [6] Ἀσκοπυτίνην τινὰ δίψους ἀρωγόν· [7] καὶ Μένανδρος δὲ ἐν Καρχηδονίῳ κέχρηται τῷ ὀνόματι·

Chii ſtamnum venire, & unguenti. Et non de Chio ſaltem ſtamnum dixit, ſed etiam de Thaſio in Acharnenſibus, Thaſias amphorulas.
• Eupolis vero in Marica dixit Stamnarium. Inter hæc quoque numeratur bicus, & cotyle, & chus. Nonnulli tamen Chum *πελίκην* dictum eſſe tradunt, & nomen eſſe Bœoticum. Verum & *Ἀσκοπυτίνη*· nam & hoc invenitur in Antiphanis Meleagro, *Ἀσκοπυτίνην* quandam ſitis ducens: tum & Menander in Chalcidonio nomine hoc utitur. 73

vin. *Tum Caria tota, præcipueque Telmeſſenſes, &c. in oſtentis animadvertendis diligentes fuerunt.* Sic *Tertullianus* lib. de Anima c. 46. *Telmeſſenſes nulla ſomnia evacuant &c.* quæ loca nobis imputat *Rigaltius.* Sic & *Plinius* lib. V. cap. 27. *Lyciam finit Telmeſſus.* Sed ſatis de titulo. Ad ipſam *χρῆσιν.* JUNG.

Ἀριστ. δὲ ἐν Τελμησσεῦσι] Tituli corruptelæ medelam ferunt MSS. & ex iis docte *Jungermannus* noſter: meminiſſe ſæpius hujus fabulæ *Pollucem* inquit *Meurſius* in *Attica Biblioth.* hoc tamen vitii præteriit ſicco pede, cum in *Etymologo* & *Heſychio* pluribus in locis Τελμισσεῦσι apprime bene emendaret. Sed in *Comici* verbis pro *μυρου* MSS. reſtitui jubent *μύρον*, quibus morem gerendum putavi, etiamſi nec edita ſine Codicum indicio diſplicere potuiſſet. De *στάμνῳ* docte, quem honoris cauſa nomino, *Adr. Relandus* vir Clariſſimus in altera *Diſſert.* de *Numm. Samarit.* *Jon* autem *Chius* cum victor extitiſſet tragœdiarum certamine, ſingulis Athenienſibus diſtribuit *Χῖον κεράμιον*, ut *Athenæi Abbreviator* ſub initium lib. I. refert, quod utique eſt *Χίου οἴνου στάμνος*, quem fictilem hinc etiam fuiſſe patet.

98 Μύρου.] C. V. *μύρον*· eodem modo legendum c. 23. & Segm. 75. KÜHN.

Μύρου.] MS. *μύρον*· & ita ſcribendum: error proclivis & ſolens: lege igitur:

Οἴνου τε Χίου στάμνον ἥκειν καὶ μύρον.

Nec enim *μύρου στάμνον* dixit Poëta, ſed adventare vini Chii ſtamnum, cum unguento. JUNG.

99 Ἐπὶ τοῦ Χίου στάμνον &c.] MS. noſter iterum plenius: *ἐπὶ τοῦ Χίου τὸν στάμνον* &c. JUNG.

100 Ἐν τοῖς Ἀχαρνεῦσι, &c.] MS. *ἐν τοῖς Ἀχαρνεῦσιν, τὰ Θάσι' ἀμφορίδια.* Nec hoc in *Acharnenſibus* hodiernis reperio. Alibi itaque extiterit. Certe & *Suidæ* in mentem fuiſſe puto, quum in *ἀμφορεαφόρους* ſcribit: *καὶ ἀμφορεῖς, κέραμοι· καὶ Θάσια ἀμφορίδια, τὰ κεράμια.* Alias iſtud vocabulum ex eodem *Ariſtophane* profert, ibidem: *καὶ Ἀριστοφάνης*, ait, *ἀμφορεῖς λέγει τὰ μέτρα·*

Χυτρίδια καὶ σκεύδια κἀμφορίδια.

quæ in Εἰρήνη extant. Turbat me vero & hoc, quod de loco *Pollucis* ſuſpicer, quaſi corruptus ſit: quod de *στάμνῳ* & *σταμνίοις* hic exempla *Noſter* adfert, non de *ἀμφορεῖ* vel *ἀμφοριδίοις.* De Thaſio ſane nihil in *Acharnenſibus*, niſi hoc invenio: *εἰ δὲ Θασίαν ἀνακυκλᾶσι λιπαράμπυκα·* ubi *Scholiaſtes* ait quoſdam dicere *λέγειν τὸ λάγυνον·* quoſdam *ῥαφανίδα·* quoſdam *Θάσιον βάμμα*, dictum *Θασίαν·* cetera quæ ad noſtrum locum forte nil pertineant. JUNG.

1 Εὔπολις δὲ &c.] MS. *Εὔπολις δ' ἐν τῷ Μαρικᾷ καὶ σταμν.* &c. plenius: vide de hoc dramate *Caſaubonum* noſtrum XV. *Athen.* 12. legitur id apud auctores ſæpius laudatos, ut apud *Suidam* dicto modo loco in *ἀμφορεαφόρους·* quamvis male *Μαρικᾷ* editi habeant. *Harpocratio* in Ταμίαι. *Lexicographus γάδιμα·* vid. & *Schol. Ariſtoph.* in Νεφέλας, ad verba *Comici*: *Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν* &c. & ad *Ranas* ait: *Ὑπέρβολος δὲ, εἰς ὃν καὶ Εὔπολις ἔγραψε τὸν Μαρικᾶν.* JUNG.

Εὐπ. δὲ ἐν τῷ Μ. στ.] Καὶ interpoſui ante *σταμνάριον·* id & in *Luciano* legiſſe redit in memoriam. Pro *βίκος*, quod continuo ſequitur, *βῖκος* habet *Falckenburgius*: utramque ſcripturam in MSS. eſſe novi.

2 Ἐν δὲ τούτοις ὀνομ. καὶ β.] C. A. *σὺν δὲ τ. Herod.* in *Clio βίκους Φοινικηΐους κατάγουσι* &c. KÜHN.

3 Ἔνιοι μ. τ. χ. καὶ πελίκην] MS. *πέλυκιν* (an *πέλυκα*, ut Segm. 78.) *κεκλήκασιν· πελίκην* exp. menſuram Atticam, continentem heminas octo. SEB.

Ἔνιοι μ. τ. χ. καὶ πελίκην] C. A. *μέντοι τ. Χ. καὶ πέλικον* &c. C. V. *πελίκην·* tum abſunt hæc verba *καὶ εἶναι τ. β.* a C. A. *Heſych.* *πελικάν* Bœotice, pro *πελίκην*, leg. *πελικήν.* *Salmaſ.* leg. *πέλικυν* laudatque *Heſychium* & V. C. qui leg. *πελίκην.* KÜHN.

Ἔνιοι μ. τ. χ. καὶ πελίκην] MS. *ἔνιοι μέντοι τὸν χοῦν καὶ πελίκην κεκλήκασιν, καὶ ε. τ. Βοιώτιον· ἀλλὰ* &c. Et *Seberi* MS. fere ſic, *πέλυκιν κεκλήκασιν.* Et hic non dubito noſtri MS. ſcripturam *πελίκην* ut veram aſſerere, eſſeque hanc ipſam *πελίκην*, de qua *Athenæus* lib. XI. in *πελίκαι·* Κράτης, ait ibi, *δ' ἐν δευτέρῳ Ἀττικῆς διαλέκτου γράφει οὕτως· οἱ χόες πελίκαι καθάπερ εἴπομεν ὠνομάζοντο.* &c. quæ ibi potes legere. Et hic *Noſter χοῦν* quoſdam etiam *πελίκην* nominare: forteque & ſupra Segm. 67. *πελίκας*, ut ibi dixi, legendum ſit. JUNG.

Ἔνιοι μὲν τὸν χ. καὶ πελίκην &c.] Sufficit, ſi me *πελίκην* reſtituiſſe de MSS. admoneam, ſiquidem ipſo de vaſe aliiſque ſimilibus ſupra Segm. 67. large dixerim.

4 Ἀσκοπυτίνη.] C. A. *ἀσκαπυτίνη·* *Gloſſ. Veter. aſcora, ἀσκοπύτινη, aſcura*: *ἀσκοπυτίνη* videtur *lagena coriacea* fuiſſe: quæ ſequuntur non extant in C. A. uſque ad *οἴνου.* KÜHN.

5 Καὶ γὰρ καὶ &c.] MS. *καὶ γὰρ τοῦτ' ἄν τις* &c. JUNG.

6 Ἀσκοπυτίνη τινὰ &c.] C. V. optime *ἀσκοπυτίνην τινὰ δίψους ἀρωγὸν*, *aſcopytinem quandam ſiti auxiliatricem*: vid. ſupra. KÜHN.

Ἀσκοπυτίνη τινὰ &c.] Sequitur *Antiphanis* elegans *χρῆσις*, non vulgo, ubi ea corrupta, ſed in MS. noſtro, qui ita habet, *ἀσκοπυτίνην τινὰ δίψους ἀρωγόν·* facete, ut inficere vulgo *δίψους ἀγωγόν.* Vocat *Antiphanes aſcopytinem δίψους ἀρωγὸν*, ut ſitim quæ arcere queat: credo enim ea plena facile quis ſitim ſibi depelleret *καὶ μάλα διψαλέος.* JUNG.

Ἀσκοπυτίνη τ. δ. ἀγωγόν.] Omni carebat ſenſu *Antiphanis* ille locus ante nos, quem in integrum reformavimus ope MSS. jamque ſententiam continet elegantem: *Pilaſcam quandam, quæ ſitim depellat*: *δίψους ἀρωγὸν σκεῦος* ita mihi lectum apud *Athenæum*; ſimilique ſæpius alibi notione *ἀρωγός.* *Antiphanis* autem *Meleagrum* non aliunde, quam hoc e loco, *Meurſius* adnotavit.

7 Καὶ Μ. δὲ ἐν Χαλκιδονίῳ] Leg. Καρχηδονίῳ ex C.

In-

Inter vaſa quoque referantur, quas Ariſtophanes in Holcadibus Holcas vini vocavit:
74 * & in Senectute,

Urnam mutuo dare, quinque cbus capientem, aut majorem.

Adeo ut hydria non aquæ modo, ſed & vini

ἐν δὲ τοῖς ἀγγείοις [8] τάττοιτο ἂν καὶ ἃς εἴρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Ὀλκάσιν [9] ὕρχας οἴνου· * [10] ἐν 74
δὲ τῷ Γήρᾳ,

[11] Ἐφ' ὑδρίαν δανείζειν πεντέχουν, ἢ μείζονα.

[12] ὥς τε οὐ μόνον ὕδατος, [13] ἀλλὰ καὶ οἴνου ἂν

V. *Athenæus* etiam laudat *Menandrum* in Καρχηδονίῳ· *Schol. Ariſtoph.* ἐν Καρχηδονίοις, ut notat *Caſaubon.* ad *Athen.* lib. IX. cap. 8. *Salmaſ.* legit: Χαλκηδονίῳ. Kühn.

Καὶ Μ. δὲ ἐν Χαλκιδωνίῳ] MS. καὶ Μένανδρος δ' ἐν Καρχηδονίῳ· & apud *Athenæum* libr. IX. ut adnotavit *Caſaubonus* IX. Anim. 8. ubi addit apud *Scholiaſtem Ariſtophanis* in *Equitibus* etiam numero multitudinis adduci Καρχηδονίοις· & ita quoque in extremis *Schol.* ad Σφῆκας legi. Bene quod hic *Carthaginenſis* & apud *Pollucem* ope MS. ſervatus eſt. Jung.

Καὶ Μένανδρος δὲ ἐν Χαλκιδωνίῳ] Feſellit hujus loci vitium diligentiſſimum *Meurſium*, qui ſcilicet ex hiſce *Pollucis* noſtri retulerit *Menandri* fabulam Χαλκιδόνιον in numerum dramatum ejus: ſed eo nos feliciores, quod in ejuſmodi libros inciderimus, quorum de fide non ſine religione dubitare licet: Καρχηδονίῳ, ſicut illi, textus habet, cujus & ex *Athenæo* & *Stobenſi* mentionem fecit *Meurſius*: ſed ille tamen vir doctiſſimus nonnullam habuit rationem, cur in hoc *Pollucis* loco ſecure Χαλκιδόνιον vel Χαλκηδόνιον approbaret, ſiquidem & illam dramatis inſcriptionem oſtenderet in *Suida* voce Λιτυέρσης. *Lexicographi* illa ſunt verba: Μένανδρος Χαλκηδονίῳ· ᾄδοντα λιτυέρσην ἀπ' ἀρίστου τέως· mihi quidem dubium in iſtis animum hærere non diffiteor: fabulamne Χαλκηδόνιον *Menandri* agnoſcamus? anne potius *Pollucei* loci exemplo reſtituendum ibi Καρχηδονίῳ; ſanequam me propendere ad poſteriorem ſententiam fateor lubens, qui ſciam Καρχηδονίους & Χαλκηδονίους ſæpius alteros alterorum obtinuiſſe locum: ſunt illa librariis imputanda flagitia: ſic apud *Athenæum* lib. VII. in *Archeſtrato*: Καὶ σκάρον ἐν παράλῳ Καρχήδονι τὸν μέγαν, ὀπτόν· *Caſaubonus* egregie reponit Χαλκηδόνι, cum vulgata lectione nihil ſit abſurdius: corruptumque Καλχήδονος pro Χαλκηδόνος in *Apollonii Rhodii* antiquo *Commentatore* ad libr. Argon. II. v. 168. pari ratione Καρχηδόνιοι pro Χαλκηδόνιοι immani & pudendo errore legis apud *Proclum* & *Tzetzem*, ad hæc *Heſiodea*: Πῆμα κακὸς γείτων· ſed ibi & illam mendam ſuſtulit ſummus vir, noſtrique temporis ocellus, dum in vivis erat, *Georg. Grævius*: ego vero emendationem amplius confirmatam habebam e *Polyæno* lib. VI. c. 25. qui bellum inter ſeſe geſſiſſe refert Χαλκηδονίους & Βυζαντίους. Ad emendandum *Suidam* magno ſanequam argumento *Pollucis* hoc uti poſſum loco, ubi ſimilem corruptelam MSS. manifeſte produnt.

8 Τάττοιτο ἂν] MS. τάττοιτ' ἄν. Jung.

9 Ὀλκὰς οἴνου.] C. V. ὕρχας οἴνου. *Heſych.* Ὕρχας, ἀμφωτον κεράμιον, καὶ βικῶδες τὸ εἶδος, *utrinque anſatus urceus & ſpecie repræſentans βῖκον.* Kühn.

Ὀλκὰς οἴνου.] MS. longe aliter: ἐν ὀλκάσιν ὕρχας οἴνου· quam lectionem longe veriorem mihi perſuadeo: niſi tamen me quis aliunde docuerit ὀλκὰς pro vaſe vinario uſurpatum, quod credo ſpiſſe fiet: ὀλκάδας οἰναγωγούς, ut *Pherecrates* loquutus eſt, etiam *Ariſtophanes* narrare potuit inter alia in illo dramate, de quo *Caſaubonum* noſtrum III. *Athen.* 12. vide, ſed nullas ὀλκὰς inter σκευάρια puto: ὁλκεῖον quidem ſupra VI, 100. ut & infra Segm. 78. ſed aliud vas. Scribe ergo ὕρχας οἴνου, quas & ſupra *Noſter* VI. 14. in eadem re ex *Comico* adfert: εἰ δὲ καὶ Ἀριστοφάνης ὠνόμασεν ὕρχας οἴνου &c. ubi quoque locum *Ariſtophanis* alium e *Veſpis* attuli, in quo etiam illud ὕρχας habes: ad hunc tamen reſpexiſſe potius illic puto. *Heſychius*: Ὕρχας, ἀμφωτον κεράμιον, καὶ βικῶδες τὸ εἶδος. *Suidas* etiam de alio uſu: Ὕρχας, κεράμια· ἀγγεῖα ὑποδεκτικὰ ταρίχων, δύο ὦτα ἔχοντα. Jung.

Ὀλκὰς οἴνου.] Nihil in *Polluce* tutum erit, ſi MSS. ſeponas: illi hic egregie, ὕρχας· eamque lectionem in textum retuli: quis autem in iſtis mendam, quæ ex ſimilitudine vocabuli præcedentis Ὀλκάσιν nata eſt, ſine MSS. indicio fuiſſet odoratus? ab hac *Æolica* voce, id enim ipſe *Pollux* lib. VI. docuit, Romanorum *orcæ* originem trahere *Voſſius* in *Etymologico* bene oſtendit, quem adire potes, ſi docta & ampla legere velis de *orcis*: adductis tamen ab ipſo locis adjiciendus eximius alius *Auctoris* de *Limitibus* pag. 296. qui & alibi fecit orcarum mentionem.

10 Ἐν δὲ τῷ Γήρᾳ] Abeſt Γήρᾳ a C. V. Kühn.

11 Ἐφ' ὑδρ. δ. πεντάχουν] Priores editiones. Ἐφυδρ. & mox πεντέχουν· vide *Caſaubon.* in *Athen.* III, 25. Seb.

Ἐφ' ὑδρ. δ. πεντάχουν] C. V. legit πεντέχουν, quod & C. A. habet, cum *Salm.* Kühn.

Ἐφ' ὑδρ. δ. πεντάχουν] MS. ἐφυδρίαν δανείζειν πεντέχουν &c. prorſus ut antea editi, niſi quod illi δανίζειν habeant, ut & *Seberi* MS. ſed ἐφυδρίαν non ideo ſcribendum puto: MS. enim ſolet ita in unam vocem confundere, quæ duabus ſcribimus: & de ὑδρίᾳ ſe agere ſtatim exponit *Pollux*. Ut edidit noſter *Seberus* ita ſcribendum indicavit *Caſaubonus* noſter III. *Athen.* 25. ubi & tituli dramatis meminit. Et hinc in vulgatis Lexicis vocabulum ἐφυδρίαν ſubortum puto: quod & pro certo & probæ monetæ arripuit *Heſtius* diſſertatione de hydriarum ſex capacitate, n. 12. Jung.

Ἐφ' ὑδρίαν δ. πεντάχ. &c.] Neminem offendat πεντάχουν, ut *Seberus* ediderat ante nos: malui tamen MSS. obſequi, iiſque auctoribus πεντέχουν reponere, uti nimirum πεσσὰ πεντέγραμμα habuit in *Sophoclis* verſiculo *Pollux* IX, 97. pro quo πεντάγραμμα *Euſtathium* agnoſcere Commentatores ibi demonſtrarunt: non aliter Illuſtriſſ. *Spanhemius* exhibuit e Codice *Voſſiano* ad *Juliani Cæſares* p. 414. ubi & ſequentia ſic ferme, ut nos in textu repoſuimus, apponit.

12 Ὥστε οὐ μόνον ὕδατος] Τε abeſt a C. A. Kühn.

13 Ἀλλὰ καὶ οἴνου &c.] MSS. καὶ οἴνου ἂν εἴη ἀγγεῖον &c. ἦν non habet C. A. bene porro C. V. ἦν καὶ φινακίδα· C. A. φινακίδ' ἂν &c. καὶ φινακίδα· C. V. φανακίνδα, ὡς ἐν τοῖς Δημιοπράτοις. *Salm.* ita: ἀλλὰ καὶ οἴνου ἂν εἴη ἀγγεῖον ἡ ὑδρία· ἣν φιδακίνδα ἄν τις εἴπῃ καὶ φινακίδα. Kühn.

Ἀλλὰ καὶ οἴνου &c.] MS. ἀλλὰ καὶ οἴνου ἂν εἴη ἀγγεῖον ἡ ὑδρία· ἣν καὶ φινακίνδα ἄν τις εἴποι, καὶ φανακίνδα ὡς ἐν τοῖς Δημιοπράτοις· & prima quidem οἴνου ἂν εἴη ἀγγεῖον ἡ ὑδρία· ἣν καὶ &c. rectius ex MS. ita legi non dubito: ſicut & Δημιοπράτοις omnino ſcribendum eſt, ut etiam *Sebero* dictum, quod vocabulum nimis quam ſæpe occurrit. *Ariſtoph.* Σφηξίν·

Πρυτανεῖα, μέταλλ', ἀγορὰς, λιμένας, μισθοὺς, καὶ δημιόπρατα.

Sed ad voculas ipſas, de quibus hic agitur, quod attinet, viri docti ſtatuent. Alterum φιδακίνδα, pro quo antea editi φιδακίνδα, noſter MS. φανακίνδα, recte ex ſuo MS. ediediſſe *Seberum* noſtrum credo, & explicaſſe. Accedit *Heſychius*, πρωτότυπον exponens: Φιδάκνη, πιθάριον μικρὸν στενόν· de altero φινακίδα, pro quo φινακίδα noſter MS. φινακίνδα *Seberi*, aliunde

εἴη ἀγγεῖον ἢ ὑδρία, ἣν καὶ [14] φενακνίδα ἄν τις εἴποι, καὶ [15] φιδακνίδα, ὡς ἐν τοῖς [16] Δημιοπράτοις· [17] τάχα δὲ καὶ πλημοχόην· [18] ἔστι δὲ κεραμεοῦν ἀγγεῖον, οὐκ [19] ἔχον ὀξὺν τὸν πυθμένα, ἀλλὰ ἑδραῖόν τε καὶ στάσιμον, ᾧ χρῶνται τῇ τελευταίᾳ τῶν μυστηρίων, ἣν ἀπ' αὐτοῦ καλοῦσι [20] πλημοχόην· [21] ἐν τούτοις δὲ ἔστιν καὶ ψυκτήρ.

vas fuerit. Inſuper & Phenacinda, & phidacinda quiſpiam dixerit, ut in Foro publico extat: deinde & πλημοχόην. Eſt autem fas fictile, non acutum fundum habens, ſed latum, & ſtabilem, quo ultimo myſteriorum die utuntur, quem etiam hinc πλημοχόην vocitant. Inter hæc quoque pſycterem nominant.

quod allucceat, mihi nil in promptu. Sane vulgatam ſanam eſſe non mihi perſuadeo. JUNG.

Ἀλλὰ καὶ οἴνου ἀγγ. &c.] Adſcribere lubet omnia vulgata, ut, quantum in iſtis dominata fuerit librariorum petulantia, pernoſcere lector poſſit: ἀλλὰ καὶ οἴνου ἀγγεῖον ἢ ὑδρία ἣν καὶ * φενακίδα ἄν τις εἴποι &c. In prioribus iſtis lectio MSS. perquam & commoda & facilis eſt: in poſtremis vero etiam dubia: καὶ φενακνίδα reponere non dubitavi e MSS. ut ſcilicet φιδάκνις, ſic & φένακνις ratione non diſſimili: ſed quod φανακίνδα præ ſe ferant pro φιδακνίδα, quod in *Auguſtano* ſe Codice *Seberus* inveniſſe teſtatur, *Palatinus* & *Voſſianus*, equidem id vitio accidiſſe librariorum duco, qui facilius in iſtis ignotis vocibus peccare potuerunt: quid tamen, ſi legeris φανακνίδα, ut, quam alii φενακνίδα dicerent, in *Demiopratis* φανακνίδα appellatam monſtrare voluiſſe *Pollux* putandus ſit: ſed in hac re obſcura nihil decerno: retinuique *Seberianam* lectionem MS. auctoritate ac ſimilitudine vocis φιδάκνη munitam, ut ne calidius quid audacter tentaſſe viderer. Δημιοπράταις pro Δημιοπράτοις poſitum erat in vulgatis mox: familiaris eſt ille error, & inveteratus in *Pollucis* hoc libro: nos ope MSS. ubique expulimus.

14 * Φενακίδα] MS. φενακνίδα. *Lexic. Baſil.* φενακὶς, ίδος, *vaſis genus.* SEB.

15 Φιδακνίδα] Ita MS. *Scholiaſt. Ariſtoph.* a veteribus ait φιδάκνην dictam, quæ poſtmodo πιθάκνη & quidem ὑποκοριστικῶς, hoc eſt, μικρὸς πίθος· fol. 234. SEB.

16 Δημιοπράταις.] Scr. Δημιοπράτοις, vide infra Segm. 96. SEB.

17 Τάχα δὲ καὶ πλ.] MS. τάχα καὶ (ſine δὲ) πλημοχόην· ἔστι δὲ καὶ κεραμ. Sed lectio vulgata rectior. JUNG.

Τάχα δὲ καὶ πλημοχόην.] Videndus de πλημοχόη *Meurſius* libello *Commentario* de Sacris Eleuſiniis c. 30.

18 Ἔστι δὲ κ.] C. V. ἔστι δὲ καὶ &c. *eſt vero etiam vas figulinum cum lato fundo.* KÜHN.

19 Ἔχον] Male MS. ἔχων. JUNG.

20 Πλημοχόην.] C. V. πλημόχουν: KÜHN.

Πλημοχόην.] Numero multitudinis πλημοχόας hanc diem ex *Pamphilo* vocat *Athenæus* in πλημοχόη libr. XI. χρῶνται δὲ αὐτῷ ἐν Ἐλευσῖνι τῇ τελευταίᾳ τῶν μυστηρίων ἡμέρᾳ· ἣν καὶ ἀπ' αὐτοῦ (σκεύους) προσαγορεύουσιν, ὥς φησι Πάμφιλος, πλημοχόας, ἐν ᾗ δύο πλημοχόας πληρώσαντες, τὴν μὲν πρὸς ἀνατολὰς, τὴν δὲ πρὸς δύσιν ἀνιστάμενοι, ἀνατρέπουσί τι ἐπιλέγοντες ῥῆσιν μυστικήν. JUNG.

21. Ἐν τ. δ. καλοῦσι καὶ ψ. &c.] MS. ἐν τούτ. δὲ καὶ ψυκτὴρ, ᾧ δεῖ ἀρύεσθαι τ. οἶ. ἔστι δὲ ἀρυστὴρ καὶ ἀρύστιχ. καὶ κύ. SEB.

Ἐν τ. δ. καλοῦσι καὶ ψ. &c.] C. V. ἐν τούτοις δ' ἔστιν καὶ ψυκτήρ· C. A. ἐν τ. δὲ καὶ ψυκτὴρ, ᾧ δεῖ ἀρύεσθαι τὸν οἶνον· ita & C. V. & *Salmaſ.* KÜHN.

Ἐν τ. δ. καλοῦσι καὶ ψ. &c.] MS. noſter: ἐν τούτοις δ' ἔστιν καὶ ψυκτὴρ, ᾧ δεῖ ἀρύεσθαι τὸν οἶνον, ἔστιν (& ad oram emendatum ἔτι δὲ) ἀρυστὴρ, καὶ ἀρύστιχος, καὶ κύαθος. Ita fere & MS. *Seberi.* Sed vulgata bene habent: niſi ita ſcripſerit *Pollux*: ἐν τούτοις δ' ἔστιν καὶ ψυκτήρ· ᾧ δὲ δεῖ ἀρύεσθαι τὸν οἶνον, ἔστιν ἀρυστὴρ, καὶ ἀρύστ. καὶ κ. particulam καὶ & ſic interjungendam ex MS. cenſeo. Sic mox loquitur, ἔστι δ' ἐν τούτοις &c. Certe ψυκτῆρα inter vaſa, quibus ἀρύομεν, ut præ ſe ferunt MS. *Pollucem* retuliſſe non credo, nec ſupra eadem enumerans VI, 19. &c. id fecit; ſed inter ἐκπώματα VI, 99. de quo & *Athenæus* plura lib. XI. quamvis alias non ignorem ejuſmodi quædam interdum diverſis uſibus deſtinata, ut λεκάνη, alia. Conqueritur quaſi de noſtro *Polluce Rhodiginus* VII. Antiq. 8. de hoc vaſe tractans, quaſi cujus meminerit hic *Pollux, ſed citra nomenclaturam nihil*: in quo ille elaboraſſe vult videri. Sed non bene ipſe meminerat, *Pollucem* hoc jam egiſſe ſupra VI, 19. nec neceſſe habuiſſe hic repetere iſta. Nec alii in aliis *Pollucem* recte mehercle reprehendunt, quod quædam, quorum nos ſumus ignariſſimi, ſaltem ὀνομαστὶ ponere contentus fuit, ἄνευ ἐξηγήσεως. Aliud nimirum *Pollucis* propoſitum non fuit, quam enumerationem inſtituere potius quam explicationem: nomenclatorem agit, nec ſe adſtringit ad hæc vel illa explicanda, quæ ipſius ætate nota ſatis; non tamen ita ἐπὶ συνόψει collecta, quæ minus talia, explicat ſæpius. Sed ad id quod & nobis proprie propoſitum eſt, revertor. JUNG.

Ἐν τούτοις δὲ καλοῦσι καὶ ψυκτῆρα.] Illa mihi inficeta videntur & ingrata præ eleganti MSStæ lectionis brevitate: ἐν τούτοις δὲ καὶ ψυκτήρ· id ego textui redonare non ſum veritus; neque de bonitate ejus dubitabit, qui tritas *Pollucis* lectione aures habet: poſt hæc ſequebatur ᾧ δὲ ἀρύονται τὸν οἶνον· non improbe quidem, ſi tantum ſententiam, non ipſam etiam *Pollucis* genuinam ſcripturam quæras: reddidi cum MSS. ᾧ δεῖ ἀρύεσθαι τὸν οἶνον· quæ jam a prioribus rerum diverſitate ſeparata ſic bene incipit *Pollux.* Sed illi hercle, qui de *Pollucis* conqueruntur brevitate, an non quæ hic *Onomaſticographus* de ψυκτῆρι aliiſque non habuit, ex aliis hauſiſſe poterant, ſi ſapuiſſent, & potius veterum auctorum ſcripta continua lectione & acri judicio, ut debuerant, ſcrutari voluiſſent, quam obvia quævis ſine ſale in chartam conjicere? Varius illius vaſis fuit uſus: aut enim adhibebant ψυκτῆρα ad refrigerandum vinum, aut ad bibendum, aut ad abluenda pocula: primum ψυκτῆρι uſum fuiſſe proprium nominis indicat ratio, ideoque & ψυγεὺς dictus: atque aliud in *Heſychio* non diſſimile vas ψυγεῖον, ubi aquam refrigerabant: poculi ψυκτῆρος ſæpiſſime meminit *Athenæus*, præcipue vero lib. IX. ubi *Comicorum* plurima producit loca, ut non immerito πολυθρύλλητον vocaverit alicubi ψυκτῆρα *Pollux* noſter: ex iis autem quale fuerit id poculum colligere queas; in iſtis enim *Athenæi* de ψυκτῆρος uſu ad potandum præcipuus eſt ſermo, uti & libr. II. ubi ψυκτῆρα petit *Ulpianus*, quem educat: ſignificaſſe tamen & ψυκτῆρα majus aliquod poculum, quod in media conſtituebatur menſa, quodque tam artificioſe luxuria conſtruxerat, ut per canaliculos vel fiſtulas emitteret vinum, e *Baſilio* didici Oratione ſacra in Ebrios: hominis eloquentiſſimi iſta ſunt verba: tantum homines ebrietati deditos ore patulo vini excipere inquit, ὅσον αὐτοῖς ἄνωθεν ὁ ψυκτὴρ διὰ τῶν ἀργυρέων ὀχετῶν ἐπαφίησι· memineratque ſuperius etiam, dum alia poculorum genera colligeret, ψυκτῆρος in iſtis: ψυκτῆρας καὶ κρατῆρας καὶ φιάλας ὡς ἐν πόμπῃ τινὶ καὶ πανηγύρει διατιθέντες &c. inde ψυκτήριον eſt, quod *Heſychius* interpretatur ποτήριον ὃ ἡμεῖς ψυκτῆρα φαμὲν, & ψυκτηρίδιον apud *Athenæum*: *Callixenus* autem utraque ψυκτῆρας & ψυκτήρια in illa ſplendidiſſima vereque regia *Ptolemæi* pompa recenſuit, ſed ψυκτῆρας quidem tam

75 * Quo vero vinum hauriunt, ſitula eſt, hauſtorium vas, cyathus, œnochoa, cotula, ephebus, & lepaſte. Quod autem lepaſte, non poculum modo, ſed vini fuſorium vas ſit, manifeſte Ariſtophanes in Gerytade

* Ὧ δεῖ ἀρύεσθαι τὸν οἶνον, [22] ἔστιν ἀρυστὴρ, καὶ ἀρύστιχος, καὶ κύαθος, καὶ οἰνοχόη, καὶ οἰνήρυσις, [23] καὶ ἔφηβος, [24] καὶ λεπαστή· ὅτι δὲ ἡ λεπαστὴ οὐκ ἔκπωμα μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ οἰνοχόη, [25] σαφὲς Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Γηρυτάδῃ 75

diverſæ magnitudinis, ut maximus eorum triginta caperet metretas, minimus autem metretam. Tandem & de vaſe, in quo pocula purgentur, Grammatici quidam ceperunt, inter quos & *Suidas*: ſed iſta tamen notione vocem minus ab antiquis ſcriptoribus uſurpatam putem.

22 Ἔστιν ἀρυστὴρ] C. V. ἔστιν ἀρυστὴρ, καὶ ἀρύστιχος, καὶ κύαθος &c. C. A. ἔστι δὲ ἀρυστὴρ καρύστιχος κ. κ. οἰνοχόη· cætera abſunt uſque ad γευστήριον. KÜHN.

Ἔστιν ἀρυστὴρ, ἀρύστιχος] Particulam καὶ, etſi non ita magni ponderis id eſt, addidi e MSS. ante voces ἀρύστιχος, κύαθος & ἔφηβος· cur enim illæ hac ſola deſtituantur? cum omnes aliæ ſibi καὶ præpoſitum habeant: de ἀρυστῆρι vero & ἀρυστίχῳ præter *Lexicographos* adeundus antiquus *Ariſtophanis Commentator* ad *Veſpas*, ubi meminit etiam ἐφήβου, quem non alium uſum præſtitiſſe tradit, ac ἀρυστῆρα, dictumque, quod adhiberi ſoleat ἐφ' ἥβῃ, *ad delicias convivales*: id enim illam vocem apud antiquos fuiſſe.

23 Ἔφηβος] Ἥβην γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸ τέρπεσθαι κατὰ τὰς εὐωχίας προσηγόρευον, *Scholiaſt. Ariſtoph.* fol. 341. SEB.

Ἔφηβος] C. V. καὶ φέβος. KÜHN.

Ἔφηβος] MS. καὶ ἔφηβος· & poteſt addi iſta particula: bene autem ita in MS. eſt emendatum, quum prius ſcriptum eſſet καὶ φέβος· ejus vaſis in eadem re ſupra mentio VI, 19. JUNG.

24 Καὶ λεπαστή. &c.] C. V. καὶ λεπάστη· ὅτι δὲ ἡ λεπάστη. KÜHN.

Καὶ λεπαστή. &c.] Sequitur hic in MS. καὶ λεπάστη· ὅτι δὲ ἡ λεπάστη &c. utrobique λεπάστη paroxytone: ſupra VI, 19. ſine accentu erat. Utrumque uſitatum fuit. Docet *Athenæus* lib. XI. λεπάστη· οἱ μὲν ὀξύνουσι τὴν τελευταίαν, ὡς καλή· οἱ δὲ παροξύνουσιν, ὡς μεγάλη. Cæterum quod *Noſter* ait λεπάστην non eſſe tantum poculum, in quorum enumeratione ſupra VI, 95. etiam poſuit, ſed & hauſtorium vas, id & *Athenæus* indicarat, ubi tamen *Dalechampius* graviter lapſus eſt: Ἀμερίας, ait *Dipnoſophiſtûn* ſcriptor, δέ φησι τὴν οἰνοχόην λεπαστὴν καλεῖσθαι. Ἀριστοφάνης δὲ καὶ Ἀπολλόδωρος γένος εἶναι κύλικος. Ille vertit. *Amerias ſcribit eum, qui vinum miniſtrat, etiam lepaſten vocari.* &c. quaſi *Athenæus* τὸν οἰνοχόον ſcripſiſſet. Sed hoc nemo unquam dixit, nec *Athenæo* vel leviter in mentem venit, qui idem quod *Pollux* hic dicit, *Ameriam* λεπαστὴν exponere pro vaſe, quo vinum hauriebant, vel fundebant: alios criticos pro genere poculi. Et utrumque verum. Sic οἰνοχόην *Noſter* antea dixit inter vaſa hauſtoria hic mox, & ſupra VI, 19. Et ita duplici modo expoſuit optimus gloſſatorum *Heſychius*: Λεπαστὴ, κύλιξ· Λεπαστὶς, οἰνοχόη, καὶ εἶδος κύλικος. *Idem*: Οἰνοχόην, τὴν κατάχυσιν, τὸ ἀγγεῖον· οἰνοχόος, ὁ ἐπικέρνης. Videtur ſcripſiſſe, ὁ πικέρνης. Latinum *Pincerna* nempe dicit, ut alia talia immiſcet ἀλλόγλωσσα paſſim: alterum tamen ἐπικέρνης & *Suidas* ita in οἰνοχοεῖ. Suo id itaque ſibi modo refinxerunt, quaſi ἀπὸ τοῦ ἐπικεράσαι. *Proclus* ad illud *Heſiodi* ἔργ. β.

Μηδέ ποτ' οἰνοχόην τιθέμεν κρητῆρος ὕπερθεν
Πινόντων. ——

Ὁ μὲν κρατὴρ προὔκειτο κενὸς ἐν ταῖς τραπέζαις· ἐκ δὲ τῆς οἰνοχόης ἀρυόμενοι ἔπινον οἱ συνδειπνοῦντες. Et ibidem ἄλλως· οἰνοχόην κύαθον λέγουσι. Græculus *Tzetzes*, ibi ποτήριον ἢ βῖκον exponit. Sed rectius ad uſum veterem *Proclus*, cui ille inepte plerumque male dicit, ut ab *Heinſio* noſtro merito acerbius notatus ſit ſuo. Sic χρυσῆν οἰνοχόην habes in pompa *Ptolemæi* apud *Athen.* libr. V. ubi *Interpres* recte *trullam auream* accepiſſe videtur. Clara hæc: & cur moremur diutius? dicendum tamen aliquid fuit, propter *Athenæi* interpretem eruditum. Nomen alias Lepaſtæ & apud *Varronem* reſtituit Magnus *Scaliger*, pro *Depeſta*, *Lepeſta* reponens, *Conjectan.* in lib. V. de ling. Latin. *H. Junius* in Nomencl. voce *Creterra*: & hunc locum ex *Mario Victorino* adfert depravatum: *Ferunt pulchras areterras, aureas lepiſtas*: emendatque primum, *creterras*, pro *areterras*, bene certe: alterum *Lepiſta* quid ſit, ait ſe non certo ſcire, id tamen explicare conatur. Sed ego *Lepeſtas* puto ſcribendum, ita locum totum emendatum fore. JUNG.

25 Σαφῶς Ἀριστοφ. ἐν τῷ Γ. φησὶ, &c.] C. V. σαφὶς· poſtea Idem ἐν τ. Γ. ποιεῖ, περιφέρει δὲ κύκλῳ λεπάστην ἡμῖν ταχὺ προσφέρων παῖς ἐνέχει· ἔστω δ' ἐν τούτοις σίφων, verſus ita legerim:

Περίφερε δὲ κύκλῳ λεπάστην ἡμῖν,
Ταχὺ προσφέρων· παῖ ἔγχει. ——

Circumfer autem nobis lepaſtem in circulum,
Cito porrigens: puer infunde. —— KÜHN.

Σαφῶς Ἀριστοφ. ἐν τῷ Γ. φησὶ, &c.] MS. σαφὶς Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Γηρυτάδῃ ποιεῖ, περ. bene quoque. Sed hoc melius, quod χρῆσιν *Ariſtophaneam* duplo nobis conſervaverit integriorem. Ita enim in MS. ſequitur: περιφέρει δὲ κύκλῳ λεπάστην ἡμῖν ταχὺ προσφέρων παῖς ἐνέχει. Apud *Athenæum* adhuc plura lib. XI. in λεπαστή· ἐν δὲ, ait, Γηρυτάδῃ (laudaverat jam *Ariſtophanem*) ἦν δὲ τὸ πρᾶγμ' ἑορτὴ, περίφερε δ' ἐν κύκλῳ λεπαστὴν ἡμῖν ταχὺ προσφέρων παῖς· ἐνέχει τε σφόδρα κυανοκισθῆ. Et addit: τὸ βάθος παρίστησιν ὁ Κωμικὸς τοῦ ποτηρίου. JUNG.

Σαφῶς Ἀριστ. &c.] Venuſtius in exaratis manu Codicibus σαφὶς &c. ποιεῖ· cujus poſterioris locum in vulgatis φησὶ obtinebat. Sed in ipſis *Comici* verbis *Polluci* fidelem operam MSS. præſtant; ad eorum igitur lectionem vulgata prorſus emendavi & auxi: ſed *Athenæus* equidem pro περιφέρει legit περίφερε, ad quod propius accedit ante nos edita ſcriptura, quam ſic olim emaculaveram: neque lectionem illam veriorem dubitem affirmare, ſiquidem ἐνέχει ſimili modo ſequatur; prætererat me ferme admonuiſſe *Falckenburgiani* Codicis Excerpta χρῆσιν illam hoc pacto corruptius aliquantulum exhibere: Περίφερε δὲ κύκλῳ λεπαστὴν ταχὺ ἡμῖν προσφέρων παισὶν ἔχειν· ultima facile reficias, ut nos dedimus in textu. Meminit autem λεπάστης *Clemens Alexandrinus* Pædag. lib. II. c. 3. ibique Excerpta MSS. quæ dedit *Sylburgius*, χυτροειδὲς ἔκπωμα interpretantur: addendaque quæ *Commentator* antiquus habet ad *Ariſtophanes* Εἰρήνην· εἶδος ποτηρίου μεῖζον ἢ κύλιξ· οὕτω Σύμμαχος· ὁ δὲ Παλαμήδης τὸ πιθάριον ἐκδέχεται. *Lepiſtam* Romani dixerunt: olim vero *depeſtam*, ut *dacbrymas*, quæ poſtea *lachrymæ*, notante *Feſto*: quapropter Illuſtrem *Scaligerum* aliud egiſſe cenſeo, ubi in *Varrone lepeſtam* pro *depeſta* reſtitui vellet, quod cum pluribus oſtendere propoſuiſſem, illo me labore præcellentis eruditionis virum *Gerh. Voſſium* levaſſe deprehendo in *Etymologico*; quod igitur adibis, addendusque in illa voce *Heſychius*.

ποιεῖ, Περιφέρει δὲ κύκλῳ λεπαστὴν ἡμῖν ταχὺ προσφέρων παῖς· ἐνέχει. [26] ἔστι δὲ ἐν τούτοις καὶ ὁ σίφων· καὶ τὸ παρ' Ἀριστοφάνῃ γευστήριον, [27] Τρέχ' ἐς τὸν οἶνον ἀμφορέα κοινὸν λαβὼν Τῶν ἔνδοθεν, καὶ βύσμα καὶ γευστήριον· ἐκ δὲ τούτων, [28] καὶ ἡ χώνη, [29] ὅταν εἴπῃ Φερεκράτης ἐν [30] Μεταλλεῦσι, Κύλικας οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου

tradit, Circumfer lepaſtem. Inter hæc etiam Siphon eſt, & guſtatorium pocillum, apud Ariſtophanem: Curre in forum vinarium, amphoram vacuam accipiens interius, & pocillum. Hujus quoque ordinis eſt Chona: quoniam Pherecrates dicit in Pettala: Calicem nigri fragrantis vini

26 Ἔστι δὲ ἐν τούτοις καὶ ὁ σ.] A quo verbum σιφωνίζειν, κυρίως μὲν ἐπὶ τῶν ὑγρῶν τὸ ἀποσπᾶν. Ἀριστοφάνης δὲ κατεχρήσατο, εἰπών· σιφωνίζομεν τὸν οἶνον· ut e *Suida* docet *Cunrad. Rittershuſius* ad v. 463. libro quarto Ἁλ. *Oppiani*, ubi accurata, & qualem non facile alibi reperias, *ſiphonis* deſcriptio, quam non pigebit hic aſcribere:

— ὅτε τις πλείου πειρώμενος ἀμφιφορῆος
Αὐλὸν ἔχων ἤρεισεν ὑπὸ στόμα φυσητῆρα·
Ἄσθματι δ' αὖ ἐρύει μέθυος ποτὸν ἔμπαλιν ἕλκων
Χείλεσιν ἀκροτάτοις· τὸ δ' ἀνατρέχει ἀνδρὸς ἀϋτμῇ. SEB.

Ἔστι δὲ ἐν τούτοις καὶ ὁ σ.] MS. ἔστι δ' ἐν τούτοις ὁ σίφων· καὶ τὸ παρ' Ἀριστοφάνει γ. Et particula τὸ apte inſeratur, ut & cætera forte potius a *Polluce* ita ſcripta: niſi quod καὶ vulgatum ante ὁ σίφων loco non movendum videatur. *Ariſtophanis* χρῆσις in MS. paulo plenior: de qua mox. JUNG.

Ἔστι δὲ ἐν τούτοις καὶ ὁ σίφων.] *Noſter* VI, 19. Mox τὸ afuit in vulgatis.

27 Τρέχ' ἐς τὸν οἶνον] C. V. τρέχ' ἐς τὸν οἶνον· verſus forte ſe habuerint hunc in modum ex Codice *Voſſiano*:

Τρέχ' ἐς τὸν οἶνον ἀμφορέα κενὸν λαβὼν
Τὸν ἔνδοθεν, καὶ τὸ βύσμα, καὶ γευστήριον.

Curre ad vini forum, amphoram ſumens vacuam
Quæ intus eſt, & obturamentum, & guſtatorium.

C. V. κενὸν λ. τ. ἔ. καὶ βύσμα καὶ γ. hæc lectio ſuadet, ut per βύσμα intelligamus aliquid obſtruendis amphoræ rimis idoneum, vel obturamentum, quo os amphoræ clauditur: prius tamen malim. KÜHN.

Τρέχ' ἐς τὸν οἶνον] In *Ariſtophanea* χρήσει ita MS. noſter auctior: τρέχ' ἐς τ. ο. ἀ. κοινὸν λ. τῶν ἔ. καὶ βύσμα, καὶ γευστήριον. Iidem verſus, duos enim eſſe facile quis jam videat, a *Suida* citantur in ἀμφορεαφορεῖν· & quidem addito dramatis, unde deſumpti, titulo, Ἀριστοφάνης ἥρωσι· additusque tertius verſiculus:

Κᾆπειτα μισθοῦ σαυτὸν ἀμφορεαφορεῖν.

Sed is ad id quidem, quod *Suidas* volebat, addi debebat: *Polluci* noſtro non erat neceſſe. Ad noſtros itaque quod pertinet, apud *Suidam* κενὸν eſt, ut hic vulgo & τὸν ἔνδοθεν. Sed pro καὶ βύσμα, quod in noſtro MS. eſt, *Suidas* καὶ γεῦμα habet. Sed nos Codicis noſtri fidem ſequamur tuto, unde & *Suidam* emendabis, cui hoc tamen debemus, titulum comœdiæ nos noſſe, unde hæc deprompta. Scribe itaque & concipe ita *Ariſtophanea* in noſtro *Polluce*:

Τρέχ' ἐς τὸν οἶνον, ἀμφορέα κοινὸν λαβὼν
Τῶν ἔνδοθεν, καὶ βύσμα, καὶ γευστήριον.

Niſi tamen κενὸν alicui videatur rectius: βύσμα ſcribendum *Noſter* ipſe tibi dicat infra Segm. 172. eadem repetens, Ἀριστοφάνους εἰπόντος, ait, βύσμα καὶ γευστήριον· idque & βύστραν fuiſſe adpellatum ab aliis. Quid vero fuerit βύσμα quæris? ego ſane liquido in hoc aliorum ſcriptorum ſilentio tibi non dicam, niſi quod ſuſpicer ἐπίθεμα fuiſſe operculum, quo obturabant, credo, amphorea: βύσαι, certe, ἐπιθεῖναι, exponit etiam *Heſychius*, & βυσσοῦσι, φράττουσι. Certe ita uſus & *Etymologici* τοῦ μεγάλου πατήρ· ἐπιλάρκισμα, ſcribens λάρκου βύσμα· talis ἐπιθέματος & ſupra mentio fit in *Hipponactis* χρήσει libr. VI. 19. Et omne obturamentum, vel faſciculus, quo quid obturabant, eo nomine ſignificari e verbo ſuo patet. Et ita obſervo etiam in *Amphiarao Ariſtophanis* apud ejus *Scholiaſtem* in Βατράχους ad verſum iſtum καὶ φλέω χαίροντες ᾠδῆς, ubi talis verſiculus profertus ex dicto dramate:

Πόθεν ἂν λάβοιμι βύσμα τῷ πρωκτῷ φλέων.

Ita enim ſcrib. quamvis etiam in nupera editione male τὸ pro τῷ ſit editum. JUNG.

Τρέχ' ἐς τὸν οἶνον ἀμφ. κενὸν] Optime merentur de *Polluce* noſtro MSS. quorum ope ſingulis capitibus infinitas fere mendas eluimus: longe plenius in iſtis & elegantius *Ariſtophanis* hi verſus leguntur, quorum & in *Falckenburgiano* Codice καὶ βύσμα extat: ſic itaque contextus *Polluceus* habet a me, ut in illis inveni. Κενὸν opinabar, antequam MSS. vidiſſem, eſſe natum e καινὸν, cujus & alibi in iſtis *Antiphanis* fuit exemplum, κενὰς πύλας, pro καινὰς πύλας, quod e MSS. verum cognovimus: neque ſcio, an me pœnitere debeat iſtius conjecturæ, cum in MSS. etiam facillimo negotio κοινὰς potuerit exprimi pro καινὰς, præcipue cum & *Suidas* κενὰς habeat, & ipſi rei apprime bene conveniat. Si quis tamen MSS. obniti religioni ducat, ille κοινὸν ἀμφορέα, *communem amphoram* exponet, remque ſic capiet, ut ſi uterque, qui colloquuntur hic, ſocietatem coierint mercandi, adeoque res ſuas, amphoraſque vinarias communes habuerint: οἶνον autem non de *vini foro*, ſed *cella vinaria* potius capies. De βύσματι vero perdocte ſcripſit *Jungermannus* noſter, neque, quin id ſit, quod exiſtimavit, dubito: ſed in eo tamen, quod ita reſtitui velit apud *Suidam*, diſſentio; quis enim humanior ignorat, in plurimis antiquorum auctorum locis diverſam extitiſſe lectionem? cui rei, ut MSS. omittam, fidem abunde conciliant veteres *Scholiaſtæ*, qui ipſi creberrime id adnotare ſolent: neque non commodum hic eſt γεῦμα, ſiquidem aliquam vini particulam deſignet, quæ ad guſtandum exhibetur, & ex quo de toto vini numero judicium fieri poſſit: ἓν itaque διὰ δυοῖν *Comicus* dixiſſe videri poteſt: *Heſychius*: Γεῦμα, γεῦσις, ἔδεσμα· poſterius ſcilicet, ut alibi e *Macarii Apophthegmatibus* adtulimus; γεύματα ἀποφέρω τοῖς ἀδελφοῖς. Γευστήριον in *Gloſſis*, *guſtatorium*: idem γευστρὰ & γευστρίδιον· hoc *cupillum* in *Philoxeni Gl.* alterum *meraria*, quod inprimis noſtro negotio convenit.

28 Καὶ ἡ χώνη] C. A. ἐκ δὲ τούτων ἡ χώνη ἢ τρύγοιπος ὁ σάκκος ἠ. τ. τ. εἰ. καὶ ὁ ὑλιστήρ· reliqua abſunt. KÜHN.

29 Ὅταν] MS. ὅτ' ἄν. JUNG.

30 Πεττάλῃ] Πετάλῃ, ut ſupra VII, 163. & apud *Athen.* lib. VIII. fol. 343. & IX. fol. 395. SEB.

Πεττάλῃ] C. V. Πετάλῃ· vid. *Athenæum* lib. VIII. c. 6. & ibi *Caſaubonum*, & *Harpocrat.* in κολακεύτας. KÜHN.

Πεττάλῃ] MS. noſter Πετάλῃ· quomodo emendandum eſſe & ex aliis locis adnotavit *Seberus*: vid. & *Caſaubonum* noſtrum VIII. *Athen.* 6. JUNG.

Πεττάλῃ] *Meurſius* in *Attica Bibliotheca*, ubi *Pol-*

chona hauriebant. Tum & fiſcella, & qualus quoque, de fiſcella dictus, & colum. Hipponax vero inquit, Veluti vimineus qualus.

ἤντλουν διὰ χώνης· καὶ ὁ τρύγοιπος, καὶ [31] ὁ σάκκος ἐπὶ τοῦ τρυγοίπου εἰρημένος, [32] καὶ ὁ ὑλιστήρ. [33] Ἱππῶναξ δέ φησιν, Στάζουσιν ὥσπερ ἐς τροπήϊον σάκος.

lenis hunc adducit locum, ſic fabulæ titulum poſuit, ut ſcribendum eſſe & aliorum Grammaticorum teſtimonia, & plerique noſtri MSS. commonſtrant; Πιτάλῃ ſcilicet: ita & *Pherecrates ἐν Πιτάλῃ* adducitur a *Photio* in *Lexico* MS. ſicuti cognoſco ex Indice Auctorum, quos adhibuit, quem communicavit mecum vir liberali humanitate non minus, quam inſigni eruditione præſtantiſſimus *Scherpezelius*: meminit etiam *Suidas* in Φερεκράτης, ubi *Lexicographo* labes adhæſit levicula, quam tollere nullo negotio cuivis erit in promtu. Hæc, utut certiſſima videantur & exploratiſſima, debilitant tamen eorumque de fide & veritate deterunt *Falckenburgiani* Codicis Excerpta, quæ præ ſe ferunt Φερεκράτης ἐν Μεταλλεῦσι· iſtius libri virtus & præſtantia pluribus in locis cognita nobis & ſpectata, præcipue cum fabularum titulos ex eo reſtituimus aliquando in ſuperioribus, & porro reſtituemus in ſequentibus, huic maximum ex hoc pondus accedit, quod in antiquis *Grammaticis Pherecratis* fabula Μεταλλεῖς non raro advocetur, cui fidem abunde faciet *Meurſius* in *Attica Bibliotheca*: præterea ipſam *Comici* χρῆσιν Idem ille Codex ſic habet emendatius, me quidem judice: Κύλικας οἴνου μέλανος &c. neque vero aliorum pertimui judicia, qui in textu me repoſuiſſe temere culparentur, ſiquidem illa lectio ſua ſe commendet venuſtate: attamen maluerit quis forſitan vulgatam, quocum illa de re non litigabo, quamvis alterum multimodis præplaceat. Hæc univerſa ſi colligam & conſiderem attentius, quæ in *Falckenburgianis* Excerptis extat lectio, ſola vera videtur & integra; illoſque Μεταλλεῖς cum olim librarii compendio ſcripſiſſent illo modo Μεταλλ. degeneraſſe exiſtimo in Πιτάλην, fabulam illam quidem *Pherecratis*, ſed quam non adhibuit hoc loco *Pollux*: hos itaque cum reſtituerim in *Polluceo* contextu, non id ægre laturos puto eruditos homines, qui ſe facile dabunt optimi Codicis fidei. Μεταλλεῖς autem unde tituli cauſam ſint nacti, non habeo penitus compertum: forſitan a μεταλλεῦσι, eorumque furacitate: habebat enim Attica regio varias argenti & æris fodinas, in quibus hi operabantur: *Xenophon* in Πόροις· ſed alii melius conſtituent. Χώνη in *Gloſſis Infundibulum*.

31 Ὁ σάκκος &c.] C. V. ὁ σάκος, ὑλιστήρ· in *Gloſſis* eſt *ſaccus vinarius*, poſſes dicere & *colum vinarium*, uti apud ICtos, *colum nivarium*. KÜHN.

Ὁ σάκκος &c.] MS. σάκος, uno κ· ut & ſupra habebat MS. VI, 19. vulgo enim id ibi omiſſum. JUNG.

32 Καὶ ὁ ὑλιστήρ.] Supra VI, 19. SEB.

33 Ἱππ. δὲ φ. ὥσπερ ἐκτρ. σ.] C. V. φησὶν στάζουσιν ὥσπερ ἐς τροπήϊον σάκος, leg. ἐκτροπήϊον σ. *ſtillent uti ſagum, quo vappam*, quæ ἐκτροπίας dicitur, *percolunt*. *Salm.* leg. ἐκτρυγοίϊον. KÜHN.

Ἱππ. δὲ φ. ὥσπερ ἐκτρ. σ.] *Hipponactis* χρῆσις mutila eſt vulgo: MS. ita στάζουσιν ὥσπερ ἰστροπήϊον σάκος. Sic itaque verſiculus integer fuerit:

Στάζουσιν ὥσπερ ἐς τροπήϊον σάκος.

Quid τροπήϊον fuerit ſane tibi non explico. Certe vulgatum ἐκτροποίϊον nihil puto eſſe. Illud ſane vas videtur fuiſſe quo utebantur, quando ſacco vinum caſtrarent. Illuſtrabunt id clarius ingenioſiores & peritiores: mihi ſatis MS. lectionem conſtituiſſe. *Salmaſius* noſter vulgata ſcribenda ajebat ita: — ὥσπερ ἐκ τρυγοιπίου σάκκος· *eſt*, ait, *dimidiatus verſus* χοριαμβικὸς, τρυγοίπιον ὑποκοριστικὸν a τρύγοιπος. *Sane omnino neceſſe eſt fieri mentionem aut* τρυγοίπου, *aut* τρυγοιπίου, *in verbis Hipponactis*. Jam itaque Amiciſſ. Juvenis conjectura, & MS. lectione adjutus ita emendo:

Στάζουσιν ὥσπερ ἐς τρυγοίπιον σάκος. JUNG.

Ἱππῶναξ δὲ φησιν &c.] Ipſa Jambici poëtæ verba ſic erant in vulgatis: ὥσπερ ἐκτροποίϊον σάκκος, in quibus nihil ineſt boni; neque quod inde conficit *Salmaſius*, ad ſenſum eſt commodum: opitulantur quidem MSS. neque contemnendam hic *Polluci* præſtant operam: attamen eſt & in horum lectione, quod ingenii impetum remoretur & impediat: quid enim, cedo, ἰστροπήϊον σάκος, uti in Codice *Palatino* legebatur, quamvis *Voſſianus* diviſis vocibus, & forte rectius ἐς τροπήϊον præ ſe ferat: & equidem *Jungermannum* miror in poſteriori loci hujus emendatione, quam e literis *Salmaſii* concinnavit, comprobaſſe τρυγοίπιον, quod ſanequam mihi non placet: quid enim in iſtis *Hipponactis* τρυγοίπιον agat, aut qua vi e MSS. lectione eruatur? præterquam quod evertat ſententiam, ut dixi: *Pollux* quod prius appellari τρύγοιπον poſuerat, tum σάκκον, etiam ὑλιστῆρα dici adfirmat; quapropter ſolummodo in verbis *Hipponactis* memorari σάκκον ſine τρυγοίπου, vel τρυγοιπίου addita mentione prorſus habeo perſuaſum, in qua me opinione confirmant MSS. qui in alia omnia abeunt: forte vero veniat in mentem alicui, voluiſſe *Pollucem* Jambici poëtæ verbis oſtendere & in neutro genere τὸ σάκκος, vel σάκος fuiſſe uſurpatum, prædixerat enim καὶ ὁ σάκκος· ſcripſit autem *Hipponax* Ionica dialecto, quæ ſæpius in neutrum genus amat commutare voces, quibus maſculo genere Attici ſunt uſi: ſic quidem ὁ σκότος & τὸ σκότος. *Euripides* in initio *Hecubæ*: σκότου πύλας λιπών· ubi Commentator antiquus obſervat: γράφεται καὶ τὸ σκότος οὐδετέρως, καὶ ὁ σκότος, καὶ τῷ μὲν οὐδετέρῳ χρῶνται μὲν οἱ κοινοὶ, τῷ δ' ἀρσενικῷ οἱ Ἀττικοί· alibique ſæpe ſic apud *Euripidem*: monuit etiam ea de re *Thomas*: neque pluribus in hoc, quod poſſem, exemplis utar: hoc autem pacto ad σάκος pertinebit τροπήϊον, vel ἰστροπήϊον itaque dici potuit ὑλιστήρ, ſeu ſaccus colatorius, quod vinum liquidum & pellucidum redderet e turbido, ſemotis fæcibus, ἀπὸ τοῦ τρέπειν vel ἰστρέπειν Ionico: illud autem ἐς vel εἰς verbis aliquando adjungi ſolet augendæ ſignificationis ergo: ſi quis in illam opinionem voluerit concedere, ſententiæ me non pœnitebit: ſed inveni tamen, quod magis etiam mihi adblanditur: arduum enim eſt in tam difficilibus ac implicitis ipſam veritatis viam e veſtigio detegere: lubet itaque cum *Voſſiano* Codice divellere ἐς τροπήϊον, quæ *Palatinus* ſolenni ſcribendi more conjunxerat: Στάζουσιν ὥσπερ ἐς τροπήϊον σάκος· iſta cum ſimili ratione conſtituebat *Jungermannus*, melius agebat, ac cum aſſentiretur *Salmaſio*: ſed ille tamen cum τροπήϊον vas exponit, *quo utebantur, quando ſacco vinum caſtrarent*, quo id colore lectori conciliet? an magis appoſitum id ſit futurum, quod proferam, æqui lectoris & eruditi judicio permitto: τροπήϊον ſcilicet mihi videri ab *Hipponacte* dictum *torcular* ἀπὸ τοῦ τρέπειν, *a vertendo*, non alia ratione, ac a Romanis *torcular* a *torquendo*: trochleis enim ſolebat torqueri & converti: *Vitruv.* lib. VI. c. 9. *Torcular, ſi non trochleis torquetur, ſed vectibus & prælo premitur*: atque eam in rem plura repetiuntur in *Catone* & *Varrone* de *Re Ruſtica*, ubi torcularia deſcribunt, quibuſque partibus conſtare debeant, oſtendunt: magis id autem communit ſimilitudo vocis *trapetum*, quam *molam olearIam* exponit *Varro*, ἀπὸ τοῦ τρέπειν, quod in orbem vertatur; parique ratione torcularia quædam fuere conſtructa; variam enim eorum ſtructuram fuiſſe nemo humanior

76 ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ.

[34] Περὶ τῶν τοῦ ἀποβλύζειν σκευῶν.

ΚΑὶ μὴν ὅτῳ φίλον ἀποβλύζειν [35] πιόντι, [36] καὶ ἀπεμεῖν, ὅπερ οἱ πολλοὶ ἀποκοττα-

CAPUT XXI. 76

De vaſculis vomendi.

PRæterea in quod exſcreare conſuevimus, & evomere: quod multi κοττα-

ignorat, ut agitata tanquam molæ & in orbem acta uvas exprimerent: denique quod ab omni cavillatione opinionem meam vindicat, hoc eſt, quod τραπεῖν apud Græcos ſit *uvas exprimere*, *uvas in torculari calcare*: *Heſychium* audi: Τραπεῖν, ληνοπατεῖν· iterumque: Τραπέουσι, πατοῦσιν ἐπὶ τῇ ληνῷ· Τραπίοντο, ἐπατοῦντο, παρὰ τὸ τροπὴν λαμβάνειν τὸν βότρυν πατηθέντα· & hinc deducendum τραπητὸς, quæ vox vinum deſignat, quod ſcilicet in torcularibus exprimatur: laudatus *Lexicographus*: Τραπητὸς, ὁ οἶνος. Illa vero quin deriventur a τρέπειν, non dubium eſt ex ipſis *Heſychii* verbis: igitur & hoc pacto τροπῆϊον Ionice, vel τροπεῖον de torculari intelligendum eſt, quamvis ex iſtis quæ dixi, cogitandi quis cauſam arripiat τραπῆϊον ſcripſiſſe potius *Hipponactem*: antea menti ſuccurrerat, parvula mutatione reſtitui poſſe τρυπῆϊον, ἀπὸ τοῦ τρυπᾷν, quod *Heſychius* interpretatur τρίβειν, quæ vox eadem eſſet ac τριβεῖον, ſicuti dicitur ἐλαιοτριβεῖον· ſed bene habet τροπῆϊον, ut ſatis ſuperque demonſtravi. Neque vero quis miretur, voce tam ignota & obſcura *Hipponactem* uſum fuiſſe, cum Ionica loquendi forma Jamborum ſcriptor ab uſu plebejo remotas voces captavit adhibere: ſanequam *Tzetzes* ad *Lycophronem*, quæ variis in locis ex eo profert, hujus generis vocabulis ſunt referta, & *Lycophronem* ille Grammaticus, quamvis injurioſe, culpatur rariora nomina ex *Hipponacte* delegiſſe, & tanquam furem in ſua tranſtuliſſe: *Heſychius* etiam aliique *Grammatici* quæ ex eo nomina producunt, frequenti uſu minime ſunt trita. Itaque *Hipponactis* omnem locum ſic judico vertendum: *ſtillant, ſicuti ſaccus colatorius in torculari*: εἰς a Græcis ſcriptoribus elegantiſſime pro ἐν adhibetur, uti dudum docuerunt eruditi viri, & nos alibi plenius: licet tamen etiam σάκος ἐς τροπῆϊον exponere, *ſaccum colatorium, quem adhibebant in torcularibus*, pariter apprime concinne, loquendique modo Græcis uſitato, qui non latebit eruditiores: fefellit igitur doctiſſimum *Kühnium* ratio, cum hic de vino ἐκτροπίᾳ cogitaret, quod ſibi locum hic non invenit: *Hipponax* autem qua dixerit occaſione, aut de quibus, quod ſtillent tanquam ſaccus colatorius, conjectura non aſſequor, neque, ſi forſitan poſſim, adſequi velim: hoc itaque ratione locum commode expeditum opinor.

34 Περὶ τῶν τοῦ ἀποβλ. σκ.] Caput ſequens integrum abeſt a C. A. cum parte capitis 22. uſque ad λέγει. KÜHN.

Περὶ τῶν τοῦ ἀποβλ. σκ.] Capitis hujus 21. in MS. quoque nullus titulus, ſed conjungitur ſtatim præcedentibus verbis. Hoc antequam adgrediamur, *Pollucis* expoſitio nobis vindicanda eſt. *Janus* enim *Parrhaſius*, vir undequaque doctiſſimus, de rebus per epiſtolam quæſitis, *Epiſtol.* 36. ubi de Cottaborum luſu agit, poſtquam totum hoc caput interpretatus eſt, ſubjicit quod *Pollucem* redarguat is, quem Græci nuncupent Ἐτυμολογικὸν, cujus verba ſubjicit. Scilicet quod *Pollux* ait ὅπερ οἱ πολλοὶ κοτταβίζειν, vel ut MS. noſter ἀποκοτταβίζειν· quum tamen id Atticum ſit, non vulgi. *Etymologicographo* nempe ſcribente: κοτταβίζειν, τὸ τῷ κοττάβῳ χρῆσθαί φασιν Ἀττικοὶ, οὐχὶ τὸ ἐμεῖν ὥσπερ οἱ νῦν λέγουσιν. Sed uterque vere, tam *Pollux* quam *Etymologici* auctor: nec alter alterum redarguit: optimus *Parrhaſius Pollucis* verborum ſenſum non vero aſſecutus certo eſt. Hoc enim ait *Pollux*, ἀποβλύζειν vel ἐξεμεῖν, id jam multos dicere κοτταβίζειν· non quod *Parrhaſius* putat, *luſum cottabicum ludere*, id multos dicere κοτταβίζειν. Sed hoc ſentit, inquam: κοτταβίζειν, vel ἀποκοτταβίζειν veteres, & Atticos, ut ὁ γράψας τὸ ἐτυμολογικὸν ait, uſurpaſſe tantum de luſu cottaborum, nunquam vero de vomendo, ut jam eo verbo utantur plerique. Eadem dicit *Etymologici* auctor. Clare ſe ipſum explicavit tamen ſupra *Pollux* VI, 111. &c. οὐ μὴν εἴποι ἄν τις τὸ κοτταβίζειν, ἐφ' οὗ νῦν, ἀλλὰ ἐμεῖν, ἢ ἀποβλύζειν· nec eſſe exemplum, ubi *evomere* dixerint more hodierno κοτταβίζειν, niſi quis, quod ludens *Ariſtophanes* ita uſurparit κατεκοττάβιζεν, velit arripere, quaſi ſerio id ita dicere liceret. Medicus quis apud *Athenæum* lib. XV. initio, injecta ζητήσει περὶ κοττάβων καὶ τῶν κοτταβιζόντων, quoque arbitratus eſſe eorum, qui ἀπὸ βαλανείου κυθάρσεως ἕνεκα τοῦ στομάχου πίνοντες ἄμυστιν ἀποβλύζουσι, ab *Ulpiano* ibi itaque perſtringitur & caſtigatur, edocetutque de cottaborum apud veteres uſu. Ita eſt, *Parrhaſius* toto lapſus cœlo eſt, qui omnia, quæ hic *Pollux* ait, de cottabo accipit: quum mihi certiſſimum ſit ne verbo quidem de cottabo hoc toto capite egiſſe, ſed tantum de vomitu ebriorum, imo inquam de vaſis, quibus vomentes vel evomentes florem Liberi nimis epotum utebantur: de vaſculis vero pro cottabis faciendis ſatis ſupra dictum ab ipſo fuit lib. VI. cap. 19. extremo. Sed ad *Pollucis* caput ipſum tandem. JUNG.

35 Πιόντι] C. V. παίοντι. KÜHN.

Πιόντι] MS. ἀποβλ. παίοντι· ſed mutandi cauſam vulgatum πιόντι non video. JUNG.

36 Καὶ ἐξεμεῖν, ὅπερ οἱ π. καλ.] *Etymolog.* κοτταβίζειν, τὸ τῷ κοττάβῳ χρῆσθαί φασιν Ἀττικοὶ, οὐχὶ τὸ ἐμεῖν ὥσπερ οἱ νῦν λέγουσιν· ὁ δὲ κότταβος ἦν τοιοῦτόν τι λεκάνιον ἐν τῷ μέσῳ κείμενον τοῦ συμποσίου, ἔχον ἐπιπλέον ἕτερον σμικρὸν, ὃ ἔδει καταδῦσαι τὸν πέμψαντα τὸ περιττὸν τοῦ πόματος· ἦν δὲ τοῦτο σημεῖον τοῦ ἐρᾶσθαι ὑπὸ γυναικὸς ἢ παιδὸς· καὶ ἆθλα οἱ νικῶντες ἐλάμβανον πλακουντίσκους, πυραμοῦντας ἢ σησαμοῦντας, ἅπερ κοττάβια ἔλεγον· ὁ ἦχος δὲ ἐκαλεῖτο λάταξ· καὶ ἀποκοτταβίζειν, τὸ ἀπὸ τοῦ ποτηρίου τὸ ὑπολειπόμενον πόμα ἐξαίρειν. Refer hæc eadem ad finem capite decimo nono, libro ſexto, additis quæ *Jan. Parrhaſius* addit epiſt. 36. SEB.

Καὶ ἐξεμεῖν, ὅπερ οἱ π. καλ.] C. V. καὶ ἀνεμεῖν ὅ. οἱ π. ἀποκοτταβίζειν κ. εὐτρεπιστέα τ. λ. τ. &c. κοτταβίζειν pro ἐμεῖν fuit ſupra in fine cap. 19. lib. VI. *Scholia Græca* in *Luciani* T. I. κοττίζειν, ubi malim κοτταβίζειν. *Interpr.* putavit ἀποβλύζειν hic ſignificare τὸ *exſcreare*: verum ex allegato loco lib. VI. apparet, ἀποβλύζειν & ἐμεῖν eſſe ſynonyma, & utroque ſignati *vomitum*: verſio loci talis eſſet. *At ſi quis conſuevit hauſtum potum evomere, quod vulgus* κοτταβίζειν *vocat, illi præparanda eſt pelvis quædam ad excipiendum exundantem potum*: illa pars potus ſuperflua & redundans, quæ vomitu egeritur, dicitur τὸ ἐπάνω πλέον τοῦ ποτοῦ· τὸ ἐπάνω πλέον, *ſupernatans*. C. V. ἐπανάπλεον. *Interpr.* cum ſcriberet, *pelvis quiſpiam ſuperius aqua repletus*, aliud egiſſe videtur. KÜHN.

Καὶ ἐξεμεῖν, ὅπερ οἱ π. καλ.] MS. καὶ ἀνεμεῖν, ὅπερ οἱ πολλοὶ ἀποκοτταβίζειν καλοῦσιν &c. Sed vulgata lectio bona ſatis eſt: nec tamen dicere queam utra verior: tantum utramque bonam eſſe. JUNG.

Καὶ ἐξεμεῖν] Quamvis edita lectio nihil omnino aut ſenſui aut rei contrarium foveat, præferendam tamen Codicum antiquorum ſcripturam duxi, qui ἀπεμεῖν hic, & mox ἀποκοτταβίζειν legunt: quod poſterius ſic

βίζειν vocant, commodiſſime pelvis quiſpiam fuerit, ſuperius aqua repletus. Tum etiam id quo evomunt, pelvim nominant: ut Cratinus in Horis inquit: Num

βίζειν καλοῦσιν, [37] εὐτρεπιστέα τούτῳ λεκάνη τις, ὑποδέξασθαι [38] τὸ ἐπαναπλέον τοῦ ποτοῦ· [39] καὶ γὰρ ἵνα ἐξεμοῦσι, καὶ τοῦτο λεκάνην [40] ὠνόμαζον· ὡς [41] Κρατῖνος μὲν ἐν Ὥραις ἔφη, μῶν

& *Kühnius* emendavit: utitur autem τῷ ἐξεμεῖν paulo poſtea *Pollux*, καὶ γὰρ ἵνα ἐξεμοῦσι & in *Polyzeli* loco ἐνεξεμεῖν· alia notione non parum diverſa adnotat ἀποκοτταβίζειν *Heſychius*, ſcilicet, poſtquam quis biberat, quod erat in poculo reſiduum ejicere; & ſic uſurpari a *Xenophonte* ibi *Sopingius* obſervavit: ſunt, qui illum philoſophi locum male ceperunt.

37 *Pelvis quiſpiam*] Pro quæpiam. Sed aſcribam capitis hujus verſionem ex epiſtola 36. *Jani Parrhaſii*, quæ ſic habet: *quem delectat in potu* ἀποβλύζειν, id eſt, *ſingultare*, καὶ ἐξεμεῖν, *id eſt*, *evomere (quod plerique omnes* κοτταβίζειν *dicunt) huic apta pelvis eſt ad excipiendum, quod exuberante potu deſluit. Etenim* λεκάνην, *id eſt*, *trullam*, *vas appellant*, *in quod rejicitur*, *ut vocat in Horis* Cratinus: *ſingultune concutitur? aſtutum aliquis afferat huc trullam.* Polyzelus *in* Mimo Tyndarei, *in trulleo primum lavabis*, *vomes*, *implebis. Itaque vas hoc*, λεκάνιον, *id eſt*, *trulleum*, *proprie dicitur. Licet & λέβητα καὶ λεβήτιον*, (*id eſt*, *pelvim pelviculamque*) *vocitare*: σκάφον *quoque* (*id eſt*, *ſcapham*) *dixit* Ariſtophanes *in* Anagyro. SEB. 2.

Εὐπρεπιστέρα] Hic vero vulgata mala eſt, & falſa: tuque pro εὐπρεπιστέρα, ſcribe, ut MS. noſter habet, εὐτρεπιστέα τούτῳ &c. *huic paranda pelvis*: *huic adeſſe debet vel adaptari pelvis.* JUNG.

Εὐπρεπιστέρα] Optime MSS. εὐτρεπιστέα, quod, probante *Jungermanno*, in contextum recepi: mox ἐπαναπλέον eleganter libri MSS. & ita *Kuhnius* ad Codicis ſui marginem adſcripſit: *Apulejus* id concinne *redundare potum* ſimili modo dixit. Paulo poſt, cum pari conſenſu MSS. habeant ὠνόμαζον, ſic fuit reponendum. Λεκάνην illa notione, quam hic *Pollux* adnotat, *Artemidorus* uſurpavit.

38 Τὸ ἐπάνω πλέον] MS. τὸ ἐπαναπλέον τοῦ πότου· & ita malim: niſi quod ποτοῦ potius, ut vulgo, retinendum: ſupra VI, 23. etiam erat, ἔστι δ' εἰπεῖν, ἐπανέπλει τὸ ποτὸν, καὶ ἐπανῄει· ſed alia ibi puto ſignificatione, quaſi de potu ad aliquem redeunte quaſi in orbem: hic certe de nimio vino, quo quis ſe ingurgitavit, quaſi refluente & ſuperfluente per guttur accipiendum videtur. *Interpres*, ut forte video, prorſus deliravit, vel aquam potavit nimiam, qua & pelvim repletam adponit. JUNG.

39 Καὶ γὰρ ἵνα ἐξεμ.] *Nam & id*, *in quod vomunt*, λεκάνη *vocatur*: alias uſus vocis λεκάνη latius patet, & patinam lancemque ſignificat. KÜHN.

40 Καλοῦσιν.] MS. ὠνόμαζον, pro καλοῦσιν· quod perinde eſt. Sic autem & apud Latinos poſcebant *pelvim* nauſeabundi, ut Græci λεκάνην. Ita forte accipiendum illud e *Cæcilii Fœneratore* apud *Nonium* in *Pelvis. Pelvim ſibi popoſcit.* Cæterum pelvi & pinna juncta, ut mox in *Cratini* verbis, *ad provocandum* nimirum ſtomachum, *ut vinum nimia copia ſumptum rejicerent*, ait *Caſaub.* XI. *Athen.* 10. & alibi ſe dixiſſe de iſto more veterum. Ego adnotabam & iſta *Ariſtoph. Acharn.*

— *Di.* Φέρε νῦν ἀπὸ τοῦ κράνους μοι τὸ πτερόν.
Lam. Τουτὶ πτίλον σοι. *Di.* Τῆς κεφαλῆς νῦν μου λαβοῦ,
Ἵν' ἐξεμέσω, βδελύττομαι γὰρ, τοὺς λόφους
La. Οὗτος τί δράσεις, τῷ πτίλῳ μέλλεις ἐμεῖν;

ubi *Schol. Vetus*: Πτερὸν αἰτεῖ ἵνα ἐξεμέσῃ· εἰώθασι γὰρ οἱ δυσεμεῖς πτερῷ χρῆσθαι. Quæ *Suidas* deſcripſit: φέρε νῦν ἀπὸ &c. JUNG.

41 Κρ. μὲν ἐν Ὥ. ἔφη, Μῶν βδ. &c.] C. V. Ὥραις ἔφ'. ἢ μῶν βδελυγμίας ἔχει· unde legendum ἐν Ὥραις ἔφη

— μῶν βδελυγμίας ἔχει; πτερὸν
Ταχέως τις καὶ λεκάνην εἰσενεγκάτω.

— *Num faſtidio laborat? pinnam*
Celeriter aliquis & pelvim intro ferat.

Pinna in fauces demiſſa provocabant vomitum antiqui. C. V. ἐνεγκάτω. KUHN.

Κρ. μὲν ἐν Ὥ. ἔφη, Μῶν βδ. &c.] MS. ἔφ' ἢ μῶν βδελυγμίας ἔχει, πτ. τ. τὶς καὶ λ. ἐνεγκάτω· ni fallor veram ſcripturam hujus χρήσεως nos docens: quam poſt ἔφη, quod certe *Pollucis* eſt, ita concipiendam putem:

— Μῶν βδελυγμίας ἔχει;
Πτερὸν ταχέως τις καὶ λεκάνην ἐνεγκάτω.

Optime βδελυγμίας. Noſter *Pollux* id ipſe explicat ſupra VI, 44. τὸ δὲ ἐπὶ τῷ κόρῳ δυσχεραίνειν, βδελυγμίαν Ξενοφῶν καλεῖ· nauſea nimirum ex repleto nimis ſtomacho: claro verbo, unde Latinum profluxiſſe credo, uſus eſt *Heſychius*: Βδελυγμίαι, ναυσίαι dicens: & Ναυσίασις, βδελυγμός· adeo ut non probare poſſim *Parrhaſii* interpretationem *ſingultum* interpretantis vulgatum βδέλυγμα· non ob ſingultum, ſed ob nauſeam pelvim poſcat quis. Nec eo verbo etiam proprie mihi τὸ ἀποβλύζειν initio capitis videtur expreſſiſſe, pariter *ſingultare* vertens. Potius *cum ſingultu* vel *ſingultantem*, ut vomentes ſolent, *ejicere* vel *rejicere*, dicendum puto: & hoc enim ἀναβλύζειν. *Heſych.* Ἀποβλύζων, ἀναβάλλων, τὸ αὐτὸ καὶ τὸ ἀναφλύων· ἔστι δὲ ἡ λέξις τῶν πεπωκότων. Scilicet ex ſonitu τῶν ἐμούντων puto: clarum illud οἴνου ἀποβλύζων *Homeri*: quod *Etymologici* auctor in βλιμάζειν recte exponit, ἀπεμῶν· ὁ τρόπος ὀνοματοποιΐα, addit. Ita & in *Athenæi* verbis habuiſti, quæ indoctus cætera medicus de cottabo proferebat lib. XV. initio. Alias ad locum vulgatum *Cratini H. Stephanus* hic monuit ſimilem locum eſſe apud *Plutarchum*: & iterum: σήματος *mal au cuere*, *& nota pennam provocare vomitum. Plutarchi* locum & adſcripſit ex *Politic. Præcept.* hunc: καὶ πάλιν, αἰτοῦντα λεκάνην καὶ πτερὸν ὅπως ἐμέσῃ. JUNG.

Κρατ. μὲν ἐν Ὥραις &c.] Iſta *Cratini* fabula ſæpius utuntur *Grammatici*; diverſis etiam in locis *Photius*, ut ex Indice Auctorum, quos citat, cognoſco: egit in hac fabula de Atticæ regionis fertilitate, & quos fructus ſingulis anni partibus produceret, in eaque re varie luſit: inde a Grammaticis diverſarum frugum nomina ex hac comœdia deprehendes allata: Ὥρας autem, quem fabulæ titulum inſcripſit, anni eſſe tempora pluribus in locis oſtendit *Galenus*, ut περὶ τροφῶν δυνάμεως lib. II. & lib. IV. ad VI. Ἐπιδημιῶν *Hippocratis*: ſic & apud *Ariſtænetum* & *Ælianum* ὡρῶν εὐκρασία· & *Anonymus* ad *Ptolemæi Tetrabiblon* Commentator περὶ Ὡρῶν τοῦ ἔτους ſcripturum ſe promittit, agitque tum de quatuor anni temporibus: vide, ſi plura cupis & elegantiora, præſtantiſſimum *Gravium Lect. Heſiod. Caſaubonus* autem in *Athenæum* libr. IX. c. 4. in errorem incidit vitioſa *Commentatoris Ariſtophanei* lectione deceptus, ubi cenſet integrum fabulæ fuiſſe titulum Πυλαῖαι Ὧραι· in iſtius enim *Grammatici* verbis, quibus utitur, emendandum exiſtimo: Κρατῖνος δηλεῖ Χείρωσι, Πυλαίᾳ καὶ Ὥραις, pro Πυλαίαις Ὥραις. Πυλαία enim *Cratini* Comœdia nobilis eſt in antiquis auctoribus. Protenus in ipſo *Cratini* loco MSS. lectionem

βδελυγμίας ἔχει; Πτερὸν ταχέως τις καὶ λεκάνην ἐνεγκάτω· [42] Πολύζηλος δὲ ἐν Δημοτυνδάρεω, [43] Λεκανίῳ γὰρ πρῶτον μὲν ἐναπονίψεις, ἐνεξεμεῖς, ἐνεκπλυνεῖς, ἐναποβάσεις Κυανία· ὥστε καὶ λεκάνιον τουτὶ τὸ ἀγγεῖον [44] κλητέον· ἔξεστι δὲ αὐτὸ καὶ λεβήτιον καλέσαι· καὶ σκάφην [45] εἶπεν ἐν τῷ Ἀναγύρῳ Ἀριστοφάνης,

Καὶ ἡμῖν σκάφη 'στι, ὡς ἂν ἐν τῇ ποτοῦ οἶνον ἐμῶμεν.

faſtidio laborat? alam ocyus quis, & pelvim inferat. Cæterum Polyzelus in Mimo Tindareo: In lebete primum ablues, evomes, explebis: adeo ut & *λεκάνιον* hoc vaſculum dicere conveniat. Licet vero idem lebetem lebetium vocare. Scaphamque in Anagyro dixit Ariſtophanes.

reduxi: quid enim *βδέλυγμ' ἔχει*, ut fuit vulgatum? *βδελύσσεσθαι* inter alia *Suidas* exponit *ναυτιᾷν*· tum *τις* in *εἰσενεγκάτω*, ſic enim editum fuit ante nos, inducendum eſſe ceteris conſentit MSS. *Falckenburgii* Codex.

42 *Πολ. δὲ ἐν μίμῳ Τυνδαρέῳ*] Τυνδ. SEB.

Πολ. δὲ ἐν μίμῳ Τυνδαρέῳ] C. V. *ἐν Δημοτυνδαρέῳ*; malim, *Δημοτυνδάρεῳ*, a recto, *Δημοτυνδάρεως*, quam fabulam recenſet & *Suidas* in *Πολύζηλος*, quo dramate actum videtur de populi Attici reſtitutione in integrum, ut in fabulis celebrata eſt *ἡ Τυνδάρεω ἀνάστασις*· vid. *Suid.* in *ἀναβιῶναι*. *Tyndari reſurrectionem* tangit & *Lucianus* de *Saltat.* ubi *Interpr.* obſcure, *inſtaurationem Tyndari*. KÜHN.

Πολ. δὲ ἐν μίμῳ Τυνδαρέῳ] Sed ad ea quæ reſtant; ubi profecto quis adhuc pelvim poſcere debeat, propter *Polyzeli χρῆσιν*. Sed MS. lectionem indicabo: nec te morabor. Primum titulus in MS. dramatis longe alius eſt, quam vulgo: hic nimirum: *Πολύζηλος δὲ ἐν Δημοτυνδαρέῳ*· veriſſime: ita repone: vulgata lectio *ἀποβλυστία*. *Suidas*: *Πολύζηλος*, *Κωμικός*· *δράματα αὐτοῦ*· *Νίπτρα*, *Δημοτυνδάρεως*, cætera. JUNG.

Πολύζ. δὲ ἐν μίμῳ Τυνδαρέῳ] *Kühnius* in libri ſui margine *Δημοτυνδάρεῳ*· ſic ſcilicet MSS. quos ſequtus ego, portentum illud vulgatæ lectionis ejeci. *Polyzeli Demotyndareum* cum aliis hujus poëtæ fabulis *Suidam* recenſuiſſe *Jungermannus* auctor eſt: meminit etiam *Etymologus* in *Ἐνεάκρουνος*, ubi tamen verbis *Comici* damnum eſt datum, quod, qua potuit, reficere *Sylburgius* aggreſſus eſt, non judico quam dextre: melius forte loco conſulas, ſi ſic reformaveris: *Πολύζηλος Δημοτυνδάρεῳ*· *ἧξε δὲ πάγην ἐς ἐνεάκρουνον*· *ἔνυδρον τόπον*, *ῥητορικῇ*· ſed ſatius eſt tantiſper expectare, dum libros emendatiores nanciſcamur, qui nodum iſtum diſſolvant: Idem in *ἐπάκριος* *Polyzeli Μουσῶν γονὰς* adducit, & a *Polluce* noſtro atque *Athenæo* lib. IX. nominatas: ſcripſerat autem talis ingenii alias etiam fabulas, de quarum indole & argumento alibi dicam. Alium vero hunc *Comicum* ab *Hiſtorico* eſſe duco, quanquam rationes non habeam id prorſus affirmandi, cum extitiſſe quoſdam conſtet, qui ſcribundis ſimul Comœdiis & Hiſtoriis animum appulerint: hiſtoriam autem qui conſcripſerint *Polyzelos* binos reperio, alterum Meſſenium, qui Ibyci pater a quibuſdam fuerat habitus, tradente *Suida* in *Ἴβυκος*, ubi *ἱστοριογράφον* illum appellat; Rhodium vero alterum, qui res patrias integro volumine luculente complexus eſt: opus id inſcriptum *Ῥοδιακά*, quorum eſt in *Athenæo* mentio lib. VIII. indidemque petita, quæ ex *Polyzelo* Rhodio commemorat *Hyginus Aſtron.* cap. 14. an & alia plura protulerit in lucem, non perſpicue cognovi: certe *Plutarchus* in Vita *Solonis* illum advocat teſtem in re longe diverſa a Rhodiis Rhodiorumve republica: ſi quis itaque hiſtoricorum comœdias etiam compoſuerit, illum eſſe *Polyzelum Rhodium* exiſtimo, quamvis hac in re nihil ſedulo nec negare velim nec affirmare: id autem veterum lectione facile ſibi quis obſervare potuit, patriam ſignificari ſæpiſſime, ſi citent hiſtoricos, rariſſime vero eam nominibus *Comicorum* apponi, ut mirum non ſit *Polyzelum*, qui fabulas ſcripſit, *Rhodium*, aut cujuſcunque tandem gentis fuerit, non dici. Sed ad *Polyzeli χρῆσιν* veniendum, quam emaculavimus e MSS. & explevimus: addit & *Falckenburgii* Codex *ἐναποβάσεις* poſt *ἐνεκπλύσεις*· ſic enim ante nos vulgatum pro *ἐνεκπλυνεῖς*· omnem vero locum recte conſtituiſſe *Jungermannum* exiſtimo, etſi ſit ipſe dubius & incertus, præcipue quidem quod adtinet ad *Κυανία*. *Kuhnius* profecto mihi non placet, cum reponere ſtudet *κυάνεια*, uti fecerat & in ora libri ſui.

43 *Λεκανίῳ* &c.] Verſus *Polyzeli Comici* ita legit C. V. *Λ. γ. π. μὲν ἀπονίψεις ἐν ἐξέμεσις ἐν ἐκπλύνεις ἐν ἀποβάσεις κυάνεια*· ex quibus fierent hi verſus:

— *Λεκανίῳ γὰρ*
Πρῶτον μὲν ἐναπονίψεις, ἐνεξεμέσεις,
Ἐνεκπλυνεῖς, ἐναποβάψεις κυάνεια.

— *In pelvi enim*
Primum quidem lavabis, evomes,
Elues, intinges veſtes ſordidas vel nigras. KÜHN.

Λεκανίῳ &c.] Ipſa *χρῆσις* ita in MS. noſtro eſt, valde varians & auctior tamen: *λεκανίῳ γὰρ πρῶτον μὲν ἀπονίψεις, ἐν ἐξέμεις ἐν ἐκπλύνεις· ἐν ἀποβάσεις κυάνια*· ut ſolet ſcilicet, pro *ἐνεξέμεις*, *ἐνεκπλύνεις*, *ἐναποβάσεις*· *τὸ ἀπονίψεις* in medio ita ι repoſitum habet, priore litera, quæ *ν*, aut ſi alia fuit, prorſus eraſa, an forte itaque *ἐναπονίψεις*, *ἐνεξεμεῖς*, *ἐνεκπλυνεῖς*, *ἐναποβάσεις*, *Κυάνια*· ut hoc ultimum ſit nomen proprium. Sed meherclе ego hæc non conſtituo, & lubens hanc pelvim do aliis, quum diu fruſtra ad eam nauſeem. JUNG.

44 *Λεκτέον.*] C. V. *κλητέον*· quod eodem tendit. KÜHN.

Λεκτέον.] MS. *κλητέον*· *ἔξεστι δ' αὐτὸ* &c. pro *λεκτέον.* &c. JUNG.

Λεκτέον.] MSS. obſecundavi, qui omnes *κλητέον*.

45 *Εἶπεν ἐν τῷ Ἀν. Ἀριστ.*] Deſunt in MS. *εἶπεν ἐν τ. Ἀναγ. Ἀριστοφάνης*· & poſt *σκάφην* ſtatim ſequitur *ταὐτὸν δ' ἂν* &c. Sine titulo interpoſito connectuntur omnia. JUNG.

Εἶπεν ἐν τῷ Ἀναγύρῳ Ἀρ.] De *Ariſtophanis* hac fabula, veroque ejus titulo & argumento large dixi ad lib. IX. ex MSS. autem *Pollucis* noſtri Codicibus patuit, quam varie corrupta fuerit hæc inſcriptio: illam ubique nativam habet *Photius* in *Lexico*. Ipſa *Comici* verba in pleriſque MSS. deperierunt: *Pollucem* tamen appoſuiſſe indicio ſunt Excerpta *Falckenburgiana*, quæ *χρῆσιν* iſtam tam corruptam continent & deformem, ut non ſine quodam animi cruciatu poſſim relegere, cum Codicem omnium revera principem tam fœde commaculatum a librariis video: ecce vero, ut habeant, ubi conjectandi felicitatem & ingenium eruditi viri experiantur: *καὶ ἡμισκάφης δ' ὡς ἐν τι ἐνποδιλονίων ἐμοῦμεν*· ego vero, ut aliorum induſtriam provocem & excitem, proponere in animum induxi, quid cogitaverim ad hunc locum poliendum, etſi id omne invita forſitan fiet *Minerva*: *σκάφην* in illis verbis, cujus vocabuli gratia locus erat allatus, & *ἐμοῦμεν* etiam, quid ſit cognoſcimus; cetera ſunt disjecta & quam maxime incerta: diverſis ego tentamentis hunc locum verſavi: nulla tamen hac conjectura potior eſt viſa: *Καὶ ἡμῖν σκάφη 'στι, ὡς ἂν ἐν τῇ ποτοῦ οἶνον ἐμῶμεν.*

C A-

77 ## * CAPUT XXII.

In quibus pedes abluant, & pocula.

IDem quoque aliquis de illo vaſe dixerit, in quo pedes abluunt: pelvis enim id nominandum eſt, aut Lebes, ſecundum Homerum dicentem:

Sic ſane dixit, anus vero lebetem cepit lucidum,
Quo pedes abluit, aquamque infudit multam.

Licet etiam Scapham nominare ſecundum Æſchylum alicubi ſcapham dicentem in Siſypho:

78 * *Lavacra ſane ferre oportet divinis*
Pedibus in ſcapha ænea.

Vocatur etiam lebes ποδονιπτήρ· aqua

* ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ. 77

Ἐφ' ὧν ἀποπλύνονται οἵ τε πόδες, καὶ τὰ ἐκπώματα.

[46] ΤΑυτὸ δ' ἄν τις εἴποι τοίνυν καὶ περὶ ἐκείνου τοῦ σκεύους, ᾧ τοὺς πόδας [47] ἐναπονιπτόμεθα· λεκάνην τε γὰρ αὐτὸ ὀνομαστέον, καὶ λέβητα, [48] Ὁμήρου εἰπόντος,

[49] Ὣς ἄρ' ἔφη, γρηῢς δὲ λέβηθ' ἕλε παμφανόωντα,
Τῷ πόδας ἐξαπένιζεν, ὕδωρ δ' ἐπεχεύατο πουλύ.

ἔξεστι δὲ καὶ σκάφην ὀνομάσαι [50] κατ' Αἰσχύλον [51] που σκάφην εἰπόντα ἐν Σισύφῳ·

* Καὶ νίπτρα δὴ χρὴ θεοφόρων ποδῶν φέρειν· 78
Λεοντοβάμων ποῦ σκάφη χαλκήλατος;

καλεῖται μέντοι [52] καὶ ποδανιπτὴρ οὐ παρ' Ἡροδότῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν Διοκλέους Βάκχαις·

Ὑδρία τις, ἢ χαλκοῦς ποδανίπτηρ, λέβης·

Et nobis adeſt ſcapha ſeu pelvis, ut in ea convivii vinum evomamus: ſeu malit aliquis, τὸν ποτὸν οἶνον, *vinum epotum*; quod alteri ferme antepoſuero: parum equidem a veſtigiis corruptæ lectionis recedo, neque dubito, quin nemo non facili negotio ſit animadverſurus, quodcunque ex illa ſcriptura poteram, ſtudioſe ſervaſſe: porro id quivis etiam videt, egregie *Pollucis* menti ſatisfieri, ſi noſtram emendationem admiſeris; quid enim in his liquidius, quam σκάφην tale fuiſſe vaſculum, in quod evomerent. Reddidi vero in contextu illam lectionem, quæ mihi fuit melior viſa, quamvis id fortean a plerorumque ſententia abhorreat, non eo ſane quod illam indubitate veram exiſtimarem, ſed quod aptius videretur in textu talem exhiberi ſcripturam, quæ intelligi poſſit, neque menti *Auctoris* ſit incommoda, quam monſtroſam. Σκάφην autem ſic uſurpavit etiam *Baſilius* in *Homilia* adverſus Ebrios.

46 Ταυτὸ δ' ἄν τις &c.] Sic itaque MS. ταὐτὸν δ' ἄν τις & εἴποι τοῦτο καὶ περὶ &c. JUNG.

47 Ἐναπονιπτέον.] Pro ἐναπονιπτέον, MS. ἐναπονιπτόμεθα, quod mihi magis placet, quam vulgatum. JUNG.

Ἐναπονιπτέον] Commode MSS. ἐναπονιπτόμεθα· ita reſtitui in contextu: dicit autem *Pollux* ᾧ ἐναπονιπτόμεθα, uti *Polyzelus* præcedenti capite: Λεκανίῳ μὲν γὰρ πρώτον ἐναπονίψεις· ubi ſimul obſerva, λεκάνη vel λεκανίῳ fuiſſe veteres uſos ad corpus abluendum aut pedes, quod hic de λεκάνη *Pollux* adnotat. Sed addendum obiter de iſtorum hominum ineptiis, qui in capita diſtinxerunt hoc *Pollucis* volumen: quamvis enim ubique eorum imperitia eluceat, hic præcipue tamen, cum hæc a præcedentibus, cum quibus indiſſolubili nexu ſunt conjuncta, ſepararunt. In *Æſchyli* vertendo loco ſic ſe geſſit *Interpres*, ut plane dubitem, an quis, ſi id etiam ageret conſulto, futilius vertere poſſit: ibi vero offendit me θεοφόρων ποδῶν· vide, num potius legendum θεοφρόνων, id eſt, θείων, quæ loquendi formula tragico cothurno conveniens: *Heſychius*: Θεόφρονας, θείους· extarent iſta modo in MS. eorum calculo haud dubie conjecturam meam haberem confirmatam: σκάφη vero λεοντοβάμων, quæ leonibus innititur; ad eundem ſenſum neſcio quo loco legerim τράπεζαν ἀργυροβάμονα, *quæ pedibus argenteis eſſet ſuffulta*.

48 Ὁμήρου εἰπόντος] MS. λέβητα, καθ' Ὅμηρον. Verſus *Homeri* ſunt omiſſi. JUNG.

49 Ὣς ἄρ' ἔφη, &c.] *Odyſſ.* τ, 386. SEB.

50 Κατ' Αἰσχύλον] MS. καὶ τὰ Αἰσχ. Sed id recte emendatum ibi. JUNG.

51 Που σκ.] MS. ποῦ σκ. *Æſchyli* χρῆσις in MS. noſtro omiſſa eſt quoque: videntur autem poſt χαλκήλατος nota interrogationis ſignanda. JUNG.

52 Καὶ ποδονιπτὴρ &c.] C. V. καὶ ποδανιπτὴρ οὐ παρ' Ἡροδότῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν Διοκλέους Βάκχαις· ὑδρία τις ἢ χαλκοῦς ποδανιπτὴρ λέβης· τὸ δὲ ἀπ' αὐτοῦ ὕδωρ νίπτρον ἢ λούτριον ἢ ποδάνιπτρον. *Herodotus* in *Euterpe* φασὶ ἐκ τοῦ ποδανιπτῆρος τὤγαλμα γενέσθαι. *Dioclis* verſus hic forſan fuit:

Ὑδρία τις, ἢ χαλκοῦς ποδανιπτὴρ λέβης.
Hydria quadam & aneus pedibus abluendis lebes.

Λούτριον firmat *Heſychius* in h. v. πλυντήριον in hac notione vix reperietur: λεοντοβάμων σκάφη eſt *ſcapha leonibus aneis inſiſtens*, loco pedum. KÜHN.

Καὶ ποδονιπτὴρ] In quo modo defecit noſter MS. id inſigniter explet, duobus auctorum nominibus nobis largiens rurſus cum χρήσει, quæ quod ad vulgatos perierant funditus: integra enim linea deeſt: tu itaque ſic reſtitue verſum penultimum ut in MS. eſt: καλεῖται μέντοι καὶ ποδανιπτὴρ, οὐ παρ' Ἡροδότῳ μόνον· ἀλλὰ καὶ ἐν Διοκλέους Βάκχαις·

Ὑδρία τις, ἢ χαλκοῦς ποδανιπτὴρ λέβης.

Τὸ δὲ ἀπ' αὐτοῦ ὕδωρ, νίπτρον, ἢ λούτριον, ἢ ποδάνιπτρον, ὡς ἐν Ἥρωσιν &c. egregie, ni fallor, omnia. Illuſtrabimus porro. Primum ποδανιπτὴρ, non ut vulgo ποδονιπτὴρ, ſcribendum confirmant ſubjectæ χρήσεις. *Herodotea* hæc eſt, quam *Noſter* ſaltem innuit, *Euterpe* cap. 172. de *Amaſi*: ἦν οἱ ἄλλα τε ἀγαθὰ μυρία, ἐν δὲ καὶ ποδανιπτὴρ χρύσεος· ἐν τῷ αὐτός τε ὁ Ἄμασις καὶ οἱ δαιτύμονες οἱ πάντες τοὺς πόδας ἑκάστοτε ἐναπενίζοντο. *Diocles Comicus* & alibi a *Polluce* citatur, ſed hic in *Bacchis*: *Suidas*: Διοκλῆς. Ἀθηναῖος, ἢ Φλιάσιος, ἀρχαῖος Κωμικός· σύγχρονος Σαννυρίωνι καὶ Φιλυλλίῳ· (ita ſcribe, non Φιλλυλίῳ) δράματα αὐτοῦ Θάλαττα, Μέλιτται, Ὄνειροι, Βάκχαι· Θυέστης β΄. In eo ὑδρία & χαλκοῦς ſcripſi, credo, non temere, quamvis in MS. illud ſine accentu υδρια eſſet: hoc vero oxytonως χαλκοῦς· quod tamen indicare volui. Sequitur poſt exemplum e *Diocle* de aqua, qua pedes

τὸ δὲ ἀπ' αὐτοῦ ὕδωρ, νίπτρον, ἢ λούτριον, ἢ ποδάνιπτρον, ὡς ἐν Ἥρωσιν Ἀριστοφάνης λέγει· ἰστέον δὲ ὅτι τὴν λεκάνην, [53] πέλλιν οἱ τραγῳδοὶ

autem hinc defluens, *νιπτρὸν*. Πλυντήριον, pedum lotio, ut in Heroibus dicit Ariſtophanes. Sciendum vero, quæ pelvim Tragædi Πέλυν

lavamus: ubi *λούτριον* ex MS. habet: rectiſſime, credo: *χρῆτιν* ex *Ariſtophanis Heroïbus* ſupra habuiſti VII, 167. ubi etiam *λούτριον* MS. & id probavi etiam ex *Heſychio*: ibi in ea *χρῆτις* & *ἀπόνιπτρον*, cujus & hic mentionem feciſſe mihi valde veriſimile eſt: nam & ſupra VII, 40. ait: *νίπτρα μὲν Αἰσχύλος, Ἀριστοφάνης δὲ ἀπόνιπτρον·* ubi vides & *Æſchyli χρῆσιν* innuiſſe, quem hic modo attulit: quare, ut dixi, credo omnino & hic allatum: non tamen *ποδάνιπτρον*, ut ex MS. ſcripſi, ejiciendum eſt: poteſt & illud fuiſſe ibi: & ſatis magno teſte *Homero* nititur, qui in Ὀδυσσ. τ. bis, v. 343.

Οὐδέ τι μοι ποδάνιπτρα ποδῶν ἐπιήρανα θυμῷ
Γίγνεται. ——

& ibid. v. 504.

Οἰσομένη ποδάνιπτρα· τὰ γὰρ προτέρ' ἔκχυτο πάντα.

Sic de *ἀπονίπτρῳ* in *Acharnenſibus Ariſtophanes*:

Ὥσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἑσπέρας.

Quem locum & *Euſtathius* innuit, ubi ad prius allatum *Homeri* verſum 343. ita commentatur: *ποδάνιπτρα δὲ ἡ αὐτὴ λέγει τὴν νίψιν τῶν ποδῶν, ἢ τὸ ὕδωρ ᾧ πόδας νίπτονται, ὃ καὶ ἀπόνιπτρον ἔλεγον· ὡς καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν Ἀχαρνεῦσι δηλοῖ·* ne quis putet illud *ἀπόνιπτρον* aliis uſibus potius deſtinatum, quam pedibus, de quorum *ἀπονίψει* hic potiſſimum agitur. Eundem *Comici* locum attulit & *Suidas* in *ἀπόνιπτρον·* ubi & adfert morem proclamandi, ne in quem progredientem effunderetur: *Ἀπόνιπτρον. Ἀριστοφάνης· ὥσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἑσπέρας· εἰώθασι δὲ οἱ ἀρχαῖοι εἴποτε ἐκχέοιτο ἀπόνιπτρον ἀπὸ τῶν θυρίδων, ἵνα μή τις βραχῇ, λέγειν τῶν παριόντων ἐξίτω·* quæ ideo tota adſcripſi, uti veterum morem, ſi poſſem reſtituere. Ipſa enim formula, ni fallor, in *Suida* periit, & ultima disjecta ſunt. Ego ita reſtituendum puto: *ἵνα μή τις βραχῇ τῶν παριόντων, λέγειν ἐξίστω· ne quis aſpergeretur, dum effunderent, præcedentium ad ædes, proclamaſſe eos. Recede*, vel *Cave*: *ἐξίστω*, pro *ἐξίστασο*, notum. Vix dubitabis de hoc, ſi legeris totum *Ariſtophanis* locum, ad quem dum iſta ſcriberet, reſpexit. Eſtque hic:

—— ἀλλ' ὁ Κοισύρας, καὶ Λαμάχος,
Οἷς ὑπὲρ ἐράνου τε καὶ χρεῶν πρώην ποτὲ,
Ὥσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἑσπέρας,
Ἅπαντες ἐξίστω παρῄνουν οἱ φίλοι.

Ubi & *Scholiaſtes*, unde ſua *Suidas* deſcripſit, in eadem formula emaculandus videtur: *εἰώθεισαν εἴ ποτε ἐκχέοιτο ἀπόνιπτρα ἐκ τῶν θυρίδων, ἵνα μή τις βραχῇ τῶν παριόντων ἔξω λέγειν*. Pro *ἔξω*, nimirum *ἐξίστω* lego: nam ſtatim ſubjicit: *παίζει οὖν πρὸς τὸ ἐξίστω ὄνομα, ὁμώνυμον ὂν τῷ, ἐκχώρησον*. Sed ne me nimis *ἐξίστασθαι* dicas *ταύτης τῆς ὁδοῦ εἰς πάροδον*, pergam. JUNG.

Καὶ ποδονιπτὴρ &c.] Adjiciam omnem, ſicuti ante nos fuit editus, *Pollucis* locum, ut cum iſtis, quæ repoſuimus e MSS. componere poſſis, & quid diſtent æra lupinis judicare: *καλεῖται μέντοι καὶ ποδανιπτὴρ λίβης τὸ δὲ ἀπ' αὐτοῦ ὕδωρ νίπτρον, πλυντήριον ἢ ποδόνιπτρον* &c. Splendidiora longe & pleniora, quæ de MSS. dedi. Plurimos autem in veterum monumentis commemorari *Diocles* ex ſolo *Meurſio* didiceris in *Bibliotheca Græca*. Hunc vero *Comicum Suidas*, cujus verba retulit *Jungermannus*, Athenienſem gente aut Phliaſium fuiſſe tradit, vel quod ipſi patria fuerit dubia, vel quod oriundus Phliunte præcipuam tamen ætatis partem Athenis egerit, quam rem ſæpius in cauſa fuiſſe, ut duplici quis patria cenſeretur ortus, alibi exemplis ſimilibus luculente demonſtrabo: alias ſane & *Diogenes* inter Philoſophiæ *Pythagoricæ* columina *Dioclem* Phliaſium enumerat, quem ego tamen diverſum exiſtimo a *Comico* noſtro. Ad fabulam ejus *Bacchas* quod attinet, eam & ſingulo numero *Βάκχη* appellatam reperio: ſic quidem apud *Photium* in *Κακὰ κακῶν, Διοκλῆς Βάκχῃ·* itaque legendum apud *Suidam* in illa voce: *Pollux* vero noſter & alibi *Βάκχας* ejus nominavit, & *Μελίττας*, nam hæc quoque *Dioclis* eſt Comœdia *Athenæo* etiam laudata, qua forſitan apum ſolertiam & ſedulam induſtriam, quæ conſtitutam bene rempublicam imitaretur, expoſuit, quemadmodum in *Avibus* ſuis alia ratione in re non longe diverſa *Ariſtophanes*: meminit ejus & *Heſychius* in *Τίγγα· Διοκλῆς ἐν Μελίτταις·* ubi *Sopingius* inauſpicato *ἢ μίλτος* reſtituere cogitat, quem viri non indocti errorem caſtigavit *Berkelius* in notulis ad *Heſychium* MSS. *Non procedit* Sopingii *emendatio*: *nam* Diocles *Athenienſis in Μελίτταις citatur a* Suida. *Diverſus eſt a* Diocle *medico*, *quem* Heſychius *citat in λαπάραι & συγκομιστός*. Iſta de *Μελίτταις* hic addere volui, ut ſimul omnia de *Diocle Comico* illiuſque fabulis, quantum ad *Pollucem*, complecterer. *Ποδόνιπτρον* eſt in hoc Adagio, *Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδόνιπτρον·* quo de videndus *Zenobius* Cent. III.

53 *Πέλυν*] C. V. *πέλλιν· Heſych. Πελλὰς ἢ πελλίς, λεκάνη· Salmaſ.* V. C. *πέλλιν·* legendum, *πέλλιν*. KÜHN.

Πέλυν] Pro *πέλυν*, MS. *πέλλιν·* & vulgatum quidem *πέλυν* ſinam alios quærere: mihi ſtat adhærere lectioni vetuſtæ, quam noſter *Palatinus* ſervavit. Eam enim firmat gloſſarius princeps *Heſychius*: *Πελλίς, ἡ πελλὰς, λεκάνη*. Satis clare, ut *Noſter*, *λεκάνην*, id vocabuli exponens. Ceterum *pelvis* vocabulum, *a pedis lavatione*, ut *pedeluis Varro* libr. IV. de ling. Latin. Sed viri docti fere diſſentiunt, & ab hoc Græco, quod hic noſter *Pollux* refert, eſſe ajunt, ut *Bayſ.* de Vaſc. ut Magnus *Scaliger* Conjectan. ad eum locum: ut *Urſinus* Adpendice ad *Triclin.* apud quem in verbis *Pollucis* male eſt, *πέλυκα dici a Tragicis τὴν λεκάνην· οἱ δὲ Αἰολεῖς*, inquit, *πέλυκα μ. τ. ξ. λέγουσιν*. JUNG.

Πέλυν] Optime MSS. *πέλλιν*, quam ſcripturam, favente *Jungermanno*, in contextum reduxi: in veteri *Gloſſario* MS. *πέλλις*, *pelvis*: opportune; videturque ſane Auctor iſtius *Gloſſarii* originem Romanæ vocis veram agnoviſſe: ſcilicet antiqui non ſolebant fere duplicare eaſdem literas, ut marmora teſtantur & vetuſtiſſimi Codices, in quibus pleraſque illas voces, quæ duplici litera eadem ſolent apud nos ſcribi, unica tantum exaratas deprehendimus: iſtius rei capi poſſunt exempla e *Pollucis* noſtri Codicibus MSS. jamque monuiſſe ſubit memoriæ de *σάκῳ* & *σάκκῳ* ſimilibuſque aliis: hoc igitur pacto *πέλις* pro *πέλλις* olim ſcriptum erat: ſic in *Etymologo πέλος*, quod *Heſychio* aliiſque *πέλλος·* *Æolicum* interponas digamma *πέλϝις*, & ipſiſſimam e veſtigio vocem Romanam habebis, ut *ὠὸν*, *ovum*, *αἰὼν*, *ævum* &c. Adeundus in *Etymologico Voſſius*, qui plurimos adducit illam originem amplexos; ſed ipſe cum omnibus iſtis vulgatam eamque pravam *Pollucis* ſcripturam retinet, neque rem ſatis accurate enucleat: in ſequentibus etiam librariorum ſupina negligentia *Polluci* damnum dederat, ubi nobis pro *πέλικαν* vel *πελίκαν* a *πελίκη*, vel *Æolice πελίκα* obtrudebatur *πέλυκα·* illam autem præcipue ligneam fuiſſe ex notatione vocis oſtendit *Pollux*, *ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι·* quibus ducibus obſequutus ſum: hoc ipſum de *πέλλαις Etymologus* tradit, quas exponit *ξύλινα ἀγ-*

vocitant. Æoles vero Πέλυκα dicunt : imprimis ligneum, a cædendo. Ubi vero pocula abluuntur, ὀλκαῖον vocatur : fortaſſis & lavacrum :
79 * quod autem ſupponitur huic, forte fulcrum vocandum eſt : ut in Foro publico

καλοῦσιν· οἱ δὲ Αἰολεῖς [54] πέλικαν, μάλιστα τὴν ξυλίνην, [55] ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι· [56] ἵνα δὲ ἐναποπλύνεται τὰ ἐκπώματα, [57] ὀλκαῖον· τάχα δὲ καὶ [58] λουτήριον· * τὸ ὑπέθημα αὐτοῦ [59] τάχα δὲ 79
καὶ ὑπόστατον κλητέον, ὡς ἐν τοῖς [60] Δημιοπράτοις

γεῖα, quæque profecto quiddam habent cum τῇ πέλλῃ commune: ſed de πελίκης origine aliud ego longe diverſum e lingua Phœnicia protuliſſe memini ſupra, quod multo majorem veritatis habet ſpeciem: ad πέλλας vero quod adtinet, qui ἀπὸ τοῦ πεπελικῆσθαι deducendas ajunt ſumme nugantur, etſi & in ea ſit opinione *Euſtathius*. Apud *Heſychium* autem πεπελικῆσθαι ut reponatur pro πεπελικίσθαι, non ego quidem neceſſarium duco, quamquam haud clam me ſit, quid de πελεκεῖν & πελεκίζειν *Grammatici* ſtatuant, quæ utut plerumque ita recte procedant, non ubique tamen ſic ſe habent : ſed πελεκεῖν vero frequentiſſimum, quod ſane non tantum de lignis, ſed & lapidibus dici conſuevit: οἱ ἑβδομήκοντα Βασιλ. Γ. κ. στ. Καὶ ἐπελέκησαν οἱ υἱοὶ Σαλομών· *Philoxenus*: Πελεκῶ, *dolo*, *fomeo*: & in eodem πελεκᾶν· Πελεκᾷ, *dolat*: hinc πελεκητής· *dolator*, & πελέκημα, *fomes*, *aſſula*: λίθους ἀπελεκήτους habent dicto loco LXX. viri, & ἀπελεκήτους alibi ſolummodo, non addita voce λίθος: igitur ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι πελίκη, quod dolata ſit & polita. Sed in iſtis jam ego nunc nimis diu commoror.

54 Πέλυκα] MS. πέλικαν· *Heſychio*, Πελίκαν, (ita enim legit *Caſaubonus* pro πελικᾶν) εἶδος ποτηρίου ξυλίνου, διὰ τὸ πεπελεκίσθαι. Sed hic ἐπὶ λεκάνης dicitur. SEB.

Πέλυκα] C. V. πέλικαν· C. A. πέλλυκα, ni fallit fugiens ſcriptura illius Codicis. *Salmaſ.* etiam legit πέλικαν. KÜHN.

Πέλυκα] MS. οἱ δὲ Αἰολεῖς πέλικα· per ι in medio: ultima tamen litera quæ poſt α ſequebatur, penitus eraſa: ſine dubio ν fuerit, & ſcriptum perinde ac in *Seberi* MS. fuit, πέλικαν· & ita reſtituendum fuerit. Certe noli dubitare huc ſpectare *Heſychiana*: Πελικᾶν, εἶδος ποτηρίου ξυλίνου διὰ τὸ πεπελεκίσθαι· ἄλλοι ξυλίνη λεκάνη· en quam clare ξυλίνη λεκάνη· non lac lacti ſimilius, quam hoc *Noſtri* verbo, μάλιστα τὴν ξυλίνην, quæ ſequuntur. Ejuſmodi diverſis uſibus inſerviſſe ſæpe & adhibita, tralatitium notare eſt: unde tam multa a noſtro *Polluce* in diverſo inſtrumento repetuntur vocabula. Apud *Heſych.* vero πέλικα, vel πέλικαν ſcribendum putat Magnus *Caſaubonus* XI. *Athen.* 13. JUNG.

55 Ἀπὸ τοῦ πεπελεκηκέναι.] MS. πεπελεκῆσθαι. *Euſtath. Odyſſ.* fol. 219. πελεκῶ μὲν ἐπὶ ξύλων· πελεκίζω δὲ ἐπὶ προβάτων, καὶ ὅλως ζώων. SEB.

Ἀπὸ τοῦ πεπελεκηκέναι.] C. A. ἣν ἀπὸ τοῦ πελεκεῖσθαι· C. V. ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι· *Salm.* πεπελεκίσθαι legit ex V. C. alius ejuſdem Codex πεπελεκεῖσθαι· malim πεπελεκίσθαι, *quod ſecuri ſit exciſa*: a πελεκίζομαι. KÜHN.

Ἀπὸ τοῦ πεπελεκηκέναι.] Ante ἀπὸ in MS. vocula ita penitus eraſa eſt, ut, quæ fuerit, conjici non poſſit: videtur ἣν fuiſſe: ſed magis quadrat ὡς vel οἷον vel tale: pro πεπελεκηκέναι, tam noſter MS. quam *Seberi*, πεπελεκῆσθαι: ut ſcribendum certe eſt: & ita quoque apud *Heſychium* in πελικᾶν ſcribendum videtur pro πεπελεκίσθαι. Eſt & apud *Etymologicographum* ita per η in πέλλας· vid. *Euſtath.* ad Ὀδυσσ. ι. & *Suidam*, in πελεκῶ. JUNG.

56 Ἵνα δὲ ἀποπλ.] MS. ἐναποπλύνεται. SEB.

Ἵνα δὲ ἀποπλ.] C. A. ἅμα δὲ ἐναποπλύνεται ἐκπώματα &c. KÜHN.

Ἵνα δὲ ἀποπλ.] Scribe ut in MS. noſtro & *Seberi* eſt: ἵνα δὲ ἐναποπλύνεται· quamvis *Noſter* ſuo fere more ἐν ἀποπλ. duabus vocibus. Idem *Noſter* deinde omittit τά. JUNG.

Ἵνα δὲ ἀποπλύνεται &c.] Noſtris Codicibus obtemperavi, qui ἐναποπλύνεται, quod eſt efficacius. Quod ad ὀλκαῖον autem, *Polybius* ὁλκεῖον habet, uti ſcriptura diverſa, ſic & ſignificatione: πάντας ἐκ χρυσῶν ὁλκείων ἠλείφοντο κροκίνῳ μύρῳ· non quod in ὁλκείοις unguentum aſſervari ſoleret, ſed ut oſtendat *Antiochi Epiphanis* profuſiſſimam luxuriam, qui in illa ſplendidiſſima pompa, quam deſcribit *Polybius*, homines unguento perfundi voluerit ex ὁλκείοις. Eſt & ὁλκεῖον in iſta *Ptolemæi Philadelphi* vere regia pompa, quam accurate deſcriptam reliquit *Calliſtratus* apud *Athenæum* lib. V. inter alia præferuntur βῖκοι δέκα, ὁλκεῖα δύο, ἑκάτερον χωροῦν μετρητὰς πέντε.

57 Ὀλκαῖον.] MS. ὀλκαῖον habet. Inveniri nempe & cum tenui ſpiritu hæc notarunt jam viri docti. *Heſychius*: Ὀλκαῖον, λεκάνη, νιπτὴρ, κρατήρ· & Ὄλκιον, μέγας κρατήρ. Habuiſti id & ſupra, ubi tamen MS. erat defectus VI, 100. ubi quoque ſpiritu leni eſt. Id Gallice *raniot* dici ait *Bayf.* de Vaſe. JUNG.

58 Λουτήριον.] *Gl.* λουτὴρ, *labrum*: λουτηρίσκος, *labellum*: vid. *Heſych.* in Ὀλκαῖον. KÜHN.

59 Τάχα δὲ καὶ ὑπόστ.] C. A. & *Salm.* τάχα καὶ ὑ. κ. ὡ. ἐ. τ. Δημιοπράτοις· & ſic ultimum habet & C. V. nec mutat ullibi : eadem eſt lectio *Salmaſii*. KÜHN.

Τάχα δὲ καὶ ὑπόστ.] Sic & in MS. noſtro fuit, ſed δὲ penitus eraſum eſt, & bene, ut videtur. JUNG.

Τάχα δὲ καὶ ὑπόστατον κλ. &c.] Modo fuit in vulgatis inſertum culpa librarii δέ· τὸ δὲ ὑπόθημα, quod delevi, mox enim proprio loco τάχα δὲ &c. Superius ad hunc librum dixi de ὑποστάτῃ, atque ὑποστάτην etiam appellari, ut ibi erat in vulgatis, monſtravi: addendum hic eadem & ὑποστήματα dici a *Calliſtrato*: Δελφικοὶ χρυσοῖ τρίποδες ὑποστήματα ἔχοντες. Idemque alibi βάσεις. Ego vero non ita ſtricte ac *Jungermannus* hæc ὑπόστατα capiam, ſed de quibuſcunque ſuppoſitoriis: alias orbiculos illos, quibus in menſis ad imponenda vaſa menſaria veteres utebantur, appellare licet *ceſticellos* vel *arculos*, quos proprie dicebant circulos impoſitos capiti ad ferenda facilius onera: indeque explicare ſoleo *Iſidorum* in *Gloſſis* ſic ſcribentem, *Arculis*, *circulis*. Videndus in utraque voce *Feſtus*.

60 Δημιοπράταις] Δημιοπράτοις· ut & infra Segm. 81. SEB.

Δημιοπράταις] MS. Δημιοπράτοις· & ſemper ita ſcribendum: ſupra Segm. 46. habuiſti eadem, ubi illud ὑπόστατον quoque ex MS. reſtitui. Et hinc diſcimus quid ſit ὑπόστατον, a *Lexicographis* neſcio an adhuc explicatum: ὑπόστατον, ὑπόθημα eſt ἐκπωμάτων, *Homero* ὑπόκυκλον. Simili ratione ut κύκλον mox explicat ἐπίθημα τρίποδος. *Heſychius*: Ὑπόκυκλα· τοὺς ἀστραγάλους τοὺς ὑποτιθεμένους τῷ πυθμένι τῶν τριπόδων. Locus autem *Homeri*, Ἰλ. σ. quem eundem & *Noſter* & *Heſychius* reſpexit, utrique ὑπόκυκλα una voce legentes, eſt de tripodibus illis αὐτομάτοις, quos *Vulcanus* fabricat: cujus lectionis mirum, *Euſtathium* non mentionem facere, ſed ſaltem illam, quæ ὑπὸ κύκλα habet, explicare. A tripodibus hoc ad vaſa potoria noſter *Pollux* non inepte, credo, transfert. Vel valde vero fallor, vel tale quid apud Latinos fuit, ſcilicet & illos uſos fuiſſe orbiculis, cui vaſa eſcaria & potoria imponerentur, ne mappam fœdarent. Hodie ſane moris id eſt adhuc, præſertim in magnatum menſis. Id genus σκευαρίου, *Baſin* Trebatio dictum adnotavit *Junius Nomenclatore*, nempe l. 100. *heres.* §. 3. D. de Legat. 3. *Cui Corinthia vaſa legata eſſent, & βάσεις*

εὑρίσκεται τοὔνομα [61] ἐπὶ πάντων ὑποθημάτων· ἴσως δὲ καὶ καθ' Ὅμηρον ὑπόκυκλον, εἰπόντα,

[62] Χρυσέα δέ σφ' ὑπόκυκλα ἑκάστῳ πυθμένι θῆκε.

τὸν δὲ πυθμένα, [63] καὶ πύνδακα ἄλλοι τε καὶ Φερεκράτης ἐν Λήροις, Λαβοῦσα μὲν τῆς χοίνικος τὸν πύνδακα, [64] εἰσέκρουσεν. [65] Ἀριστοφάνης γοῦν ἐν Δράμασιν, ἢ Κενταύρῳ, ἐκκρουσαμένους τοὺς πύνδακας εἴρηκε· τὴν δὲ ἀπύθμενον κύλικα ἐν [66] Τριπτολέμῳ Σοφοκλῆς [67] ἀπυνδάκωτον ὠνόμασεν, [68] Ἀπυνδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ.

Τὰ δὲ κάναστρα &c.] Si uſquam de Codicum noſtrorum ſingulari præſtantia & adoranda fide gloriari licuit, hic revera licet: ſic enim egregie disjectum *Pollucis* locum & pulchra parte mutilum reſtituunt & perficiunt, ut pro vilibus & æreis aurea vere ſupponere dici poſſint: ecce, quæſo, quid fuerit ante nos editum, ut cognoſcas erudite Lector, quæ & quanta cum *Polluce* nos MSS. accepta referamus: *οὕς τινὰς προστίθουσι· λέγει γοῦν ἔτι ἐν κοτύλῳ καὶ πάντα κάναστρα·* quam illa ſunt a libris noſtris diſſona atque diverſa, quorum ego omnem lectionem fideliter in ipſo textu repræſentavi: eandem fovent Excerpta *Falckenburgiana*, ſed paulo commaculatius, qua ego de re ſæpe conqueſtus ſum, ita tamen ut veri veſtigia facile perſpicias: *Οὓς τινὰς Ἡσιόδῳ προστίθουσι· λέγει γοῦν εἶτε περανθεῖεν ἐν κοτύλῳ καὶ πάντα κανάστρα·* ſimul ex his odoramur, qua ratione fuerit ad iſtam corruptelam, quæ editos invaſit Codices, perventum: pro *τινὰς* vero non incommode fortean *τινες* ſcripſeris. Sed alia porro nobis in hoc loco ſunt agenda; non enim deſides eſſe nos oportet, ubi tam bene ſe gerunt MSS. Primum itaque laudatur *ὁ ποιήσας τοὺς Κεραμέας*, cujus Auctorem incertum eſſe hoc loquendi modo declarat *Pollux*; quoſdam tamen illud *Heſiodo* tribuere: antiquis autem *Grammaticis* fuit in more poſitum ſcriptorem alicujus operis dubium, & de quo, quis eſſet, ſub judice lis erat, hoc ferme pacto nominare: *ὁ τοῦτο τὸ βιβλίον γεγραφὼς, πεποιηκὼς ἢ ποιήσας·* ſic apud *Clementem Alexandrinum* hominem eruditiſſimum in *Protreptico* adducitur *ὁ τὰ Κυπριακὰ πεποιηκὼς*, vel *ὁ τὰ Κυπριακὰ ποιήματα γράψας*. *Προσίτω δὲ*, inquit, *ὁ τὰ Κυπριακὰ ποιήματα γράψας·* ibique tum de *Polluce* & *Caſtore* verſiculos binos elegantes & nitidos ponit: Poëtam enim illum nec arte nec ingenio fuiſſe deſtitutum ex fragminibus egregiis, quæ hinc inde apud antiquos ſunt diſperſa, licet augurari: nimirum de parente vero poëmatis iſtius *Critici* veteres diſceptabant: Hegeſiam hi, alii Staſimum vel Staſinum dicebant: *Athen. Deipnoſ.* libr. VIII. *καὶ ὅτι ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας ἔπη, εἴτε Κύπριός τις ἐστι, εἴτε Στασῖνος, ἢ ὅς τις δήποτε χαίρει ὀνομαζόμενος* &c. alter eſt & egregius ſuper ea re locus apud eundem lib. XV. c. 3. quem librariorum negligentia corrupit: *ἀνθῶν δὲ στεφανωτικῶν μέμνηται καὶ ὁ τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκὼς Ἡγησίας ἢ Στασῖνος· Δημοδάμας γὰρ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἢ Μιλήσιος ἐν τὸ περὶ Ἁλικαρνασσοῦ, Κύπρια· Ἁλικαρνασσέως δ' αὐτὰ εἶναι φησὶ ποιήματα·* quid ad iſta reſtituenda cogitaverit *Iſ. Caſaubonus*, equidem non ignoro, a quo ſane judicii exactiſſimi viro diſſentire religioni duco: cum bona tamen ejus venia, quæ mihi venerint in mentem proferre lubet: poſt *Στασῖνος* addendum judico *ὁ Κύπριος·* Cyprium enim fuiſſe Staſinum illum e *Photio Caſaubonus* oſtendit: tum in ſequentibus, *περὶ Ἁλικαρνασσοῦ, οὐ Κυπρίου, Ἁλικαρνασσέως δὲ* &c. Staſinum dixerat Cyprium *Athenæus*, ſic ſcilicet opinatus, contra ac *Demodamas* tradiderat Staſini non Cyprii illa fuiſſe poëmata, ſed Halicarneſſenſis: ſenſum, uti puto, oportunum minima mutatione dedi. Quem vero Staſinum appellat hic *Athenæus*, alii Staſimum dicunt, ut in dubio res iſta ſit, Staſinuſne potius an Staſimus ſit appellandus: Staſimum profecto vocant eruditi viri ad *Clementem*, & *Michaël Apoſtolius* Cent. X. §. 56. *Ἵνα γὰρ δέος ἔνθα καὶ αἰδώς) Στασίμου ἡ γνώμη τοῦ ποιητοῦ, ὅς οὕτω φησί· Ζῆνα δὲ τὸν ῥέξαντα, καὶ ὅς τάδε πάντ' ἐφύτευσεν Οὐκ ἐθέλεις εἰπεῖν· ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς·* notandus obiter elegantiſſimus *Schottus* ad *Diogenianum*, qui *Homericam* eſſe illam parœmiam exiſtimavit. Ego vero potius Staſinum dixero cum meliori antiquorum parte, eadem utique nominis ratione, quæ eſt in alterius poëtæ nomine apud *Noſtrum* Περσῖνος· parum itaque abeſt, quin emendandum judicem in *Apoſtolio*, & ſicubi *Στάσιμος* reperiatur, *Στασῖνος·* certe in brevibus ad *Homerum Scholiis* ad Ἰλ. α. *παρὰ Ταρασίνῳ τῷ τὰ Κύπρια πεποιηκότι* vitioſe ſcriptum eſt pro *Στασίνῳ·* alibi tamen ille *Grammaticus* ad Γαψ. π. *ἡ ἱστορία παρὰ τῷ τὰ Κύπρια πεποιηκότι· Tzetzes* autem ad *Lycophronem* v. 511. *Στασῖνος ὁ τὰ Κύπρια πεποιηκώς·* ex quibus omnibus id etiam patet, præſtantiſſimos veterum Criticos *Staſinum* carminis iſtius auctorem judicaſſe: alias & ſine ſcriptoris nomine adjecto ab *Ariſtophanis* & *Sophoclis Commentatoribus* antiquis *Κύπρια ἔπη* vel *ὁ τὰ Κυπριακὰ συγγραψάμενος* laudantur: de operis argumento videndus ad *Ælianum* H. V. IX. c. 15. *Jac. Perizonius* vir eruditiſſimus. Simili vero ratione idem ille patrum Doctiſſimus *Strom.* lib. I. laudat *τὸν τὴν Φορωνίδα ποιήσαντα*, qui *Apollonii Rhodii Sholiaſta ὁ τὴν Φορωνίδα συνθεὶς*, *τὸν τὴν Εὐρωπίαν ποιήσαντα*, *τὸν τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκότα*, qui ſic & *Ariſtoteli* nominatur *περὶ Ποιητικῆς*, *ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα ποιήσας*, ex quo ſummi Philoſophi loco colligere licet omne carminis iſtius argumentum: exiſtimatur autem ille *Leſches* fuiſſe: *Tzetzes* ad *Alexandram Lycophronis*: *Λέσχης δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκώς·* & alibi, *ὡς ὁ Λέσχης φησίν*, *Ἦνικα νὺξ μὲν ἔην μέση, λαμπρὴ δ' ἐπέτελλε σελήνη·* ſed illum tu verſum ex *Clemente* ſic reſtitue: *Νὺξ μὲν ἔην μεσάτη, λαμπρὴ δ' ἐπέτελλε σελήνη.* *Alexandrinus* ille: *Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα.* *Pauſania* vero in *Phocicis* c. 26. & 27. *Λέσχεως* dicitur. Unicum addam *Athenæi* locum de Ageni dramate Satyrico, cujus ſcriptores ferebantur varii lib. XIII. *συνεπιμαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ ὁ τὸν Ἀγῆνα τὸ Σατυρικὸν δρᾶμα γεγραφὼς* &c. *εἴτε Πύθων ἦν ὁ Καταναῖος ἢ ὁ Βυζάντιος ἢ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεύς·* ſed in iſtis ne diutius hæream; volumen enim eſſet contexendum, ſi illa complecti animus eſſet ſcripta, de quorum Auctore & parente *Critici* litigant: id apparet ex iis, quæ dixi, conſueviſſe veteres, ſi quis alicujus operis genuinus auctor lateret, illud ita citare, ut in hoc loco fecit *Pollux ὁ ποιήσας τοὺς Κεραμέας*. *Κεραμέας* autem, utut de illorum auctore non perſpicue conſtaret, *Heſiodo* quoſdam tribuiſſe docet *Pollux*, qui itaque jam ad Indicem carminum *Heſiodi* hactenus ignorari accedunt e *Polluce* noſtro, quem ſibi egregio beneficio MSS. redditis *Κεραμεῦσι* obſtringunt: ſed ad quem auctorem præterea relati *Κεραμεῖς* argumento probabili, ut diſcerni nequeat, qui verus ſit? eos & *Homero* adſcriptos rebus vincam neceſſariis, ut & alia quædam fuerunt, de quibus *Homerine* eſſent an *Heſiodi*, dubitavere *Grammatici* veteres. *Herodotus* auctor graviſſimus in *Homeri* vita narrat, figulos quoſdam Samios *Homerum* forte prætereuntem ad ſe vocaſſe, & ab eo, cum ſapientem illum eſſe cognoviſſent, petiiſſe præmio promiſſo, ut ſibi carmen accineret; compoſuiſſe tum, ac ceciniſſe *Homerum* illa carmina, quæ vocantur Κάμινος· iſtorum primus eſt ille verſiculus: *Εἰ μὲν δώσετε μισθὸν, ἀείσω κεραμῆες·* ex quo certe lucide apparere arbitror titulum iſtius carminis non minus commodum eſſe *Κεραμεῖς*, quam *κάμινον*, quod & ipſa illa *Herodoti* nar-

[15] γίγνεται δὲ οὐ κεράμεα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλης ὕλης, ὥσπερ οἱ κότυλοι ὅτι καὶ ἀργυροῖ ἐγίγνοντο, ἱκανὸς μηνῦσαι Ἀριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίοις εἰπών, Δεῖ διακοσίων δραχμῶν· [16] πόθεν οὖν γένοιτ' ἄν; τὸν κότυλον τοῦτον [17] φέρε· τὰ μέντοι κάναστρα, [18] φελλώδεις τινὲς πινακίσκοι εἶναι δοκοῦσιν, ἀφ' ὧν καὶ τὸ ἐκκενῶσαι, ἢ ἐκπιεῖν, [19] κανάξαι λέγουσι,

Quod autem vaſculum hoc, non fictile tantummodo conficitur, ſufficienter Ariſtophanes arguit in Babyloniis dicens, Eget ducentis drachmis, unde igitur erit, ut hunc cotylum ferat. Cophini vero corticibus confectæ lances quædam fuiſſe videntur. A quibus evacuare, aut ebibere, *κανάξαι*,

ratio aperte demonſtrat: magis tamen ad hoc exiſtimandum me movet, quod iſte verſiculus integer, quem ex *Heſiodi* Κεραμεῦσι producit *Pollux* noſter, in iſto *Homeri* poëmate pauca oppido differentia reperiatur: tertius eſt ab initio: ſed ut rem omnem facilius & expeditius pernoſcas, hic verſiculos iſtos habeto:

Εἰ μὲν δώσετε μισθὸν, ἀείσω ὦ κεραμῆες·
Δεῦρ' ἄγ' Ἀθηναίη, καὶ ὑπείρεχε χεῖρα καμίνου,
Εὖ δὲ μελανθεῖεν κότυλοι καὶ πάντα μάλ' ἱρά. &c.

Ego cum hæc oſtendiſſem viro cuidam amiciſſimo & eruditiſſimo, non dubitare ſe mox affirmabat, quin idem eſſet verſiculus iſte apud *Herodotum Homeri*, & hic *Heſiodi* apud *Pollucem* noſtrum. Sed de iſto *περανθεῖεν* & *μελανθεῖεν* utrum alteri ſit anteponendum, non equidem conſtituo, ſic oportune utrumque loco convenit: ſæpius autem a *Grammaticis* adnotatas eſſe binas in aliquo ſcriptoris loco lectiones, quarum utrarumque bonitas & præſtantia mentem alicujus, ſi velit eligere, in dubio retineat, alibi jam ad *Pollucem* obſervavi: probavero tamen *περανθεῖεν*· illud autem *μάλ' ἱρὰ* futile eſt atque ineptum; unde factum, ut improba lectio pejorem pepererit verſionem: quis in iſtis locus ſit ἱεροῖς, *ſacris ſanctiſque rebus*, neminem intellecturum arbitror, ut hic ſane quin reponenda ſint *κάναστρα*, omnino dubitari nequeat: *κάναστρα* vero tam fictilia fuerunt olim, quam e vimine plexa, ut *Pollux* monet: *Heſychius*: Κάναστρον, ὄστρακον, τρύβλιον, κανοῦν· τρύβλια ſane fictilia: neque aliter exponit *Euſtathius*. Sed ſatis in hac re diu ſubſtitimus; id tamen non prætereundum, virum juvenem ingenioſiſſimum *Berglerum*, qui *Polluceos* Indices quam accuratiſſime concinnavit, in eandem illam mecum opinionem incidiſſe de hoc *Heſiodi* verſiculo, quam pluribus expoſui.

15 Ὅτι δὲ γίγνεται &c.] C. V. *γίγνεται δ' οὐ κεράμεια μόνον ἀλλὰ καὶ ἄλλης ὕλης, ὥσπερ οἱ κότυλοι, ὅτι καὶ ἀργυροῖ ἐγίγνοντο, ἱκανὸς* &c. leg. *κεράμεια*· *fit autem non* (caniſtrum) *figulinum tantum, verum etiam ex alia materia, quemadmodum & cotyli, quod etiam hi argentei fiebant, idoneus Ariſtophanes index eſt* &c. KUHN.

Ὅτι δὲ γίγνεται &c.] Sed nondum deſinit optimus MS. ſed adhuc plura nobis largitur vulgo omiſſa. Ita enim pergit: *γίγνεται δ' οὐ κεράμια μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλης ὕλης ὥσπερ οἱ κότυλοι, ὅτι καὶ ἀργυροὶ ἐγίγνοντο, ἱκανὸς μηνῦσαι Ἀριστ. ἐν* &c. ubi tamen ſcribe potius *κεράμεια* & *ἀργυροῖ*. Ait *κάναστρα* non tantum fuiſſe fictilia, ſed & ex alia materia: quemadmodum & cotylos, qui & ex argento fiebant: in quam rem adfert *Ariſtophanis* teſtimonium de cotylo, argenteo nimirum, unde ducentas drachmas quis poſſit lucrari, vel pro quo inops facile mutuo accipiat tot drachmas. Eum locum *Comici* & in mente habuit *Athenæus* libr. XI. in κότυλος, ubi quoque *Ariſtophanes ἐν Βαβυλωνίοις* adducitur, licet ipſa χρῆσις non prolata. JUNG.

Ὅτι δὲ γίγνεται &c.] Totam MSS. lectionem in his reſtituimus, quæ plane elegans eſt & appoſita, cum ita vulgo perfide quibuſdam defectis ederetur: *ὅτι δὲ γίγνεται οὐ κεραμεοῦν μόνον τοῦτο ἱκανὸς Ἀριστοφάνης* &c. De Κοτύλαις ſuperius adnotavimus, & videndus, quem & ibi adduxi, *Athenæus* lib. XI.

16 Πόθεν οὖν γένοιτ' ἄν] MS. *πόθεν ἂν γένοιτ' ἄν*. Sed vulgatum rectius videtur. JUNG.

Πόθεν οὖν γένοιτ' ἄν;] Optime *Jungermannus* locum diſtinxit, MSSque lectionem in ordinem digeſſit: ſic itaque, ut ille voluit, in textu reſtituendum judicavi: ſcilicet aliquis deſiderabat ducentas drachmas, quas unde naniſceretur, penitus ignorabat: inquit alter: tecum illam lancem argenteam aufer, quæ iſto procul dubio pretio cenſeri potuit.

17 Φέρειν] C. V. φέρε in his verſibus:

— δεῖ διακοσίων δραχμῶν·
Πόθεν οὖν γένοιτ' ἂν τὸν κότυλον τοῦτον φέρειν;

KÜHN.

Φέρειν] MS. φέρε· quod verius vulgato φέρειν. Jam totum locum libet ſimul adſcribere, ut ex MS. reſtituendum puto: *τοῖς δὲ ἀγγείοις προσαριθμητέον λεκάνας, λεκάνια, λεκανίδια, λεκανίδας, λεκανίσκας, κάναστρα, μαζονόμεια* (ſive *μαζονομεῖα*) *τὰ μὲν μαζονόμεια Ἀριστοφάνους εἰπόντος ἐν Ὁλκάσι· τὰ δὲ κάναστρα, τοῦ ποιήσαντος τοὺς Κεραμέας, οὓς εἰς Ἡσίοδον προσήκουσι· λέγει γοῦν,*

Εὖ δὲ περανθεῖεν κότυλοι καὶ πάντα κάναστρα.

Γίγνεται δ' οὐ κεράμεια μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλης ὕλης· ὥσπερ οἱ κότυλοι ὅτι καὶ ἀργυροῖ ἐγίγνοντο, ἱκανὸς μηνῦσαι Ἀριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίοις εἰπών,

— δεῖ διακοσίων δραχμῶν·
Πόθεν οὖν γένοιτ' ἄν; τὸν κότυλον τοῦτον φέρε. JUNG.

18 Φελλώδεις τ. πιν. &c.] C. A. φελλώδεις· *leves inſtar ſuberis corticiſve*. KÜHN.

Φελλώδεις τ. πιν. &c.] Sic *κάναστρα* & *Moſchopulus*, forte hinc, explicat, ut *Brodæus* notavit *Schol.* ad libr. II. *Antholog.* cap. 47. ad carmen Macedonis. JUNG.

19 Κανάξαι] Κανάξαι & ἐκκανάξαι, pro *Evacuare* & *exinanire*, unde *Canacheni Arnobio* libr. VI. fures. *Meurſius* I. Animadverſ. Miſcell. 5. Sed *Goldaſtus Collectan.* in *Valerian. Cimelenſ.* de *Bon. Miſc. Coll.* ait ſe in membranis, quæ continebant *Hardilonis* Monachi dicta patrum, inveniſſe illo loco *Arnobii Canalla*, quod adhuc propius accedit ad verbum *κανάξαι*. Ego addo & emendo *Heſychii* locum, in quo eſt: Ἐκκινάξειν, ἐκκενώσειν, ἀπὸ τοῦ κανοῦ, θορυβήσειν· legendum enim *ἐκκανάξειν* ordo literarum oſtendat, quum præcedant ab *ἐκκα* incipientia & ſequantur: & clarum eſt dicere *ἀπὸ τοῦ κανοῦ*. Diſtingue etiam ita: Ἐκκανάξειν, ἐκκενώσειν, ἀπὸ τοῦ κανοῦ, θορυβήσειν· nam illud *θορυβήσειν*, alia ſignificatio eſt verbi *ἐκκανάξειν*· ſic *κανάξας*, idem *Heſychius ταράξας* exponit; quod quid aliud eſt quam *θορυβήσας*. JUNG.

Κανάξαι] Κάναστρον profecto ab alia voce *κανοῦν* exiſtimo fluxiſſe; unde Romani *caniſtrum* fecerunt, ſicut a *πατάνη*, *patina*: quoſdam itaque *caniſtrum* a Græco ſermone manaſſe qui putarint, refert *Iſidorus*, cum alii, quod ex viminibus eſſet contextum, arceſſerent a cannis: *Pollux* cum illam originem *τοῦ καναστρου* agnoſceret, *τὸ κανάσσειν* deduxit *ἀπὸ τοῦ καναστρου*· qua quidem in re magis eum probavero, quam *Euſtathium*, qui contra hæc *ἀπὸ τοῦ κανάσσειν* derivat *κάναστρον*· locus eſt ad A. *Odyſſ.* Τὸ δὲ οἰνοχοεῖν καὶ οἰνοχοεῖν οὐ μόνον κυρίως λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐγκα-

& ἐκκανάξαι nominant: ut Eupolis in A-
86 micis, Hanc vero ipſis evacuat. * Sed in Publico foro non Cophinos modo, ſed & caniſtra invenimus. Intinctoria, lebetes, catini, acetabula: non enim de cottaborum ludo ſolummodo acetabula dicta ſunt; ſed etiam de illis, quæ eduliorum neceſſitati ſerviunt, ut Ariſtophanes in Avibus:

Acetabulum hinc appone capiens, aut catinum.

& in Phrynichi Muſis, Et in acetabulis chœnices tres, aut duos farinæ. Lecides vero Epicharmus dixit in Niobes Nuptiis,

καὶ [20] ἐκκανάξαι· [21] ὡς καὶ Εὔπολις ἐν τοῖς Φίλοις, [22] Τὴν δ' αὐτὸς ἐκκανάξει· * ἐν δὲ τοῖς 86
[23] Δημιοπράτοις, οὐ κάναστον μόνον, ἀλλὰ καὶ κάνυστρον εὑρίσκομεν· ἐμβάφια, [24] λεκάρια, τρυβλία, ὀξύβαφα, ὀξυβάφια· οὐ γὰρ μόνον ἐπὶ τῶν [25] κοτταβικῶν εἴρηται τὰ ὀξύβαφα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν [26] εἰς τὴν ἐδώδιμον χρείαν, ὡς [27] ἐν Ὄρνισιν Ἀριστοφάνης,

Ὀξύβαφον [28] ἐντευθενὶ πρόσθου λαβὼν, ἢ τρυβλίον.

κἂν ταῖς [29] Φρυνίχου Μούσαις, [30] Κἂν ὀξυβάφῳ χρῆσθαι τρεῖς χοίνικας, ἢ δύ' ἀλεύρων· [31] καὶ λεκίδα δὲ Ἐπίχαρμος εἴρηκεν [32] ἐν Ἥβης γάμῳ,

γκάσσειν· ὡς τὸ, ἄκρατον ἐγκάναξον μοὶ πολύν· ὅθεν καὶ κάναστρον, τρύβλιον, ὡς ἐν παλαιῷ κεῖται ῥητορικῷ Λεξικῷ· *Heſych.* Ἐγκάναξον, ἔγχει, ἔκπιε· ubi ſane ἐγκανάσσειν bene exponitur ἐγχεῖν· ſed ἐκπιεῖν eſt ἐκκανάξαι, uti quidem ipſe *Pollux* docet: adeo ut in illo *Lexicographi* loco utriuſque verbi ἐγκανάσσειν & ἐκκανάσσειν ſignificatio confundatur. De *Eupolidis Amicis Meurſius* in *Attica Bibliotheca*: in iſtius *Comici* verbis αὐτὸς e MSS. reſtitui pro αὐτοῖς. Porro Δημιοπράταις errore pervulgato mox fuit ante nos editum: in iſtis ſeu tabulis ſeu columnis inveniſſe ſe non tantum κάνιστρον, ſed & κάνυστρον *Pollux* affirmat: recte, me quidem judice, quamquam *Salmaſius* notaverit κάνιστρον, ad formam ſcilicet Latini nominis.

20 Ἐκκανάξαι] Pro ἐκκανάξαι legit *Heſych.* Ἐκκανάξαι, ſed malim ibi ἐκκανάξαι a κανοῦν, ἐκκενοῦν: proprie enim eſt *deplere caniſtrum*, dein latius ſe fudit ſignificatio. KÜHN.

21 Ὡς Εὔπολις] MS. ὡς καὶ Εὔπολις &c. plenius. Dramatis Φίλων & alii meminere, ut adnotavit *Caſaub.* VI. *Athen.* 19. JUNG.

22 Τὴν δ' αὐτοῖς &c.] Verba *Eupolidis* non habet C. A. in illis leg. C. V. αὐτός· ita & *Salm.* KÜHN.

Τὴν δ' αὐτοῖς &c.] Sic χρῆναι reſtitue ut MS. noſter habet: τὴν δ' αὐτὸς ἐκκανάξει. JUNG.

23 Δημιοπράταις] Semper MSSti Δημιοπράτοις· quod rectum. *Salm.* κάνιστρον. KÜHN.

Δημιοπράταις] MS. ἐν δὲ τοῖς Δημιοπράτοις &c. ita ſcribe. JUNG.

24 Λεκάρια] Supra VI, 85. conjung. ἐμβάφια, λεκάρια, λεκάνια, &c. SEB.

25 *Acetabulum*] Ὀξύβαφον hoc loco ex numero τῶν εἰς τὴν ἐδώδιμον χρείαν, ut & in ſequente *Phrynichi* loco: ubi κἂν ex καὶ ἂν contractum, non ex καὶ ἐν, quomodo *Interpr.* accepit. SEB. 2.

Κοτταβικῶν] C. V. κοτταβίτων leg. κοτταβιστῶν, de *acetabulis cottaborum* ludo adhibitis: C. A. poſt omittit εἴρηται, & addit, καὶ τὰ ὀ. &c. χρείαν τ. ὁ. Ἀριστοφάνους. KÜHN.

Κοτταβικῶν] MS. κοτταβιτῶν, εἴρηται τὰ ὀξύβ. & bene inſeras τά. Sed vulgatum κοτταβικῶν bonum videtur: ſcilicet ἀγγείων. JUNG.

Κοτταβικῶν εἴρ. ὀξύβ.] Τὰ ὀξύβαφα plenius & expreſſius e MSS.

26 Εἰς τὴν ἐδ.] *Interpr.* recte: ἐδωδίμων, *eduliorum.* KÜHN.

Εἰς τὴν ἐδ.] MS. ἐστὶν ἐδωδ. ſed emendatum, ἐς τὴν. JUNG.

27 Ἐν Ὄρνισιν Ἀριστ.] Fol. 382. ſed tam in textu quam *Scholiaſt.* τρύβλιον. proparoxyt. ut & ſupra VI, 85. in MS. quoque: qui hic editis ſimiliter. SEB.

Ἐν Ὄρνισιν Ἀριστ.] Quæ poſt Ἀριστοφάνους, extant non habentur in C. A. uſque ad Segm. 89. κρέα. KÜHN.

28 Ἐντευθενὶ] MS. ἐντευθεν εἰ. Ceterum τρυβλίον, & antea τρυβλία etiam MS. habet noſter hic paroxytone, quod ſequi placet. JUNG.

29 Φρυνίχου Μούσαις] MS. Βρευνίχου· nempe U litera initiali, ut β in MS. ſcribitur: unde quis in MS. mendoſius fecit, Φρινίχου. *Phrynichi Muſæ* & a *Noſtro* ſupra laudabantur, & apud *Athenæum*, ut adnotavit *Caſaub.* II. *Athen.* 20. JUNG.

30 Κἂν ὀξυβ. τρεῖς χ. &c.] C. V. καὶ ὀξυβάφῳ χρῆσθαι unde legerem:

Κἂν ὀξύβαφον χρῆσαι ἢ χοίνικας δύ' ἀλεύρων.

Vel acetabulum commoda aut duos farinæ chœnices. KÜHN.

Κἂν ὀξυβ. τρεῖς χ. &c.] Χρῆσις *Comici* ita in MS. habet: καὶ ὀξυβάφῳ χρῆσθαι τρεῖς χοίνικας, ἢ δυαλεύρων· an? κἂν ὀξυβάφῳ χρῆσθαι τρεῖς &c. ut vulgo eſt: ſed alii rectius reconcinnabunt. JUNG.

Κἂν ὀξυβάφων &c.] Omnem MSS. lectionem litera tenus in textu repoſui, niſi quod pro καὶ dederim κἂν. ita jubente ſenſu, qui facilis omnino eſt, neque mutandum mea ſententia quicquam: *& in oxybapho accipere mutuo tres chœnices aut duos farinæ:* quo loco revera ſatis lucide comprobat *Pollux* ὀξύβαφον etiam uſurpari ἐπὶ τῶν εἰς τὴν ἐδώδιμον χρείαν. In *Gloſſis* & *Colloquiis Scholaſticis*: Ὀξύβαφον & ὀξυβάφιον, *acetabulum, acetarium.*

31 Καὶ λεκίδας] MS. καὶ λεκίδα δέ· & recte: in χοῖσι enim ſubjecta ſingulari ponitur: λεκίδα itaque dixit *Epicharmus*, non λεκίδας. JUNG.

Καὶ λεκίδας &c.] Reduxi MSS. lectionem λεκίδα, quæ ex ipſo *Siculi Poëtæ* loco confirmatur.

32 Ἐν Νιόβης γάμῳ] C. V. ἐν Ἥβης γάμῳ, *in Hebes nuptiis*, quod drama laudat *Athenæus* paſſim, adeoque prætulerim lectionem MSSti: tum C. V. λεκίνδαν κἂν καφία δύο· ἐν δὲ Σκίρωνι καὶ πελίναν λεκίς· *patellam & labra duo: in Scirone etiam ex figulinorum genere eſt pelvis:* quod convenit cum his *Heſych.* Λεκανίδες, κεράμεαι λοπάδες· καφίον *labrum*, quia Laconibus καφὰ eſt λουτὴρ apud *Heſych.* ſi quis autem vulgatum maluerit, non repugnabo. *Salmaſ.* πηλινὴ λεκίς. KÜHN.

Ἐν Νιόβης γάμῳ] MS. Ἐπίχαρμος εἴρηκεν ἐν Ἥβης γάμῳ· nempe emendandum pro vulgato Νιόβης γάμῳ, eſt Ἥβης γάμῳ· ſic enim & apud *Athenæum* lib. III. *Epicharmus* ἐν Ἥβης γάμῳ, περὶ τῶν ἐχίνων laudatur: ubi Clariſſ. *Caſaubonus* III. *Athen.* 13. notat eam fabulam plenam fuiſſe nominibus omne genus ciborum. Ipſa verba *Epicharmi* in MS. hic ita habent: λεκίνδα κεμβαφία δύο. Sed ſcribendum, λεκίδα κ' ἐμβάφια δύο. Sequitur in MS. ἐν δὲ Σκίρωνι, καὶ πελήνων λεκίς. Et primum Σκίρωνι, ſic pro vulgato Σκύρωνι videtur reponendum: ut ejuſdemmodi nomine fabulam *Epicharmus* conſcripſerit, quo *Euripides* ſupra IX, 75. Alterum vero neſcio an vulgatum retineamus, an potius MS. ductum ſequentes καὶ πηλίνων λεκὶς ſcri-

87 Λεκίδα κένβάφια δύο· * ἐν δὲ Σκίρωνι, καὶ πηλίνων λεκίς· ἐν δὲ τοῖς [33] Δημιοπράτοις, λέκος εὑρίσκομεν, [34] Ἱππώνακτος εἰπόντος· κἄλειφα ῥο-

Lecidem, & duo intinctoria. * In Scyrone vero, etiam catinus fictilis dicitur. In Foro autem publico, Λέκος quoque invenimus: etiam Hipponacte dicente, 87

bamus: id eſt, λεκὶς τῶν πηλίνων, λεκὶς ἐκ πηλοῦ, χεϊκὴ, ut *Heſychius* explicat vocem πηλινές. Eadem forma loquendi videtur, quod infra ex Γήρᾳ *Ariſtophanis*, κοπίδι τῶν μαγειρικῶν· Segm. 104. in MS. nam vulgo fruſtra quæres. Sed noſter *Salmaſius* malebat, πηλινὴ λεκὶς hic legere. Jung.

Ἐν Νιόβης γάμῳ] De fabularum titulis, ut ordine ſingula dicamus, primo loco, tum ipſa de re monendum erit: Νιόβης γάμον in hoc *Pollucis* loco librariorum imperitia condidit; qua inſcriptione fabulam *Epicharmi* nullam a quoquam eſſe adductam certi ſumus: accredidit *Meurſius*, & *Niobes nuptias* inter *Epicharmi* fabulas enumeravit ex ſolo *Polluce* ad *Helladium Beſantinoum*, cum ipſi tamen ad manus eſſet Ἥβης γάμος ex *Athenæo* & *Tzetze* ad *Heſiodum*, cujus & locum mihi notaveram: & profecto ſi animum attendas, quæ *Niobes* nuptiæ a veteribus celebratæ, ut *Epicharmus* inde & titulum & argumentum fabulæ petere potuerit? Optime MSS. Ἥβης γάμῳ. *Hebes* nuptiæ celeberrimæ, neque de iſtis quicquam adnotare lubet: ſic itaque cum MSS. in textu repoſui. Altera *Siculi Poëtæ* Comædia Σκύρων erat in vulgatis, neque aliter in illo Indice, quem dixi, *Meurſius*: prave tamen; Codices enim noſtri Σκίρωνι, quod equidem dudum ante hos viſos ex ſimilitudine Σκίρωνος *Euripidei* animadverteram. Porro Δημιοπράτοις emendavi: ſed diligentiſſimi *Meurſii* error & ἀκρισία eſt obſervanda, qui fabulam nobis *Epicharmi* Δημιοπράτας ex hoc *Pollucis* loco confinxit, & in iſto Comædiarum ejus Indice repoſuit: miror ſane, cum in hoc decimo *Pollucis* libro tam frequenter Δημιόπρατα citentur: ſed non eadem eſt omnium horarum fortuna: & ut aliis errantibus facile ignoſcimus, ſic & illam nobis ab æquo lectore veniam oramus. Ad priora recurrendum, ubi in *Epicharmi* χρήσει extitit ante nos καὶ ἰμβάφια. Præſtantiſſimus ille Codex *Palatinus*, quem ut Soſpitatorem *Pollucis* admirari ſoleo, κὶνβάφια egregie ſcribit: ſcilicet ἰνβάφια conſuevere veteres, non ἰμβάφια, quam tu ſcribendi rationem in vetuſtiſſimis marmoribus expreſſam invenies: ſimili modo *Pollux* e *Demiopratis* adnotavit ἰνμόχλια, ut quidem e MSS. ad literam reddidimus: ſupra vero ἰμβάφια jam poſuit *Auctor* noſter, ἰμβάφια, λεκάρια· emaculandum *Heſychium* arbitror, apud quem editur Ἐμβαφίαι, λεπάδες βαθεῖαι· ἀπὸ τοῦ βάπτειν ἐν βάθει· ſcribe: Ἐμβάφια. Idem: Ἐμβάφιον, ὀξύβαφον παρὰ Ἱππώνακτι. *Herodotus Muſa* ſecunda, ubi de Feſtis Ægyptiorum, de lampadibus, quas illi tota nocte habebant accenſas, inquit: τὰ δὲ λύχνα ἐστὶ ἐμβάφια· quibus innuit, non diſparem lampadum earum & ἐμβαφίων fuiſſe figuram. In altero *Siculi Poëtæ* loco itidem MSS. libros ſequtus ſum: illamque lectionem opportune *Jungermannus* expoſuit: ita τῶν ξυλινῶν τράπεζα, *lignea menſa* legiſſe certus ſum, etſi loci non meminerim.

33 Δημιοπράταις] Scribe, ut MS. habet, Δημιοπράτοις. Jung.

34 Ἱππών. δ. εἰπ. καὶ λίκος π.] Pro quo alibi λίχος πυρῶν, *catinus* ſeu *ſcutella tritici*. *Henr. Stephan.* Seb.

Ἱππών. δ. εἰπ. καὶ λίκος π.] *Heſych.* Λεκὸς, quod cum λεκὶς convenit magis: δὲ medium abeſt a C. V. qui & ante λίκος πυροῦ legit καλειφαῤῥόδινον ἡδὺ, leg. κἄλειφαρ ῥόδινον ἡδὺ, *& unguentum roſeum ſuave*: & ita legendum ſupra lib. VI. cap. 19. v. 20. ubi ῥόδιον eſt pro ῥόδινον· vid. *Athenæum* lib. XV. cap. 11. niſi quis ibi voluerit ῥόδιον accipere de unguento crocino, cujus nomen a Rhodo celebre erat, ut iterum *Athenæus* docet l. c. malim tamen prius. Kühn.

Ἱππών. δ. εἰπ. καὶ λίκος π.] MS. nobis verba *Hipponactis* non mutila, ſed integra proponit: Ἱππώνακτος εἰπόντος (ſine δὲ) καλειφαῤῥόδινον· ἡδὺ καὶ λίκος πυροῦ. Unde ita locum reſtituo: Δημιοπράτοις, λίκος εὑρίσκομεν, Ἱππώνακτος εἰπόντος,

Κἄλειφα ῥοδινὸν ἡδὺ, καὶ λίκος πυροῦ.

Elegans mehercle χρῆσις· ἄλειφα pro ἄλειφαρ ἤγουν Ἄλειμμα, τὸ μύρον. *Etymologicon* Magnum ſæpius: ἄλειφα, σημαίνει τὸ ἄλειμμα· ἀπὸ τοῦ ἀλείφω ἄλειφαρ. καὶ κατὰ ἀποκοπὴν ἄλειφα· & ſtatim in ἀλείπτης· ἄλειφα, ἄλειμμα· & in κάρη· ἰστέον ὅτι, ὡς λέγει ὁ τεχνικὸς, τὸ κάρα, λίπα, ἄλειφα, ἀποκοπή ἐστιν· τεχνικὸς, puta *Herodianus* Grammaticus. *Euſtath.* ad Ὀδυσσ. ζ. Ἡρωδιανὸς μέντοι ἄλλως αὐτὸ σχηματίζων, φησὶν ὅτι τοῦ ἄλειφα καὶ λίπα ἡ κατάληξις οὐκ ἀηθής· ἀλλὰ τὸ μὲν ἄλειφα ὥσπερ θένω θέναρ καὶ κείρω κέρας, οὕτω καὶ αὐτὸ ἐκ τοῦ ἀλείφω ἄλειφαρ ἢ ἄλειφας· καὶ ὑποστολῇ τοῦ ρ ἢ τοῦ σίγμα ἄλειφα. Et *Callimachi* verſus apud *Etymologicographum* in ὄστλιγγες· παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν τῷ πρώτῳ,

Λιπῶν ἀπ' ὀστλίγγων αἰὲν ἄλειφα ῥέει.

Ubi non dubito ſequi *Sylburgii* emendationem: πρώτῳ Αἰτιῶν, — ἀπ' ὀ. eodem. Jung.

Ἱππών. δ. εἰπ. καὶ λ. π.] Eximie MSS. nitidam *Hipponactis* χρῆσιν hic *Polluci* nobiſque reddunt: Κἄλειφα ῥοδινὸν, ἡδὺ, καὶ λίκος πυροῦ. Quiddam etiam hujus ſcripturæ veteris aſſervarunt Excerpta *Falckenburgii*: φαροδινὸν ἡδὺ καὶ λίκος πυροῦ· in *Baſileenſi* fuit editione πηροῦ· ſed in iſtis quid deſit, facile cognoſcas ab aliis adjutus MSS. quibus ſi deſtitueremur, in tenebris micandum eſſet. Perbene *Jungermannus* de forma vocis ἄλειφα, quam & ita poſuit *Empedocles* apud *Ariſtotelem*: parique modo *Alcæus* apud *Hephæſtionem* ὕδα pro ὕδας· ſic enim veteres, quod poſtea mutatum in ὕδωρ· *Heſychius*: Ἀλεῖφαρ, στέαρ, μύρον, χρίσμα, ἔλαιον· *Homerus Il.* ψ. Ἐν δ' ἐτίθει μέλιτος καὶ ἀλείφατος ἀμφιφορῆας· *Schol.* ἀλείμματος, ἐλαίου· apud Ionas nimirum creberrime ἀλείφειν eſt μυρίζειν, *unguento delibuere*; *Simonides* apud *Clementem*: Κἀλειφόμην μύροισι καὶ θυμιάμασι Καὶ βάκκαρι· paululum aliter apud *Athenæum* lib. XV. verſiculus ille legitur: κ'ἠλειφόμην μύροισι καὶ θυώμασι καὶ βάκκαρι· ſic ego *Simonidem* exiſtimo ſcripſiſſe: Κ'ἀλειφόμην μύροισι καὶ θυώμασι Καὶ βάκκαρι· ἀλειφόμην Poëtice pro ἠλειφόμην. *Heſychius*: Θύωμα, μύρον, ἄρωμα· ſed res illa protrita. Ῥοδίνου μύρου compoſitionem pluribus apud Medicos deſcriptam reperies, qui omnes uno ore gratiſſimum fuiſſe & ſuaveolens tradunt, ut non ſine ratione ἡδὺ dixerit *Hipponax*: meminit & hujus *Homerus Il.* ψ. — ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ Ἀμβροσίῳ — ubi *Brevia Scholia*: τῷ ῥοδίνῳ· ſed *Euſtathius* ad eum locum late, & *Athenæus* libr. XV. qui ſimul ubi præſtantiſſimum extiterit unguentum roſatum docet. Sed de vaſculo λίκει vel λικῷ ſic & *Heſychius*: Λεκὸς, λύκιον, λυκάριον, τρύβλιον, οἱ δὲ λυκάριον· ego totum locum ita reformandum arbitror: Λεκὸς (vel λίκος, ut apud *Pollucem* noſtrum) λέκιον, λεκάριον, τρύβλιον, οἱ δὲ λεκάνιον· non enim altera vice λεκάριον, quod opinabantur eruditi viri, recurrit commode, cum illa vox priorum explicationem continere debeat: apud eundem & λεκίς· Λεκὶς, παροψὶς, λέκκη, χλαῖνα· ſed & in his prava diſtinctio binas in unum confudit voces, quas ita ſeparabis: Λεκὶς, παροψίς· Λέκκη, χλαῖνα· inde λεκίσκος & λεκάριον, quod poſterius jam modo *Pollux* enumeraverat: ἰμβάφια, λεκάρια· λεκάριον πτισάνης eſt apud *Hermeam* lib. II. de *Apolline Gryneo*: itaque ſi illa loca componas, in quibus occurrit

Frumenti λέκος. Hippocrates autem in libro de Cnidiæ Sententiis, Leciſcum dixit. Cæterum paropſides vulgari uſu ad maſſam quandam, aut jus aliquod referuntur: vel ad edulium quoddam frugale, quod appoſitum condire oportet: veruntamen & vas hoc θυηλίσιον vocandum eſt.
88 * Conſueta enim vocabula non repudio, etiamſi apud minus probatum Authorem inveniam,

δινὸν ἡδὺ, καὶ λέκος πυροῦ. [35] Ἱπποκράτης δὲ [36] ἐν τῷ πρὸς τὰς Κνιδίας δόξας, [37] λεκίσκον εἴρηκε. [38] Τὰς δὲ παροψίδας, ἡ μὲν πλείστη χρῆσις ἐλέγχει τοὔνομα ἐπὶ [39] μάζης, [40] ἢ ζωμοῦ τινος, ἢ ἐδέσματος εὐτελοῦς, ὅ ἐστι παροψήσασθαι τεθέν· οὐ μὴν ἀλλὰ [41] κἀπὶ τὸ ἀγγεῖον ἑλκτέον τὴν κλῆσιν· * οὐ γὰρ ἄχθομαι τὰ συνήθη τῶν ὀνομάτων, κἂν παρά τινι τῶν [42] ἧττον κεκριμένων εὕρω, 88

λέκος vel λεκάριον, præcipue frumento recipiendo vaſculum id deſtinatum animadvertes: liberandus hic a prava *Nunneſii* doctiſſimi hominis criſi *Phrynichus*: is de paropſide ſic tradit: Παροψὶς, τὸ ὄψον, οὐχὶ δὲ τὸ ἀγγεῖον, ὥς τινες· τοῦτο δὲ τρύβλιον ἢ λεκάριον καλοῦσι· ibi reſtitutum it *Nunneſius*, a cujus ſententia nec alienus eſt *Hœſchelius*, λεκάνιον: id vocis in *Heſychio* nobis mouentibus habuit locum, hic minime: cui enim non pateat ex dictis λεκάριον in *Phrynicho* retinendum? Porro ab hac origine deduxerim etiam λεκάνην, quod cum ἀπὸ τοῦ λευκὸς *Grammatici* repetunt, mihi nugari videntur, ut plerumque ſolent, ſi de fonte vocis illi quærant.

35 Ἱπποκράτης δὲ] MS. Ἱπποκράτης ἐν &c. ſine δέ. Quod vero *H. Stephanus* in ſuo Theſauro adfert λίσχος πυροῦ, corruptus certe eſt hodie ille *Phœnicis* verſus in *Athenæi* libr. VIII. ita editur: τῇ παιδὶ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἢ λέχος πυρῶν, pariter corrupte: nec poſſum vel leviter dubitare, quin vera ſit lectio: ἢ λέκος πυρῶν· pari modo ut *Hipponax* λέκος πυροῦ dixerit; nec dubito viros undiquaque doctiſſimos hanc ſententiam noſtram adprobaturos. JUNG.

36 Ἐν τῷ πρὸς τὰς Κνιδ. δ.] *In libro adverſus opiniones Cnidias. Interpr. Cnidiam* nobis fecit nomen proprium hominis: liber hodie inſcribitur: περὶ διαίτης ὀξέων. *Athenæus* libr. III. triplicem libri affert inſcriptionem περὶ διαίτης, dein περὶ (διαίτης) ὀξέων νοσημάτων, tertio πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας· locus ipſe extat in fine libri, ubi hodie eſt, λεκίσκιον Ἀττικὸν στρογγύλον. KÜHN.

Ἐν τῷ πρὸς τὰς Κνιδίας δόξας] Incertum eſſe *Meurſius* fatetur ad *Chalcidium* p. 6. cujus hoc opus πρὸς τὰς Κνιδίας δόξας cenſendum ſit: cum *Kühnio* noſtro *Hippocratis* Medici eſſe non dubitaverim: *Foeſius* itaque non male *Pollucem* videri legiſſe λεκίσκον apud *Hippocratem* dixit.

37 Λεκίσκον] *Foeſius Oecon. Hippocr.* adfert in λεκίσκιον binos ex *Hippocrate* locos, unum de Rat. Vict. in Morb. Acut. μήκωνος τῆς λευκῆς ὑποτρίψας ὀκόσον λεκίσκιον· & ibidem alterum: μηκώνιον, λεκίσκιον Ἀττικὸν στρογγύλον· & addit, *Pollucem* hic apud *Hippocr.* legiſſe videri λεκίσκον. Sed non eſt opus, ut ſic videatur: nam λεκίσκιον potius videtur in illis *Hippocratis* locis ne mutari quidem poſſe; & λεκίσκος a ſe iterum peperit ὑποκοριστικὸν, λεκίσκιον· quibus utriſque *Hippocrates* uſus fuerit: λεκίσκου voce ἐν τῷ πρὸς Κνιδίας δόξας nimirum, ut *Noſter* ait. JUNG.

38 Τὰς δὲ παροψίδας] Vid. ſupra VI, 56. SEB.

Τὰς δὲ παροψίδας] De quæſtione ſuper duplici uſu vocabuli παροψίδος, vid. *Bayſ.* de Vaſc. *Brod.* V. Miſcell. 30. *Nunneſ.* Not. in *Phrynich.* in παροψίς. *F. Urſin. Adpend.* ad *Triclinium Ciacconii* non longe a fine. JUNG.

39 Μάζης] *Maſſam: Interpres & Gloſſæ Veterum* μάζαν, *maſſam* explicant: redditur & *offa*. KÜHN.

40 Ἢ ζωμοῦ τινος, ἢ ἐπὶ ἐδ. εὐτ.] C. V. omiſſo ἐπὶ leg. εὐτελοῦς· male: ἔδεσμα εὐτελὲς eſt *cibus vilis*, qui cum aliis obiter coquitur & editur. KÜHN.

Ἢ ζωμοῦ τινος, ἢ ἐπὶ ἐδ. εὐτ.] MS. τινὸς, ἢ ἐδέσματος εὐτελοῦς, ὅ ἐστι παροψήσασθαι τ. & ἐπὶ alterum ſane abeſſe poteſt. Sed quid ad εὐτελεῦς MS. pro quo vulgo εὐτελοῦς, dicamus? mihi vulgatum videtur rectum, nec mutandum facile: quod etiam profert *Caſaub.* noſter IX. *Ath.* 2. JUNG.

41 Καὶ τὸ ἀγγεῖον λεκτέον θυηλίσιον.] C. V. κἀπὶ τὸ ἀγγεῖον ἑλκτέον τὴν κλῆσιν· *veruntamen & ad ipſum vaſculum appellatio paropſidis trahenda eſt*: ſic e textu ſuccillatur nihili vocabulum θυηλίσιον, quod certe hic non quadrat, a mala manu temere inculcatum, hic & infra mox. KÜHN.

Καὶ τὸ ἀγγεῖον λεκτέον θυηλίσιον.] Hic vero monſtra & piacula *Pollucem* invaſerunt: quis enim confinxit nobis θυηλίσιον, ut & paulo poſt? quiſquis fuit, ineptum facinus patravit. Tu repone ſis MS. lectionem optimam, quæ hæc eſt: οὐ μὴν ἀλλὰ κἀπὶ τὸ ἀγγεῖον ἑλκτέον τὴν κλῆσιν· οὐ γὰρ &c. optime & ſine omni dubitatione ajo ita *Pollucem* ſcripſiſſe. Suſpicati ſunt ſine dubio viri docti de illo θυηλίσιον ut *Bayſius* & *Urſinus*, quorum uterque vulgata verba laudat uſque ad vocabulum θυηλίσιον, eo omiſſo. Illud autem, infirmo teſte nixi, vulgato Codice nimirum, inter vaſa ſacra alii hinc retulere in ſua ſacrorum ſacrificiorumque gentilium deſcriptione. In *Lexicis* vero inter vaſa menſaria hinc quoque retulere: nos in malam rem faceſſere poſthac jubemus: nec firmat id ne leviter quidem ſequens *Metagenis* locus, qui longe aliter legendus eſt, ac editi habent, ut ſtatim dicam. JUNG.

Καὶ τὸ ἀγγεῖον λεκτέον θυηλίσιον.] Quis non ambabus, quod ajunt, ulnis vetuſtorum Codicum amplectatur ſcripturam? eam integram in textu repoſui: de iſta duplici ſignificatione τῆς παροψίδος luculenter *Athenæus* lib. IX. Romani de catino plerumque ſolent uſurpare: apud eos autem dubia ſcriptura: ſiquidem non tantum *paropſis* ſed & *parapſis*, exaretur: *Gloſſæ* MSS. *Parapſis, acetabulum majus, aliqui & catinum appellant*: & aliæ in *Pſalmos*: *Parapſys, gabata, catinus, acetabulum majus, vel vas quadrangulum vel quadrilaterum id eſt, parapſys a paribus abſidis*: ex illis emendandum *Iſidori Gloſſarium*: *Parapſis, granata vel catunis*: integrius in *Excerptis Pythœanis*: *Parapſis, gavata, catinus*: *gavata* pro *gabatha*: ſed quod magis mirere, apud *Suidam* & *Heſychium*: Παραψίδες ἢ παροψίδες legitur, cum tamen apud Græcos de iſta diſcrepantia nihil quicquam compertum habeam. Sed illa de re, ſi lubet, plura leges apud ingenii politiſſimi virum *Nicolaum Heinſium* ad *Pſychomachiam Prudentii*. *Caſaubonus* ad *Athenæum* elegantes iſtos e *Pherecratis Chirone* producit verſiculos:

Νὴ τὸν Δί᾽ ὥσπερ αἱ παροψίδες
Τὴν αἰτίαν ἔχουσ᾽ ἀπὸ τῶν ἡδυσμάτων.

Ubi profecto de catino uſurpatur, ut in pluribus auctorum locis apud *Athenæum*: eam tamen notionem Attici ſermonis magiſtri damnant, me quidem judice immerito, quamvis apud *Xenophontem Cyrop.* libr. I. virum diſertiſſimum de opſonio ſit intelligendum, quem etiam locum notavit *Hæſchelius* ad *Phrynichum*: neque rationis video quicquam, ob quam in dubium in iſtis *Xenophontis* verbis notionem illam τῆς παροψίδος trahat *Athenæus*, cum propter adjuncta παντοδαπὰ ἐμβάμματα res mihi videatur clara: de utraque porro παροψίδος ſignificatione legendus ad *Iliad.* λ. *Euſtathius*.

42 Ἧττον] MS. ἥττων. Sed bene emendatum in ἧττον. JUNG.

παράγων εἰς χρῆσιν, ἐπειδ' ἂν ἔχω τὴν πρὸς τὸν εἰπόντα [43] ἀποστροφήν· τὸ μὲν γὰρ ἐν τῷ Μεταγένους Φιλοθύτῃ, [44] Ὡς ἂν πολλαῖσι παροψίσι, καὶ καιναῖς εὐωχήσω τὸ θέατρον, [45] οἶδ' ὅτι ἐστιν ἀμφίβολον· [46] ἐν δὲ τῇ Ἀντιφάνους Βοιωτίᾳ σαφέστατα ἐπὶ τοῦ ἀγγείου ἔστιν εἰρημένον, [47] Καλέσας τε παρατίθησιν ἐν παροψίσι βολβούς· [48] καὶ κυλίχνας δὲ ἀγγεῖον ὀψοφόρον, ἐν Ταγηνισταῖς [49] δόξειεν ἂν Ἀριστοφάνης λέγειν εἰπὼν, Τὸ δ' ἔτνος ἐν ταῖς κυλίχναις τουτὶ θερμὸν, [50] καὶ τουτὶ
89 παφλάζον. * [51] Χρηστέον δὲ καὶ μυστίλαις, ἢ μυστίλοις, [52] ἢ γλώσσαις, ἢ μυστιλαρίοις, ἢ κο-

uſitata reddens: quoniam ad utentem his habeo refugium. Illud enim in Metagenis Philothyte, Et in multis paropſidibus, & vacuis thyeliſiis theatrum novi eſſe ambiguum: cæterum in Antiphanis Bœotia manifeſtiſſime de vaſe dictum eſt, Vocare addit in paropſidibus bulbos. Porro Scutellas quoque obſoniorum vaſculum vocare videtur Ariſtophanes in Tageniſtis dicens, Jus vero in ſcutellis hoc calidum, & ardens. * Uten- 89
dum etiam canicis, lingulis, myſtilariis, co-

43 Ἀποστροφήν.] Sic ſupra Segm. 60. ὡς ἔχοιμέν τινα τοῦ ὀνόματος ἀποστροφήν. JUNG.

44 Κἂν πολλαῖς π. &c.] C. V. ὡς ἂν πολλαῖσι παροψίσι καὶ καιναῖς εὐωχήσω τὸ θέατρον, leg. παροψίσι, *ut multis pariter noviſque paropſidibus theatrum excipiam lauteque tractem.* KÜHN.

Κἂν πολλαῖς π. &c.] Sed ad *Metagenis* χρῆσιν, ut porro illud θυηλίσιον peſſum eat: ea ita in MS. habet: Μετάγ. Φιλοθύτῃ, ὡς ἂν πολλαῖσι παροψίσι καὶ καιναῖς εὐωχήσω τὸ θέατρον· quæ optimum ſenſum habent, nec dubitabimus in locum vulgatorum reſtituere, qui perinepte κεναῖς etiam habebant: pro παροψίσι in MS. quoque aliquis repoſuerat παροψίσι, quoniam mox ita ſequatur, credo. *Metagenis* drama hoc inter alia ejus recenſetur a *Suida* in Μεταγένης· laudatur etiam ab *Athenæo* lib. ult. ut adnotavit *Caſaub.* ult. *Athen.* ult. JUNG.

Κἂν πολλαῖς &c.] Cui de tantis librariorum flagitiis vel levis oborireτur ſuſpicio ſine MSS. indicibus? Ita legebant priores editiones: κἂν πολλαῖς παροψίσι, καὶ κεναῖς θυηλισίοις τὸ θέατρον· qua ſcriptura nihil eſt abſurdius: caute vero *Pollux* ſe ſcire ait *Metagenis* illud eſſe ἀμφίβολον· dubites enim revera, utra ſit in hoc loco præferenda ſignificatio: ego tamen intellexero ἐπὶ μάζης, de *opſonio*, non de catinis: quis enim, qui curate loqui ſtudet, dicere velit εὐωχεῖν τινα παροψίσι πολλαῖς καὶ καιναῖς, *aliquem excipere multis noviſque paropſidibus ſeu catinis.* De *Metagene* vero alibi forſitan ad *Pollucem* dicendi locus. Sæpius autem τὸ θέατρον εὐωχεῖν fuere ſoliti, qui certamine fabularum ſuperiores abierant: *Athen.* lib. I.

45 Οἶδ' ὅτι ἐστιν] MS. οἶδ' ὅτι ἐστιν ἀ. JUNG.

46 Ἐν δὲ τῇ Ἀντ. Β.] MS. concinnius: τὸ δὲ ἐν Ἀντιφ. Βοιωτίᾳ. Idem hoc citat *Athenæus* lib. IX. apud quem tamen male Βοιωτίῳ eſt. Sed Βοιωτίᾳ ex noſtro *Polluce* reſtituendum admonuerunt jam *Bayſ.* de Vaſc. & *Caſaub.* IX. *Athen.* 2. qui & III. *Athen.* 8. ubique ita apud *Athen.* ſcribendum monet: nec aliter adgnovit Magnus *Scaliger Conjectan.* in libr. V. *Varron.* de ling. Lat. fere extremis: ubi ait Ælii Bœotiam ex *Antiphanis* tranſlatam fuiſſe. JUNG.

47 Καλέσασθαι] Legendum καλέσασα, ex *Athen.* lib. IX. fol. 367. vid. *Laz. Bayſii* lib. de Vaſc. pag. 252. SEB.

Καλέσασθαι] C. V. καλέσας τε &c. *& invitans apponit in paropſidibus bulbos: Salm.* καλέσας καὶ παρατίθεσι. KÜHN.

Καλέσασθαι] Καλέσασα *Athen. initio libr.* IX. ſic adſcripſit ad ſuum Codicem *H. Stephanus*: & dudum ita emendavit ex *Athenæo* etiam *Bayſ.* de Vaſc. & ita hinc citat *Urſin. Adpend.* ad *Triclin. Ciacc.* Et in noviſſ. editione *Athenæi* hodie ita editur:

> Καλέσασα τε παρατίθησιν ἐν παροψίδι.

Hactenus enim habet *Athenæus.* Et ſane ad *Athenæum* nihil intricamus. De *Polluce* noſtro, lectionem MS. proponere debemus tamen, quæ ita habet: καλέσας τε παρατίθησιν ἐν παροψίσι βολβούς· cui certe quoque inhærere poſſumus, & ita concipere verſus:

> Καλέσας τε παρατίθησιν ἐν παροψίσι
> Βολβούς. — JUNG.

Καλέσασθαι] Error hic a pronunciatione vulgari manavit: potuit enim librarius, ſi prælegentem aliquem audierit, haud difficilius exaraſſe καλέσασθαι quam καλέσας τε, quæ vera lectio, & e MSS. a nobis reſtituta: forſitan tamen verius *Athenæus* καλέσασα· & de meretrice, quæ aliquem ad cœnam vocaſſet, intelligebam propter appoſitos in paropſidibus bulbos. Sed eam rem non curabimus.

48 Καὶ κυλίχνας &c.] *Heſych.* vide in κυλίχνη & κυλιχνίδες. *Feſtus* in *Culigna*, *vas potorium*, *vas vinarium*, *a Græco dicta*, *quam illi dicunt* κύλικα· dein C. V. ἀγγεῖον ὀψοφόρον ἐ. T. δόξειεν ἂν Ἀρ. KÜHN.

Καὶ κυλίχνας &c.] MS. καὶ κυλίχνας δὲ ἀγγεῖον ὀψοφόρον· alterum & infra Segm. 91 & 106. *Tageniſtarum Ariſtophanis* & apud *Athenæum* mentio, ut adnotavit *Caſaubonus* III. *Athen.* 16. JUNG.

Καὶ κυλίχνας ἀγγ. παροψ.] Καὶ κυλ. δὲ nitidius MSS. quibus etiam ducibus ineptum illud παροψοφόρον ejectum eſt ſua ſede: non tamen latet, quid ille, qui ſic corrupit, cogitaverit: ſcilicet ad παροψίδας animum advertit, de quibus tamen hic Auctor noſter loqui deſiit: itaque commode ὀψοφόρον· ſic ſæpius apud *Athenæum* & *Grammaticos* ἀγγεῖον ὀψοφόρον. Mox & elegantius δόξειεν ἂν Ἀριστ. Sed & in *Comici* loco MSS. emendatius παφλάζον· quod non ſine ratione cum *Jungermanno* prætulimus τῷ παμφλάζον. *Lycophron*: Αἴδου παφλάζοντος ἐκ βυθοῦ φλογὶ Κρατῆρος. —

49 Δόξειεν Ἀριστ.] MS. δόξειεν ἂν Ἀριστοφάνης λ. & bene interſeras ἄν. JUNG.

50 Καὶ τουτὶ παμφλάζον.] C. V. τοῦτο παφλάζον, omiſſo καὶ præcedente. *Heſych.* Παφλάζει, βράζει, ἀναζεῖ. KÜHN.

Καὶ τουτὶ παμφλάζον.] MS. τουτὶ θ. καὶ τ. παφλάζον· & emenda παφλάζον· quo *Ariſtophanes* & alibi utitur: altero forte nemo uſus eſt. JUNG.

51 Χρηστέον καὶ μυστιλαῖς, ἢ μ.] Μυστίλαις (vid. ſupra VI, 87.) ἢ μυστίλλοις. SEB.

Χρηστέον καὶ μυστιλαῖς] MS. χρηστέον δὲ καὶ μυστίλαις, ἢ μυστίλοις· plenius & rectius: μυστίλη & ſupra VI. 87. quamvis primum MS. non haberet, dein abſque accentu haberet. Sed μυστίλαις & *Sebers* MS. credo, habuiſſe: μυστίλη & *Heſych.* habet: & *Suidas* μυστίλην· μυστίλλας *Etymologicon* τὸ μέγα in μύστρον. JUNG.

52 Ἢ γλώσσαις, ἢ μ.] MS. ἢ γλώτταις, καὶ μυστιλαρίοις &c. JUNG.

chlea-

chlearibus, novaculis, cultris, cultello aut gladiolo. Atque *μάχαιρος* ſæpe maſculine dicitur, ut cum Pherecrates inquit, Machæram maſculum dediſti, neque me impedivit machæra, quoniam clamore ſuſcitabo carnes. A cultro vero, etiam cultello

χλιωρύχοις, ἢ λιστρίοις, [53] καὶ μαχαίρᾳ, ἢ μαχαιρίῳ, ἢ μαχαιρίδι· [54] καὶ ἡ μαχαιρὶς μὲν γὰρ ὡς ἐπιτοπολὺ ἐπὶ τῆς κουρίδος· ἀλλ' ὅταν Φερεκράτης ἐν Κραπατάλλοις φῇ,

> Μάχαιραν ἄρ' ἐνέθηκά σου· τί μ' εἴργασαι;
> Ἀμάχαιρος ἐπὶ βόεια νοστήσω κρέα,
> Ἀνὴρ γέρων, ἀνόδοντος. ---

ἀπὸ δὲ τῆς μαχαίρας, καὶ τῷ μαχαιρίῳ καὶ τῇ

53 Καὶ μαχ. μ. &c.] MS. καὶ μαχαίραι, ἢ μαχαιρίῳ. Scin' quomodo emendari debet? ι adpingi ſolet non ſub litera, ſed ad literam in MS. hinc ac hic mendoſe exaratum: & emenda itaque καὶ μαχαίρᾳ, ἢ μαχαιρίῳ. JUNG.

Καὶ μαχαίραις, μ. &c.] Etſi ſenſus lectionis vulgatæ, & a nobis jam reſtitutæ non diſcrepet, elegantia tamen diſpar eſt: ut enim MSS. habent cuncta ſibi conveniunt: monere puto operæ non eſt pretium ante nos afuiſſe δὲ in iſtis Χρηστίον καὶ μυστίλαις. Sed ad alia pergamus graviora.

54 Καὶ μαχαίροις μὲν &c.] *H. Steph.* dubitat an non exemplaria hic mentiantur. SEB.

Καὶ μαχαίροις μὲν &c.] C. V. ἡ μαχαιρὶς μὲν γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐπὶ τῆς κουρίδος· ἀλλ' ὅταν Φερεκράτης ἐν Κραπετάλλοις φῇ, μάχαιραν ἀρινέθηκά σου τι μ' εἰργᾶσαι ἀμάχαιρος ἐπιβόεια νοστήσω κρέα ἀνὴρ γέρων ἀνόδον ἀπὸ νοῦν (*Salmaſ.* leg. ἀπὸ γοῦν μ.) τῆς μαχαίρας &c. hæc lectio nos manuducit ad veram, vulgata enim & ejus verſio nil ſani habet, uti textum inſpicienti patebit: legendum igitur: Ἐν Κραπατάλλοις φῇ·

> Μάχαιραν ἄρ' ἐνέθηκά σου· τί μ' εἰργάσω;
> Ἀμάχαιρος ἐπὶ βόεια νοστήσω κρέα,
> Ἀνὴρ γέρων, ἀνόδων τε. ---

Ἐπὶ τῆς μαχαίρας κ. τ. μ. κ. τ. μ. χ. unde hæc verſio naſcitur: *μαχαιρὶς equidem, ut plurimum de cultro tonſorio dicitur; verum quando dixit Pherecrates in Crapatallis:*

> *Cultrum poſui pignori tuum; quid mihi feciſti?*
> *Sine cultro ad bubulas redibo carnes.*
> *Vir ſenex & edentulus?* ---

De cultro uſurpanda ſunt μαχαίριον & μαχαιρίς. Huc ſcilicet ibat Auctor: quamvis uſus obtinuerit, ut μαχαιρίς, adde & μαχαίριον, notet *novaculam*, *tonſorium cultrum*; nihilominus tamen auctoritate *Pherecratis*, qui cultrum communem μάχαιραν dixit, poſſe adhiberi vocabulum μάχαιρα, de cultro non tonſorio, ſed cœnatorio. *Gloſſæ: μαχαίριον κουρικὸν, cultra: μαχαίρια κουρικὰ, cultri: μάχαιρα, τὸ παραμήριον, ſica, gladius, culter, cultellus:* C. A. legit ἀπὸ γοῦν τῆς μ. &c. hic enim iterum pergit Codex ille: ita & *Salm.* KÜHN.

Καὶ μαχαίροις μὲν &c.] Jure dubitavit hic *H. Stephanus* ob vitioſum μαχαίροις, an inde μάχαιρος inter legitima vocabula cenſeri deberet: locus enim vulgo mutilus eſt & mendoſus: ex MS. ita reſtitue: ἢ μαχαιρίδι, ἡ μαχαιρὶς μὲν γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐπὶ τῆς κουρίδος· niſi quod MS. μαχαίριδι accentu pravo habet: & ἐπὶ τὸ πολὺ forte non neceſſe eſt ita, ut ſemper fere in MS. tribus voculis perſcribere. Videtur tamen adhuc verbum aliquod deſiderari, τίθεται, vel tale: vix enim tam conciſe loqui ſolet, quamvis id ſubintelligatur: *μαχαιρὶς quidem plerumque de cultro tonſorio uſurpatur: ſed quum* Pherecrates *dixerit μάχαιραν ita & de cultro menſario vel cibario, inde nobis & μαχαιρίῳ & μαχαιρίδι licet iiſdem uti.* Hic enim ſenſus mox tibi elucet, poſtquam elegantem χρῆσιν *Pherecratis* ex MS. adſcribemus, vulgo prorſus corruptam. Prius tantum adnotandum videtur, quod de μαχαιρίδι dixit, eam plerumque de cultro tonſorio uſurpari, ut ex MS. ſupplevi; id non ſolum a *Noſtro* ſupra II, 32. dictum quoque legi, ſed & infra repetitum & confirmatum Segm. 139. 140. Nunc ad *Pherecratea*: quæ ita in noſtro MS. ἀλλ' ὅτ' ἂν Φερεκράτης ἐν Κρεπατάλλοις φῇ, μάχαιραν ἀρινεθηκάσου τι μ' εἴργασαι ἀμάχαιρος ἐπιβόεια νοστήσω κρέα, ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος· ἀπὸ τῆς μαχαίρας &c. elegans χρῆσις iterum dico: depravata mirum in modum vulgo: nec ullus abſque melioris Codicis, qualem noſtrum non vane hactenus deprædicavimus, ope conſtituat. Scribe autem prius Κραπατάλλοις· fabula ſæpe laudata a noſtro. Jam cetera ita videntur concipienda, μάχαιραν ἄρ' ἐνέθηκά σου· τι μ' εἴργασαι· ἀμ. ἐπὶ βόεια ν. κρ. *cultrum tuum condidi*, ait unus: reſpondet alter ſenex edentulus: *Quid facis? quo me ſubigis?* cetera, quæ clara. Et lubet totum locum jam adſcribere, ut eum ex MS. conſtituendum putem: quo viri docti, ſi quid minus recte vel concinne, porro corrigant & concinnent: ἡ μαχαιρὶς μὲν γὰρ, ὡς ἐπιτοπολὺ ἐπὶ τῆς κουρίδος· ἀλλ' ὅταν Φερεκράτης ἐν Κραπατάλλοις φῇ,

> Μάχαιραν ἄρ' ἐνέθηκά σου· τί μ' εἴργασαι;
> Ἀμάχαιρος ἐπὶ βόεια νοστήσω κρέα;
> Ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος· ---

ἀπὸ τῆς μαχ. &c. quæ reſpondent illis ἀλλ' ὅταν Φ. Sed in primo verſu potius lege: μάχ. ἄρ' ἐνέθηκας; οὔτοι μ', ε. Illud ἀνόδοντος, in MS. ſcriptum erat ἀνόδον ſuperpoſita τ cujus temo impoſitus longior ſolito, quo iſtud τος ſignificatur: quæ res mihi loci apud faſtuoſiſſimum illum Græculorum *Tzetzem* in memoriam revocat, ab operis, qui hoc neſciebant, corruptum. Eſt is in ejus ἐξηγήσει ad lib. I. ἔργ. *Heſiodi*, ubi de *Prometheo* μυθολογεῖ μακρὰν ἀλληγορίαν καὶ ποικίλην ἀποτείνας· οἶδα, ait, καὶ ψυχικῶς Προμηθέα, τὸ τῶν ἀνθρώπων προβούλευμα καὶ τὴν πρόγνωσιν, Ἰαπετοῦ καὶ κινήσεως λογισμοῦ παῖδα λεγόμενον &c. mox ſubjicit τοῦ Προμηθέως οὖν προβούλευμα τούτου πατὴρ, ὡς ἔφην, ἡ τοῦ λογισμοῦ κίνησις, καὶ περιεκτικωτάτη περιστροφή· Ἰαπετὸς δὲ λέγεται, παρὰ τὸ ἱέναι &c. ubi non dubito ſcribendum, οὖν προβουλεύματος τούτου. Scriptum autem fuiſſe προβούλευμα, impoſito τῷ α litera τ, quæ τος ſignificaret: unde locus corruptus: ſed id tanti non erat forte ut a *Polluce* digrederemur. Hoc adnotandum magis, quo ſtabilitur locus ſupra a me reſtitutus, nempe II, 96. ἀνόδοντος, ὡς Φερεκράτης ita enim in MS. eſſe dixi ibi: idem nimirum locus. Imo ultimum verſiculum adhuc una voce plenius ſervavit nobis *Suidas*: in ἀνόδοντον, ſcribens κοριάννοις· Φερεκράτης· ἀνὴρ γέρων, ἀνόδοντος ἀλήθει. Ubi & hoc notandum, cum quaſi ex κοριάννοι *Pherecratea* adferre: ita enim emendandum: vel Κραπατάλλοις ex noſtro *Polluce* reponendum. JUNG.

Καὶ μαχαίροις μὲν ὡς ἐπ. ἀλλ' ὅταν Φ.] Afflixit librariorum ſegnis incuria hunc locum: & quæſo te, qui rei *Criticæ* animum appuliſti, ut ex hoc aliiſque pluribus apud *Pollucem* noſtrum locis ſedulo perſpicias, qua ratione atque via pervenerint auctores præſtantiſſimi ad iſtas, quibus deturpati ſunt, ſordes: & illum vero oleum & operam non eſſe perditurum ſpondeo, qui contulerit mendas & labes priorum editionum cum hac noſtra. Sed euge! ſic plerique MSS.

[55] μαχαιρίδι χρηστέον· ἐν δὲ τοῖς [56] Δημιοπράτοις εὑρήκαμεν μαχαίρια ἐλεφάντινα, καὶ μαχαίρια
90 κεράτινα· • [57] καὶ χέρνιβα δὲ, καὶ λέβητες, καὶ [58] πρόχους, καὶ χερνίβιον· ἀναγκαῖα καὶ ταῦτα ἐκ τῆς παρ' Ὁμήρῳ χρήσεως,

> [59] Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος πρόχοόν τ' ἐν χερσὶν ἔχουσα.

[60] ῥητέον δ' αὐτὸ καὶ χειρόνιπτρον, [61] Εὐπόλιδος εἰπόντος ἐν Κόλαξι, Φροῦδον τὸ χειρόνιπτρον· οἷς ἐπακτέον καὶ σπόγγους, καὶ σπογγιάς· ἐπὶ δὲ τούτοις, [62] καὶ κανᾶ, καὶ κάνητα, καὶ κανήτια· καὶ κανίσκια μὲν Κράτης ἐν Ἥρωσιν εἶπεν. Τὰ κα-
91 νίσκια δὲ τῆς κοίτης ὑπερέχειν μοὶ δοκεῖ. • Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἀχαρνεῦσι, κάνητος· ἐν δὲ Γηρυτάδῃ,

utendum eſt. In Foro autem publico invenimus Cultros eburneos, & cultros
corneos: • præterea lavacrum, lebetes, gutturnia, & pollubrum. Atque hæc ex Homeri uſu deſumuntur, 90

> *Lebetem ſimul gutturniumque ancilla manibus tenens.*

Hoc idem etiam manuum lavacrum appellandum eſt, Eupolide dicente in Adulatoribus, Vacuum gutturnium. Quibus etiam ſpongiæ addendæ ſunt, ad hæc vero calathi, fiſcellæ, cophini. Et Caniſcia dixit Crates in Heroibus: • ſed A- 91
riſtophanes in Acharnenſibus, Κάνητος· & Gerytade,

in hoc loco: ἡ μαχαιρὶς μὲν γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐπὶ κουρίδος· perpaullum in Codice *Falckenburgiano* aliter: καὶ μαχαιρὶς μὲν γὰρ &c. ſcribendum igitur καὶ ἡ μ. In ſequentibus ſupplevi poſt Φερεκράτης, ἐν Κραπατάλλοις· in *Falckenburgianis* ita: Φερεκράτης φῆ ἐν Κραπ. ea de fabula dixi ad ſuperiorem librum: in *Photii* Lexico Κραπατάλοις· ſic & alibi vitioſe. Sed animo allubeſcit *Pherecratis*, ut ante nos evulgata fuerunt, verba apponere: Μάχαιραν ἄῤῥεν ἔθηκας, οὗτος με εἴργασε ἡ μάχαιρος· ἐπεὶ βοῇ ἀναστήσω κρέα· in Excerptis *Falckenburgii* legitur & ἀμάχαιρος & ἐπὶ· additum ad finem etiam reperio, ἀνὴρ γέρων, ἀνόδοντες. Locus ita diſtinguendus, ut fecit appoſite *Jungermannus*: in iſto νεστήσω ſimplici notione capiendum pro *veniam*: cetera clara.

55 Μαχαιρίδι] MS. iterum vitioſe accentum μαχαίριδι habet. JUNG.

56 Δημιοπράταις] MSSti Δημιοπράτοις· dein C. A. μ. ἐ. καὶ κεράτινα· *cultelli cum manubriis eburneis & corneis.* KUHN.

Δημιοπράταις] Emenda Δημιοπράτοις, ut & hic MS. conſtanter habet. JUNG.

57 Καὶ χέρνιβα &c.] C. A. χέρνιβα λέβητρα πρόχους· χέρνιβον ῥητέον δὲ καὶ χειρόνιπτρον. C. V. poſt χερνίβιον addit, ἀναγκαῖα, *neceſſaria ſunt*, *idque ex Homeri uſu* &c. KUHN.

58 Πρόχους] Πρόχουν. SEB.

Πρόχους] Noſter *Seberus* in ſuis notis πρόχουν· & videtur ſane ita σύνταξις ceterorum poſcere. Sed MS. & antecedens habet caſu recto, καὶ λέβητες, καὶ πρόχους, καὶ χ. quid itaque ſi dicamus neutro plurali *Pollucem* illo verſu *Homeri*, apud quem certe & χέρνιβον invenimus, accepiſſe: & MS. noſtri itaque ſcripturam veram eſſe, quæ tota ita habet, auctior etiam vulgata: καὶ χερνιβα (ſine accentu) δὲ καὶ λέβητες, καὶ πρόχους, καὶ χερνίβιον; ἀναγκαῖα καὶ ταῦτα ἐκ τ. π. Ὁ. χ. JUNG.

59 Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος &c.] *Odyſſ.* α, 136.

> Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα.

Iliad. autem ω, 304.

> Χέρνιβον ἀμφίπολος προχ. ἅ. χ. ἔ. SEB.

Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος &c.] C. V. ἀμφίπολις προχόον τ' ἐν χερσὶν ἔ. KUHN.

Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος &c.] In verſu ipſo *Homeri*, MS. χέρνιβα δ' ἀμφ. προχόον τ' ἐν χερσὶν ἔ. habet: quæ adhuc magis videntur confirmare quod dixi de χέρνιβα. Iſte enim verſus Ἰλ. ω, 304. hodie ita legitur:

> —— ἡ δὲ παρέστη
> Χέρνιβον ἀμφίπολος πρόχοόν θ' ἅμα χερσὶν ἔχουσα.

Nec alium putem *Pollucem* noſtrum reſpexiſſe. *Etymologicon* Magnum: λέβης, τὸ χέρνιβον. &c. Et ex *Syneſio* adferunt, τὰ ἐν τοῖς προτεμενίσμασι χέρνιβα. Ego tamen nil temere adfirmo: ſed MS. lectionem fideliter indicare volui, judicium viris doctis permittere. JUNG.

Χέρνιβα δ' ἀμφ. &c.] Illam verſiculi *Homerici* lectionem in textu repoſui, quæ comparebat in MSS. quorum eorundem auctoritate ἀναγκαῖα modo adjeci.

60 Ῥητέον δὲ αὐτὸ καὶ χ.] MS. ῥητέον δὲ ἂν καὶ χειρόνιπτρον, εἰπόντων (ſed ος ſupra ſcriptum alia manu) Εὐπόλιδος ἐν Κόλαξι, Φρ. JUNG.

61 Εὐπόλιδος εἰπόντος] C. A. omittit verba *Eupolidis*, ſtatimque ſubjicit ad εἰπόντος, οἷς ἐπακτέον &c. KUHN.

62 Καὶ κανᾶ] Abſunt & copulæ a C. A. uſque ad καὶ κανίσκια κανοῦν δ' ἀρτοφόρον εἴποις ἂν, κίστην ὀψοφόρον &c. interjecta autem abſunt. KUHN.

Καὶ κανᾶ] MS. κανᾶ (ſine præcedenti καὶ) καὶ κάνητα, καὶ κανήτια, καὶ κανίσκια, cæteris omiſſis uſque ad Καὶ κανοῦν δ' ἀρτοφ. Sed in vulgatis me male habet illud, Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἀχαρνεῦσι, κάνητος· & audeam adfirmare in toto eo dramate ita non extare: niſi forte plus oculi, quam oculus, videbunt. Suſpicor interim de mendo, quum MS. hic deficiat: κανοῦν quidem reperio, quod tamen mox nominat, in ea fabula:

> Κατάθου τὸ κανοῦν ὦ θύγατερ, ἵν' ἀπαρξώμεθα.

Et:

> Ἄγ' ὦ θύγατερ, ὅπως τὸ κανοῦν καλὴ καλῶς
> Οἴσεις. ——

Suſpicor itaque titulum vulgatum mendoſum eſſe, & *Noſtrum* illud κάνητος ex alio dramate *Comici* protuliſſe. JUNG.

Καὶ κανᾶ, καὶ κάνητα] Rariſſima, puto, ſunt illa κάνητα & κανήτια· huc tamen pertinent hæc *Suidæ* Κάνης, ὁ ψίαθος· καὶ κλίνεται κάνητος· inde vero κάνητα & κανήτια, ſi modo hæc ita ſe recte habeant, quo de ſubdubito: in *Heſychio* lego: Κανίτρον, κανίσκιον· ibi tu repones aut κανήτιον, a quo literarum ordo non abludit, aut κάνιστρον, quod forte quis magis probet: ſed κάνητα vero & κανήτια, quod, ſicut ipſæ ſtoreæ, e viminibus erant plexæ. At ab his levibus ad graviora pergendum: poſt illa Κράτης ἐν Ἥρωσιν εἶπεν, *Falckenburgii* Codex ſingulari beneficio nos ſibi obſtringit, ſiquidem ipſam *Cratetis* χρῆσιν, quæ ab omnibus aliis abeſt MSS. contineat hoc pacto: ὁ κανὶς δὲ τῆς κύτης ὑπερέχειν μοι δοκεῖ· ut emendandum judicabam, & facilis erat emendatio, in textu ſic collocavi: forſitan maluerit aliquis τὸ κανίσκιον· ſed potius alterum probavero; etenim ipſe *Pollux*, καὶ κανίσκια μὲν Κράτης &c. Κύτης pro κοίτης· ſimili vitio idem vocabulum etiam mox in hoc Codice eſt ſcriptum.

--- alius vero inferebat plicato
In calatho relicta pannu fragmenta.

Tum & caniſtrum panarium. Dices quoque ciſtam obſoniariam: fortaſſis arcam quoque, ut in Baptis Eupolidis, Verum neque arcas habent copioſe repletas: & in Pherecratis Myrmecanthropis, Veruntamen & arcas, quæ penes me ſunt. • Cæterum in Jovis Alcme-
92

— [63] ἄλλος δ' εἰσέφερε πλεκτῷ
Κανισκίῳ ἄρτων περίλειπα θρύμματα.

[64] Καὶ κανοῦν δὲ ἀρτοφόρον· εἴποις δ' ἂν καὶ κίστην ὀψοφόρον, ὅθεν καὶ,

Μήτηρ δ' ἐν κίστῃ ἐτίθει περικαλλέ' ἐδωδήν.

καί που καὶ κοίτην, [65] ὡς ἔν τε τοῖς Βάπταις Εὐπόλιδος, [66] Ἀλλὰ τὰς κοίτας γ' ἔχουσι πλευσίως σεσαγμένας· καὶ ἐν Φερεκράτους [67] Μυρμηκανθρώποις, [68] Ἀλλὰ καὶ ἐν κοίταις ταῖς ἐμοὶ ἀποκεῖνθ' ἃ μέλλομεν ἀριστήσειν· • ἐν δὲ τῇ Ἴωνος Ἀλκμή- 92

63 Ἄλλος δ' εἰσέφερε πλ. &c.] *Salm.* verſus ita forte diſtinguendos ait: ἄλλος δὲ πλεκτῷ εἰσέφερε κανισκίῳ Ἄρτ. π. θ. KÜHN.

64 Καὶ κανοῦν δ' ἀρτοφόρον.] C. V. καὶ κ. δὲ ἀ. ὅθεν καὶ μητὴρ δ' ἐν κίστῃ ἐτίθει περίβαλλε ἐδώδην· καί που &c. leg. ὅθεν καὶ Μ. δ. ἐ. κ. ἐ. περικαλλέ' ἐδωδήν· *mater vero ciſtæ imponebat pulcherrima ciborum*: verſus eſt *Homeri Odyſſ.* ζ. ubi hoc loco eſt μενοεικέ' ἐ. quia vero hunc verſum appoſuit ἀπὸ μνήμης, vicinum περικαλλέα poſuit pro μενοεικέα· alias pro κίστῃ dicitur & κίστις, κοιτὶς & κοιτίδιον. KÜHN.

Καὶ κανοῦν δ' ἀρτοφόρον.] MS. ita: καὶ καν. δὲ ἀρτοφόρον· ὅθεν καὶ μήτηρ δ' ἐν κίστῃ ἐτίθει περικάλλε' ἐδωδήν· καίπου &c. omiſſis vulgatis quibuſdam, & integro verſu repoſito. Sed nec illa omittenda, nec hic non reſtituendus. Sic itaque locum reſtituendum reor: καὶ κανοῦν δ' ἀρτοφόρον· εἴποις δ' ἂν καὶ κίστην ὀψοφόρον, ὅθεν καὶ

Μήτηρ δ' ἐν κίστῃ ἐτίθει περικαλλέ' ἐδωδήν.

Eſt id *Homerica* χρῆσις, quæ extat Ὀδυσσ. ζ. v. 76. quamvis in editis ſit μενοεικέ' ἐδωδήν. Sequitur autem illum ſtatim hic verſus:

Παντοίην· ἐν δ' ὄψα τίθει. —

Unde vides bene noſtrum ὀψοφόρον κίστην vocare: ut & ſupra VI, 13. & ὀψοφόροι κίσται infra Segm. 180. Sportulis interdum obſonia cœnarum ferri ſolita, quum ad aliquem cœnatum irent, docet *Turneb.* VI. Adverſ. 1. κίστας ὀψοφόρους & σπυρίδας hinc adducens. JUNG.

Καὶ κανοῦν δ' ἀρτοφόρον. &c.] *Panarium* exponunt *Gloſſæ Philoxeni*: abiit autem in uſum vulgarem poſteriori ætate vox illa apud Græcos: ἀρτοφόριον exponit *Sextus Empiricus* adverſus *Mathem.* c. 11. forſitan ibi melius ἀρτοφόρον· ſed illa de re ne ſolliciti ſimus. De κίστῃ ὀψοφόρῳ, reſtituimus illam χρῆσιν e MSS. quam ex *Homero Pollux* attulerat: eam & religioſe ſervavit liber *Falckenburgii*: καὶ κανοῦν ἀρτοφόρον· ὅθεν καὶ μήτηρ ἐν κίστῃ ἐτίθετο περικάλλε' ἐδωδήν· καί που καὶ κύτην· miror equidem, qua ratione abſint a MSS. noſtris εἴποις δ' ἂν καὶ κίστην ὀψοφόρον, cum ea ſenſum ſuſtineant: ibi vero in *Homeri* loco cum *Auctor* noſter περικαλλέ' ἐδωδήν, ſcribat, an ejus mens forſitan hæſit in iſto, qui inde non procul abeſt, verſiculo: Αἱ δ' ὅτε δὴ ποταμοῖο ῥόον περικαλλέ' ἵκοντο. *Euſtathius* certe vulgatam retinet, neque alterius lectionis facit mentionem. Sed de κίστῃ vero, *Euſtathius* ad illum *Homeri* locum ἱδισματοθήκην a veteribus expoſitam refert, ubi quidem non dubito, quin illa minora *Scholia*, quæ in noſtris verſantur manibus, innuat, ſuaque necdum ætate hanc vocis illius notionem obſolevilſe: *Heſychius* ad rem præſentem commode: Κίστη, ἀγγεῖον πλεκτὸν, εἰς ὃ βρῶμα ἐνετίθετο ἢ ἱμάτια, κίβωτος, ἢ ἀπαλές· non minus igitur aptum fuit cibis recondendis, ac veſtibus, quamvis *Scholiaſtes Ariſtophanis* ad *Equites* in eo differre velit κίστην a κιβώτῳ, ὅτι ἡ μὲν, εἰς ὑποδοχὴν ἐστὶν ἐδεσμάτων, ἡ δὲ ἱματίων καὶ χρυσοῦ ἡ κίβωτος· in *Ariſtophanis*, ad quem hæc commentatur, loco de cibi repoſitorio κίστη eſt capienda: ſed diverſa tamen aliorum eſt Grammaticorum ſententia, qui ligneam fuiſſe κίβωτον ſtatuunt, κίστην vero plexam: *Ammonium* & *Thomam* vide: & id ego ferme a ſcriptoribus probatiſſimis obſervari animadverti.

65 Ὡς ἐν τοῖς Β.] Sequitur in MS. καί που καὶ κοίτην, ὡς ἔν τε τοῖς Β. bene: huic τε, mox reſpondet καὶ ἐν Φερ. JUNG.

66 Ἀλλὰ καὶ τὰς κοίτας &c.] In verbis *Eupolidis* abeſt ἀλλὰ a C. A. καὶ vero, a C. V. qui & pro οὐκ legit γ'. *Salm.* Ἀλλὰ κοίτας οὐκ ἔχ. KÜHN.

Ἀλλὰ καὶ τὰς κοίτας, &c.] MS. ἀλλὰ τὰς κοίτας γ' ἔχουσι π. σ. Bene: vulgo plane contrario ſenſu inepte, nec ita ut verſiculos concinnares facile. Jam vero id non difficile:

— ἀλλὰ τὰς
Κοίτας γ' ἔχουσι πλευσίως σεσαγμένας.

Noſtri Germani Græciſſantes dicerent, Sie haben ſich wohl beſacket: quid enim vetat tale quid immiſcere? an nos ſoli noſtram linguam contemnere debemus? & ejus idiotiſmos non indicare quoque liceat, ut aliis ſuæ vel in majori opere. JUNG.

Ἀλλὰ καὶ τὰς κ. οὐκ ἔχ. &c.] Contrarius eſt his in MSS lectione ſenſus: repoſuimus eam tamen, ſiquidem & *Jungermannus* comprobaverit. *Falckenburgius* aut quicunque alius, e ſuo libro notavit pro κοίτας, κόπας· ſcilicet ι & τ ita fuerunt quadam elegantia ſcribendi colligatæ, ut dignoſci non potuerint: pari modo in fine libri ſeptimi notatum fuit pro ἐντίστας ex hoc Codice πτίλας, niſi me fallo, pro ἐντίλας. Sed de iſta τῆς κοίτης ſignificatione, quam hic *Pollux* adnotat, *Heſychius* opportune: Κοίτη, κίστη, ἐν ᾗ τὰ βρώματα ἔφερον· αἱ δὲ μικραὶ, κοιτίδες· ubi *Palmerius* toto aberrat cœlo, cum reſtituendum opinatur ἀβρώματα, quæ vox eſt ſpuria: ipſe vir ſummus ad *Athenæum* aut veterem conſuetudinem eſſe aut librariorum errorem exiſtimat ſcribere κοίτη pro κίστῃ· ego vero ſatis tutam exiſtimo *Pollucis* auctoritate vocis hujus eam notionem, ſiquidem ex ſpectatis ſcriptoribus illam hauſerit: non itaque apud *Athenæum* in *Menandri* loco Κίστας ego pro κοίτας reponendas judicavero.

67 Μυρμηκανθρώποις] Cetera C. A. non habet uſque ad capitis finem. KÜHN.

Μυρμηκανθρώποις] Male MS. μυρμηκανθρώπους. JUNG.

68 Ἀλλὰ καὶ κ. τὰς ἐν ἐμοί.] *Interpr.* legit παρ' ἐμοὶ, *penes me*: quid ſi legamus: τὰς ἐν ἐμοῖς, *quæ in meis rebus ſunt*, vel, τὰς ἐμοῦ· *quæ domi meæ ſunt.* KÜHN.

Ἀλλὰ καὶ κ. τὰς ἐν ἐμοί.] Χρῆσις *Pherecratea* in MS. deeſt iſta, ἀλλὰ καὶ κοίτας τὰς ἐν ἐμοί· quam profecto ſanam eſſe non credo, forte nec integram. JUNG.

Ἀλλὰ καὶ κοίτας τὰς ἐν ἐμοί.] Acute profecto *Jungermannus* noſter, qui ſanam eſſe non credidit hanc χρῆσιν, forte nec integram: integra certe non eſt, uti nobis e Codicis *Falckenburgiani* Excerptis manifeſte conſtat, quippe quæ adjiciant: ἀπεβαῖνθ' ἃ μέλλομεν ἀριστῆσειν· poſteriora plana ſunt & emendatu facilia:

νη, ὁ εἰς τὴν τῆς τροφῆς παρασκευὴν [69] θύλακος, σάγη ὠνόμασται· [70] καὶ σπυρίδα δὲ ὀψωνιοδόχον πλεκτὴν σχοίνου, ἐν Ἀμφιαράῳ Ἀριστοφάνης ἔφη· ἐν δὲ Ἀχαρνεῦσι σπυρίδιον, [71] ὃ καὶ πλέκος εἴρηκε, παρατραγῳδῶν· Καὶ τὰ μὲν [72] τῶν ἡδυσμάτων ἀγγεῖα ἐρεῖς, κυψέλας, ὀξίδας· καὶ

ne, vas ad ciborum apparatum deſtinatum, Capſula nominatum eſt. Et obſoniorum ſportam e juncis plicatam, in Amphiarao dixit Ariſtophanes: in Acharnenſibus autem Sportulam: quam & Plicatam vocavit, apud Tragœdum. Verum eduliorum vaſcula dices, Scutellas, acetabula: &

ἃ μέλλομεν ἀριστήσειν· ſed illud ἀποβάνθ' quid eſſe cenſeas? non dubitandum eſt, quin ad priora pertineat, ſed illa peræque, me judice, corrupta, atque hæc vox: nihil autem in iſtis ſubſidii, aut a ceteris MSS. aut a *Falckenburgii* Codice, qui tantum pro κοίτας ſcribit κύτας. Emaculandum exiſtimo: Ἀλλὰ καὶ ἐν κοίταις ταῖς ἐμοὶ ἀπόκειθ', ἃ μέλλομεν ἀριστήσειν. Hic inſtiti, quam mihi antea propoſui viam; ut reſtituerem ſcilicet hæc ut emendaram in textum: forſitan alii felicius: ſed adverte animum ad μέλλομεν ἀριστήσειν· concinnum enim.

69 Θυλακίσκη ὠνόμασται] C. V. παρασκευὴν, θύλακος, σάγη ὠνόμασται· forte compoſita voce θυλακοσάγη, ut σακκοπήρα· *Salm.* θυλακίσκιον. KÜHN.

Θυλακίσκη ὠνόμασται.] MS. ita: ἐν δ. τ. Γ. Ἀλκμήνῃ, ὁ εἰς τ. τ. τρ. π. ἦν θύλακος, σάγη ὠνόμασται· quæ ſane videtur vera lectio, & vulgata ſatis mire corrupta: σάγη de pera vel tali ſacculo cibario. Sic σαγὶς, πήρα apud *Heſychium*. Hoc nempe adnotare, operæ pretium videbatur noſtro *Polluci*, non θυλακίσκην aliquam. JUNG.

Θυλακίσκη] Vera ſine dubio ſcriptura, quam Codices noſtri MSS. conſervarunt: θύλακος, σάγη· quid itaque *Bentlejus*, vir doctiſſimus ad *Millium* pag. 54. *Repone ex Cod. Voſſiano*: ὁ εἰς τὴν τῆς τροφῆς παρασκευὴν θυλακίσκος ὠνόμασται· aliud egit profecto homo ſagaciſſimus; ſic enim exaratum in Codice *Voſſiano*, ut nos expreſſimus in textu, niſi fallunt Excerpta. Sed reſtat ſcrupulus in ἦν, quod delevi: duplicem in antiquis libris fuiſſe lectionem exiſtimo, aut eam, quam reddidi e C. V. aut hanc, ὃς ἐ. τ. τ. τρ. π. ἦν θ.

70 Καὶ σπυρίδα δὲ ὀψῶν] Vide an ὀψῶνα malis. *Heſych.* Ὀψὼν, ἡ πρὸς τὸ ὀψωνεῖν σπυρίς. SEB.

Obſoniorum] Quaſi legeretur ὄψων· vid. not. text. Gr. SEB. 2.

Καὶ σπυρίδα δὲ ὀψῶν] C. V. καὶ σπ. δὲ ὀψωναδόχων πλεκτὴν σχοῖνον, leg. ὀψωνιοδόχον πλεκτὴν σχοίνων, *ſportulam obſoniorum capacem, ex juncis plexam*. KÜHN.

Καὶ σπυρίδα δὲ ὀψῶν] MS. καὶ σπυρίδα δὲ ὀψωναδόχων πλεκτὴν σχοῖνον ἐν Ἀμφιαρίῳ Ἀριστοφάνης ἔφη ἐν. Quæ viri docti extricabunt. Sane mihi omnino perſuadeo verum eſſe, quod *Seberus* noſter conjecit σπυρίδα ὀψῶνα hic latere, ex *Heſychio* adducens, Ὀψὼν, ἡ πρὸς τὸ ὀψωνεῖν σπυρίς· & vulgatum πλεκτὴν σχοίνων eſſet πλεκτὴν διὰ vel ἐκ σχοίνων· ſed quid δόχων faciam, non liquet: licet enim, quod obvium, in δοχῶν vertam, tamen mihi non ſatis fit. Sed in ſequenti feliciores erimus: ubi non mirum, quod opt. Amicus noſter hæret, Codice vulgato vitioſo. JUNG.

Καὶ σπυρίδα δὲ ὀψῶν] Non ſine ratione profecto hæſit in hoc loco doctiſſimus *Jungermannus*, neque nos illum facile novimus expedire: ideo vero præcipue eſſe allatum, ut in eo σπυρίδα *Pollux* oſtenderet, ex illis, quæ ſequuntur, ἐν δὲ Ἀχαρνεῦσι σπυρίδιον, lucide patet, ut inde difficile non ſit colligere, reliqua, quæ poſt σπυρίδα legimus, *Ariſtophanis* ipſius eſſe: ſimul hinc clarum eſt, ὀψῶνα, quem *Seberus* hic latere exiſtimabat, alienum eſſe a loco: non enim quis temere diceret, σπυρὶς ὀψὼν· Conjectabam aliquando σπυρίδα δὲ ὀψῶν αἴδιχων, πλεκτὴν σχοίνδν, vel σχοίνων· nemini tamen illam lectionem tanquam veram obtrudere velim: *Kühnius* in textu ὀψωνιοδόχον, πλεκτὴν σχοίνων· ego, cum nihil habeam melius, & quod ad lectionem MSS. accedat propius, ſic in textu reponendum judicavi, niſi quod πλεκτὴ σχοῖνος vel πλεκτὴν σχοῖνον e MSS. retinuiſſe conſultum videbatur, ſic enim & *Falckenburgius*: neque id ſua caret elegantia, quod σπυρὶς dicatur πλεκτὴ σχοῖνος, quanquam nec ego vulgatam ſcripturam, quæ forſitan æque quibuſdam placebit, temere rejecero: non diſſimili ratione *Archeſtratus* apud *Athen.* libr. VII. fiſcum vocat — πλεκτὸν ὕφασμα Σχοίνου ἐλειοτρόφου —· pro ὀψωνιοδόχον mallem equidem ὀψοδόχον, ſi per MSS. liceret: dubitant enim Grammatici de ὀψωνίῳ an vox illa vere ſit Attica. Porro MSS. Ἀριστοφάνης ἔφη pro εἴρηκεν· ſed ἐν Ἀμφιαράῳ ſæpius a noſtro citatur: in *Photii Lexico* vitioſe ſcriptum ex Indice animadverto Ἀμφαράῳ.

71 Ὃ καὶ πλ. εἴρ. παρὰ τραγῳδῷ.] An, πλεκτὴ εἴρηται; aut apud quem Tragœdum *Ariſtophanes*? SEB.

Ὃ καὶ πλ. εἴρ. παρὰ τραγῳδῷ.] C. V. παρατραγῳδῶν, ſcribendum, παρατραγῳδῶν, *paratragœdiatus*. KÜHN.

Ὃ καὶ πλ. εἴρ. παρὰ τραγῳδῷ.] MS. noſter ita: ἐν δὲ Ἀχαρνεῦσι, σπυρίδιον· ὃ καὶ πλεκτὸν εἴρηκε, παρατραγῳδῶν. Cetera, ut vulgo, niſi quod ultimum recte. Tu, ſi ὃ καὶ πλέκος εἴρηκε παρατραγῳδῶν ſcribas, locum jam poſthac tibi omni mendo carere affirmo. En *Ariſtophanis* χρῆσις, quam innuit, ex indicato dramate:

Δός μοι σπυρίδιον, διακεκαυμένον λύχνῳ.

Sic *Dicæopolis* ad *Euripidem*: cui Tragicus apud *Comicum* quamvis tragica φράσει reſpondet, ut is ſemper ibi & aliis dramatibus *Ariſtophanis* inducitur:

Τί δ' ὦ τάλας γε τοῦδ' ἔχει πλέκους χρέος.

En πλέκος vocat, nempe παρατραγῳδῶν ex *Euripide Ariſtophanes*, quod prius σπυρίδιον. Sumſit enim iſtud e *Telepho Euripidis*. Non dubito hunc locum nos vere reſtituiſſe. Eadem χρῆσις apud *Suidam* emendanda: prior inquam. Habes apud eum: σπυρίδιον, διακεκαυμένῳ λύχνῳ· οἱ γὰρ πρεσβύτεροι διὰ τὸ μόλις βαδίζειν, ἐν σπυρίδι ἔκρυπτον τὸν λύχνον, ὥστε σώζειν τὸ πῦρ. Occurrit illud πλέκος & in Εἰρήνῃ ejuſdem *Ariſtophanis*: ἀπέπτυσ' ἐχθροῦ φωτὸς ἔχθιστον πλέκος· ubi, ni fallor, explicat *Scholiaſtes* πλέγμα σκευοφόρον στρατιωτικόν. Sed reſtant inſigniora fere. JUNG.

Ὃ καὶ πλεκτὸν &c.] Ubi ratio MSStos revincit, eorum lectioni obtemperandum non duco: noſter *Jungermannus* tam aperte πλέκος hic debere ſcribi commonſtravit, ut ea de re plane dubitare nequeat, qui quicquam habet ſalis: ego me ipſius rationibus dedidi, &, ut ille cenſuit, in textu repoſui: *Heſychius*: Πλέκος, πλέγμα· nihil itaque facit ad hunc rhombum πλεκτόν. Sed tum MSS. eximie, quod pro παρὰ τραγῳδῷ præferant παρατραγῳδῶν· ſæpius iſta loquendi ratione uſus eſt *Auctor* noſter.

72 Τῶν ἰδισμάτων] Scribe cum MS. noſtro: καὶ τὰ μὲν τῶν ἡδυσμάτων ἀγ. non ἰδισμάτων· vaſa eſcaria enim jam explicavit: non & condimentorum vel aromatum: quales κυψέλαι. Ipſe tibi clare dicat ſupra VI, 13. ἵνα δὲ ἔγκειται τὰ τῶν ἡδυσμάτων ἀγγεῖα, κυψέλη. Talia hic ſequuntur ὀξίδες, ἐλαηρὰ ἐπίχυσις &c. Et ſupra enim habuiſti VI, 65. τὰ δὲ ἡδύσματα ἔλαιον, ὄξος. Clara hæc. Sed quod ad ὀξίδες, ſicut & in noſtro MS. antea ὀξύδες edebatur: & quidem utrumque ſe inveni- re ait noſter *Caſaub.* II. *Athen.* 26. & quidem, ut lacunam ibi in *Athenæo* explet, adfirmare videtur iſte Auctor ὀξύδας ſemper per υ ſcribendum: in quibus nimirum τὸ ὀξὺ acetum. Sed ὀξίδας & apud noſtrum ſupra VI, 85. habes, ut & in prior. edit. & Segm. 122. ὀξίς· quod ita & apud *Etymolog.* & *Suidam*, qui in loco *Ariſtophanis* e *Pluto* ita quoque agnoſcit. A-

oleariam infuſionem, quam Eupolis Vas longum appellavit. Et Ἀνάκερμα, in Con-
93 vivatoribus Ariſtophanis dictum eſt. * In Tageniſtis vero quoddam vas, etiam Mellarium eſt nominatum. Dices etiam penum, Cyminothecam, ſecundum Nicocharmum

τὴν [73] ἐλαιηρὰν ἐπίχυσιν, ἣν Εὔπολις [74] μακρὸν χαλκίον ὠνόμασεν, καὶ Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἀχαρνεῦσιν ἔφη·

Κατάχει συ, παῖ, τοὔλαιον ἐκ τοῦ χαλκίου.

τὸ δὲ ὄνομα ἡ ἐπίχυσις εἴρηται ἐν Ἀριστοφάνους Δαιταλεῦσι· * ἐν δὲ Ταγηνισταῖς ὠνόμασταί τι 93
καὶ [75] μελιτήριον ἄγγος· [76] εἴποις δ' ἂν καὶ τὴν ἡδυσματοθήκην κυμινοδόκον, Νικοχάρους εἰπόντος

pud *Heſych.* eſt: Ὀξίδαι, λαγύνια μικρά, ἢ ὀξύβαφα· ubi tamen *Sylburg.* recte ὀξίδες videtur emendaſſe. JUNG.

Ἐδισμάτων] Recte MSS. ἡδυσμάτων. Alibi dicam luculente de ἡδύσμασι.

73 Ἐλαιηρὰν ἐπίχυσιν] *Vas, quo oleum affunditur*, in *Gloſſ.* *ſuffuſorium*, *infundibulum*, per quod oleum infunditur ampullæ. KÜHN.

Ἐλαιηρὰν ἐπίχυσιν] MS. ἐλεηράν· male, & errore ſolemni. JUNG.

74 Μακρὸν ἀγγεῖον ὠνόμασεν] C. V. χαλκίον ὠνόμασεν· καὶ Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἀχαρνεῦσι ἔφη κατάχεις ὑπαιτ' οὔλαιον ἐκ τοῦ χαλκίου· τὸ δὲ ὄνομα, ἡ ἐπίχυσις εἴρηται ἐν Ἀριστοφάνους Δαιταλεῦσι· ἐν δὲ Ταγηνισταῖς ὠνόμασταί τι καὶ μελιτήριον ἄγγος· εἴποις δ' ἂν καὶ τὴν ἡδυσματοθήκην, κυμινοδόκον Νικοχάρους εἰπόντος· locus *Ariſtophanis* extat in *Acharnenſibus*:

Κατάχει σὺ παῖ τοὔλαιον ἐν τῷ χαλκίῳ.

Ubi malim ex MSto legi, ἐκ τοῦ χαλκίου· *ſuffunde tu puer oleum ex ſuffuſorio*: deinde malim, μελιτηρὸν ἄγγος, *vas mellis ſervando aptum*, ut ſupra οἰνηρὸν, ἐλαιηρὸν, ἰχθυηρὸν &c. ἰδισματοθήκην vocant ciſtam *Scholia brevia* in *Homeri Odyſſ.* nec tamen improbaverim lectionem MSti, quæ habet ἡδυσματοθήκην, *thecam aromatariam*. *Valeſius* notis, quas fronti & calci editionis *Seberianæ* adſcripſerat, etiam legit Νικοχάρους, ex *Scholiis Græcis* in *Ariſtoph. Plutum*, ubi ex ea fabula citatur hic verſus de *Philonide Meliteuſi*:

Ἠδ' ἔτι ἀπαιδευτέρος εἶ Φιλωνίδου τοῦ Μελιτέως. KÜHN.

Μακρὸν ἀγγεῖον ὠνόμασεν] MS. longe auctior: μακρὸν χαλκίον ὠνόμασεν· καὶ Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἀχαρνεῦσιν ἔφη καταχεῖς ὑπαιτ' οὔλαιον ἐκ τοῦ χαλκίου· τὸ δὲ ὄνομα ἡ ἐπίχυσις εἴρηται ἐν Ἀριστοφάνους Δαιταλεῦσιν· egregie: tu totum locum ita concipe ergo: καὶ τὴν ἐλαιηρὰν ἐπίχυσιν, ἣν Εὔπολις μακρὸν χαλκίον ὠνόμασεν, καὶ Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἀχαρνεῦσιν ἔφη·

Κατάχει σὺ παῖ τοὔλαιον ἐκ τοῦ χαλκίου.

Τὸ δὲ ὄνομα ἡ ἐπίχυσις εἴρηται ἐν Ἀριστοφάνους Δαιταλεῦσιν· ἐν δὲ Ταγην. Locus eximius iterum. Primum μακρὸν χαλκίον ſcribendum, non ἀγγεῖον· & illud ita dixiſſe *Eupolim*, non aliunde tibi probemus rectius, quam ex *Noſtro* ipſo ſupra VI, 103. ἡ μέντοι ἐλαιηρὰ ἐπίχυσις χαλκεῖον ἐστι μακρὸν, ἣν χαλκίον Εὔπολις ὀνόμασε, quæ & *Heſychium* reſpexiſſe credibile eſt: Χαλκίον, μακρὸν, τὴν ἐλαιηρὰν ἐπίχυσιν· & malim itaque apud eum χαλκίον μακρὸν, τὴν &c. non interpoſito commate poſt χαλκίον ſcribere. Deinde *Ariſtophanis* locum, auxilio vulgatorum Codicum *Comici*, ex MS. recte conſtituimus: qui tamen hodie ita legitur, non longe a fine *Acharnenſium*, & verba *Lamachi* ſunt:

Κατάχει σὺ παῖ τοὔλαιον ἐν τῷ χαλκίῳ.

Noſtri *Pollucis* lectio melior videtur. Quod in vulgatis ἀνάκερμα eſt, corruptum remanſiſſe, credo, ex Ἀχαρνεῦσι. JUNG.

Μακρὸν ἀγγεῖον] Χαλκίον omnes MSS. & Excerpta *Falckenburgiana*, quorum conſpiratio facile veritatem illius lectionis perſuadet. Sed *Kühnius* hic ad marginem adſcripſerat, ſibi videri forte legendum pro μακρὸν, Μαρικᾷ, quod nomen eſt *Eupolideæ* fabulæ, quam & adducit cap. XX. ſed non ea me inducunt, ut contra MSS. ſentiam, quorum ſcriptura eſt apprime bona. Hic vero quæ porro e MSS. reddidimus ſunt egregia: ita fuit ante nos poſt ὠνόμασεν· ἀνάκερμα δ' ἐν Δαιταλεῦσιν Ἀριστοφάνους εἴρηται· in iſtis nihil eſt, quod eruditum lectorem remorari poſſit: ſed ferme prætericram in Excerptis *Falckenburgianis* extare: ἐν Δαιταλεῦσιν Ἀριστοφάνους ἡ ἐπίχυσις εἴρηται.

75 Μελιτηρὸν ἀγγεῖον.] MS. μελιτήριον ἄγγος. Si χρῆσιν ipſam haberemus: facile forte ex verſu dijudicaremus, hoc ne an vulgatum μελιτηρὸν ἀγγεῖον verius eſſet. JUNG.

Μελιτηρὸν ἀγγεῖον.] Non contemſi MSS. lectionem μελιτήριον ἄγγος. Forſitan & illa vox reſtituenda ſit apud *Heſychium*: Μελιτήμερον, ἡδὺ, γλυκύ· niſi malueris μελιτηρόν & in *Pollucis* hoc, & *Heſychii* loco, quod nec ego aſpernor.

76 Εἴποις δ' ἂν καὶ τὴν ἰδισματ. &c.] Quod ſane ſequitur ex MS. non dubitabis reſtituere, ita habente: εἴποις δ' ἂν καὶ τὴν ἡδυσματοθήκην, κυμινοδόκον, Νικοχάρους εἰπόντος· eleganter ἡδυσματοθήκην· nam κύμινον inter ἡδύσματα· ſupra VI, 86. & in ἡδυσμάτων καταλόγῳ & *Alexidis* pariter diverſis dramatibus apud *Athen.* lib. IV. habes ſimiliter. Et κυμινοδόκον ſcribendum vel ex ſubjecta χρήσει clarum, quamvis ea in MS. omiſſa: vulgatum enim κυμινοθήκη mox ſuo loco ſequitur ex *Demiopratis*. Tandem Νικοχάρους verum nomen ab MS. conſervatum: *Nicocharmon* nullum novimus, & ut peregrinum ejicimus. Ille *Nicochares* & alias a noſtro ſæpius citatur, Φιλωνίδου, ut *Suidas* ſcribit, τοῦ Κωμικοῦ, Ἀθηναῖος Κωμικὸς, σύγχρονος Ἀριστοφάνους· τῶν δραμάτων αὐτοῦ· Ἀμυμώνη, Πέλοψ, Γαλάτεια, cetera: quarum ultima, ut vides, hic a *Polluce* adducitur. Ejuſdem dramatis mentio & apud *Scholiaſt. Ariſtoph.* in *Plut.* ubi de *Philonide* ſtulto adducitur Νικοχάρης Γαλατείᾳ· ubi libet optimum *Scholiaſtem* emendare, quum id facere neglexerint, qui alias ſua *Scholia* miſcuere. *Philonidem* nempe traductum ob ſtultitiam & ſtaturam enormem a *Comicis* narrat: & inter alia: περὶ δὲ τοῦ μεγέθους, Φύλλιός φησιν· ἥτις κάμηλος ἔτεκε τὸν Φιλωνίδην. Scribe: Φιλύλλιός φησιν. *Comici* nomen & in *Polluce* corruptum ſæpius, ut dictum aliquoties:

Ἥτις κάμηλος ἔτεκε τὸν Φιλωνίδην.

Sed Νικόχαρις ἐν Γαλατείᾳ apud eundem *Scholiaſtem* ibidem paulo inferius iterum laudatur in re eadem. Et ibidem paulo ante parilis nominis Γαλάτεια ab eo refertur alius & quidem Tragici, *Philoxeni Siculi*. JUNG.

Εἴποις δ' ἂν καὶ τὴν ἰδισματ.] Ἡδυσματοθήκην opportune MSS. & κυμινοδόκον pro κυμινοθήκην, quod ipſa *Nicocharis* χρῆσις confirmat, ubi κυμινοδόκον ſcripſi, quamvis ferme non interſit κυμινοδόκον an κυμινοδόχον ponas. Sed quis ille *Nicocharmus* in vulgatis: Νικοχάρμου εἰπόντος· optime Νικοχάρους MSS. & ſic repoſuimus: viderat & *Meurſius* in *Attica Bibliotheca* Νικοχάρους emendandum: neque doctiſſimi viri diligentiam illa *Scholiaſtæ Ariſtophanis* loca, quibus uſus eſt *Jungermannus* noſter, effugerunt: λεπτὰ καδίσκια ſunt μικρὰ, *parva*, uti bene *Interpres*: *Anacreon*: Ἠρίστησα μὲν ἰτρίου λεπτὸν ἀπόκλας. Sed ego non poſſum non hic profiteri quod haud mediocri gaudio afficiar, cum *Jungermannum* video Φύλλιος in *Ariſtopha-*

[77] ἐν Γαλατεία, Σοφαῖς παλάμαις τέκτονος εἰργασμένον, πολλὰ ἐν αὐτῷ λεπτὰ ἔχον καδίσκια [78] κυμινοδόκον· καὶ κυμινοδόχην· καὶ κυμινοθήκη δὲ ἐν τοῖς Δημιοπράτοις ἐστὶν εἰρημένη· ἐν δὲ τῷ τοῦ [79] Γελῴου Ἀπολλοδώρου

in Galatea, ſcitis elaboratum manibus fabri, multa in ſe parva habens receptacula, cyminodochum, & cyminodocham. Cyminotheca autem in Publico foro dictum eſt. Sed in Geloi Apollodori

nis Scholiaſte corruptum nomen mutare in Φιλύλλιος· idem enim & mihi venerat in mentem ad libr. VII, 192. In ſequentibus paullulum ad ſenſum diſtinctionem mutavi, quæ male vulgo poſita *Pollucis* verba cum loco *Nicocharis* confundebat.

77 Ἐν Γαλατείᾳ, Σοφαῖς π. &c.] Duo ſunt ſenarii:

Σοφαῖς παλάμαις τέκτονος εἰργασμένον
Πολλὰ ἐν αὐτῷ λεπτὰ ἔχον καδδίσκια
Κυμινοδόκον. —

Scitis elaboratum manibus fabri
Multos exiguos cados in ſe continens,
Cymini capſula &c. —

Καὶ κυμινοδόχη pertinet ad ſeq. KÜHN.

Ἐν Γαλατείᾳ, Σοφαῖς π. &c.] Sed deſunt in MS. iſta, ἐν Γαλατείᾳ, Σοφαῖς &c. uſque ad καὶ κυμινοθήκη. Ea quoque conſtituere tentabimus: certe τὸ πολλὰ vel καὶ πολλὰ, vel alio modo legendum, quo eruditioribus videbitur, verſiculorum concinnandorum: tum iſta καὶ κυμινοδόχην ſeparandum a verbis *Comici*: ad quæ non pertinent: & poſſunt jungi cum κυμινοθήκην· ita enim ſequitur in MS. prioribus, ut dixi, omiſſis, καὶ κυμινοθήκην δὲ, ἐν τοῖς Δημιοπράτοις. Scilicet εἴποις, ut antea dictum fuit, omittit enim MS. ἐστὶν εἰρημένη. Si vero iſtud κυμινοδόχην *Pollux* ſcripſit, forte etiam κυμινοδόκην ſcripſit; ut κυμινοδόκον ex *Nicochare* adfert, quemadmodum MS. noſter habet. Sed id non moramur, quum utrumque rectum ſit: κυμινοδόκην tamen in verbis *Nicocharis* cum noſtro MS. retinere volumus. Locum totum ita ex iis, quæ tum in MS. tum quæ in vulgatis ſolum, ut indicatum, reſtituendum ſuſpicor partim, partim ſcio: nam ubi MS. lectio in promptu, ſuſpicari non opus: εἴποις δ' ἂν καὶ ἡδυσματοθήκην κυμινοδόκον, Νικοχάρους εἰπόντος ἐν Γαλατείᾳ,

Σοφαῖς παλάμαις τέκτονος εἰργασμένον,
(Καὶ) πολλ' ἐν αὐτῷ λεπτ' ἔχον καδίσκια.
Κυμινοδόκον. —

Καὶ κυμινοδόχην, καὶ κυμινοθήκην δὲ, ἐν τοῖς Δημιοπράτοις· ſive vulgatam hic lectionem retinere velis, Δημιοπράτοις tamen omnino ſcribere debes. Sed ne ægre feras tamen me hic immorari: iſta ultima ita putem vere reſtituenda, ut etiam augeamus, & nihil fere mutemus in vulgatis: καὶ κυμινοδόκην, καὶ κυμινοθήκην· (ſcilicet εἴποις) καὶ κυμινοθήκη δὲ, ἐν τοῖς Δημιοπράτοις ἐστὶν εἰρημένη· ἐν δὲ &c. En jam κυμινοδόκην quoque ſcribere non dubito. Ita enim jubet mox MS. ut audies. Cæterum ita prorſus & *Salmaſius* noſter *Nicocharis* verſus a ſe conceptos ad me perſcripſit: quod gaviſus ſum. JUNG.

78 Κυμινοδόχιον] *Caſaubonus* in *Theophraſt. Charact.* pag. 299. SEB.

79 Γελῴου Ἀπολλ.] C. V. Γελοίου· male, non dubium eſt, quin legendum Γελῴου· *Athenæus* alium *Apollodorum Caryſtium* facit, ſiquidem alius fuit origine *Caryſtius*, alius *Gelous*. *Caſaubon.* in *Athenæum* lib. III. cap. 35. laudat *Apollodorum* in ἀπολιπούσῃ & *fortaſſe*, inquit, *ſcribendum eſt ἐν ἀπολιποῦσι· reperio namque laudari hunc Poëtam in* Καρυστίοις ἀπολιποῦσι *exemplum habes apud Suidam in ἐγκομβώσασθαι.* Feſtinavit vir doctiſſimus cum hæc ſcriberet, alias enim facile animadvertiſſet mendum eſſe in *Suida*, legendumque eſſe Ἀπολλόδωρος Καρύστιος ἀπολιπούσῃ· emendationem firmat *Photius* Epiſt. 156. ubi hanc ipſam fabulam dat *Apollodoro Geloo. Noſter* infra c. 31. *Geloum* diſtinguit a *Caryſtio*. KÜHN.

Γελῴου Ἀπολλ.] MS. Γελοίου Ἀπολλ. Γραμματοποιῷ ridicule. Sed voluit, credo, ſcribere Γελῴου, jota ad latus adfixo, ut ſolet. JUNG.

Γελῴου Ἀπολλ. Γραμματοποιῷ] Cognovimus e MSS. libr. VII, 190. *Apollodori* fabulam eſſe Γραμματιδιοποιὸν, quam & ex veteri Codice *Athenæi Caſaubonus* eruit, cum vulgo corrupte Γραμματιδοποιὸς legeretur: Γραμματοποιὸν vero fabulam *Apollodori* qui laudet, nemo eſt: ſed Γραμματόδιεκτον, quod ſane a Γραμματοποιῷ non multum diſcrepat, enumerat in *Apollodori Geloi* fabulis *Suidas*, itaque legiſſe in hoc *Pollucis* loco *Meurſium* exiſtimo: viri doctiſſimi *Bibliothecam Græcam* adi: ſed cum *Caſaubono* & *Commentatoribus* eruditiſſimis Γραμματιδιοποιῷ hic reſtitui probem, præcipue cum & ipſe *Kühnius* in Codicis ſui margine repoſuerit: neque mirum adeo in re aliqua levicula vulgatis erroribus MSS. conſentire. Quia vero plures fuerunt *Apollodori Comici*, dubium eſt plerumque, ſi *Apollodori* citetur fabula, cui ſit illa tribuenda: Γραμματιδιοποιὸν *Apollodoro Caryſtio* quidam adſcribunt, ut monuit ad *Athenæum Caſaubonus*. Sed ad *Apollodori* χρῆσιν accedamus, quæ tanta labe fuit in vulgatis obruta, ut agnoſci non poſſet: quis enim iſta, etiamſi præclare doctus, caperet? κυμινοθήκη μεταξὺ τῶν λόγων τούτων εἶναι μοὶ δοκεῖ· ſed nec ea, quæ MSS. reſtituunt, omni difficultate carent: eorum itaque curam commendat eruditioribus *Jungermannus*: nobis lux quædam affulget, an ſcrupulus injicitur potius a Codice *Falckenburgiano*; ibi enim poſt δοκεῖ iſta reperio: κυμινοθήκην οὐ γραμματιῶν περιφέρει· ſcribendum nemo dubitabit γραμματεῖον· hæc utique vulgatam κυμινοθήκην confirmant, quod eo nos magis ſollicitos habet, quo de præſtantia Codicis iſtius exploratius conſtat: attamen rationibus bene collectis κυμινοδόκη aptius eſt atque tempeſtivius: κυμινοδόκον enim, κυμινοδόχην & κυμινοθήκην enumerarat, ut nihil reſtet amplius, quam κυμινοδόκη· igitur ita ſcribendum duxi cum pleriſque MSS. in ceteris autem Excerpta libri *Falckenburgiani* fidelius exiſtimo conſervaſſe veterem ſcripturam aliis MSS. conſtituendi verſus ergo videmus ipſum *Jungermannum* ita tentantem reficere: γραμματεῖον περιφέρειν, quod parum abeſt ab illa vera *Falckenburgiani* libri lectione, cujus ope totam *Apollodori* χρῆσιν ita refingo:

Μεταξὺ τῶν λόγων δὲ τουτὶ μοὶ δοκεῖ
Κυμινοδόκην, οὐ γραμματεῖον περιφέρει.

Utuntur antiqui illa loquendi formula *μεταξὺ τῶν λόγων*, ſi ab illo, quem inſtituerunt, ſermone abeant, & alia diverſi generis interjiciant: ſic occurrit apud *Platonem*: verborum itaque hæc eſt ſententia: *Interea vero dum hæc loquimur, illud mihi videtur: Cymini repoſitorium, non tabulam judicialem circumportat*: hæc nimirum ad excitandum riſum ſic ſolent aliquando interponi. Sed quod *Caſaubonus* in ea fabula recoctum aliquem formularum, aut litium procuratorem perſtrictum velit, ego veriſſimum cenſeo vel ex hoc loco ubi γραμματείου fit mentio: γραμματεῖα vero litium eſſe inſtrumenta in Scriptoribus Atticis notiſſimum eſt: videndæ *Gloſſæ*: nec obſtat quod *Kühnius* obſervet artifices ea comœdia tactos, ſiquidem ſub γραμματιδιοποιοῦ perſona egregie potuerit iſtiuſmodi litium procurator exagitari. Porro in iſto *Suidæ* loco, quem *Kühnius* noſter egregie reſtituit, multis rationibus erratum eſt a doctiſſimis Viris *Heinſio*, *Crojo*, *Caſaubono*, qui cum ad *Apollodori* patriam non attenderent, tituli partem eſſe Καρυστίοις exiſtimarunt: ſed illos erudite correxit, & de *Apollodoro* ejuſque fa-

Grammatopœo Cyminotheca inter hæc vo-
94 cabula recenſeri videtur. * Si vero in foci
s inſtrumentum quoddam ῥιπὶς dictum eſt, quo carbones ſufflant: ut in Acharnenſibus dicit Ariſtophanes,

> *Craticulam huc mihi pone, & ῥιπίδα.*

Nihil prohibuerit etiam de muſcarum depul-

[80] Γραμματιδιοποιῷ [81] κυμινοδόκη·

> Μεταξὺ τῶν λόγων δὲ τουτί μοι δοκεῖ
> Κυμινοδόκην οὐ γραμματεῖον περιφέρει.

* [82] Εἰ δὲ ἐπὶ ταῖς ἑστιάσεσιν ἕν τι τῶν ἀναγκαίων 94
καὶ ἡ ῥιπὶς, εἴρηται μὲν [83] ἐπὶ τῆς ῥιπιζούσης τοὺς ἄνθρακας, ἐν τοῖς Ἀχαρνεῦσιν [84] Ἀριστοφάνους,

> Τὴν ἐσχάραν μοι δεῦρο καὶ τὴν ῥιπίδα.

[85] οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ ἐπὶ τῆς τὰς μυίας ἀπο-

bulis & hoc ipſo *Pollucis* loco perbene diſputavit *Gatakerus* Adv. libr. I. cap. IX. quem omnino legendum duco: verba hic ponerem, niſi longiora eſſent.

80 Γραμματοποιῷ] Vid. ſupra IV, 19. SEB.

Γραμματοποιῷ] *Γραμματιδιοποιῷ* legendum ex *Athenæo* libr. VII. cap. 6. *Caſaubono* annotante, qui & per hoc vocabulum videt *recoctum aliquem formularium aut litium procuratorem traduxiſſe ea fabula Poëtam*; verum ex *Pollucis* lib. VII. cap. 33. Sect. 30. patet, artifices inprimis ſcriniarios iſto dramate tactos eſſe ab *Apollodoro*, ideoque inter artifices manuarios recenſetur Γραμματιδιοποιὸς hujus Poëtæ, conf. & lib. IV. cap. 2. C. V. ſervat Γραμματοποιῷ. *Salmaſ.* Γραμματειοποιῷ. KÜHN.

Γραμματοποιῷ] Γραμματοποιῷ hic MS. habet ut vulgo: ſupra IV. 19. Γραμματιδιοποιὸς eſt: & hic certe Γραμματιδοποιῷ, vel potius Γραμματιδιοποιῷ· vid. de hoc, ut & de *Apollodoro* plura apud *Caſaub.* noſtrum VII. *Athen.* 6. JUNG.

81 Κυμινοθήκη &c.] Ita habet C. V. *μηνοδόκη μεταξὺ τῶν λόγων δὲ τουτί μοι δοκεῖ κυμινοδόκει οὐ γραμματεῖον ἐμπεριφέρειν·* ex quibus legerem: *κυμινοδόκη·*

> — *μεταξὺ τῶν λόγων τῶνδε, τουτί μοι δοκεῖ*
> *Κυμινοδόκην, οὐ γραμματεῖον ἐμπεριφέρειν.*

Κυμινοδόκη dixit his verbis:

> — *inter hos ſermones hocce videtur mihi*
> *Cymini docham, non γραμματεῖον in ſe continere.*

Sic optime cohæret locus alias mutilus, & verba *καὶ κυμινοδόχη* ſuo videntur reſtituta loco jure poſtliminii. KÜHN.

Κυμινοθήκη &c.] MS. *κυμινοδόκη μεταξὺ τῶν λόγων δὲ· τουτί μοι δοκεῖ κυμινοδόκει οὐ γραμματεῖον ἐμπεριφέρειν· εἰ δὲ* &c. En iterum præclaram *χρῆσιν*, in qua vocabulum *γραμματεῖον*, nominis Comœdiæ Γραμματιδοποιοῦ, vel Γραμματιδιοποιοῦ potius cum *Caſaubono* noſtro, a litium inſtrumentis, dictæ admonet. Sed iſta inhærentes MS. lectioni ita conſtituemus, quamvis non prorſus iis acquieſcimus, ſed a viris doctis in melius reformari poſſunt. Ita juxta MS. tutiſſime nos: *κυμινοδόκη·* (ſc. dicitur in *Apollodori* fabula):

> *Μεταξὺ τῶν λόγων δὲ τουτί μοι δοκεῖ*
> *Κυμινοδόκη οὐ γραμματεῖον ἐμπεριφέρειν.*

Quamvis in ultimo malim *κυμινοδόκην οὐ γραμματεῖ' ἐμπεριφέρειν·* vel *γραμματεῖον περιφέρειν.* Sed de hoc eruditiores viderint: *κυμινοδόκη* certe ſcribendum fuit, pro quo nimis ſæpe vulgatus Codex nobis, ut coccyx, ſemper *κυμινοθήκην* recinebat, mendoſe ſatis tinniens. JUNG.

82 Εἰ δὲ ἐπὶ ταῖς ἑστίαις] C. V. *εἰ δὲ ἐπὶ ταῖς ἑστιάσεσιν ἕν τι τ. ἀ. καὶ ἡ ῥ. εἴρηται μ. ἐπὶ τῆς ῥιπιζούσης τοὺς ἀ.* &c. *ſi vero in conviviis neceſſariorum numero pars quædam eſt ῥιπὶς, dictum quidem eſt de eo flabello, quod carbones animat &c. Gloſſ. ῥιπίζει, flabellat, ventilat: ῥιπιστήριον flabellum: ῥιπιστὴς, flabellum:* ubi malim ῥιπίς. KÜHN.

Εἰ δὲ ἐπὶ ταῖς ἑστίαις] MS. *εἰ δὲ ἐπὶ ταῖς ἑστιάσεσιν ἕν τι τῶν ἀναγκαίων καὶ ἡ ῥιπὶς* &c. Scribendum forte, *εἰ δὲ ἐπὶ τῆς ἑστίας ἐστὶν ἕν* &c. ſed quid meis conjecturis indulgeo? MS. lectio vera eſt. *Si in convivationibus & neceſſarium flabellum eſt*, ut eſt certe, quo faciamus delicatis ventulum, vel muſcis repellendis, *id quidem*, ait *Noſter*, *dictum a Comico eſt ſuper carbonibus exſuſcitandis: nec tamen quidquam prohibeat, quominus & de inſtrumento, quo muſcas abigimus, uti queamus.* JUNG.

Εἰ δὲ ἐπὶ ταῖς ἑστίαις] Optime MSS. *ἑστιάσεσιν·* ita in contextu reddidi: *ἕν τι τῶν ἀναγκαίων καὶ ἡ ῥιπίς· καὶ* illud delituit in MSS. nos adjecimus haud gravatim. Sed quam erat id ridiculum in editis *ἐπὶ τοῖς ῥιπίζουσι τοὺς ἄνθρακας·* egregie libri manu ſcripti: *ἐπὶ τῆς ῥιπιζούσης·* vide *Suidam* in Ῥιπίζεται· *τὸ γὰρ πῦρ*, inquit ibi, *οἱ ἄνθρωποι ῥιπίσιν ἐῤῥίπιζον·* *Heſychius*: Ῥιπὶς, *τὸ πλέγμα, ἢ ἐκ σχοίνων πίτυσος· Ἀττικὸς δὲ ῥιπίδα, ᾧ τὸ πῦρ καίουσι· καὶ τραπέζας οὕτω λέγουσι. Eubuli* duo verſiculi apud *Athen.* lib. VI. in quibus eſt *ῥιπίδος* mentio, ita legendi: *Ῥιπὶς δ' ἐγείρει φύλακας Ἡφαίστου κύνας Θερμῇ παρεξέουσα τήγανον πνοῇ·* hinc igitur *ῥιπίζειν* & *ἐκριπίζειν*, *inflammare, inſtigare*: *Ælianus*: *οἱ δὲ συνενθουσιῶντες αὐτοῖς τῇ παραφόρῳ τῇδε φιλοτιμίᾳ ἐκριπισθέντες·* non diſſimili ratione nec ineleganter *Nicetas*: *πολέμου φλόγα ἐκριπίζειν.*

83 Ἐπὶ τοῖς ῥιπίζουσι] MS. *εἴρ. μὲν ἐπὶ τῶν ῥιπιζούσης τοὺς ἄνθρ. ἐν ἀχ. Ἀρ.* (ſine *τοῖς*). Et hæc lectio non cedat vulgatæ certe. Verba autem, quæ *Pollux* e *Comico* adfert, ſunt *Dicæopolidis*, aſſaturientis *τὴν πρέσβειραν πεντήκοντα κωπαΐδων κοράν* moxque ſubjicit: — *ἄνθρακας δ' ἐγὼ ὑμῖν παρέξω* — ad pueros, quo anguilla queat parari. Eodem dramate quoque antea in *Choro*:

> *Οἷον ἐξ ἀνθράκων πρινίνων,*
> *φέψαλος ἀνήλατ' ἐρε-*
> *θιζόμενος οὐρίᾳ ῥιπίδι,*
> *ἡνίκ' ἐπανθρακίδες ὦσι παρακείμεναι.* JUNG.

84 Ἀριστοφάνης] Fol. 296. SEB.

85 Οὐδὲν δὲ κ. καὶ ἐπὶ τὴν τῆς μ. ἀποσ.] C. V. *ἐπὶ τῆς τὰς μύας ἀποσοβούσης·* leg. *μυίας*, *de eo flabello, quod abigit muſcas &c. Gloſſ. μυιοσόβιον, muſcarium.* KÜHN.

Οὐδὲν δὲ κ. καὶ ἐπὶ τὴν τῆς μ. ἀποσ.] MS. *οὐδὲν μὴν κωλύει καὶ ἐπὶ τῆς τὰς μυίας ἀνασοβούσης καταχρ.* Et hoc bene: *ἐπὶ τῆς ἀνασοβούσης·* ut ante MS. *ἐπὶ τῆς ῥιπιζούσης·* quaſi *ῥάβδου* vel tale quid ſubaudires: habet tamen MS. *μύας* non recte. Sic mox MS. *μυοσοβῶν.* JUNG.

Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ ἐπὶ τὴν τῆς μ. &c.] Reddidimus & hic veram textui lectionem e MSS. quæ longe melior vulgata: *ἐπὶ τὴν τῆς μυίας ἀποσόβησιν.* Neque vero tantum flabellis iſtis uti ſolebant ad abigendas muſcas, ſed & ad ventulum faciendum, qui æſtum temperaret: *Proclus* ad *Heſiodum*: *τοῖς γὰρ τοιούτοις* (*ἐκπονοῦσι τὴν γῆν καὶ αὐτουργοῖς*) *οὐδὲν προσφορώτερον τῆς ἰσχυρᾶς καὶ δυσφθάρτου ταύτης τροφῆς, οὐ χιόνων δεομένης, οὐδὲ ῥιπιδίων, ἀλλὰ φυσικῆς εὐπνοίας·* illud autem *διὰ ῥιπισμοῦ καταψύχειν* Græcis proprie fuit dictum, *ψαινύζειν*, ut ex *Heſychio* didici: ille flabello-

σοβούσης καταχρῆσθαι τῷ ὀνόματι, καίτοι καὶ τὴν μυιοσόβην [86] ἔν γε ταῖς Μενάνδρου Φιλαδέλφαις ἐστὶν εὑρεῖν· καὶ [87] ἐν Ἀναξίππου Κιθαρῳδῷ, [88] Μυιοσόβην λαβὼν [89] στάθητι ἐνθάδε.

ſione hoc nomine uti: licet flabellum in Menandri Philadelphis invenire liceat: & in Anaxippi Citharœdo, Flabellum arripiens huc aſſiſte.

95 * ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ΚΔ.

[90] Περὶ τῶν τοῦ μαγείρου σκευῶν.

ΠΡοσαριθμητέον δὲ τούτοις καὶ τὰ τοῦ μαγείρου σκεύη, [91] χύτρας, χυτρίδια, χυτρίδας· [92] ζετραίαν δὲ τὴν χύτραν οἱ Θρᾶκες [93] καλοῦσι· λοπάδας, λοπάδια, ἐχίνους, ἐχινίσκους, χαλκία, χαλκίδια, [94] ἐσχάρας, ἐσχάρας ἰχθυοπτρίδας, ἐσχαρίδας, λέβητας, λεβήτια, λεβητάρια· [95] καὶ ὀβελοὺς, καὶ ὀβελοὺς βουπόρους, καὶ ὀβελίσκους, ἐν Ἀχαρνεῦσιν Ἀριστοφάνους,

Φέρε τοὺς ὀβελίσκους, [96] ἵνα πήξω τὰς κίχλας.

96 * [97] ἐν δὲ τοῖς Δημιοπράτοις γέγραπται καὶ ἀρτη-

* CAPUT XXIV. 95

De coqui inſtrumentis.

HIs etiam coqui vaſa adnumeranda ſunt: ollæ, ollulæ, aulæ. Thraces vero ollam Ζευτάναν vocant. Patinæ, patellæ, capſæ, capſulæ, cacabi, aheni, foci, ſartagines, foculi, lebetes, lebetia, lebetaria, verua, verua bovilla. Et Obeliſci, in Acharnenſibus Ariſtophanis,

Fer obeliſcos, ut turdos aſſem.

* In Foro publico vero etiam Condi- 96

rum uſus frequens fuit apud Romanos, meminitque inter alios ſæpe *Martialis*. Μυιοσόβιον autem & μυιοσόβη in *Gloſſis muſcarium*, quo non ſolum a facie, ſed & a menſis & carnibus abigebant muſcas, ut conſtat e *Martiale*: Perſas autem inveniſſe primos μυιοσόβας legiſſe memini, ni fallor, apud *Clementem*: eorum enim regio muſcis erat infeſta: unde locus *Menandri*, quem *Kuhnius* ex *Athenæo* produxit, luce perfunditur.

86 Ἔν γε τοῖς Μεν. Φιλ.] Locus *Menandri* extat apud *Athenæum* lib. XI. c. 10.

—— ἤδ' ἐπίχυσις, διάλιθοι λαβρώνιοι,
Πέρσαι δ' ἔχοντες μυιοσόβας ἑστήκεσαν. KÜHN.

Ἔν γε τοῖς Μεν. Φιλ.] MS. ἔν τε ταῖς Μεν. Φιλαδέλφοις ἐστιν ε. an itaque Φιλαδέλφαις legendum, ut infra Segm. 145. Viri docti hæc dijudicent, in primis doctorum doctiſſ. *Caſaubonus*, quod XI. *Athen.* 10. quoque hanc varietatem in noſtro *Polluce* adnotavit. Locus vero quem *Noſter* innuit, apud *Athenæum* eſt, ut & idem ſummus vir admonuit quoque: ubi tamen Φιλαδέλφοις libr. XI. *Dipnoſ.* de *Labroniis*, ubi laudaverat *Menandrum* ἐν Ἁλιεῖ· ſubjicit: ἐν δὲ Φιλαδέλφοις·

Ἤδη δ' ἐπίχυσις, διάλιθοι λαβρώνιοι,
Πέρσαι δ' ἔχοντες μυιοσόβας ἑστήκεσαν. JUNG.

87 Ἐν Ἀν. Κιθαρῳδῷ] *Anaxippi* Citharœdi mentio quoque apud *Athenæum*, ut adnotavit *Caſaub.* IV. *Athen.* 20. JUNG.

88 Μυιοσόβην] MS. μυσόβην. JUNG.

89 Παράστηθι] Pro παράστηθι legit *Voſſii* Codex στάθητι. KÜHN.

Παράστηθι] MS. στάθητι· legendusne itaque verſiculus ita?

Μυιοσόβην λαβὼν, στάθητι ἐνθάδε. JUNG.

Παράστηθι ἐνθάδε] Nihil eſt, quod in hoc loco culpes nec ſenſum, neque verborum elegantiam: ſed cum MSS. tamen pro παράστηθι fuit ſcribendum στάθητι· ſic in *Menandro* ἑστήκεσαν.

90 Περὶ τῶν τοῦ μ. σκ.] *Salm.* titulum habet μαγειρικὰ σκεύη· C. A. qui hic pergit, περὶ μαγείρου σκευῶν, *de coquinatorio inſtrumento*: textus ipſe ita incipit: μαγείρου σκεύη, χύτρα χυτρίδαζι &c. KÜHN.

Περὶ τῶν τοῦ μ. σκ.] Capitis hujus titulus in MS. μαγείρου σκεύη. JUNG.

91 Χύτρας] Χύτρας, & cetera vaſa coquinaria hinc enumerat *Bayfius* de Vaſc. omittens tamen ἰχθυοπτρίδας, & χάλκια non recte proferens: ait vero ὀβελίσκους nos dicere *verucula* ex *Plinio* poſſe: λοπάδια vero & λοπάδιον *ſartaginem* vulgo Gallis *la poale*, vocabuli Græci retentis veſtigiis. Sed ad MS. noſtrum. JUNG.

92 Ζευτάναν] C. A. ταύταν pro ζευτάναν C. V. ζεστραῖαν. *Salm.* ζετάναν ex MS. KÜHN.

Ζευτάναν] MS. noſter ζετραίαν habet: quod ſane propius ad vocabulum χύτρας vel χυτραίας accedit, unde id barbaro more corruptum fuerit, quam vulgatum. Sed ego nihil adfirmo: οὐ γὰρ οἶδα θρᾳκιστί. JUNG.

Ζευτάναν] Longe aliter MSS. noſtri: ζετραίαν nimirum vel ζεστρίαν. Excerpta *Falckenburgiana* ζοιαῖαν, niſi me mei decipiunt oculi, quod parum a ζετραία differt. Ζετραίαν igitur non dubitavi reponere: ita nimirum ollam exiſtimo dictam ἀπὸ τοῦ ζεῖν, *a fervendo*: alii forte felicius.

93 Καλοῦσι.] Καλοῦσιν abeſt a C. A. KÜHN.

94 Ἐσχ. ἰχθυοπτίδας] MS. ἰχθυοπτρίδας. SEB.

Ἐσχ. ἰχθυοπτίδας] C. A. ἰχθυοπρίδας· leg. forte ἰχθυοπτρίδας, ut habet *Auguſtanus* Codex, notante *Sebero* in *Indice*. KÜHN.

Ἐσχ. ἰχθυοπτίδας] MS. auctius & emendatius: ἐσχάρας, ἐσχάρας ἰχθυοπτρίδας. Certe ἰχθυοπτρίδας, quod & *Seberi* MS. & noſter ſupra VI. 88. reſtituendum videtur: quamvis ἰχθυοπτίδας mihi ſupra fere magis placeret. JUNG.

Ἐσχάρας, ἰχθυοπτίδας] Deprehendimus aliquoties omiſſas in vulgatis editionibus voces bis poſitas: id etiam hoc loco contigit: ſic enim in MS. bene: ἐσχάρας, ἐσχάρας ἰχθυοπτρίδας, non ἰχθυοπτίδας. Meminit autem paulo poſt *Pollux* noſter ὀβελῶν βουπόρων, quorum & mentionem factam ſcio IX. 77. ibique vide quæ notata: *Philo* libr. V. Βελοπ. inter arma, quibus hoſtis a mœnibus eſt propulſandus & defendendus, enumerat βουπόρους ὀβελίσκους· τοῖς τε ἀκοντίοις καὶ ταῖς ζιβύναις καὶ τοῖς βουπόροις ὀβελίσκοις ἔσται τυπτέον· & poſtea pag. 99. βουπόρους eos appellat ſimpliciter.

95 Καὶ ὀβελοὺς] Copulæ abſunt a C. A. ut & ὀβελοὺς, alterum tum ὡς ἐν Ἀ. Ἀ. KÜHN.

96 Ἵνα * πήξω] Ita MS. quoque. Apud *Ariſtoph.* autem legitur ἵν' ἀναπείρω· fol. 300. SEB.

Ἵνα * πήξω] Ἵνα πήξω etiam noſter MS. habet: quum apud *Ariſtoph.* ἵν' ἀναπείρω legatur. Sicut *Seberus* noſter adnotavit. JUNG.

97 Ἐν δὲ τοῖς Δημ. πέπραται] MS. γέγραπται. SEB.

men-

mentum obeliſcorum venditum eſt. Tum & κρατευτὰς, vocabis lapides, quibus verua innituntur, & crateuteria: & ut in Foro publico invenire licet, Crateutas plumbeas. Nomen ſane Δημιόπρατα, non apud Ariſtophanem in Equitibus tantummodo dictum eſt,

Oſtreorum condimenta publico vendita invidus.

verum etiam apud Comodidaſcalos. Tum & apud Lyſiam Oratio eſt, in foro dicta,

μα ὀβελίσκων. [98] Καὶ κρατευτὰς δὲ, καὶ κρατευτήρια ἐρεῖς· καὶ ὡς ἐν τοῖς [99] Δημιοπράτοις [100] ἐστὶν εὑρεῖν, μολυβδοκρατευτάς· [1] τὰ μὲν οὖν δημιόπρατα, οὐ μόνον τοὔνομα παρ' Ἀριστοφάνει ἐν τοῖς Ἱππεῦσιν ἔστιν εἰρημένον,

Ἐπίπαστα [2] λείχων [3] δημιόπραθ' ὁ βάσκανος.

ἀλλὰ καὶ [4] παρὰ τοῖς ἄλλοις κωμῳδοδιδασκάλοις· πρὸς δὲ καὶ [5] Λυσίᾳ λόγος ἐστὶν εἰρημένος

Ἐν δὲ τοῖς Δημ. πέπραται] C. A. τοῖς δ. γέγραπται· καὶ ἄρτημα ὀ. C. V. etiam leg. ἄρτημα· *Heſych.* Ἀρτήματα, ὅρμια τοῖς ἀγκίστροις προσαρτώμενα, καὶ κόσμια τινά· ergo ἄρτημα eſſet *pondus veruculis appenſum. Interpr.* leg. ἄρτυμα· male. KÜHN.

Ἐν δὲ τοῖς Δημ. πέπραται] MS. ἐν δὲ τοῖς Δημιοπράτοις γέγραπται καὶ ἄρτημα ὀβελίσκων· quæ omnia ita ſcribenda puto, certe Δημιοπράτοις, & ἄρτημα· certe ἄρτυμα vulgatum ineptiſſimum eſt: condimento enim veru opus non habet, ſi Diis placet: ἄρτημα ὀβελίσκων probe, de laqueo quo veru ſuſpenſum, in quo quaſi verſabatur: verſatile veru, credo, vidiſti: ab ἀρτᾷν. Quod vero ad πέπραται attinet, id ſemper ſcribere *Pollux*, credo, non ſibi præſcripſit, ſed interdum εὑρίσκεται ait; interdum γέγραπται, ut hic MS. *Seberi* etiam: & ſupra Segm. 24. ita notavi quoque. JUNG.

Ἐν δὲ τοῖς Δημ. πέπραται] Arripuerunt librarii, quod creberrimum in hoc *Pollucis* libro ipſis occucurrerat, & id ubique locum habere exiſtimarunt; ſed MSS. fideliores γέγραπται præ ſe ferunt, non πέπραται, quod equidem ſolum uſurpaſſe *Pollucem* non crediderim: & ipſum illud γέγραπται alibi MSS. monentibus reſtituiſſe me commemini. Ἄρτυμα mox erat in vulgatis, quod inutile: libri veteres, & ex iis textus ἄρτημα· non diſſimili ratione Ἄρτημα, ὁ τελαμὼν, ἐξ οὗ ἤρτηται τὸ βαλλάντιον apud *Etymologum*; & *Heſychius*: Ἀρτήματα, ὅρμια τοῖς ἀγκίστροις προσαρτώμενα, καὶ κόσμια τινά· quid ni dicas igitur etiam ἄρτημα ὀβελίσκων, *lorum*, *funem* vel quidvis aliud, *unde verua ſuſpenduntur*?

98 Καὶ κρατευτὰς] C. A. κρατευτὰς δὲ, κ. κ. ἐρεῖς κοπίδες σφραγίδες σφάγιον, τορύνη Segm. ſeq. omiſſis interjectis. KÜHN.

99 Δημιοπράταις] Iterum ſcribe Δημιοπράτοις, ut MS. noſter habet. JUNG.

100 Ἐστὶν εὑρ. μολυβδ.] Segm. 102. diviſim μολύβδου κρατηταί· & mox: μολυβδίνους κρατευτάς. SEB.

Ἐστὶν εὑρ. μολυβδ.] MS. εὑρεῖν ἐστὶν, μολυβδοκρατευτάς· τὰ μὲν Δημ. οὐ μόνον τοὔνομα παρὰ Ἀριστ. ἔστιν ἐν τοῖς Ἱππεῦσιν, ἐπίπαστα λείχων δημ. &c. ſine εἰρημένον. *Ariſtophanis* verſus non longe ab initio eſt Ἱππέων, & ita hodie legitur:

Ἐπίπαστα λείξας δημιόπραθ' ὁ βάσκανος,
Ῥέγκει μεθύων ἐν ταῖσι βύρσαις ὕπτιος.

Pollux noſter tamen ſcribit præſenti ἐπίπαστα λείχων, ſi libris fides. Ita ergo emenda hic:

Ἐπίπαστα λείχων δημιόπραθ' ὁ βάσκανος. JUNG.

1 Τὸ μὲν οὖν Δημ. ὄνομα] Multo præſtantius MSS. τὰ μὲν οὖν δημιόπρατα, οὐ μόνον τοὔνομα &c. quæ ſic omnia reddidimus in textu: obiter autem hic monere conſtituit de Δημιοπράτοις *Pollux*, ſiquidem a re non ſit alienum, & quinam iſthac voce uſi ſint auctores, oſtendere: nos aliquando de hac re *Pollucem* adnotaſſe meminimus: ſcire vero licet ex iis, quæ ſequuntur e veſtigio apud *Onomaſticographum* noſtrum, illa δημιόπρατα in columnis plerumque fuiſſe perſcripta, unde & illa loquendi ratione, ἔστιν οὖν τοῦτο εὑρεῖν ἐν τοῖς δημιοπράτοις ἀναγεγραμμένον, uſus eſt *Athenæus*; dicitur enim proprie quid ἀναγεγραμμένον ἐν στήλαις· ita quidem & noſter *Pollux*: ἐν δὲ ταῖς Ἀττικαῖς στήλαις ἀναγέγραπται· *Deipnoſophiſtæ* locus eſt lib. XI. ſed paululum corruptus, cui me judice bene erit, ſi ſic ſcripſeris: Ἀθηναῖοι δὲ ἀργυρᾶ ποιοῦντες κέρατα ἔπιον ἐξ αὐτῶν· ἔστιν οὖν τοῦτο εὑρεῖν ἐν τοῖς Δημιοπράτοις ἀναγεγραμμένον· οὕτως δ' ἐν στήλῃ ἀνακειμένῃ ἐν Ἀκροπόλει, ἢ τὰ ἀναθήματα περιέχει· ita vulgo: ἀναγεγραμμένον οὕτως, ἐκ στήλης ἀνακειμένης &c. ſane τὰ Δημιόπρατα cum iſta στήλῃ, quæ in Arce poſita donariorum nomina continebat, non confundi decet, cum utraque diverſiſſima eſſe ipſa res oſtendat; & vitio dediſſe originem arbitror jota in antiquis Codicibus ad latus appoſitum, quod itaque propter ſimilitudinem figuræ ſæpius in σίγμα degeneravit. Porro diverſis in locis reconditas eſſe iſtas publicatæ ſupellectilis columnas ſatis conſtare exiſtimo, quod neque *Caſaubonus* ad *Athenæi* locum, quem citavi, obſervare præteriit ex hoc ipſo aliiſque *Pollucis* noſtri locis. Mox e MSS. inſerui ἄλλοις· παρὰ τοῖς ἄλλοις κωμῳδοδιδασκάλοις.

2 Λίχων] Vel λείχων, apud *Ariſtoph. Act. I. Scen.* 1. locus eſt, ſed ibi λείξας extat: λείχων autem eſt *Act. III. Scen.* 1. ubi *Scholiaſtes* ἐνταῦθα δὲ ἐνεστῶτος, ἐν δὲ προφθάσασιν, λείξας, δὲ ἀορίστου· integer locus eſt:

Ἐπίπαστα λείξας δημιόπραθ' ὁ βάσκανος
Ῥέγκει μεθύων ἐν ταῖσι βύρσαις ὕπτιος.

Poſtquam bona publicata atque divendita
Pro ſcitamento abliguriit ille invidus,
Ebrius ſtertit in his ſupinus pellibus.

De *Cleone* Demagogo, & Atticæ Reipublicæ ſanguiſuga ſermo eſt. KÜHN.

3 Δημιόπρατα] Athenienſium mos fuit, cum alicujus ſontis bona publicabantur, vænum illa in auctione exponere: atque omnia quæ ita vendebantur minima, maxima, in columna inſculpebant, quam vel in Arce dedicabant, vel in aliis locis urbis, aut vicinorum pagorum: *Caſaub. Anim.* in *Athen.* libr. XI. cap. 7. Deſcriptiones autem iſtas appellarunt Græci Δημιόπρατα &c. vid. ejuſdem notas in *Jul. Capitolin.* pag. 233. *Schol. Ariſtoph.* ad vocem Δημιόπρατα in *Veſpis*: ἐδήμευον γάρ τινας καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν κοινὰς ἐποιοῦντο· fol. 334. SEB.

4 Παρὰ τοῖς κωμῳδοδ.] Commodum C. V. inſerit ἄλλοις κ. id quod præcedens oratio omnino poſtulat, οὐ μόνον &c. KÜHN.

Παρὰ τοῖς κωμῳδοδ.] MS. ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις κωμῳδιδασκάλοις· bene ἄλλοις, quod inſeramus omnino: eſt enim neceſſarium: *non ſolum apud Ariſtophanem*, ait, *ſed & alios comœdiarum magiſtros vocabulum* Δημιόπρατα *reperitur*. JUNG.

5 Λυσίαν λόγ. ἐστὶν εἰρ.] Leg. Λυσίᾳ· *præterea & Lyſiæ eſt recitata Oratio pro publice venditis* πρὸς Εὐδαῖον, *contra Eudæum*; vel ſimile nomen fuit: vid. *Harpocrat.* in χύτροι. KÜHN.

Λυσίαν λόγ. ἐστὶν εἰρ.] MS. Λυσίᾳ λόγος ἐστὶν ſine εἰρημένος. JUNG.

Λυσίαν] Fefellit librarium particula πρὸς, ad quam *Lyſiæ* nomen pertinere credidit: res tamen ſecus ſe ha-

97 * ὑπὲρ τῶν δημιοπράτων, [6] πρὸς Εὐθίαν· ἐν δὲ ταῖς Ἀττικαῖς [7] στήλαις, αἳ κεῖνται ἐν Ἐλευσῖνι, τὰ τῶν ἀσεβησάντων [8] περὶ τὼ θεὼ δημοσίᾳ πραθέντα ἀναγέγραπται· ἐν αἷς ἄλλα τε πολλὰ σκεύη [9] ἔστιν ὠνομασμένα, καὶ [10] μολυβδοκρατευταί· καὶ Εὔπολις δὲ ἐν τοῖς Κόλαξιν ἔφη μολυβδίνους κρατευτάς. Τῶν δὲ μαγείρου σκευῶν, [11] καὶ κοπίδες, καὶ σφαγίδες· [12] καὶ σφάγιον, [13] ᾧ ὑποδέχονται τὸ αἷμα τῶν ἱερείων·

* De publice venditis. In columnis autem Atticis, quæ in Eleuſine extant, eorum qui in Deos impii ſunt, publicata bona inſcribuntur: ubi multa alia vaſa nominata ſunt, tum & Crateutæ plumbeæ. Sed & Eupolis in Adulatoribus, Plumbeas crateutas inquit. Inter coqui quoque inſtrumenta ſunt, cultri, cultri mactatorii. Et σφάγιον, quod ſacrificiorum ſanguinem ſuſcipit. 97

bet; ſcribendum enim cum MSS. Λυσίᾳ· *preterea vero Lyſiæ oratio dicta eſt de bonis publicatis*: neque aliter in *Meurſii Attica Bibliotheca* ſcriptum reperio: ille tamen ibi cum vulgatis πρὸς Εὐθίαν· ſed nos maluimus Εὐθίαν cum MSS. quam vocem fruſtra ſunt, qui mutare in animum inducunt.

6 Πρὸς Εὐθίαν] MS. Εὐθίαν. Et ita locus certe legendus: πρὸς δὲ καὶ Λυσίᾳ λόγος ἐστὶν εἰρημένος ὑπὲρ τῶν Δημιοπράτων πρὸς Εὐθίαν· ſive hoc ultimum rectius noſti: certe nomen proprium eſt ejus, contra quem illam orationem dixit *Lyſias*. De quodam *Euthia* τῶν ἐπὶ συκοφαντίᾳ διαβεβλημένων illo tempore *Harpocratio* mentionem facit, & ex eo *Suidas*: ſi tamen quid tu rectius iſtis noſti, candidus imperti: ſi non, his utere mecum. JUNG.

7 Στήλαις, αἵ εἰσιν ἐν Ἐλ.] C. V. κεῖνται· *quæ poſita ſunt Eleuſine ad perpetuam memoriam*. KÜHN.

Στήλαις, αἵ εἰσιν ἐν Ἐλ.] MS. στήλαις, αἳ κεῖνται ἐν Ἐλευσῖνι vulgato elegantius. JUNG.

Στήλαις, αἵ εἰσιν ἐν Ἐλευσῖνι] Melius in MSS. κεῖνται, & mox περὶ τὼ θεώ· illorum autem, qui *Cererem* & *Proſerpinam* impie læſerant, bona eſſe publicata ex *Demoſthene* cognovimus, & ejus *Commentatore Ulpiano*.

8 Περὶ τῶν θεῶν] C. V. περὶ τῷ θεῷ· legendum, περὶ τὼ θεὼ, vel: παρὰ τ. *circa, apud duas Deas, Cererem* ſcilicet *& Proſerpinam, myſteriis vel evulgatis, vel imitatione inter privatos parietes aliiſve modis profanatis*. Hujuſmodi impios capitis damnabant, bonis publicatis, & in fiſcum redactis ſacrum, columniſque in templo erectis bonorum publicatorum divenditorumque ibi perſcribebant catalogum. KÜHN.

Περὶ τῶν θεῶν] MS. περὶ τῷ θεῷ Δημ. JUNG.

9 Ἔστιν] MS. ἐστιν. JUNG.

10 Μολύβδου κρατηταί.] An κρατευταί; quomodo mox. SEB.

Μολύβδου κρατηταί.] C. V. μολυβδοκρατευταί, ut Segm. præced. KÜHN.

Μολύβδου κρατηταί.] MS. καὶ μολυβδοκρατευταί. Sic clare MS. Et non dubito hanc veram eſſe ſcripturam, quam *Pollux*, ſi reviviſceret, pro ſua agnoſcat facile. Explodamus itaque vulgatam, quæ viris doctis hactenus impoſuit. Clarum & ſi præcedentia repetas, ubi Segm. præced. poſtquam κρατευτὰς, & κρατευτήρια propoſuit, καὶ ὡς ἐν τοῖς Δημιοπράτοις εὑρεῖν ἐστιν, ait, μολυβδοκρατευτάς· quibus παρενθετικῶς quaſi quid fuerint Δημιόπρατα, quod nomen tam ſæpe adducat in hoc libro quot paginis, ſubjicit: & iterum ad vaſa coquinaria, & materiam, quam in præſens tractandam ſuſcepit, rediens: *in quibus columellis*, ait, *quæ* Δημιόπρατα *exhibent, tum alia multa vaſa nominata habentur, tum illud* μολυβδοκρατευταί· quibus ſubdit *Eupolin* etiam dicere duabus voculis μολυβδίνους κρατευτάς. JUNG.

Μολύβδου κρατηταί.] Verum eſt: in hoc loco ineptias egerunt eruditiſſimi viri: ſed nihil eſt, repoſita MSS. lectione, quod quæras: non una vero corruptela, quicunque tandem is fuerit, locum inficere fuit contentus, ſed de ſuo confinxit etiam αἱ μολύβδου κρατηταί· quorſum enim illud αἱ, quod bene MSS. rejiciunt. De κρατευταῖς vero pauca notanda: *Pollux* profecto per κρατευτὰς & κρατευτήρια nihil intellexiſſe aliud videtur, quam ipſa verua, quod equidem ex rerum, quas tractat, ſequela liquidum exiſtimo: eaque notione vocem illam a veteribus uſurpatam eſſe *Heſychius* oſtendit: Κρατευταί, ὀβελίσκοι. Vocabulum hoc occurrit in *Iliade* I. ibique ſummopere exercitos habuit *Grammaticos*, qui varie ſunt interpretati. Verſiculus hic eſt:

Πάσσε δ' ἁλὸς θείοιο κρατευτάων ἐπαείρας.

Audi, ſis, *Euſtathium*, qui varias Criticorum opiniones enumerat: Κρατευτὰς δέ φασί τινες τῶν παλαιῶν τὰς τῶν ὀβελίσκων λαβάς· ὧν τὸ πρωτότυπον, κρατέω, κρατῶ, ἐξ οὗ τὸ κρατεύω, καθὰ ἐκ τοῦ ζητῶ παρ' Ἡσιόδῳ τὸ ζητεύω· οἱ δὲ ἀκριβέστεροι τοὺς κρατευτὰς λίθους νοοῦσι, ἐφ' ὧν τὰ ἄκρα τῶν ὀβελίσκων ἐτίθεντο ἐν τῷ ὀπτᾶσθαι τὰ κρέα· Παυσανίας δέ φησι, Κρατευταί, ὀβελοὶ ἢ λίθοι, ἢ σιδήρια τινα, ἐφ' ὧν οἱ ὀβελίσκοι ἐπιτίθενται. Nec ab iſtis diſcrepat, quod in *Brevibus*, ſed eruditis *Scholiis* adnotatum invenio: Κρατευτάων, τῶν βάσεων· ὅ ἐστι τῶν λίθων, ἐφ' ὧν οἱ ὀβελίσκοι τίθενται ὀπτωμένων τῶν κρεῶν· οἱ δὲ τῶν λαβῶν τῶν ὀβελίσκων εἶπον κακῶς· quæ voce tenus in *Etymologo* leguntur; nec etiam *Heſychius* alium præ oculis habuit locum, cum iſta ſcriberet: Κρατευτάων, τῶν βάσεων, ἐφ' ὧν οἱ ὀβελίσκοι τίθενται πρὸς ὄπτησιν· videmus ex his communi quaſi recentiorum conſenſu illam etſi vetuſtam interpretationem de ταῖς τῶν ὀβελίσκων λαβαῖς damnari, quam tamen nequaquam exiſtimem abjiciendam: quin potius *Grammaticorum* veterum opinioni ſtandum judico, & in illo *Homeri* loco κρατευτὰς capiendos pro ταῖς τῶν ὀβελίσκων λαβαῖς· quid enim hac ſignificatione aptius ad ſummi poëtæ locum? *Stephanus* a junioribus iſtis, puto, Criticis inductus κρατευτὰς tranſtulit *lapides*: ego vero non quidem negavero κρατευτὰς tam diverſas habuiſſe notiones, ſed primam exiſtimo, cum *veru* denotat, quæ quidem ipſa non inepte *Homerico* loco convenit; & inde pro λαβαῖς τῶν ὀβελίσκων in uſum abiit; itaque, ne quid diſſimulem, in ſupellectilis publicatæ columnis intelligi potius κρατευτὰς & μολυβδοκρατευτὰς velim, quam cum *Polluce* de ipſis verubus: plumbum enim materia eſt verubus parum apta; igni enim propius admotum liqueſceret: ad veruum tamen manubria adhiberi potuit non incommode.

11 Κοπ. σφαγ.] MS. plenius, σκευῶν, καὶ κοπίδες, καὶ σφαγ. quo pacto hic ſupplendum omnino exiſtimem. JUNG.

Κοπ. σφαγίδες.] Addidi particulam conjungentem καὶ e MSS.

12 Καὶ σφάγιον] Vid. ſupra Segm. 65. SEB.

Καὶ σφάγιον] C. A. σφάγιον, τορύνη ἱεργὴ καὶ εἰργὴ ἐτυμήρυσις ζ. κ. α΄. λ. ἐξατὴρ λίστρον &c. *Heſych.* Ἐεργίζεται, τορυνᾶται, ὄργις (leg. ἱεργὶς) γὰρ ἡ τορύνη· *Salm.* καὶ κοπίδες. KÜHN.

13 Ὃ ὑποδέχεται] C. V. ᾧ ὑποδέχονται. KÜHN.

Ὃ ὑποδέχεται] MS. ita: καὶ σφάγιον, ᾧ ὑποδέχονται τὸ αἷμα τῶν ἱερείων· & malim ita: *quo excipere ſolent popæ vel alii victimarum cruorem. H. Stephanus* adſcripſit hic: *σφαγεῖον legitur tamen & ſupra Segm. 65. & apud Heſych.* Et variant certe hæc talia: ſupra enim noſter MS. per ει habet: hic per ι. JUNG.

Σφακτὸν enim ceremoniæ nomen eſt
ſacrificiis adhibitæ ſic dictum. Tum &
coqui vaſa ſunt, coclear, tudicula, ever-
98 gc. • Verbum vero ipſum Tudiculaviſti,
in Eubuli Parmeniſco extat. Ex his etiam
fuerit, coclear, quo jus ſorbetur. Fuſci-
na, harpage, & lupulus, extractorius. Et
liſtrum, quod nonnulli vertebram ſartaginis
vocant: tum & ſartago. Veruntamen &

τὸ γὰρ [14] σφάκτρον, τέλους ὄνομα ἦν ἐπὶ τοῦ κα-
ταβαλλομένου ὑπὲρ τῶν θυομένων οὕτως ἐπονο-
μασθέν· [15] μαγείρου δὲ σκεύη καὶ τορύνη, καὶ ἐορ-
γὴ, καὶ εὐεργή· • τὸ δὲ ῥῆμα τὸ τετορύνηκας 98
[16] ἔστιν ἐν Εὐβούλου Παρμενίσκῳ· [17] ἐκ δὲ τῶν
σκευῶν, καὶ ἐτνήρυσις, καὶ ζωμήρυσις, καὶ
κρεάγρα, καὶ ἁρπάγη, καὶ λύκος, [18] καὶ ἐξαυ-
στήρ· [19] καὶ λίστρον, καὶ λίστριον, ὃ τινὲς [20] τα-
γηνοστρόφιον· [21] καὶ τάγηνον δέ· ἀλλὰ μὴν καὶ

Οἳ ὑποδέχεται &c.] Commodum magis & Græcum, ἃ ὑποδέχονται· quod e MSS. in textu reſtituimus. Continuo ſequebatur in vulgatis σφακτὸν, quod e MSS. & analogia patrocinante ſatis docuit *Jungermannus* refingi debere in σφάκτρον.

14 Σφακτὸν] C. V. σφάκτρον· *veſtigalis nomen, quod ſolvebatur pro mactatis animalibus. Salmaſ.* C. non legit quæ intercedunt, τὸ γὰρ σφ. & τὸ δὲ ῥῆμα. Kühn.

Σφακτὸν] MS. noſter non ita, ſed σφάκτρον, quamvis ſine accentu: quod mihi longe veriſimilius videtur ἐπὶ τοῦ τέλους τούτου, de quo *Pollux* dicit: idque reponam lubens: σφάκτρον, ut δίδακτρον, σῶστρον, θρέπτρον, alia ejuſdemmodi. Jung.

15 Μ. δὲ σκεύη καὶ τ. κ. * ἐοργὴ, καὶ εὐεργή.] Sic & MS. ſupra VI, 88. utrumque παροξυτ. itaque *H. Steph.* Seb.

Μ. δὲ σκεύη καὶ τ. κ. * ἐοργὴ, καὶ εὐεργή.] MS. μαγείρου δὲ ἐστιν σκεῦος καὶ τορύνη, καὶ ἐόργη, καὶ εὐέργη· τὸ &c. ſupra VI, 88. contra noſter MS. ἐοργήν· alterum vero accentu carebat. Ego id malim ut hic MS. noſter paroxytonως: quo pacto certe & *Euſtathius* videtur ſcripſiſſe alterum ἐόργη· ad Ἰλ. Β. ζητητέον, ait, δὲ εἴπερ ἡ ἐόργα, τουτέστιν ἡ τορύνη, καὶ τὸ ἐοργίζεται ἤγουν τορυνᾶται, τὰ παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ καὶ Παυσανίᾳ, ἐκ τοῦ τοιούτου ἔοργα γίνεται· ἴσως δὲ καλὸν εἰπεῖν ὅτι οὐχί· ἀλλ' ἐκ τοῦ ὀργάζω· οὗ κεῖται ἡ χρῆσις παρὰ τῷ Κωμικῷ· ὡς γὰρ ὀργάζεταί τις πηλὸν κυκῶν καὶ ἀναταράττων, οὕτω τρόπον τινὰ καὶ ἐοργίζεται, ὅ ἐστι, τορυνᾶται. Retinuit & utrumque ἐόργη & εὐέργη ita *H. Stephanus* in ſuo Theſauro e lib. VI. *Onomaſt.* Apud *Heſychium* vero, ubi, Εὐεργία, τορύνη, εὐπιστία, an forte: Εὐέργη, τορύνη· Εὐεργία, εὐπιστία. Liberæ ſunt conjecturæ, ſpero: nihil tamen adfirmo. Idem: Ἐοργίζεται, τορυνᾶται· ὄργις γὰρ ἡ τορύνη· ubi quoque non temere quis ſuſpicetur ἐόργη pro ὀργὶς legendum. Sed ad *Pollucem* noſtrum. Jung.

Μαγ. δὲ σκ. καὶ τ.] Meminit τορύνης *Arrian. Epict.* lib. II. c. 20. πότε τὴν χύτραν εἴπῃς λοπάδα, ἢ τὴν τορύνην ὀβελίσκον; & *Ariſtoph.* in *Equit.* & *Av. Scholiaſtes* exponit κινητήριον τῆς χύτρας.

16 Ἔστιν] MS. ἐστίν. Jung.

17 Ἐκ δὲ τούτων, καὶ ἐτν. &c.] MS. ἐκ δὲ τῶν σκευῶν καὶ ἐτνήρυσις· prior. edit. ἐτνήρησις, etiam ſupra VI, 88. ubi ſimiliter corrigendum. Seb.

Ἐκ δὲ τούτων, καὶ ἐτν. &c.] C. V. ἐκ δὲ τῶν σκευῶν καὶ ἐτνήρυσις καὶ ζυμήρυσις· male, pro, ζωμήρυσις· *trulla lignea, popia, in Gloſſis*; ζωμάρυστρον, *Trullaria, Cattia.* Kühn.

Ἐκ δὲ τούτων, καὶ ἐτν. &c.] MS. ἐκ δὲ τῶν σκευῶν, καὶ ἐτνησύσις, καὶ ζυμήρυσις· duo poſteriora mendoſa vides. Sed in MS. emendata erant, prout noſter *Seberus* edidit: & ſupra VI, 88. ea probe in MS. ſcripta erant. Vide vero de iis *Caſaubonum* noſtrum Comm. ad *Theophr. Charact.* cap. περὶ ἀναισχυντίας extremo: ubi docet iſta trullarum genera fuiſſe: vide & IV. *Athen.* 20. Jung.

Ἐκ δὲ τούτων] Melius in MS. ἐκ δὲ τῶν σκευῶν· forſitan ita *Pollux* ſcripſerat: ἐκ δὲ τούτων τῶν σκευῶν.

18 Ἐξαυστήρ.] E MS. & quia non aliter ſupra VI, 88. Hic prior. edit. ἐξακτήρ. Seb.

Ἐξαυστήρ.] Ἐξαυστὴρ *Heſychio* eſt κρεάγρα, *excipulum, arpago*, in *Gloſſis*, ut & *exemplum. Salm.* ex MS. καὶ ἐξακτήρ. Kühn.

Ἐξαυστήρ.] MS. καὶ ἐξαυστήρ· bene: addatur & huic voculæ particula καί· recte autem ita *Seberus* emendavit pro vulgato ἐξακτὴρ, confirmatque iſtud noſter MS. hic & ſupra VI, 88. ubi & ἐξαῦσαι verbum addit *Pollux*: quæ utraque & apud *Heſychium* leguntur ita. Jung.

Ἐξαυστήρ.] Ἐξάκτηρ ante *Seberum* edebatur, quod & in *Falckenburgiano* Codice mutatum inveni in ἐξαυστήρ· *Æſchylum* eam vocem uſurpaſſe notat *Etymologus. Euſtathium* vero illius non meminiſſe ad finem *Odyſſ.* Ε. ubi multa notat de verbis αὔειν & ἐξαύειν aliiſque ſimilibus, mirum mihi accidit. Supplevimus exinde e MSS. καὶ λίστρον, καὶ λίστριον· in iſtis editionibus ſane, quæ ante *Seberum* prodierunt, non λίστριον editum eſt, ſed λίστρον, adeo ut ex vulgatis Codicibus utraque commode conjungere liceat. Pluribus in locis λίστρου meminit *Euſtathius*, & plerumque exponit vel ξύστρον vel πτύον σεσιδηρωμένον, & ab hoc nomine verbum habet λιστρεύειν & λιστροῦν· In *Etymologo* Λιστροῖσι, ξυστῆρσι. Sed & alia nos premunt, & efficiunt, ut ne nobis hæc ſola poſſint eſſe curæ.

19 Καὶ λίστριον] Ita & ſupra VI, 89. prior. ed. λίστρον, quod infra Segm. 129. in numero σκευῶν τοῦ γεωργοῦ. Seb.

Καὶ λίστριον] MSS. & *Salm.* καὶ λίστρον, καὶ λίστριον. Kühn.

Καὶ λίστριον] MS. noſter auctius: καὶ λίστρον, καὶ λίστριον, ὃ τινὲς &c. & ita certe ſcribendum videtur: pari jure enim hic locum habeat tam πρωτότυπον, quam ὑποκοριστικόν· & λίστρον etiam ante vulgati: ſic, quo etiam in re ruſtica uſus eſt, ſupra VI, 89. noſter MS. etiam ἢ πτύον addebat; ſive πτύον id potius eſſe debebat. Certe λίστρον quoque ex MS. noſtro recte poteſt reponi: probat & χρῆσις ejus apud *Phrynich. Eclog. Attic.* κοχλιάριον, ait, τοῦτο λίστρον Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδοποιὸς λέγει· καὶ σὺ δὲ οὕτω λέγε· qui ſane nos ita loqui etiam jubet. Vide ad eum locum *Nunneſium*, qui tamen quum reprehendat eos, qui illud λίστρον etiam explicent per πτύον, quaſi, cum id ſit *ventilabrum*, longius abſit, non recte ſenſiſſe videtur. Ita enim *Heſychius*, ut ſupra ad VI, 89. adſcripſi, λίστρον exponit: & MS. noſter ibi *Polluci* τὸ πτύον reddit etiam in hac re: cur enim nimis abſit? quum ipſum λίστρον quoque in re ruſtica uſurpetur non minus, quam πτύον· quaſi vannus & ventilabrum, quo vertimus ea quæ in frixorio parantur vel ſartagine. Jung.

20 Ταγηνοστρόφιον.] In MS. τηγανοστρόφιον· ſed ſupra VI, 89. τηγανοστρόφιον vulgo erat, & in MS. noſtro ταγηνοστρόφιον. Et non dubito quidem, quin utrumque dictum recte ſit: certe quoniam τήγανον & τάγηνον, ut ipſe hic exponit. Sed utrum hoc loco magis appoſitum, an MS. lectio, an vulgata, de eo videndum eſt. Mihi ſane videtur ταγηνοστρόφιον hic aptius: quoniam ſtatim ſequitur καὶ τάγηνον δέ· quod ita & in MS. noſtro emendatum: nam corrupte is habebat, κατάγηνον δέ· quibus ſubjicit *Noſter* & τήγανον dici. Jung.

21 Καὶ τάγηνον δέ.] Abſunt a C. A. Kühn.

τήγανον [22] ἔχοις ἂν εὑρεῖν εἰρημένον [23] ἐν Εἵλωσιν Εὐπόλιδος, καὶ ἐν [24] Τηλεκλείδου Ἀψευδέσι· Τὰ

τήγανον invenire licet in Piſcatoribus Eupolidis, & Teleclidis Mendacibus.

22 Ἔχοις ἂν εὑρεῖν] MS. ἂν ἔχ. εἰρημένον ἐν. Seb.

Ἔχοις ἂν εὑρεῖν] C. A. εὑρεῖν εἰρημένον. Kühn.

Ἔχοις ἂν εὑρεῖν] In MS. ἀλλὰ μὴν καὶ τήγανον ἂν ἔχεις εὑρεῖν εἰρημένον ἐν &c. quo pacto & *Seberi* MS. habet, niſi quod εὑρεῖν omittat. Sed de ipſo dramate videamus potius. Jung.

23 Ἐν ἁλιεῦσιν Εὐπόλ.] C. A. ἐν Ἡλιῶσιν Εὐ. C. V. ἐν Γλωσι· leg. ἐν Εἵλωσι, ut ſupra lib. IX. cap. 6. *Salm.* MSS. ἐν Γλιῶσι· forte, Ἁλιεῦσι. Kühn.

Ἐν ἁλιεῦσιν Εὐπόλ.] MS. noſter non ἐν ἁλιεῦσιν, ſed ἐν Γλιῶσιν habet: ita nimirum ab alio emendatum quo jure, qua injuria: nam vetus ſcriptura elucet clare, quæ fuit, ἵλωσιν. Ne dubitabis itaque *Comico* ſuum verum drama reſtituere & reponere Εἵλωσιν· quod & ſupra ita vulgo & in MS. IX, 74. fuit: & apud *Athenæum* lib. IV. quoque adducitur. Ἁλιεῖς *Eupolidis* vero an alibi legantur neſcio: *Noſter* certe in his libris eas non novit. Jung.

Ἐν ἁλιεῦσιν Εὐπόλ.] Novimus equidem *Menandri* Ἁλιεῖς, nullos autem *Eupolidis*: cum itaque MSS. titulum Εἵλωσιν integrum ferme exhibeant, non dubitavimus illam lectionem textui reſtituere: porro εἰρημένον afuit ante nos, quod non incommodo inſeratur e MSS.

24 Τηλεκλείδου ψευδέσι.] C. V. Ἀψευδέσι· vid. ſupra cap. 19. idem Codex ſubjicit hæc *Teleclidis* verba:

Τὰ δὲ τήγανα ζέοντά σοι μολύνεται.

Sartagines illæ ferventes inquinantur tibi.

C. A. hæc verba: καὶ ἐν Τηλεκλείδου &c. uſque ad *ταγανισμοὶ* non habet. Kühn.

Τηλεκλείδου ψευδέσι.] MS. noſter: Τηλεκλείδου Ἀψευδέσι· τὰ δὲ τήγανα ζέοντά σοι μολύνεται· &c. quæ omnia ita repone, quum vulgo iſta χρῆσις plane omiſſa ſit: Ἀψευδέσι noſter MS. in hoc dramate laudando & ſupra Segm. 68. habebat. Jung.

Τηλεκλ. ψευδέσι.] Liceat auctoribus MSS. Ἀψευδέσι reponere, cujus lectionis veritatem ſupra cum *Jungermanno* ſatis atque ſuper aſſeruimus: hoc quamvis ſit egregium, majus tamen & elegantius eſt, quod ipſam hic *Teleclidis* χρῆσιν ſuppeditent MSS. Codex *Falckenburgianus*: Τὰ δὲ τηγανίζοντά σοι μολύνεται· unde veram lectionem ad normam ceterorum Codicum facile quis eruat: quid inquam? illa commaculata & incerta *Falckenburgiani* Codicis ſcriptura ſola nativam *Pollucis* lectionem prodet; ceterorum enim librorum ζέοντα genuini verbi interpretatio eſt ad marginem adſcripta, quod mecum, re cognita, quiſque fatebitur: ſcribe itaque τήγανα σίζοντα· Σίζειν inter illa verba recenſetur a Grammaticis, quæ κατὰ μίμησιν ſunt formata: *Heſychius*: Σίζε, ἤχει, κατὰ μίμησιν ἤχου· ubi *Palmerius* vir eruditionis ſedulæ male legebat Σίζει, tum enim & ἤχεῖ ſcribendum eſſet: ſed nulla mutandi ratio: illuſtrandus & alter ejuſdem *Lexicographi* locus: Σίζει, ῥεῖ, περιῤῥεῖ, τινές· ἄμεινον δὲ ἐπὶ τοῦ σίζειν τὸν ὀφθαλμόν· hic pro ῥεῖ non inepte *Sopingius* forte reſtituendum conjectat ζεῖ, quamvis, me judice, non magna neceſſitas hanc emendationem ſuadeat, cum lectionem editam tuetur περιῤῥεῖ· habuit autem *Heſychius* in animo locum *Homeri* ex *Od.* I.

Ὡς τοῦ σίζ' ὀφθαλμὸς ἐλαϊνέῳ περὶ μοχλῷ.

Et hoc voluit, aptiorem eſſe ſignificationem τοῦ περιῤῥεῖν in iſtis poëtarum principis σίζ' ὀφθαλμός· hinc itaque ſimul cognoſcimus quandam interpretationem τοῦ σίζειν traditam a veteribus, quam penitus ſilentio recentiores involverunt: *Euſtathius* ne verbo quidem ejus meminit, cum tamen illam celebriorem τοῦ σίζειν notionem non præteriret: Τὸ δὲ σίζειν ὀνοματοποιεῖται πρὸς ἦχον στοιχείου τοῦ σίγμα· & paulo poſt: οἱ δὲ παλαιοὶ φασὶ καὶ ὅτι ὠνοματοπεποίηται τὸ σίζειν ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸ λίπος γινομένου σιγισμοῦ· quæ poſteriora in brevibus, quæ appellant, *Scholiis* integra leguntur, niſi quod ibi σιτιλιγμοῦ, additis hiſce, ὅ ἐστι συνηχείας· ſcribe potius συνηχήσεως· videndus & *Etymologus* e *Zenobio*. Itaque σίζειν dicitur de iſto ſono, quem ferrum candens & ignitum aquæ immerſum edit, uti notant Grammatici: propius autem ad rem noſtram accedit, quod & illa, quæ in ſartagine friguntur, dici ſoleant σίζειν· *Ariſtophanes Acharn.* ἡ δ' ὠπτημένη Σίζουσα —— ad quæ Commentator antiquus: ἀντὶ τοῦ ζέουσα, ὡς ἐπὶ τηγανιζομένης· οἷον ἦχον ἀποτελοῦσα· καὶ Ὅμηρος, ὡς τοῦ σίζ' ὀφθαλμός· ſed lege ποιὸν ἦχον ἀποτελοῦσα, ut *Idem* ad *Equites Comici*, in quibus iſta rei noſtræ accommodatiſſima: Τὸ μὲν τάγηνον τευθίδων ἐφιστάναι σίζον· *Suidas* autem in priori *Scholiaſtæ* veteris loco, illum enim deſcripſit in σίζουσα, ſic præfert: οἷον ποιὸν ἦχον &c. Verbum illud hoc pacto uſurpatum reperi a *Magnete* apud *Athenæum*: Τηγανίτας ἤδη τεθίασαι χλιαροὺς σίζοντας, ὅταν αὐτοῖς ἐπιχέῃς μέλι· & longe venuſtiſſime veterum quicunque tandem: Ἐμοῦ δὲ ὥσπερ ἐπὶ ταγήνου ἔσιζεν ἡ καρδία, καὶ κατετήκοντο αἱ σάρκες, καὶ αὐτόματα ἐχώρει κατὰ τῶν γνάθων τὰ δάκρυα· neque abludit a Græca voce Saxonum Belgarumque ſiſſen: quid enim hoc obiter intermiſcere prohibet? Igitur in hoc *Teleclidis* loco beneficio Codicis *Falckenburgiani* bene habet quod ſarta tecta maneat antiqua ſcriptura: neminem enim dubitaturum exiſtimo, quin appoſita ſint & veriſſima τήγανα σίζοντα. Porro mox in *Polluce* noſtro refecimus e MSS. ὑπόφαυλοι pro ὑπόφαυλον· ſcilicet ὑπόφαυλοι τηγανισμοί· notandum vero, uti fuerunt, qui *Menandrum*, ejuſque ſtylum & ſcribendi genus ſummopere ſunt admirati, ita & quoſdam extitiſſe, qui cœca quadam obtrectatione impulſi ejus acute & nove vel dicta vel inventa cavillari & explodere, quantum in ipſis erat, non erubuerunt: *Pollux* noſter aliquando *Menandrum* perſtringit; ſæpius autem, & quo jure quave injuria *Phrynichus*: ſed ille etſi cetera doctus, tam impudenter in hoc negotio verſatur, ut frontem hominis mirer, qui fuerit auſus tanta cum temeritate *Menandrum* exagitare, quem omnes eruditi venerantur tanquam caſti ſermonis & leporis ſalſi fontem: nos certe magno redimendum cenſeremus, ſi quid illius Comœdiarum, quarum non contemnendam partem etiamnum in quibuſdam Græciæ Bibliothecis deliteſcere ex ipſis Græcis plus una vice audivi, inveniri poſſet. Jam vero de τηγάνῳ, cum eo nos ipſe *Pollux* deducat, notare quiddam lubet. *Attici* proprie dicebant τάγηνον· ſuperius ex *Ariſtophane* locum adduximus, ubi ſic legebatur: & ita plerumque in Auctoribus veteris Comœdiæ apud *Athenæum*: ſed τήγανον erat ceterorum Græcorum, quam ob cauſam ſcribit *Etymologus*: Τάγηνον, τοῦτο Ἀττικῶς τινὲς τήγανον λέγουσι· male vulgo τίγανον, quod optime præſtantiſſimus *Sylburgius* adnotavit: a τηγάνῳ Dores abſciſſa priori litera ἤγανον· eaque differitas in nominibus inde derivatis permanſit: ταγηνίτης ἄρτος Attici vocabant, qui reliquis Græcis τηγανίτης· apud *Athenæum* certe ταγηνίτης πλακοῦς citatur e *Magnete* & *Cratino*, quorum uterque Attici ſermonis elegantiæ ſtuduit: ſed illuſtris in eam rem locus eſt in *Galeno* lib. I. περὶ τροφῶν δυνάμεως· quem ſimul, uti decet, conſtituemus; leviter enim in *Aldina* editione, qua utor, corruptus eſt: οἱ μὲν οὖν ταγηνίται παρ' Ἀττικοῖς ὀνομαζόμενοι, παρ' ἡμῖν δὲ τοῖς κατ' Ἀσίαν Ἕλλησι τηγανῖται σκευάζονται δι' ἐλαίου μόνου· utrobique τηγανῖται legebatur: qui igitur τήγανον uſurparunt, illud aſſumſerunt a ceteris Græcis: præcipue vero τήγανον fuiſſe pervulgatum in Comœdia nova facile mihi perſuadeo; in illa enim non is Atticarum vocum delectus eſt habitus, ac in Comœdia veteri, quod exercitatiores non latebit. Non deſunt tamen, qui ſignificatione diſcrepare volunt τήγανον ἀπὸ τοῦ ταγήνου, ut τήγανον ipſa diceretur ſartago, τάγηνον vero, quod in

Sordidum autem eſt, Sartaginulæ in Equiſone Menandri. Verbum quidem Frigere in Apocleomena Poſidippi extat.
99 * Vas autem, quod alias chytropodum vocant, etiam λάσανα dictum invenies: ut Diocles in Meliſſis, A laſanis calidam accipiam. In primo autem Jamborum Hippona-

δὲ τήγανα ζέοντα σοι μολύνεται· [25] ὑπόφαυλοι δὲ οἱ ἐν Ἱπποκόμῳ Μενάνδρου τηγανισμοί· τὸ μέντοι ῥῆμα τὸ τηγανίζεσθαι ἔστιν ἐν Ἀποκλειομένῃ [26] Ποσιδίππου· * καίτοι τόγε δρᾶμα Ἀριστοφάνους Ταγηνισταί· τὸν δὲ καλούμενον χυτρόποδα, ἔστι μὲν καὶ [27] λάσανα κεκλημένον εὑρεῖν, ὡς [28] Διοκλῆς ἐν Μελίτταις, Ἀπὸ λασάνων θερμὴν ἀφαιρήσω χύτραν· ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν Ἱππώνακ- 99

ea frictum eſſet: *Euſtath.* ad *Od.* T. Τινὲς δὲ τάγηνον φασὶ τὸ ἐν τηγάνῳ ἑψηθέν· neque negare velim uſurpatum ea notione τάγηνον· certe *Plato Comicus* ſic adhibuiſſe videtur in iſtis: Οὐδὲ λοπὰς κακόν ἐστιν, ἀτὰρ τὸ τάγηνον ἄμεινον Οἴομαι· quæ in *Dipnoſophiſtæ* lib. I. occurrunt: ibi λοπάδα *Comicus* dixiſſe videri poteſt *cocta*, τάγηνον vero *fricta*, contra ac eruditus *Athenæi Interpres* tranſtulit: ſed in eo verſiculo, quod non prætereundum, *Euſtathius* habet ἀτάρτοι τὸ τάγηνον ἄριστον illud τοι tamen carminis modulo officit. Porro in *Gloſſis* veteribus tam τήγανον quam τάγηνον exponitur *ſartago*, *frixorium*, *ſatura*: ibidemque etiam reperio, quod rarius in antiquis ſcriptoribus, ταγηνὸς & ταγήνιον. Quis fuerit *ſartaginis* apud Romanos uſus, haud adeo ignotum eſt; idem ſane ταγήνου apud Græcos, ut in eo ſcilicet vel carnes vel placentæ, aut quæcunque alia oleo inſtillato frigerentur: planiſſime rem totam percipies ex adducto ſuperius *Galeni* loco, quibus etſi poſſem, alia non addam: ibi inter cetera τάγηνον impoſitum fuiſſe dicit ἀκάπνῳ πυρί· *Lucianus* in *Lexiphane*: λοβὸς ἐκ ταγήνου, *auriculæ pars frixa*: hinc ταγηνιστὸν vel τηγανιστὸν in *Philoxeno frixum*: ὠὰ ταγηνιστά, *ova frixa* memorantur in medicorum ſcriptis, a *Galeno* περὶ τροφῶν δυνάμεως lib. III. ἐπὶ τῶν ταγήνων παχυνθέντα, *Aetio*, *Paulo Ægineta* libr. I. c. 82. & aliis: hæc quidem ἀπὸ τοῦ ταγηνίζειν, unde ſi quis cum *Menandro* ταγηνισμοὺς vel ἀπὸ τοῦ τηγανίζειν τηγανισμοὺς formare velit. quæ culpa, quidve cauſæ prohibeat? adeo ut non ſatis validam rationem habuiſſe *Pollux* videatur, ob quam minus ipſi probentur *Menandri* τηγανισμοί. Præterea τήγανον non tantum ſartaginem denotavit, ſed etiam patinam, in qua cibi ſolent apponi, λοπάδα· ea vero notio a dialecto tracta; ſic enim uſurpaſſe perhibentur *Syracuſii*, nec illi tantum. uti puto, ſed & Dores & Iones: de *Syracuſiis* teſtis eſt ex *Athenæo*, cujus in editis libr. VI. c. 3. locus ille extat, *Euſtathius* ad *Odyſſ.* T. Συρακούσιοι δέ, ὥς φησιν Ἀθηναῖος, τὴν μὲν λοπάδα τήγανον καλοῦσι· τὸ δὲ κοινῶς τήγανον, ξηροτήγανον· inde eſt, quod *Heſychius* exponat: Λοπάς, τήγανον· λοπάδας profecto non adhibebant ad frixandum, ſed ad cibos coquendos & apponendos in menſa: de Doribus autem & Ionibus ex iſtis *Anacreontis* facile colligitur: χεῖρά τ' ἐν ἠγάνῳ βαλεῖν, *manum inſerere patinæ*. Prodiit hinc demum verbum ἀποτηγανίζειν a *Comicis*, ut judico, confictum, cujus notio ex his *Phrynichi* non magno labore invenitur: τοῦ δ' ἀποτηγανίζειν ἄνευ συμβολῶν. A Dorica vero voce ἤγανον formata ſunt Ἠγάνια, πέμματα τὰ ἀπὸ τηγάνου, quæ in *Heſychio* lego; niſi fortean mavelis ἠγάνια, ut apud eundem τηγάνια, quod vide: rem ibi & vocem docti viri multis modis obſcurarunt, quod ipſos fugeret Dorica vocis forma: ſed illi tamen peſſime, qui πηγάνου reponendum cenſuerunt pro τηγάνου.

25 Ὑπόφαυλον δὲ] C. V. ὑπόφαυλοι γὰρ οἱ &c. *ſordent quodammodo* &c. τηγανισμοί. KÜHN.

Ὑπόφαυλον δὲ] MS. ὑπόφαυλοι γὰρ οἱ ἐν &c. ὑπόφαυλοι vero, nempe τηγανισμοί. Sic enim *Noſter* libens loquitur: & aliquot exempla habuimus in MS. libri præcedentis cap. ult. ut IX, 158. τραγικὸς δὲ ὁ παρὰ Σοφοκλεῖ διωκτός· alia. JUNG.

26 Ποσιδίππου.] C. V. addit, καί τοι τόγε δρᾶμα Ἀριστοφάνους τηγανισταί· τὸν δὲ καλούμενον χυτρίποδα· *Heſych.* Χυτρόποδας legit in λάσανα· *Salmaſ.* λάσανον. KÜHN.

Ποσειδίππου.] MS. Ποσιδίππου· quo pacto fere ſemper ſcribere malim, ut & *Suidas* habet: variat alias & MS. in hoc. Ejus eadem fabula & ab *Athenæo* citatur, ut indicat *Caſaub.* VII. *Athen.* 14. Poſt Ποσειδίππου tota linea in vulgatis deeſt, quam ex MS. ſupple ita habente: καί τοι τόγε δρᾶμα Ἀριστοφάνους Τηγανισταί· τὸν δὲ καλ. &c. Et non videbatur ſane omiſſurus hic ubi de τηγάνῳ agit comœdiam tam ſæpe a ſe laudatam. Sed mirari tamen lubet cur hic dicat τηγανισταί, & non ταγηνισταί· quum tamen ubique, quantum addere potui, ubi hoc drama laudatur, noſter MS. ſicut vulgati ἐν Ταγηνισταῖς habeat, ut ſtatim Segm. ſequ. nec aliter *Athenæus* libr. III. *Dipnoſ.* & *Scholiaſtes Ariſtoph.* ad Νεφέλας, ad Βατράχους. JUNG.

Ποσειδίππου.] Ποσειδίππου ſcribas, ut vulgo, an Ποσιδίππου cum MSS. parum refert: utraque ſcribendi ratio uſitata: in *Photii Lexico* Ποσείδιππος ubique inveni exaratum, citatque ille *Poſidippi* Δημότας & Συντρέφους in Νεανισκεύεται & Ὅμηρα. Cujus fuerit argumenti *Poſidippi* Ἀποκλειομένη expiſcari nequeo: non me latet virginem ἀποκλειομένην poſſe dici, quæ plerumque κατάκλειστος appellatur, de qua alibi locorum plurima commemoro, & ab hac tali forſitan titulum & argumentum fabulæ promanaſſe: ſed nihil equidem, quod incertum eſt, lectori perſuadere cupiam: meminit etiam hujus fabulæ *Harpocratio*. Poſt Ποσειδίππου egregiam *Polluci* operam MSS. navant: καίτοι τόγε δρᾶμα Ἀριστοφάνους Ταγηνισταί· illam enim fabulam notiſſimam utique, dum illa enumerat, quæ a τηγάνῳ & ταγήνῳ oriuntur, omiſerit *Pollux*? reſtant, quæ facili non ſunt prætereunda pede: Ταγηνιστὰς in textu dedi, cum Τηγανιστὰς e Codicibus ſuis *Kühnius* & *Jungermannus* adnotent: qua quidem in re ſecutus ſum omnium auctorum conſenſum, qui Τηγανιστὰς fabulam illam *Ariſtophanis* nuſquam, Ταγηνιστὰς frequentiſſime laudare ſolent: *Photius* in *Lexico*. Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς· ſed quis non videat ſcribendum Ταγηνισταῖς; deinde magno me ſponſore tueor, *Falckenburgiani* Codicis Excerptis; in quibus liquide Ταγηνιστὰς reperio: in ceteris etiam aliquantulum a MSS. P. & V. diſcrepat: ſic enim, niſi me fallunt lectionis intricatæ veſtigia, habet: καὶ τὸ δὲ (τῷ δ ſuperſcriptum eſt γ) δρᾶμα ἐν Ἀριστοφάνους ταγηνισταῖς· quæ ita levi negotio licet refingere, ut lectionem a nobis reſtitutam tantum non ſuperent: καὶ τόγε δρᾶμα ἐστὶν Ἀριστοφάνους Ταγηνισταί· Sed ſatis in his temporis trivimus.

27 Λάσανα] De λασάνῳ in hac ſignificatione & *Foeſius OEcon. Hippocr.* in λάσανον. JUNG.

28 Διοκλ. ἐν Μελίσσαις, &c.] Abſunt a C. A. uſque ad δηλοῖ. Verſus *Dioclis* ex C. V. ita habet:

Ἀπὸ λασάνων θερμὴν ἀφαιρήσω χύτραν.

vel τέφραν.

A pedibus ollariis calidam auferam ollam,

vel *calidos cineres*: videtur χυτρόπους ſignificare *ſuppoſitorium ollarum*, cui velut pedibus inſiſtunt. KÜHN.

Διοκλ. ἐν Μελίσσαις, &c.] MS. Μελίτταις. Idem drama & *Athenæus* citat, obſervante *Caſaub.* noſtro

τος ἰάμβων εἴρηται χυτροπόδιον· ὥσπερ καὶ [29] παρ' Ἡσιόδῳ,

[30] Μὴ δ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων ἀφελόντα.

ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἕτερόν τι δηλοῖ· [31] ὅταν δὲ Δίφιλος ἐν Ἐπικλήρῳ [32] λέγῃ, [33] Χυτρὸν μέγαν παρὰ τοῦ μαγείρου, [34] δηλονότι τὴν χύτραν λέγει, ἀλλ' οὐ τὸν χυτρόποδα. 100 * Εἰδέναι δὲ οὐ φαῦλον, [35] ὅτι χύτρα καὶ φιλήματος εἶδος ἦν, ὁπότε τὰ παιδία φιλοίη, [36] τῶν ὤτων ἐπιλαμβανόμενα· ὑποδηλοῖ δὲ [37] Εὔνικος ἐν Ἀντίδι,

Λαβοῦσα τῶν ὤτων φίλησον τὴν χύτραν.

ctis Chytropodium dictum eſt: quemadmodum & apud Heſiodum,

Neque a pedatis ollis nondum luſtratis rapiens.

Verum hoc aliud quiddam ſignificat. Cum vero Diphilus in Epiclero inquit, Aulam magnam apud coquum, ſine dubio ollam intelligit, non chytropodem. * Neque 100 etiam inconveniens eſt noviſſe, quod χύτρα oſculi ſpecies erat, cum puerulos auriculis prehenſos oſcularentur: quod & Eunicus in Antia innuit,

Ollam prehenſis oſculator auribus.

X. *Athen.* 7. & *Suidas* in Διοκλῆς, qui etiam Μιλιτταῖς habet, ut adeo hæc fuerit vera inſcriptio hujus dramatis: quemadmodum Θάλαττα ejuſdem, non θάλασσα. Sed quod penſius, ipſe verſus *Diocleus* in vulgatis non eſt plenus: eſt vero in noſtro MS. qui ita habet, ut reponere potes: ὡς Διοκλῆς ἐν Μιλίτταις·

Ἀπὸ λασάνων θερμὴν ἀφαιρήσω χύτραν. JUNG.

Διοκλῆς ἐν Μελίσσαις] Μιλιτταῖς e MSS. reſtituimus: de hac fabula vide quæ dixi ad Segm. 78. ἀφαιρήσω χύτραν cum ceteris MSS. *Falckenburgii* Excerpta habent, quod omnino ſuſtinendi ſenſus cauſa addendum. Ceterum de λασάνοις ſed alia notione ſuperius adnotaſſe me ſuccurrit Segm. 44. *Heſychius*: Λάσανον, χυτρόπους· Τρίποδ' ἀμφίπυρον λουτρῶν ὅσιον *Sophoclem* in *Ajace Maſtigophoro* eo ſenſu Grammatici dixiſſe volunt: ſed & eorum proferri verba expedit, ſiquidem χυτρόποδος & λασάνου meminerint, ad v. 1424. χυτρόπους δὲ ὁ κοινῶς πυριστάτης, ὃ καὶ λάσανον λέγεται emendandus ex iſtis *Triclinius*, in quo λόβανον pro λάσανον legitur: nemo erit, qui non ex his capiat uſum χυτροπόδων & λασάνων· *Laſanum* Latine dixit *Horatius* Serm. lib. I. Sat. 6.

Cum Tiburte via prætorem quinque ſequuntur
Te pueri laſanum portantes œnophorumque.

ſed ea ſignificatione, quam ad Segm. 44. expoſui, ubi tum opportunum hunc *Romani Poëtæ* locum, qui λασανοφόρους illos egregie illuſtrat, feſtinatio excuſſit e memoria: *Acron* interpretatur *vaſculum, in quo alvus dejicitur*: niſi me fallit memoria, uſurpat & *Apulejus*. Sed omnem hunc *Pollucis* locum adtulit & multa luce perfudit vir eruditione ſingulari *Grævius* in *Lection. Heſiodeis*: in ipſo *Heſiodi* verſiculo malim equidem cum MSS. ἀφελόντα· in *Polluce* profecto ita reficienda vulgata judicavi.

29 Παρ' Ἡσιόδῳ] Libro II. v. 266. SEB.

30 Μὴ &c. ἀνελόντα.] Abeſt a C. V. & dein ἀφελόντα pro ἀνέλοντα. KÜHN.

Μὴ &c. ἀνελόντα.] MS. ἀφελόντα. Sed apud *Heſiodum* legitur hodie ut editi:

Μὴ δ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων ἀνελόντα
Ἔσθειν, μηδὲ λόεσθαι. ——

ubi *Moſchopulus*: λάσανον καὶ χυτρόπους τὸ αὐτό· ἔστι δὲ ὁ κοινῶς πυριστάτης· ἐνταῦθα δὲ χυτροπόδων φησὶν ἀντὶ τοῦ χυτρῶν· & ſic etiam ceteri accipiunt: ſubjicitque & ipſe *Pollux*, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἕτερόν τι δηλοῖ. JUNG.

31 Ὅταν] MS. ut ſolet ὅτ' ἄν. JUNG.

32 Λέγῃ] MS. λέγει. JUNG.

33 Χύτρον μέγαν] C. A. μέγα· male: *Salm. Leonidas* in *Epigr.* χυτρὰς μεγάλας· χυτρὸν μέσου παρὰ τ. f. χυτρὸν αἰτοῦ π. τοῦ. KÜHN.

Χύτρον μέγαν] Ceterum notandam vocem χυτρὸν, quæ debeat ὀξύνεσθαι, nos admonuit ὁ θεῖος *Salmaſius*: & ſententiam *Pollucis*, qui χύτρας eſſe ſciſcit, confirmare *Leonidæ* hos verſiculos, quos huc aptiſſimos, quum de coco etiam loquatur *Leonidas*, nobiſcum communicat e ſuis ſchedis:

Τὰς Λαριστσαίας κυάστορας ἱψητῆρας καὶ χυτρὰς
Καὶ τὰν εὐρυχαδῆ κύλικα. JUNG.

34 Δηλονότι] MS. δῆλον ὅτι &c. JUNG.

35 Ὅτι καὶ χύτρα φιλ. &c.] C. A. ὅτι χύτρα καὶ φιλήματος ἦν εἶδος· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ βοῦν &c. interjecta abſunt. KÜHN.

Ὅτι καὶ χύτρα φιλ. &c.] MS. ὅτι χύτρα καὶ φιλ. εἶδος ἦν, ὁπ. alio ordine, forte concinniore. De hoc oſculi genere & varios auctores adduxit elegantiſſ. *Ariſtænetı* Interpres Notis ad lib. I. epiſt. 24. JUNG.

36 Τῶν ὤτων ἐπιλαμβανόμενα] Paſſive *Interpr.* vertit, *auriculis prehenſos*: malim, *prehendentes auriculas*: *Plutarchus* de *Audiendo*, πολλοὶ, inquit, τὰ μικρὰ παιδία καταφιλοῦντες αὐτοί τε τῶν ὤτων ἅπτονται, καὶ τούτοις τοῦτο ποιεῖν κελεύουσι, αἰνιττόμενοι μετὰ παιδιᾶς, ὅτι φιλεῖν δεῖ μάλιστα τοὺς διὰ τῶν ὤτων ὠφελοῦντας· *multi parvos pueros oſculantes & ipſi aures tangunt, & illis, ut idem faciant, præcipiunt, per luſum innuentes, eos imprimis amandos eſſe, qui per aures proſunt.* *Clemens* lib. V. *Stromat.* οὐκοῦν εἰκῆ τοῖς παιδίοις παρακελευόμεθα τῶν ὤτων λαμβανόμενα φιλεῖν τοὺς προσήκοντας· τοῦτο δήπου αἰνιττόμενοι δι' ἀκοῆς ἐγγίγνεσθαι τῆς ἀγάπης τὴν προαίσθησιν· *non igitur temere eſt, quod puerulos jubemus apprehenſis auribus oſculari cognatione junctos: obſcure ſcilicet ſignificantes, per aures primum dilectionis ſenſum *influere*: vid. & *Theocr. Idyll.* V. *Tibullus Eleg.* 5. lib. II. KÜHN.

37 Εὔνικος ἐν Ἀντίᾳ] Etiam *Theocr. Idyll.* V. 132. & alii, quos laudat *Guil. Canterus* Nov. Lect. lib. VI. c. 25. vid. & *Gyraldi* Dialogiſmum IX. SEB.

Εὔνικος ἐν Ἀντίᾳ] C. V. ἐν Αὐτίδι· leg. Ἀντίδι· Ἀντὶς vel Ἄντεια *Præti* uxor quidem fuit, quæ *Bellerophontem* apud maritum accuſavit, & de ſtupro ſe appellatam calumnioſe in perniciem innocentis juvenis contendit: ſed de ea re non inſcripſit *Eunicus* drama Ἄντεια, vel Ἀντίς· nam ex *Athenæo* libr. XIII. cap. 3 & 6. notum eſt a meretrice nobili *Anthia* vel *Anthide* vel *Antia* (ita enim diverſimode ſcribitur nomen) dramati fuiſſe nomen datum ab *Eunico* vel *Philyllio*: vide notata ad ſupra lib. IX. c. 6. KÜHN.

Εὔνικος ἐν Ἀντίᾳ] MS. Εὔνικος Εἰνακτίδι. Veruſne titulus itaque fabulæ *Eunici*, ἐν Ἀντίδι. Viri docti nos docebunt. *Eunici* ſane nomen perperam hic legi putavit *Lil. Gyraldus* Dialogiſmo IX. qui *Ænnicus*, ut ait, *priſcæ comœdiæ ſit*. Et ſane non fruſtra. Invenio enim apud *Suidam*, quo ille iſta ſcribens, ſine dubio reſpexit: Αἴνικος Ἀθηναῖος Κωμικός· ἔστι δὲ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας· δράματα αὐτοῦ Ἄντεια. An itaque legendum? Αἴνικος ἐν Ἀντίᾳ, ſive Ἀντείᾳ; Idem *Gyraldus* alio ſenariolo ibidem Latino Græcum exprimit:

Prehendens per aures da mihi chytræ oſculum.

Ubi tamen *Prendens* ſcripſit certe, quamvis illud in

Veruntamen chytropodem etiam Βοῦν appellabis, & Anthracium, ſecundum Alexidem dicentem in Lemnia, Siquidem nobis in medio ſtabat anthracium, ſeſumque fabarum plenum. Seſum enim vas fuit, in quo fabas, aut alia hujuſmodi
101 frigebant. * Anthracium vero hoc Cratem vocabis, & Craticulum, ſecundum Ariſtophanem dicentem Craticulas: ſed Strattis in Pſychaſtis inquit, Quomodo quis mihi prunis plenam ſopiet craticulam? Prunæ ſiquidem ſemiuſti

[38] οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ βαῦνον ἂν εἴποις, τὸν χυτρόποδα· καίπου καὶ ἀνθράκιον, [39] Ἀλέξιδος εἰπόντος ἐν Λημνίᾳ, Καὶ μὴν παρῆν ἀνθράκιον ἡμῖν ἐν μέσῳ, Σείσων τε κυάμων μεστός· καὶ γὰρ ὁ σείσων, ἀγγεῖον ᾧ κυάμους, ἢ ἄλλό τι τοιοῦτον ἐνέφρυγον· * καὶ μὴν ἐσχάραν εἴποις ἂν τὸ ἀνθρά- 101
κιον τοῦτο, καὶ ἐσχάριον, Ἀριστοφάνους ἐν Ταγηνισταῖς εἰπόντος [40] ἐσχάρια, καί πού καὶ ἐσχαρίδα· ὁ δὲ Στράττις ἐν Ψυχασταῖς φησι, [41] Πῶς ἂν κομίσει ἐμοὶ τὶς θυμαλώπων ὧδε μεστὴν ἐσχάραν· [42] καί εἰσιν οἱ θυμάλωπες οἱ ἡμίκαυτοι

editis, contra modulum metri. *G. Canterus* vero VI. Nov. Lect. 25. concinnius ita;

Ollam prehenſis oſculator auribus. JUNG.

Εὔνικος ἐν Αἰτίᾳ] Dubium me tenent MSS. auctoritas, & eruditorum hominum opinio: Εὔνικος ἐν Ἀντίδι Codicibus noſtris obſequtus in textu repoſui: ſed adblanditur, neque diffiteor, *Gyraldi* conjectura, quam & amplexus eſt *Meurſius* in *Attica Bibliotheca*, ubi in hoc *Pollucis* loco Αἴνικος ἐν Ἀντείᾳ legendum ſtatuit: *Suidæ* profecto locus maximo eſt huic emendationi adjumento: ſed ego rem in medio relinquo, cum nihil aliunde, quo clariorem faciam, ſuppetat: repoſuiſſe tamen me in re dubia & incerta MSS. lectionem nemo indignabitur. De oſculi vero genere χύτρᾳ varia viri docti: vide *Meurſium* de *Lud. Græc.* in κυνητίνδα, ubi tamen in quibuſdam erraſſe virum doctiſſimum obſervavi ad IX, 115. Deſcribit hanc χύτραν *Lucianus Dial. Meretr.* III. ἐπεὶ δὲ χαλεπαίνουσαν εἶδέ με, καὶ διένευσα αὐτῷ οἷα ποιεῖ, τοῦ ὠτὸς ἄκρου ἐφαψάμενος ἀνακλάσας τὸν αὐχένα τῆς Θαΐδος ἐφίλησεν οὕτω προσφυῶς, ὥστε μόλις ἀπέσπασε τὰ χείλη· *Tibull.* II. Eleg. 5.

— natuſque parenti
Oſcula comprenſis auribus eripiet.

Sed hoc alio ferme ad oſcula puerilia ſpectat, de quibus pluſcula dicto loco *Meurſius*.

38 Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Βοῦν &c.] Abeſt a C. V. οὐ μὴν· qui & paulo poſt pro βοῦν habet βαῦνον, quod firmat *Heſych.* in voce βαῦνοι. KÜHN.

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ βοῦν &c.] MS. omiſſo οὐ μὴν, habet: ἀλλὰ καὶ βαῦνον ἂν εἴποις τ. &c. optime βαῦνον· & repone ita. *Heſych.* Βαῦνοι, χυτρόποδες &c. alias & κάμινον exponunt, ut Idem, & *Suid.* & *Etymolog.* Tu de βοῦν vel unum teſtem cita. Et tamen *Pollux* βαῦνον ſcripſiſſe ipſe clamet, ſupra VI, 88. βαύνους, ἰπνούς, πυραύνους in eodem inſtrumento coquinario conjungens. JUNG.

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ βοῦν &c.] Inepte: βαῦνον & *Falckenburgii* Codex habet, quod rectum.

39 Ἀλ. εἰπ. ἐν Λημνίᾳ] C. V. Λιμνίᾳ, & μὲν ſequens abeſt ab eodem. *Alexidis* verſus ita ſe habent:

Καὶ μὴν παρῆν ἀνθράκιον ἡμῖν ἐν μέσῳ,
Σείσων τε κυάμων μεστός.

Atqui aderat nobis foculus in medio
Cribrumque fabis plenum.

C. V. tamen σείσωνται κυάμων &c. mox abeſt ἐσχάρα. KÜHN.

Ἀλ. εἰπ. ἐν Λημνίᾳ] MS. Λιμνίᾳ, & deeſt μὲν recte, hoc enim pacto turbatrix verſiculum vox faceſſet, & ſcribamus:

Καὶ μὴν παρῆν ἀνθράκιον ἡμῖν ἐν μέσῳ
Σείσων τε κυάμων μεστός. —

Quamvis alias in MS. poſteriore ſenario mendoſe eſſet, σείσωνται κ. μέστων. Sed emendavit tamen ita, ut vulgo leguntur, quis. JUNG.

Ἀλέξιδος εἰπ. ἐν Λ.] *Lemniam Alexidis* fabulam hinc *Meurſius* in *Bibliotheca Græca* recenſet: in *Comici* χρήσει ſic fuit ſcriptum: Καὶ μὴν παρῆν μὲν &c. ubi μὲν illud eſt inſiccum, adeoque MSS. auctoribus in textu omiſſum: παρεῖναι ἐν μέσῳ dicuntur, quæ ad manus ſunt & in promptu: ſic πλάκα ἐν μέσῳ κειμένην dixit *Lucianus* in *Somnio*. Non alium autem ab hoc *Alexidis* locum cogitavit, credo, *Suidas*, cum iſta ſcriberet: καὶ ἀνθράκιον, βραχὺ τριποδίσκιον παρὰ Ἀλεξίδι· *Heſychius* in illa voce, niſi me fallo, male ſe habet: Ἀνθράκιον, τὸ μικρὸν τριπόδιον, καὶ λίθος τίμιος ὁ ἐν δακτυλίῳ, καὶ χυτροπώλιον, καὶ πᾶσα μικρὰ κάμινος· cum ea legerem, e veſtigio ſuccurrit ſcribendum eſſe χυτροπόδιον, quod amplius ex hoc *Pollucis* noſtri loco confirmatur. Σείσωνα pariter, ut *Pollux*, exponit *Heſychius*, ἄγγος κεραμεικὸν, ἐν ᾧ κυάμους ἔφρυγον.

40 Ἐσχάρια. ὁ δὲ Στρ.] C. V. addit, καίπου ἐσχαρίδα ὁ δὲ &c. KÜHN.

Ἐσχάρια. ὁ δὲ Στρ.] Vulgatus mutilus eſt: tu ſupple: ita enim MS. ἐσχάρια· καίπου καὶ ἐσχαρίδα· ὁ δὲ Στρ. JUNG.

Ἐσχάρια.] Subjecimus e MSS. καί που καὶ ἐσχαρίδα· in *Gloſſario* MS. Ἐσχαρὶς, *craticula*; nec aliter MSS. *Servii Gloſſæ*.

41 Πῶς ἂν κοιμίσειε &c.] C. V. κομίσει ἐμοὶ θυμαλώπων ᾧ δὲ μεστὴν, leg. ὧδε· *aſſeret mihi huc plenum prunis foculum*: C. A. non habet omnia a καὶ μὴν &c. Segm. præced. uſque ad εἰσὶν οἱ. poſt ſequitur θυμάλωπες δὲ εἰσὶν ἡμίκαυτοι &c. KÜHN.

Πῶς κοιμίσειε &c.] MS. κομίσει ἐμοὶ θυμαλώπων ᾧδε μ. ἐ. Legendum itaque erit juxta MS. πῶς ἂν κοιμίσει ἐμοὶ θυμαλώπων ὧδε μ. ἐ. juxta MS. inquam; rectius concinnari poſſe fateor: & tentabunt alii, quibus ingenium in promptu eſt, adeſtque otium. De *Strattidis Pſychaſtis* vid. *Caſaubon.* VII. *Athen.* 23. JUNG.

Πῶς ἂν κοιμίσειε μοι &c.] Secutus ſum in conſtituendo hoc loco Codices MSS. qui κομίσει ἐμοί· in cujuſdam eruditi viri libro ſic & in margine correctum inveni: mox iiſdem debetur ὧδε· *Jungermannum* autem miror, qui retinuerit κοιμίσει· ἐσχάραν vero, ut in *Strattidis* intelligenda eſt loco, *arulam* Latine dixeris: *Ariſtophanes Acharn.* — δμῶες, ἐξενέγκατε τὴν ἐσχάραν μοι δεῦρο καὶ τὴν ῥιπίδα· *Schol.* τὴν νῦν καλουμένην ἄρουλαν· *Gloſſæ Iſidori*: *Arula*, *craticula*. *Gloſſæ* S. S. MSS. in *Exodum*: *Arula*, *vas aneum & quadratum, quatuor pedes habens, in quo carbones poſuerunt, & ſuper ipſam erat craticula, & ſic aſſabant carnes*: eam ob cauſam inter alia *Heſychio* ἐσχάρα exponitur χυτρόπους καὶ πυροφόρον σκεῦος· vide *Prudentium* περὶ Στεφ. H. 10. v. 259. & *Caſaubonum* ad *Athen.* lib. I. c. 6.

42 *Prunæ*] Prunæ accenſæ vel ardentes adhuc carbones ſunt: θυμάλωπες autem titiones ex igne ſublati & ambuſti: vid. *Schol. Ariſtoph.* fol. 275. Videtur autem originem ſequendo potius duplici M ſcribendum fuiſſe, cum tamen in omnibus exemplaribus ſimplici ſcriptum ſit. *H. Steph.* SEB. 2.

[43] ἄνθρακες· οὐ γὰρ ἂν εἴη πρὸς τοῦ βιβλίου τοῦδε παραδηλοῦν, ὅτι καὶ οἱ καλούμενοι τῶν ἀμπέλων ἐπίτραγοι. Τῶν δὲ μαγειρικῶν, [44] καὶ ἐλεὸν, ξάνιον,

carbones ſunt. Coquinariorum quoque ordinis fuerint, olearia cella, pecten,

43 Ἄνθρακες.] C. V. addit: *οὐ γὰρ εἴη πρὸς τοῦ βιβλίου τοῦδε παραδηλοῦν, ὅτι καὶ οἱ καλούμενοι τῶν ἀμπέλων ἐπίτραγοι τῶν δὲ μ.* &c. *non enim eſſet hujus libri obiter ſignificare, quod etiam vitis genus*, quod *ἐπίτραγον* vocant, *ἄνθραξ* vel *θυμάλωψ* vocetur: *Heſych.* Καπνὸν dici ait *nigram vitem*; eadem & *anthrax* vel *anthracias* dicta. KÜHN.

Ἄνθρακες.] Plura in vulgato *Polluce* deſunt, quæ noſter MS. ſervavit: unde reſtituere potes. Ita enim habet: *ἄνθρακες· οὐ γὰρ ἂν εἴη πρὸς τοῦ βιβλίου τοῦδε παραδηλοῦν, ὅτι καὶ οἱ καλούμενοι τῶν ἀμπέλων ἐπίτραγοι· τῶν δὲ μαγειρ.* quamvis nulla diſtinctio vel punctum poſt *ἐπίτραγοι* ſit, ſed poſt *μαγειρικῶν*. Sed ita tamen diſtinguendum certe videtur. Non pertinere ait ad hunc librum, exponere & de vitium carbunculis, qui dicantur vulgo *ἐπίτραγοι*· eos etiam eſſe *θυμάλωπες*. Hic enim ſenſus. Jam enim dixerat, & magis ſuo loco, de his ſupra VII, 152. ubi: *οἱ δὲ καλούμενοι νῦν τῶν ἀμπέλων ἐπίτραγοι, θυμάλωπες.* JUNG.

Ἄνθρακες.] Quæ poſt hæc tranſtulimus e MSS. in textum *οὐ γὰρ ἂν εἴη* &c. ſunt & in *Falckenburgii* Codice, niſi quod *ἀμπέλων* impeditiſſima ſcriptura ſit exaratum, ut vix legi queat, & pro *ἐπίτραγοι* habeatur *ἐπίγυλοι*.

44 Καὶ ἐλεὸν] Ita & ſupra VI, 90. Ita apud *Ariſtoph. Equ.* verſ. 152. ubi tamen *Schol. ἐλεοὶ λέγονται αἱ μαγειρικαὶ τράπεζαι*, nimirum *ἀρσενικῶς*· nec aliter *Athen.* IV. fol. 173. ſed *Euſtath.* tam neutrum genus quam maſcul. admittit ad v. 342. *Odyſſ.* ξ. ubi Poëta *ἐλεοῖσιν*, ut genus haud queat agnoſci, quomodo & *Iliad.* ι, 215. Hoc loco alias tam MS. quam prior. ed. *ἔλαιον*. SEB.

Καὶ ἐλεὸν] C. V. *ἔλαιον ξ. ἐπίξηνον*· vulgata lectio in utroque loco melior eſt. *Salm.* MS. *ξεινον*. KÜHN.

Καὶ ἐλεὸν] MS. *ἔλαιον* (ſine præcedenti *καὶ*) *ξάνιον*, *ἐπίξηνον*, *τρ. μ.* Sed bene edidit noſter *Seberus ἐλεόν*· ſicut & ſupra VI, 90. ubi MS. *ἔλεον* ſaltem accentu varians. *Heſych.* Ἐλεοῖσι, *μαγειρικοῖς τραπεζίοις· καὶ οἱ μὲν δασύνουσιν· ἵνα ᾖ τοῖς ἐκ λυγῶν πεπλεγμένοις τῶν ἐξ ὄρους ληφθέντων· οἱ δὲ, ψιλοῦσιν ἐξ ἐλαΐνων εἶναι ξύλων τὰς τραπέζας λέγοντες·* &, Ἐλεὸν, *μαγειρικὴ τράπεζα*. Sed quid ait *ἐξ ὄρους Heſychius*? ullane hic mica etymologiæ. Scribendum puto *ἐξ ἕλους*. Videtur firmare *Etymologicon τὸ μέγα· εἰλεὸν, σημαίνει τὴν μαγειρικὴν τράπεζαν· παρὰ τὸ ἕλος γίνεται ἐλεός· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι εἰλεὸς, τὸ μαγειρικὸν τραπέζιον· καὶ Ὅμηρος Ἰλιάδος ι. —— καὶ ἐν ἐλεοῖσιν ἔχευεν· δασύνεται ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν καὶ κόψαι· ἐφ' οὗ κόπτουσι τὰ κρέα· ἢ ἀπὸ ἐλαΐνων ξύλων, ἢ ἐξ ἑλείων ῥάβδων ἦσαν πεπλεγμέναι αἱ μαγειρικαὶ τράπεζαι*. Quod ille *λυγῶν τῶν ἐξ ἕλους*, hic *ἑλείων ῥάβδων* videtur dixiſſe. Ut autem non ignoro tam maſculino quam neutro genere adnotari hoc vocabulum, ita miror neutrius oblitum *Suidam*, poſtquam dixit, *ἔλεος ἀρσενικῶς, ἡ ἐλεημοσύνη· ἐλεὸς δὲ ὀξυτόνως ἡ μαγειρικὴ τράπεζα*· maſculino tantum, ut vides, allato, ſubjicere tamen locum ex *Comici* Ἱππεῦσιν, ubi neutrum non poſſit non eſſe: *Ἀριστοφάνης· ἴθι δὲ κάθελ' αὐτοῦ τοὐλεόν* —— Et ſic ſane in iiſdem Ἱππεῦσιν legimus, paulo poſt verſiculum a *Suida* laudatum:

Ἀλλ' ἐπανάβηθι, κἀπὶ τοὐλεὸν τοδί.

Hæc vel ideo de *ἐλεῷ μαγειρικῷ* afferre volui, ut jam elegantem locum *Theoph. Simocatæ*, ſcriptoris elegantis, emendem & interpreter. Eſt is initio epiſtola quadam *ἀγροικικῇ*, quæ numero inter alias editur XXIX. Ibi *Zachano Peganoni* ita ſcribit: *ἧκέ μοι πρὸς τοὔλαιον αὔριον· ἐνδημήσαιμι γὰρ τοῦ ἄστεος καὶ δαιτυμὼν ἔσομαι φίλτατε· Νύμφαις γὰρ καὶ τῷ Πανὶ τὰς ἀπαρχὰς τοῦ ποιμνίου ἀναθήσαιμι.* Ubi doctus alias *Juvenis*: *Veni ad me mane craſtino. Ibo enim ad urbem* &c. Si & *diluculo* addidiſſet, nihil tamen dixiſſet ex ſententia *Theophylacti*. Et ſane ipſe, quum quondam animi cauſa iſtas epiſtolas in Latinum ſermonem convertere conabar, primum hic hæſi. Sed jam clarum *τοὔλαιον* vitioſe in illo MS. ſcriptum fuiſſe, perinde ut *ἔλαιον* in meo & *Seberi* MS. unde etiam priores editiones acceperunt. Alia talia multa, quæ notavimus, videntur partem bonam ex corrupta pronunciatione dictantis exorta, dum ε pro αι & viciſſim ſcripta invenias mendoſe, ει vel η vel υ vel ι, vel οι unum alterius locum non ſuo loco ſubiiſſe. Apud *Theophylactum* ita certo emendandum: *ἧκέ μοι πρὸς τοὐλεὸν αὔριον· adſis mihi in craſtinum ad menſam:* coquinariam enim menſam innuit, ſuper qua concidendæ carnes, &, ſacris factis *Nymphis* & *Pani*, convivium celebrandum. Quod ad ſequens *ἐπίξηνον* in noſtro *Polluce* attinet, nam MS. ſcriptura *ἐπίξεινον* mendoſa eſt, crebro id valde occurrit in *Acharnenſibus Ariſtophanis*: ubi *Dicæopolis* ſe paratum eſſe ait cauſam dicere quaſi cultro ſuppoſito capite: *ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω τὴν κεφαλὴν ἔχων λέγειν*· & iterum: *ἐμοῦ θέλοντος ὑπὲρ ἐπιξήνου λέγειν*· reſpondentque *Acharnenſes*:

Τί οὖν οὐ λέγεις τοὐπίξηνον
Ἐξενεγκὼν θύραζ', &c.
Θεὶς δεῦρο τοὐπίξηνον, ἐγχείρει λέγειν.

Illeque allata menſa: *ἰδοὺ θεᾶσθε, τὸ μὲν ἐπίξηνον τοδί.* JUNG.

Καὶ ἐλεὸν &c.] *Il.* I. *ἐν ἐλεοῖσιν ἔχευεν*· ad illa brevium notarum Auctor ſic eam vocem exponit: *ἐπὶ τῶν μαγειρικῶν τραπεζῶν· δασυντέον ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν· ἢ ὅτι ἐξ ἑλείων ῥάβδων ἦσαν πεπλεγμέναι αἱ μαγειρικαὶ τράπεζαι· Heſychii* illa emendatio, quam *Jungermannus* excogitavit, *Palmerio* quoque venerat in mentem: quanquam vero non plane diſpliceat, in veteri tamen quodam *Gloſſario* Græco eandem illam inveniſſe me lectionem profiteor, quod, ut caute rem & conſulto agamus, monet: ſane quod *Palmerius* inquit *λύγους* vimina dici, quæ in paluſtribus locis creſcant, tanti non eſt, ut ideo mutare velim *ὄρους*· nam vimina in quocunque provenerint loco, ſeu paluſtri ſeu montano, proveniunt autem non minus in montibus quam in paludibus, *λύγοι* dicuntur a Græcis: ſed gravius urget, quod de notationis ratione protulit ad opinionem ſuam firmandam *Jungermannus*: quod omne forſitan eludam, ſi dixero retenta lectione vulgata etymologiæ rationem quærendam eſſe in *ληφθέντων*· ſcilicet *Etymologus* & *Euſtathius* vocem illam a quibuſdam tradunt *δασυνθῆναι*, quod derivandam cenſeant, *ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν καὶ κόψαι· ἐφ' οὗ κόπτουσι τὰ κρέα*· idem illud *ἑλεῖν* eſt *λαμβάνειν*· hinc itaque *ἐλεὸν*, *menſa coquinaria*, quod ſit confecta e viminibus, *ἐκ λύγων ληφθέντων ἐξ ὄρους*· hoc pacto defendi poſſe editam *Heſychii* lectionem exiſtimo; quanquam, niſi me iſtius *Gloſſarii* MS. retinuiſſet auctoritas, haud dubitanter me eruditiſſimorum hominum ſententiæ fuiſſe acceſſurum confiteor: ſed regula tutiſſima eſt in arte *Critica*, non illa omnia, quæ nobis latent, protinus eſſe emendanda, quam ſi penſiculatius doctiſſimi viri in elimandis & poliendis veterum ſcriptis attendiſſent, haud profecto tantum eſſet in iis tenebrarum: non enim facile dicas, quid magis nocuerit vetuſtis ſcriptoribus, librariorumne inſcitia, an doctiſſimorum etiam hominum temeraria mutandi libido. Ab iſtis *ἐλεοῖς ἐλεοδύτας* dictos obſervat *Euſtathius*, qui cœnas captant, & ad aliorum ſe menſas applicant; quæ hauſit ille ex *Athenæo*. Sed porro ad alia.

ſcam-

ſcamnum inciſorium. Coquinaria menſa,
quam Neoterici Abacum vocant: nomen
autem extat in Menandri Meſſenia: Du-
ctus eſt omnino ad abacum quendam.
102 * Adhæc maſtra, ſcapha, magis, pila,
caniſtrum. Et nuper excavatam pilam
dixit Eupolis in Capris. Sicuti Ariſtopha-
nes in Veſpis recentem molam dixit. Sed
Menander in Demiurgo, pilam hanc lin-
trem vocavit. Idem quoque ſignificant
mortarium, & pila: ſcapham enim ſic no-
minavit Ariſtophanes in Pace. Scaphulam
quoque eandem ſcapham vocat in Holca-

ἐπίξηνον, τράπεζα μαγειρικὴ, ἣν οἱ νεώτεροι ἐπι-
κόπανον· ἔστι δὲ τοὔνομα [45] παρὰ Μενάνδρῳ ἐν
Μεσσηνίᾳ, Ἡγεῖται μὲν ὅλως ἐπικόπανόν τι. * [46] ἔ- 102
τι δὲ μάκτρα, σκάφη, μαγὶς, [47] σκαφὶς, [48] κάρ-
δοπος, κάνεον· καὶ [49] νεόκοπον μὲν κάρδοπον Εὔ-
πολις ἐν Αἰξὶν εἴρηκεν· ὡς [50] Ἀριστοφάνης ἐν Σφη-
ξὶ, νεόκοπτον μύλην· Μένανδρος δὲ ἐν Δημιουρ-
γῷ ληνὸν εἴρηκε τὴν [51] κάρδοπον· ταυτὸν δὲ τοῦ-
το καὶ [52] θυεία, καὶ ἀντλία· τὴν [53] γὰρ σκά-
φην οὕτως ὠνόμασεν Ἀριστοφάνης [54] ἐν Εἰρήνῃ.
[55] καὶ σκαφίδα δὲ τὴν σκάφην ταύτην [56] ἐν Ὁλκά-

45 Ἐν Μ. Μεσσηνίᾳ] MS. παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Μεσσηνίᾳ. SEB.

Ἐν Μ. Μεσσηνίᾳ] C. V. περὶ Μενάνδρῳ ἐν Μεσσηνίᾳ· C. A. παρὰ Μ. ἐ. Μ. *exiſtimat utique menſam coquinariam quandam* &c. ſunt verba *Menandri*: cæterum ἐλεὸν &c. uſque ad ἐπικόπανον ſunt ſynonyma, quibus menſa coquinaria, ſuper qua carnes conciduntur, denotatur: ideoque de *olearia cella* & *pectine* hic ne cogitandum quidem fuit *Interpreti*. KÜHN.

Ἐν Μ. Μεσσηνίᾳ] MS. τοὔνομα παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Μεσσηνίᾳ· ita & *Seberi* MS. & bene: niſi quod Μεσσηνίᾳ vulgatum retinendum puto. *Meſſenia*: ſic ſupra ejuſdemmodi nominis drama *Critonis* tributum Segm. 35. ubi MS. noſter Μεσσηνίᾳ. JUNG.

Ἐν Μενάνδρου Μεσσηνίᾳ] Nihil in iſtis, quod lectorem offendat: placuit tamen MSS. lectio παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Μεσσηνίᾳ· *Meſſeniam Menandri* fabulam & alii laudarunt, ut videre licet in *Bibliotheca Meurſii*: ſed quid eſt, quod in Indice Auctorum, quos *Photius* adhibuit in Lexico, Μεσσανίᾳ ſcriptum ſit? an ita *Menander* forſitan fabulam illam inſcripſit Μεσσανίαν ex Dorica dialecto, quam alii deinde *Meſſeniam* dixerunt? ita credo: ſupra quod de *Epicharmi Prometheo* ad Segm. 82. adnotavimus, non erat prorſus diſſimile: apud ſolum *Athenæum* extitit uno in loco Ἐπίχαρμος Προμαθεῖ· alias, ubicunque occurrat, ſemper Προμηθεῖ· ſed optime tamen Προμαθεῖ exarari ibi tum docui: neque ratione deſtituitur hæc opinio; videtur enim ex titulo *Meſſenios* hac Comœdia quocunque tetigiſſe modo *Menander*, qui certe Dorice loquebantur: quam igitur ob cauſam *Menander* bene Μεσσανίαν titulum fecit iſti fabulæ: his addendum, quod *Photius Menandri* Μεσσανίαν adducat in Ἴσσα & ψύλλα, quibus utriſque vocibus *Suidas* Μεσσηνίαν ſcribit; ut jam appareat e Grammaticorum conſuetudine Μεσσηνίαν proveniſſe, cum vera fuerit ſcriptura Μεσσανία. *Menandri* locum eodem modo MSS. repræſentant, quo editur: ego tamen non omnino vitio vacuum eſſe puto: forſitan, ita ſi ſcripſeris, melius erit huic loco: Ἡγεῖται μὲ ὅλως ἐπικόπανόν τι· vel ἡγεῖται με ὅλως ὡς ἐπικόπανόν τι· *non aliam mei rationem habet, ac menſæ coquinariæ*: neque difficile eſt conjectare, qua id occaſione ſit dictum: ſcilicet ita conquerebatur, qui probe battutus erat, multiſque verberibus exceptus, herum vel quemcumque alium ſe tanquam menſam coquinariam pulſaſſe crudeliter & inhumane. Eruditioribus, uti puto, arridebit hæc noſtra conjectura. Virgulis incluſerat *Seberus* voces σκαφὶς, & paulo poſt μὲν· nos iſta pari jure cum ceteris eſſe juſſimus.

46 Ἔτι δὲ μ.] *Salm.* ἔστι δὲ μάκτρα. KÜHN.

47 Σκαφὶς] Interpoſitum e MS. SEB.

Σκαφὶς] Habet & C. A. KÜHN.

Σκαφὶς] MS. illud σκαφὶς quoque habet noſter, quod ex ſuo interpoſuit opt. *Seberus*. JUNG.

48 Κάρδοπος] MS. καρδοπὸς oxytone, quamvis id emendatum ſit. JUNG.

49 Νεόκ. μὲν κάρδ. &c.] Interpoſitum e MS. μὲν· nam prior. edit. νεόκοπον κάρδοπον. SEB.

Νεόκ. μὲν κάρδ. &c.] Νεόκοπος κ. eſt *maſtra recens exciſa*: dein C. A. Εὔπολις δὲ εἴρηκεν ἐν Αἰξὶν ὡς Ἀ. ἐ. Σ. tum νεόκοπτον ὕλην legit C. V. at C. A. νεόκοπτον μὲν ἄλλην· vulgata lectio etiamnum eſt apud *Ariſtophanem*. *Salmaſius* utrobique νεόκοπτον, ex MS. KÜHN.

Νεόκ. μὲν κάρδ. &c.] MS. νεόκοπον μὲν καρδοπὸν &c. *Eupolidis Capras* & alii laudant, ut videre potes apud *Caſaub.* III. *Athen.* 14. JUNG.

50 Ἀρ. ἐν Σφηξὶ, νεόκοπον] *Ar. Veſp.* v. 646. — μύλην ἀγαθὴν ὥρα ζητεῖν σοι καὶ νεόκοπτον· *Schol.* νεοκατασκεύαστον μύλην· fol. 333. MS. ſimiliter exemplaribus *Ariſtoph.* SEB.

Ἀρ. ἐν Σφηξὶ, νεόκοπον μ.] MS. ἐν Σφιξὶν, νεόκοπτον ὕλην. Sed emendatum νεόκοπτον a quodam: non tamen & alterum: emendandum enim certe, νεόκοπτον μύλην, ut apud *Ariſtophanem* eſt: præſertim quum eodem modo ſe & in ſuo MS. teſtetur reperiſſe *Seberus* noſter: nec video ego imperitior cur non a κοπτὸς, ἡ, ὸν, dici queat ὁ καὶ ἡ νεόκοπτος. Et νεόκοπον itaque *Eupolidis*, de quo & ſupra VII, 22. verum, & νεόκοπτον *Ariſtophanis*. Et non aliter legendum vel verſus cauſa admoneri queamus: mero dactylo enim finit illud metrum in *Comico*:

> Πρὸς ταῦτα μύλην ἀγαθὴν ὥρα ζητεῖν σοι καὶ νεόκοπτον
> Ἢν μή τι λέγῃς, ἥτις δυνατὴ τὸν ἐμὸν θυμὸν κατερεῖξαι. JUNG.

Φιλωνίδου δὲ ἐν τοῖς Κοθ. &c.] De *Philonida*, ejuſque *Cothurnis* alibi ſupra diximus; *cothurnum* calceamenti fuiſſe genus, quod pedibus utriſque ſine moleſtia poſſit aptari nemo neſcit: inde ingenio volubili & inconſtanti homines ſic dicti: *Therameni* eam ob cauſam *Cothurni* cognomen adhæſiſſe referunt: an in hunc & alios ſimilis ingenii homines *Philonidem* illa fabula luſiſſe exiſtimabimus? conſtituet illa de re, quod voluerit, lector. Poſt *Philonidæ* χρῆσιν contextum auximus e Codice *Falckenburgiano*, in quo iſta liquide perſcripta erant: Μεταγένης δὲ δίμυξον δὲ ὡς ἐγὼ δοκῶ· quæ eadem addidit etiam hic Codex VI, 18. *Metagenis* autem hujus locus extitit in Φιλοθύτῃ, ut oſtendit *Athenæus* XV. cap. 20. Μνημονεύει τοῦ διμύξου λύχνου καὶ Μεταγένης ἐν Φιλοθύτῃ, καὶ Φιλωνίδης ἐν Κοθόρνοις· unde ſimul elucet, veriſſimum eſſe & præclarum hoc *Falckenburgiani* Codicis augmentum. Lampadis μυκτὴρ & μύξα quid ſit apud Græcos, nemo paululum humanior ignorabit: prius vocabulum uſurpavit *Ariſtophanes Eccleſiaz.* v. 5. alterum *Aratus* in hiſce -- λύχνοιο μύκητες ἀγείρωνται περὶ μύξαν· hinc igitur λύχνοι δίμυξοι, quorum forma rerum antiquarum ſtudioſis eſt pernota; & τρίμυξοι· licet & cum *Martiale* λύχνον πολύμυξον, *lucernam polymyxam* dicere; illa enim *Epigrammatis* 41mi lib. XIV. eſt inſcriptio, ubi & *myxas* Latina civitate donare non erubuit jucundiſſimus poëta:

Illuſtrem cum tota meis convivia flammis,
Totque geram myxas, una lucerna vocor.

Vide *Licetum.*

83 Καὶ κατὰ Ἡρόδ. λύχνα.] *Herod.* libr. II. fol. 71. λύχνα καίουσι πάντες πολλὰ ὑπαίθρια περὶ τὰ δώματα κύκλῳ &c. Et mox ibidem, τῇ ὁρτῇ οὔνομα κέεται λυχνοκαΐη. SEB.

Καὶ κατὰ Ἡρόδ. λύχνα.] Et *Athenæus* lib. XV. extremo: λύχνα, ait, δὲ οὐδετέρως εἴρηκεν Ἡρόδοτος ἐν δευτέρᾳ ἱστοριῶν· & ex *Athenæo Euſtath.* ad Ὀδυσσ. τ. Locum *Herodoti* attulit ex *Euterpe* cap. 62. *Seberus* noſter, ubi ſtatim eodem genere ſubjicit *Herodotus*: τὰ δὲ λύχνα ἐστὶ ἐμβάφια ἔμπλεα ἁλὸς καὶ ἐλαίου· ἐπιπολῆς δὲ ἔπεστι αὐτὸ τὸ ἐλλύχνιον· καὶ τοῦτο καίεται παννύχιον· καὶ τῇ ὁρτῇ οὔνομα κέεται λυχνοκαΐη. Et ſtatim: καίουσι καὶ αὐτοὶ πάντες τὰ λύχνα. Et eadem *Muſa* c. 133. de *Mycerino*: λύχνα ποιησάμενον πολλὰ, ὅκως γίνοιτο νὺξ, ἀνάψαντα αὐτὰ, πίνειν τε καὶ εὐπαθέειν· λυχνοκαΐας vero ex *Herodoto Noſter* & ſupra meminit VII, 178. JUNG.

Καὶ κατὰ Ἡρόδ. λύχνα.] Pluribus exemplis hanc nominum antiquam formam, qua multa genere tam neutro quam maſculo ponuntur, oſtendit *Euſtath.* ad Ἰλ. Α. pag. 108. *Heſychii Gloſſa* ex hoc fonte derivata: Λύχνα, λύχνοι· neque dubitabis quin Idem ad *Herodotum* reſpexerit, cum iſta ſcriberet, Λυχνοκαΐαν, λυχναψίαν· egregie; nam λυχναψίαν, notante *Athenæo*, plurimi ſolebant appellare, quam *Cephiſodorus* vocaverat λυχνοκαυτίαν, quæ eadem eſt, ac λυχνοκαΐα. Sed illius *Ægyptiorum* λυχνοκαΐας poſt *Herodotum* non pauci meminere: *Libanius Antiochico*: καὶ τὴν ἡλίου λαμπάδα λαμπτῆρες ἕτεροι διαδέχονται τὴν Αἰγυπτίων λυχνοκαΐαν παριόντες· ubi locupletiſſimam Antiochenſium opulentiam plenis verbis collaudat, & apud eos feſta celebrari tradit poſt occaſum Solis non minus lucernis illuſtria, quam fuerit Ægyptiorum celeberrima λυχνοκαΐα. Apud *Libanium* autem in margine notatum eſt a *Morello*: *Maximus Tyrius in Exord. Orat. ad Imp. de Palladis ſigni celebritate in Saïdis urbe*: in *Maximo Tyrio* tale quid, etſi a capite ad calcem evolveris, non repertum iri certiſſimus ſum: ab ipſo *Morello* culpa commiſſa eſt, qui dum nimis inconſiderate & feſtinanter ſcribit, pro *Themiſtio Maximum Tyrium* dedit: *Themiſtius* enim in initio Orationis in

εἴρηκεν· καὶ Κρατῖνος δὲ ἐν τῷ [84] Τροφωνίῳ, καὶ
Μένανδρος ἐν Θετταλικῇ. [85] καὶ λυχνίον μὲν, ἐφ'
οὗ ἐντίθεται ὁ λύχνος, ἡ καλουμένη [86] λυχνία· τοῦ
δὲ λυχνίου τὸ [87] ἀπευρυνόμενον, ᾧ ἐπιτίθεται ὁ
λύχνος, πινάκιον, ἢ πινακίσκιον· [88] τὸ δὲ ἐντιθέ-
μενον τῷ λύχνῳ, θρυαλλὶς, ἐλλύχνιον, [89] φλο-
116 μός. * [90] ὁ δὲ νῦν φανὸς, καὶ λυχνοῦχος, ὡς
[91] Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσιν ἔφη, Φαίνειν ὑπευ-
θύνοις λυχνοῦχος· [92] ἐν δὲ τῷ Λυσίου πρὸς Χυ-
τρῖνον, Ἐξαίφνης τοῦ συνακολουθοῦντος οἰκέ-
του λίθον τις λαβὼν ἔκρουσε [93] τὸν λυχνοῦχον·

nem dixit, Cratinuſque in Trophonio, &
Menandrus in Theſſalica. Et candela-
brum, cui candela, quæ & lucerna dicta
eſt, imponitur. Candelabri autem elatior
pars, cui candela inſeritur, ſcutella dici-
tur, vel lanx. Quodque mediæ candelæ in-
eſt, thryallis, ellychnium, & phlogmus.
* Quam vero nunc lampadem vocant, et- 116
iam laterna dicitur: ut Ariſtophanes dicit
in Acharnenſibus, ad prodendos reos can-
delabrum. Sed apud Lyſiam ad Chytri-
num, Repente vero quis arrepto lapi-
de ſequentis famuli laternam excuſſit.

Conſtantium λυχνοκαΐας omniſque illius feſtivitatis in honorem *Minervæ* inſtitutæ fecit mentionem: ſed elegantiſſimum Oratorem eo in loco menda deturpavit, quæ obiter eluenda eſt: ἐνιαύσιον, inquit, ἑορτὴν ἄγοντες, ἣν καλοῦσι λυχνοποιΐαν· refice, me ſponſore, λυχνοκαΐαν· feſtum enim illud *Ægyptiorum* nemo eſt, qui λυχνοποιΐαν appellet: ipſe in ſequentibus *Themiſtius* huic emendationi ſuffragatur: καὶ τὰ λύχνα ἀνακαίουσιν ὕπαιθροι περὶ τὰς σκηνάς· ubi ſtudioſiſſimum antiquitatis veterumque ſcriptorum hominem ſcripſiſſe ad exemplum *Herodoti* λύχνα velim obſerves: paulo poſt: καὶ τὰ λύχνα ἀνάπτουσι· ſed hac de re ſatis, cujus & ſuperius ad *Pollucis* libr. VII. meminimus: olim vero moris fuit, ut feſtis diebus lucernas accenderent, quod & apud Chriſtianos nunquam non factitatum eſt, ut præter alios obſervavit *Fronto Ducæus* ad *Chryſoſt. Orat.* pag. 51.

84 Τροφωνίῳ] *Cratini Trophonius* & ab *Athenæo* laudatur, ut indicat *Caſaub.* II. *Anim.* 21. JUNG.

85 Καὶ λυχνίον μὲν] MS. τὸ λυχνίον. Apud *Phrynichum* λύχνιον editur, & *Nunneſius* id ſolum in Notis adgnoſcit, ſicut & apud *Pollucem* hic, aitque *Euſtathium* προπαροξυτόνως λύχνιον pronunciandum eſſe dicere, ex *Ammonio* etiam λύχνιον eſſe ait. *Sylburgius* vero ad iſta *Heſychii*, Λύχνιον ἢ λυχνεία adſcripſit, λυχνεῖον vel λύχνιον ſcribendum eſſe, quæ ſententia etiam *H. Stephani* in Theſauro: & λύχνιον quoque apud *Suidam* eſt. Neſcio tamen an noſtrum λυχνίον, quod & ſupra VI, 103. λυχνία pluraliter tam vulgo quam in MS. erat, mutare debeamus. Certe apud *Euſtathium* ad Ὀδυσσ. η. etiam ita invenio: τὴν γὰρ νῦν φασὶ λυχνίαν, λυχνίον ἐκάλουν· &c. Et in *Ammonii* Libello, ſive *Herennii Philonis* potius, περὶ ὁμ. καὶ διαφ. λέξ. hodie certe ita legitur: λυχνίον λύχνου διαφέρει· λυχνίον μὲν γάρ ἐστιν ἡ λυχνία, ὡς Ἀντιφάνης &c. Et Magnus *Caſaubonus*, cujus auctoritas nobis profecto inſtar veterum eſt, ad iſtud *Athenæi* extremo lib. XV. ὁ μέν τις ἔλεγε, παῖ λυχνεῖον· *Euſtathius*, ait XV. *Anim.* c. 18. *ſcribit ex hoc loco* λυχνίον, *& ita Pollux, Heſychius, alii: noſtri Codices* λυχνεῖον· λυχνίον *autem & λυχνία proprie vas ipſum notant, cui oleum infunditur, & ellychnium aptatur; aut candelabrum cui lucerna imponitur, vel appenditur.* Poſſumus itaque apud *Pollucem* vel λυχνίον retinere, quod MS. noſter, hic quidem deficiens Segm. 118 & 119. agnoſcit: vel λυχνεῖον ſcribere, ut noſter MS. mox Segm. 122. habet: ubi vulgo male λύχνιον. Sane & in hoc erravit *Nunneſius*, ſi modo editio ejus notarum ibi manum ipſius fideliter exprimit, quod dicat, *Poll.* λυχνίον, inquit, *eſt, in quo imponitur lucerna, quæ vulgo* λυχνίας *appellatur:* & addit de *Euſtathio* eum dicere, λυχνίον *id eſſe, quod vulgo* λυχνίας· quaſi ὁ λυχνίας diceretur etiam, quod ubi legerit neſcio: nec ita *Pollux*, apud quem ſupra VI, 103. αἱ λυχνίαι etiam: nec alio genere *Euſtath.* alii. Et ab ipſo *Nunneſio* ſtatim additur λυχνία, *candelabrum* ex *Gloſſ.* & ἡ λυχνία &c. Sed lapſus eſt *Nunneſ.* in voce corrupta λυχνίας, quæ ſequitur, ut ibi dicam. JUNG.

86 Λυχνία.] *Heſych.* Λυχνίον, λυχνεία· vellem *Interpr.* retinuiſſet hæc vocabula. KÜHN.

87 Ἀπευρυνόμενον] Leg. ἀπευρυνόμενον, *pars latior & in latitudinem diducta:* eadem lectio aſcripta eſt & Codici *Voſſiano*. KÜHN.

Ἀπευρυνόμενον] Scribendum eſt ἀπευρυνόμενον· pars quæ dilatatur, patella quaſi candelabri, cui lumen mediæ imponitur. JUNG.

Ἀπευρυνόμενον] Textus habet ἀπευρυνόμενον· quis enim bonæ mentis emendationem illam non amplectatur?

88 Τὸ δὲ ἐντιθέμενον] C. A. καὶ τὸ ἐντιθέμενον &c. KÜHN.

89 * Φλογμός.] MS. φλομμός. Veteribus lexicis φλομὶς & φλόμος *verbaſcum* herba, qua pro ellychniis utuntur, perinde ut *Etymologiſta* φλόμος, λοχμῶδες φυτὸν, ᾧ ἀντ' ἐλλυχνίων ἐχρῶντο. Et *Suid.* φλῶμος, φλόμος, θρυαλλίς. Supra autem VI, 103. θρυαλλίδες δὲ, τὰ ἐντιθέμενα, καὶ ἐλλύχνια, καὶ φλόμοι. SEB.

* Φλογμός.] C. A. φλοκός· lege ex lib. VI. c. 18. φλόμος. Vetus Codex, φλῶμος, ut monetur in Codice *Voſſiano*. *Suidas* agnoſcit tam φλόμος quam φλῶμος. C. V. jubet conferre *Baſilii Hexaëmeron*. *Salm.* φλομμός· modo vero πινακίσκιον non habet. KÜHN.

* Φλογμός.] Ne dubites φλομὸς emendare. Sic ſupra VI, 103. καὶ ἐλλύχνια, καὶ φλομοὶ MS. noſter, quamvis accentus variet, & φλόμος apud *Heſych. Suidamque* ſit, ſcribaturque & aliter, ut noſter *Seberus* notavit: cujus MS. φλομμὸς habet: quod noſtram ſententiam confirmat. Aliquid ex *Nunneſ.* de hiſce ad *Phrynich.* in ἐλλύχνιον. JUNG.

* Φλογμός.] Bene noſtri Commentatores φλομὸς ſcribi juſſerunt, quam eorum emendationem Excerpta *Falckenburgiana* confirmant.

90 Ὁ δὲ νῦν φανὸς, &c.] Abſunt a C. A. nam poſt φλοκὸς eſt λυχνοῦχος ὦ. Α. φαίνειν ὑπευθύνοις λυχνοῦχον· vulgata lectio etiamnum eſt apud *Ariſtophanem*: *Salm.* leg. λυχνοῦχον. KÜHN.

Ὁ δὲ νῦν φανὸς, &c.] De φανῷ & λυχνούχῳ plura idem *Nunneſius* ad *Phrynich.* in φανός· vid. & *Caſaubonum* noſtrum XV. *Athen.* 18. JUNG.

91 Ἀριστ. ἐν Ἀχ.] Vid. cum *Scholiaſt.* fol. 298. priores editiones φ. ὑπευθύνοις λ. & *Interpr. laternam ad lucendum inſtruis.* SEB.

Ἀριστ. ἐν Ἀχ.] Optime edidit locum *Comici Seberus* noſter: dicit de *Sycophanta Dicæopolis:*

Φαίνειν ὑπευθύνους λυχνοῦχος. —
Fax in reis quadruplandis. —

Friſchlinus vertit. JUNG.

92 Ἐν δὲ τῷ Λυσ. πρὸς Χυτρῖνον] Abſunt uſque ad ὁ λυχνοῦχος a C. A. pro Χυτρῖνον forte Χαρῖνον. *Chytrinus* enim, an nomen Græcum ſit valde dubito: *ſubito quis a ſervo aſſectante lapidem ſumens percuſſit laternam:* etiam *Interpres* legit τὸν λυχνοῦχον. KÜHN.

Ἐν δὲ τῷ Λυσ. πρὸς Χυτρῖνον] Neſcio an titulus mendo careat; alias placet conjectura *Seberi* noſtri, τὸν λυχνοῦχον legentis. JUNG.

93 Τῶν λυχνούχων.] An pro τὸν λυχνοῦχον; SEB.

Τῶν λυχνούχων.] Nemini mirum accidat, ſine MSS.

Cæterum in Ariſtophanis Æoloſicone, Et pellucida omnia videmus exomidis, ut in nova laterna. Laterna vero etiam λαμπτὴρ dicta eſt. Tum in Secundo Philiſti libro dictum eſt, Et noctu obſeptas la-
117 ternas attollere: • intelligit vero laternam corneam. Πανὸς autem, & φανὸς, etiam facem ſignificant: ut cum Euripides dicit in Alcmene, Unde vero piceam facem accipiendam inveniſti? Tedæ enim, & lampades, luciferorum ſunt. Lampades præterea Perticas vocavit Æſchylus,

[94] ἐν δὲ τῷ Ἀριστοφάνους Αἰολοσίκωνι, Καὶ διαστίλβονθ' ὁρῶμεν, ὥσπερ ἐν [95] κενῷ λυχνούχῳ, πάντα τῆς ἐξωμίδος· ἐκαλεῖτο δὲ καὶ λαμπτὴρ, ὁ λυχνοῦχος· [96] ἐν γοῦν τῷ δευτέρῳ τῶν Φιλίστου βιβλίων εἴρηται, Καὶ τὰς νύκτας ἐπαίρεσθαι λαμ-
πτῆρας [97] ἀντιπεφραγμένους· • ὑποδηλοῖ δὲ [98] τὸν 117
ἐκ κέρατος φανόν· πανὸς μέντοι, καὶ φανὸς ἡ λαμπάς· [99] ὡς ὅταν φῇ ἐν τῇ [100] Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδης, [1] Πόθεν δὲ πεύκης πανὸν ἐξεῦρες λαβεῖν· [2] καὶ γὰρ δᾷδες, καὶ λαμπάδες εἰσὶ τῶν φωσφόρων· τὰς μέντοι λαμπάδας καὶ κάμακας εἴρηκεν [3] ἐν Ξαντρίαις Αἰσχύλος,

auctoritate reſtituiſſe me τὸν λυχνοῦχον, cum illam ſcripturam poſcat analogiæ ratio; & MSS. hanc lectionem hic adprobaturos, modo ne deficerent, perſuaſiſſimus ſum. In verbis *Ariſtophanis* etſi *Salmaſii* lectionem καινῷ non damnem, retineri tamen vulgatam tuto poſſe cenſeo. Poſt illa ſequitur in *Polluce*: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ λαμπτὴρ ὁ λυχνοῦχος, quæ recte ſe meo judicio habent: in Codice vero *Falckenburgii* λύχνος· vulgatam lectionem probat *Philiſti* χρῆσις.

94 Ἐν δὲ τῷ Ἀρ. Αἰολ. &c.] *Ariſtophanea* χρῆσις concinnari rectius poſſe videtur. Sed ad MS. noſtrum cupide redimus, qui cum nova pagina ita rurſum pergit: καὶ τὰς νύκτας ἐπαίρεσθαι· &c. ut vulgo eſt. JUNG.

95 Ἐν * κενῷ] *Interpr.* leg. καινῷ. SEB.

Ἐν * κενῷ] *Salm.* melius cenſet, ἐν καινῷ. KÜHN.

96 Ἐν γοῦν τῷ δευτέρῳ τῶν Φιλ. β.] MS. ἐν δὲ τῷ. SEB.

Ἐν γοῦν τῷ δευτέρῳ τῶν Φιλ. β.] C. A. ἐν τῷ δ. τοῦ Φιλίστου εἴρηται· hic iterum pergit C. V. KÜHN.

Ἐν γοῦν τῷ δ. τῶν Φ. β. &c.] De *Philiſto* quædam diſſerui ad lib. X, 42. ibique reliquiſſe poſteris dixi de Vita *Dionyſii* tyranni ſex volumina, in quibus *Pauſaniias* peſſima quæque *Dionyſii* tyranni illum diſſimulaſſe refert; huc pertinet, quod hominem illum appellet *Cornelius Nepos* non magis amicum tyranno, quam tyrannidi: meminit ejus etiam *Cicero* de Divin. lib. I. §. 39. ubi quæ habet petita ſunt ex hujus ipſius *Dionyſii* vita: *Pollux* autem an hic ejus Σικελικά, an vero τὰ περὶ Διονυσίου τοῦ τυράννου præ oculis habuerit non liquide dixero. In ipſo *Philiſti* loco pro τὰς νύκτας cogitabam an magis commode τῆς νυκτὸς poſſis legere: forſitan & ἀντιπεφραγμένοι λαμπτῆρες vitii quid alunt; an ex C. *Salm.* hanc lectionem concinnare licet? καὶ τῆς νυκτὸς ἐπαιρέσθω λ. ἄν τις πεφρ. ſed MSS. hic tacent. De laternis corneis ad *Plauti Amphitryonem* notarunt eruditi viri.

97 Ἀντιπεφραγμένους.] *Salm.* ἄντις πεφραγμένους ex V. C. KÜHN.

98 Τὸν ἐκ κέρατος φανόν.] *Phrynich.* pag. 12. φανὸς ἐπὶ τῆς λαμπάδος, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ τοῦ κερατίνου λέγε· τοῦτο δὲ λυχνοῦχον· ad quem locum vid. notas *Nunneſii* pag. 7. Ex eo autem quod laternarum materia olim plurimum cornea, *Plautinum* illud natum *Amphitr.* I, 1, 185.

Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu concluſum geris?

Ubi conſule quæ *Fr. Taubmanus* adnotavit. SEB. 2.

99 Ὡς ὅταν &c.] Abſunt a C. A. uſque ad λαβεῖν. KÜHN.

Ὡς ὅταν &c.] MS. ὅτ' ἄν. JUNG.

100 Ἀλκμήνῃ] *Euripidis Alcmena* apud *Stobæum* aliquoties laudatur, ut adnotavit in ſuo Catalogo *Euripidearum* fabularum *Schottus* noſter. Inde & χρῆσιν παροιμιώδη depromit *Ariſtoph. Schol.* ad *Ranas*, ibi: μετακυλινδεῖν αὐτὸν αἰεὶ Πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον. JUNG.

1 Πόθεν δὲ π. φανὸν &c.] Πεύκης φανὸς *tada eſt*. KÜHN.

Πόθεν δὲ π. φανὸν &c.] Χρῆσις ex *Euripide* ita in MS.

Πόθεν δὲ πεύκης πανὸν ἐξεῦρες λαβεῖν·

non φανὸν, ut vulgo. Et certe illius, non hujus, τοῦ νῦν in uſu, ut modo & ſupra VI, 103. dixit, exemplum ex *Euripide* attuliſſe omnino credo: itaque cum MS. emendo. JUNG.

Πόθεν δὲ π. φανὸν] Πανὸν MSS. quod præ vulgata lectione placuit, cum & *Ammonius* obſervet *Tragicos* illam vocem ſolere ſcribere per π, cum *Comicis* ſcribatur per φ. Eximie facit ad totam hanc rem *Galeni* locus, quem ex *Gloſſis* ejus *Hippocraticis* deſcribam: Λαμπτὴρ, ὃν οἱ πολλοὶ φανὸν ὀνομάζουσιν· ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ νουσῶν τῷ μείζονι· παρὰ μέν τοι τοῖς ἄλλοις καὶ μάλιστα τοῖς Ἀττικοῖς, ἐν ᾧ ξύλα τε κατεκαίετο παρέχοντα φῶς· ἀλλὰ καὶ αἱ δᾷδες, καὶ ὁ λύχνος ἔστιν ὅτε λαμπτὴρ ὀνομάζεται· ſic enim hæc purius, quam in editione *Aldina* vulgantur, legenda ſunt: ad *Galenum* adde *Heſychium* in λαμπτήρ· hic enim quæ ſcribit proxime ad *Galeni Gloſſam* accedunt, meamque confirmant emendationem.

2 Καὶ γὰρ δ. καὶ λ. ε. τῶν φωσφόρων.] Γὰρ abeſt a C. A. mox quidam legunt τῶν πυρφόρων. KÜHN.

Καὶ γὰρ δ. καὶ λ. ε. τῶν φωσφόρων.] MS. καὶ γὰρ δᾷδες, καὶ λαμπάδες τῶν φωσφόρων· ſine εἰσί· *Athen.* libr. ult. Φιλύλλιος δὲ τὰς λαμπάδας δᾷδας καλεῖ. Et neſcio quid hic delirabam, ſi legeremus: καὶ γὰρ δεταὶ καὶ λαμπάδες τῶν φωσφόρων· fore integrum ſenarium, neſcio unde: nam δεταὶ etiam λαμπάδες apud *Heſychium* exponuntur: ſed ſatius fuerat, credo, has nugas abſtinuiſſe; cur enim δᾷδας & λαμπάδας hic *Pollux* omittat, quæ vulgatiſſima, & ſupra VI, 103. & Segm. 111. quoque allata fuere? JUNG.

3 * Ἐξαντρίας] *Interpres* præterit vocem ἐξαντρίας, quæ & *H. Stephano* ſuſpecta. SEB.

* Ἐξαντρίας] Bene C. V. ἐν Ξαντρίαις· ſic & *Salmaſ.* cujus C. V. ἐξαντρίας· in catalogo *Æſchyli* dramatum κατὰ στοιχεῖον, qui præmitti ſolet ejus Tragœdiis, etiam extant Ξάντριαι· confer & *Valeſii* notas in *Euſebii Hiſt. Eccleſ.* pag. 243. *Gloſſ.* Ξάνθρια, *pucatrix*, leg. *putatrix a* ξαίνειν, *putare*, *carminare*: eadem affert *Salm. Tibullus* Ξάντριαν deſcribit: *Tractaque de niveo vellere dente putat* lib. I. Eleg. 6. KÜHN.

* Ἐξαντρίας] Non fruſtra ſuſpectum habent vulgatum ἐξαντρίας viri docti: falſum nos certo adfirmare poſſumus. Ita enim MS. noſter jubet, qui habet: ἐν Ξαντρίαις. Nil verius, quod ita reponendum. Ξάντριαι eædem & in Catalogo τῶν Αἰσχύλου δραμάτων κατὰ στοιχεῖον exſtant. *Nec tamen*, ut nos admonuit ὁ θεῖος *Salmaſius*, *ſatis hac in re cautus aut prudens Pollux*, *qui* κάμακας *vocare* λαμπάδας *dicat*: κάμακας πεύκης *enim Æſchylum vocare*, *non ſimpliciter* κάμακας· *&* πεύκας *Græci Poëtæ* λαμπάδας *& tadas dicunt*: κάμακες πεύκης *idem eſt*, *quod* πεῦκαι *aut* πεύκη, *quod eſt tada*; Hæc ille. Ceterum feruntur & *Euripidis* Ξάντριαι· nam apud *Ariſtoph. Scholiaſt.* ad *Ranas* in certamine Poëtico ad iſta νύμφαι ὀρεσίγονοι ait: ἐκ τῶν

[4] Κάμακες πεύκης οἱ πυρίφλεκτοι· τὸ δὲ ὀβελισκο-
118 λύχνιον, [5] στρατιωτικὸν μέν τοι τὸ χρῆμα, * εἴρηται δὲ ὑπὸ Θεοπόμπου [6] τοῦ Κωμικοῦ ἐν Εἰρήνῃ,

Ἡμᾶς δ᾽ ἀπαλλαχθέντας [7] ἐν ἀγαθαῖς τύχαις
[8] ὀβελισκολυχνίου, καὶ ξιφομαχαίρας πικρᾶς.

[9] ὅταν δ᾽ εἴπῃ ἐν τῷ Αἰολοσίκωνι Ἀριστοφάνης, Δυοῖν λυχνιδίοιν, [10] δῆλον ὅτι λυχνία εἴρηκεν, ἀλλ᾽ οὐ λύχνους μικρούς· ὥσπερ καὶ [11] ὅταν Κράτης φῇ ἐν τοῖς Γείτοσι, [12] Οὐκ ἔστι μοι λυχνίδιον·

Perticæ picatæ incenſæ. Obeliſcolychnium autem militare inſtrumentum eſt: * di- 118
ćtumque a Theopompo Comico in Pace,

Nos vero bona fortuna
Obeliſcolychnium permutantes, & enſem acutum.

Verum cum Ariſtophanes in Æoloſicone dicit, Duobus lychnidiis: nimirum candelabra intelligit, & non parvas lucernulas. Sicuti cum & Crates inquit in Vicinis, Non eſt mihi lychnidium.

Ξαντρίων (puto ſcrib. Ξαντριῶν) Εὐριπίδου φησὶν Ἀσκληπιάδης· εὗρε δὲ Ἀθήνησιν ἔν τινι τῶν διαθέντων. Νύμφαι ὀρειγόνιαι θεαῖσιν &c. ſimilis nominis drama Ξάνται, ἢ κίρκωπες a *Platone Comico* ſcriptum fuit, ut apud *Suidam* lego in ejus *Comici* fabularum catalogo. JUNG.

* Ἐξαντρίας Αἰσχύλος] Mirum non meminiſſe *Meurſium* hujus loci in *Æſchylo* ſuo, cujus equidem emendatio vel homini mediocriter docto facile veniſſet in mentem: noſtri MSS. præclare, ἐν Ξαντρίαις, quo tendit & *Falckenburgii* Codex, quamvis in eo intricatior paullo ſit ſcriptura. *Richardus Bentlejus* vir ingenioſiſſimus & inſigni eruditione rectiſſime locum hunc emacularat ad *Malalam* pag. 58. ubi ſimile vitium *Galeno* adhæſiſſe obſervát, apud quem ſcriptum ſit Αἰσχύλος ἐξαντρίαις pro ἐν Ξαντρίαις. Adducit & hanc *Æſchyli* fabulam *Photius* in *Lexico* Αἰσχύλος Ξαντρίαις in voce πέμψαι, & in ὀκτάπουν, ἐν ταῖς Αἰσχύλου Ξαντρίαις· *Suidam* lege in eadem voce.

4 Κάμακες π. &c.] C. A. πεύκει οἱ π. malim tamen vulgatum. *Salm.* καὶ κάμακες πάχης οἱ πυρίφλεκτοι. KÜHN.

5 Στρ. μὲν τὸ χρῆμα] C. A. μέν τοι εἴ. δὲ καὶ ὑ. Θ. KÜHN.

Στρ. μὲν τὸ χρῆμα] MS. στρ. μέν τοι τὸ χ. De ὀβελισκολυχνίῳ vid. *Nunneſ.* Not. in *Phrynich.* voce φανός. Locum *Theopompi* hunc etiam intellexit *Athenæus* extremo libr. XV. quamvis apud eum mendoſe legatur Ξυλολύχνου δὲ μέμνηται Ἄλεξις, καὶ τάχα τοῦτο ὅμοιόν ἐστι τῷ παρὰ Θεοπόμπῳ, ὀβελισκόλυχνος. Sed Magnus *Caſaubonus* bene emendat & certo: τὸ π. Θ. ὀβελισκολύχνιον. JUNG.

Στρατ. μὲν τὸ χρῆμα] Parvi quidem id momenti eſt, quod reſtituerim μέν τοι· ſed ita tamen fuit jubentibus MSS. emendandum. Ὀβελισκολύχνιον apud *Theopompum* ſatis metri ratio probaverit: ſed quod apud *Athenæum* ex eo ὀβελισκόλυχνος adducatur, potius id equidem meo judicio ipſi Auctori fallentique ejus memoriæ quam librariis eſt imputandum.

6 Τοῦ Κωμικοῦ &c.] Τοῦ Κωμικοῦ cum ſequentibus uſque ad πικρᾶς abeſt ab Antw. Codice. *Salm.* C. ante ὑπὸ præmittit καί. KÜHN.

7 Ἐπ᾽ ἀγαθαῖς &c.] C. V. ἐν ἀγαθαῖς τ. KÜHN.

Ἐπ᾽ ἀγαθαῖς &c.] MS. ἡμ. δὲ ἀπ. ἐν ἀγ. τ. quæ forte parvi momenti. JUNG.

Ἐπ᾽ ἀγαθαῖς τ.] Conſilium MSS. ſequor, qui præ ſe ferunt ἐν ἀγ. τ. ſententia non diverſa: ſed properandum ad ſequentia, ubi MSS. bene de *Polluce* merentur: ſcilicet in vulgatis καὶ μαχαίρας πικρᾶς non recte: *Falckenburgii* Codex, qui plerumque in præcipuis majoriſque momenti rebus ceteris MSS. ſolet conſentire, ξιφομαχαίρας πικρᾶς, itaque reponendum in textu: ſenſum loci plane non cepit *Interpres*, cui in iſtiuſmodi difficilioribus erranti facile condonamus; eſt autem hic: *Nos autem abeuntes* (ſalvos & integros) *bona ope obeliſcolychnii & xiphomacharæ acerbæ:* quoſdam hæc dixiſſe credo, qui nocte fortiter pugnantes fallenteque lumine obeliſcolychnii adjuti periculum prælii evaſerant: eleganter autem ἐν ἀγαθαῖς τυχαῖς, quæ formula ſolennis eſt, & in initio pſephiſmatum in primis frequentiſſime apponi ſolita, qua, ut omnia ſibi proſperrime ſuccederent, precabantur: adeunda ſunt *Arundeliana Marmora*, in quibus ἐπ᾽ ἀγαθῇ τυχῇ, ἀγαθῇ τυχῇ aliaque ſimilia ſæpe reperies. Ξιφομάχαιρα, ἡ μεγάλη μάχαιρα eſt apud *Heſychium.* Πικρὰ vero ξιφομάχαιρα ad imitationem *Homeri*, cui πικρὸς ὀϊστὸς ὁ πικροποιὸς καὶ θανάσιμος, ut *Euſtathius*: ſic *Coluthus* πικρὸν βέλος· eaque loquendi ratio familiaris Hebræis in ſimili voce, & a LXX. viris conſervata.

8 Ὀβελισκ. καὶ μαχ. π.] C. V. ξιφομαχαίραις, leg. ξιφομαχαίρας. *Salm.* ὀβελισκολύχνου καὶ μαχαιρίδος πικρᾶς, vel μαχαίρας τῆς πικρᾶς. KÜHN.

Ὀβελισκ. καὶ μαχ. π.] Sed hoc verſu quis ſuſpicatus eſt vocem mutilam eſſe? Noſter MS. prodit habens: ὀβελισκολυχνίου καὶ ξιφομαχαίρας πικρᾶς· quo modo certe reſtituere debemus, nec verſui ulla vis fit. Eaſdem ξιφομαχαίρας in alia χρήσει reſtitui ex MS. ſupra VII. 158. quæ infra Segm. 145. incorrupte leguntur. *Theopompi* vero *Irene* & ab *Athenæo* laudatur. *Caſaub.* IX. *Athen.* 2. JUNG.

9 Ὅται δ᾽ εἴπῃ Ἀριστ. ἐν Αἰολ.] C. A. εἴπῃς Ἀ. δυοῖν λυχνιδίοιν λυχνίαν εἴ. ἀ. οὐ λ. μ. cætera abſunt uſque ad εἶδος Segm. ſeq. *Salm.* etiam λυχνία. KÜHN.

Ὅταν δ᾽ εἴπῃ Ἀριστ. ἐν Αἰολ.] MS. ὅτ᾽ ἂν δ᾽ εἴπῃ ἐν τῷ Αἰολοσίκωνι Ἀριστοφάνης, δ. JUNG.

Ὅταν δ᾽ εἴπῃ Ἀρ. ἐν Αἰολ. &c.] Ordinem a MSS. monſtratum exhibui in textu: mox vulgo fuit editum λυχνίαν, quam maculam præeuntibus MSS. haud difficulter eluimus. Paulo poſt in *Cratini* verbis melius e MSS. textus habet μοι· tum in *Ariſtophanis* loco omnia ſunt planiora, ut nos reſtituimus e MSS. Sed ad alia porro difficiliora majoriſque momenti pergamus.

10 Δηλονότι λυχνίαν εἴρ.] MS. δῆλον ὅτι λυχνία εἴρηκεν, ἀλλ᾽ οὐ λ. egregie. Et hic locus videtur eſſe, qui *Nunneſium* impelleret in errorem, ut nobis ad *Phrynich.* λυχνίαν fingeret, quaſi λυχνίας diceretur. Nam in φανός ad *Phrynich.* ita ſcribit: *λύχνιον quoque & λυχνίδιον ὑποκοριστικῶς, ut obſervat Pollux, appellabant Attici, quod poſteri λυχνίαν, ubi lychni reponerentur.* Sed bis fallitur. Nec enim λυχνίον ullibi diminutivum a λύχνῳ dixit *Noſter*, ſed σκεῦος ipſum ἐν ᾧ λύχνος ἐντίθεται· & ab illo λυχνίῳ ait diminutivum eſſe λυχνίδιον. Nec λυχνίαν hic dixit vel alibi: ſed hic λυχνία ſcribendum eſſe MS. nos omnino jubet. Ait itaque *Pollux*, quum *Ariſtophanes* λυχνίδια dicat, clarum eſt eum non parvos lychnos ſed λυχνία dicere, *candelabra*, quod & ex aliis probat *Comicus*: perinde nimirum ut μυρίδιον pro μύρῳ dictum ſit. JUNG.

11 Ὅταν] MS. ὅτ᾽ ἄν. JUNG.

12 Οὐκ ἔστι μοῦ λ.] MS. οὐκ ἐστί μοι λυχνίδιον· quo pacto emenda. *Crates* Γείτοσι etiam laudatur ab *Athenæo*, ut *Caſaubon.* indicat IX. *Athen.* 12. JUNG.

119 * Manifeſtius tamen in Ariſtophanis Fabulis, aut Niobe, Sed candelæ inſtar recumbit ſuper lychnidium. Et in Phoeniſſis, & ſtilba, quæ mihi noctu lumen fert ſuper candelabro. Unde patet, quod & ſtilba lucernæ ſpecies eſt. Verum ſi & unguentis in his utendum eſt: quod unguentum Ariſtophanes in Tageniſtis Unguentulum vocavit: dictaque ab eodem ſunt Vaſa unguentaria. Dicitur etiam lecythus unguentaria, tu vero etiam unguentiferam vocabis. Sed in Ranis Ariſtophanis Lecythium quoque dictum eſt.

* σαφέστερον ἐν δὲ τοῖς Ἀριστοφάνους Δράμασιν, 119
[13] ἢ Νιόβῃ, ἀλλ᾽ ὥσπερ λύχνος ὁμοιότατα [14] κάθευδ᾽ ἐπὶ τοῦ λυχνιδίου· [15] Ἀριστοφάνους δ᾽ ἐν δὲ ταῖς Φοινίσσαις εἰπόντος, [16] Στίλβη θ᾽ ἡ κατὰ νύκτα μοι φλογάνας [17] ἠράζεις ἐπὶ τῷ λυχνίῳ· οὐκ ἀφανὲς ὅτι καὶ ἡ στίλβη, λύχνου τι εἶδος, καὶ μὴν εἰ μύροις [18] ἐπὶ τούτῳ χρηστέον, ὅτι μὲν καὶ μυρίδιον εἴρηκε τὸ μύρον [19] Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς, ἰστέον· [20] εἴρηται δ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐν Δαιταλεῦσι, καὶ [21] ἄγγη μυρηρά· λέγοιτο δ᾽ ἂν καὶ λήκυθος μυρηρά· σὺ δ᾽ ἂν εἴποις [22] καὶ μυροφόρον· ἐν δὲ Βατράχοις Ἀριστοφάνους εἴρηται καὶ τὸ [23] ληκύθιον.

13 Ἢ Νιόβῃ] C. V. ἠνιόβῃ· & ita infra cap. 38. & cap. 48. ſed *Athenæus* ſervat vulgatum δράμασιν ἢ Νιόβῃ lib. VII. c. 14. ubi vid. *Caſaub.* aſcriptum tamen eſt C. V. *ſ.* ἠνιόχῳ· ipſum vero locum lege:

— ἀλλ᾽ ὥσπερ λύχνος
Ὁμοιότατ᾽ ἐκάθευδ᾽ ἐπὶ λυχνιδίου.

— *ſed uti lychnus*
Simillime dormiebat ſuper candelabro. KÜHN.

Ἢ Νιόβῃ] MS. ἠνιόβῃ. Sed bene vulgo: vid. *Caſaub.* VII. *Athen.* 14. dein ſcribe ὁμοιότατα, ut MS. diſerte habet, & *Caſaub.* noſter dicto loco. JUNG.

14 Κάθευδε ἐπὶ &c.] MS. κάθευδ᾽ ἐπὶ τ. λ. quo pacto etiam ſcribendum videtur: quamvis hoc leve. JUNG.

15 Ἐν δὲ ταῖς Φοινίσσαις] Ita plenius MS. Ἀριστοφάνους δ᾽ ἐν ταῖς Φοινίσσαις εἰπόντος, στιλβηθῇ κατὰ νύκτα μου φλογάνας ἠράζεις ἐπὶ τ. λ. quæ valde diſcedunt a vulgatis φλόγα ἥσει, ut *H. Stephanum* legere ait noſter *Seberus*, pro antea edito φλ. ἥξει. Sine dubio itaque aliter verſiculi reconcinnandi & emendandi erunt. JUNG.

Ἐν δὲ ταῖς Φοιν.] Mutilum hunc locum e MSS. ſupplevimus, & qua pote reſtituimus: de *Comici Phæniſſis* vide *Meurſium* in *Attica Biblioth.* titulus a Tragicis tranſlatus: *Euripidis Phæniſſæ* ſunt celeberrimæ: ſed ipſa *Comici* verba alia longe ratione leguntur in MSS. ac vulgo: pro iſtis enim μοι φλόγα ἥσει ſatis intricate MSS. μου φλογάνας ἠράζεις, quæ nobis negotium faceſſunt, præcipue cum nullam hic lucem *Jungermannus* accendat: omnis nodus eſt in ἠράζεις· quo ſoluto, tota res eſt expedita: illud φλογ᾽ ἀνασειράζεις, quod in *Excerptis Voſſianis* eſt adſcriptum, non ineptum eſſe judico, niſi quod loquendi ratio paulo ſit inſolentior: metaphora ab equis deſumta, quos qui reducto fræno ſiſtit & a curſu cohibet, dicitur eos ἀνασειράζειν· videndus *Heſychius*: cogitabam, an non commode poſſet legi φλογχίνας ἐρανίζεις· ſed eruditi melius & felicius iſta detegent, quæ nos feſtinantes obiter attingimus: id autem præterire nequeo, *Pollucem* noſtrum forſitan haut ſatis attendiſſe, cum στίλβην ex hoc loco lychni quoddam genus eſſe probari poſſe exiſtimat: ſi quid enim ego video, στίλβη commode prorſus hoc *Ariſtophanis* loco explicari poterit *lumen, fulgor candelæ.* Ita ſuperius ex eodem *Ariſtophane* πάντα τὰς ἐξωμίδας διαστίλβειν dicuntur ὥσπερ ἐν καινῷ λυχνούχῳ· ſed tamen ne penitus abjiciam illam expoſitionem facit *Heſychius*, apud quem talia lego: Στίλβει, αὐχμὸς, ἐλλύχνιον· ἔνιοι φάνον· Ἀττικοὶ δὲ ἔσοπτρον· ex parte locum reſtituit *Salmaſius*, qui totus ita legendus eſt: Στίλβη, λύχνος (conjectaram φλεμὸς) ἐλλύχνιον· ἔνιοι φάνον· Ἀττικοὶ δὲ ἔσοπτρον.

16 Στίλβη θ᾽ ἡ &c.] C. V. φλογάνας ἠράζεις ἐπὶ· aſcriptum eſt legendum eſſe στίλβη θ᾽ ἡ κατὰ νύκτα μοι φλόγ᾽ ἀνασειράζεις ἐπὶ τῷ λ. *& Stilbe, quæ mihi per noctem flammam reprimis ſuper candelabro*: id eſt, quæ tenuem flammam ſpargis, refrænando illam. KÜHN.

17 Ἤσει] Sic leg. *H. Steph.* pr. ed. ἥξει. SEB.

18 Ἐπὶ τούτῳ] MS. ἐπὶ τοῦτο χρ. JUNG.

19 Ἀριστ. ἐν Ταγ.] C. A. τὸ μύρον Ἀριστοφάνης ἰστέον εἰ. δ᾽ ὑ. α. KÜHN.

20 Εἴρηται δ᾽ ὑπ᾽] MS. εἴρ. δὲ καὶ ὑπ᾽. SEB.

Εἴρηται δ᾽ ὑπ᾽] MS. noſter: εἴρ. δὲ. Sed *Seberi* plenius, εἴρηται δὲ καί. JUNG.

21 Ἄγγη μυρηρά.] *Salm.* C. μονηρὰ pro μυρηρὰ perperam. C. A. καὶ ἄγγη μυρικά. KÜHN.

Ἄγγη μυρηρά.] In MS. noſtro ab alia manu ſuper ρ ſcriptum ν. Sed inepte, credo. In MS. *Salmanticenſi* hæc lectio exſtat, ut *Schottus* noſter indicat: μυροφορικά· σὺ δ᾽ ἂν εἴποις καὶ μυροφορεῖ· quæ forte ſic debebant ſcribi: ἄγγη μυροφορικά· σὺ δ᾽ ἂν εἴποις καὶ μυροφορεῖον. Sed vulgata bene ſe habent: mox vero pro Ἀριστοφάνης, ut in MS. erat, recte ibidem emendatum Ἀριστοφάνους. Cæterum ex hoc loco, ubi & λήκυθον μυρηρὰν *Pollux* dicere nos poſſe ait, inductus *D. Furlanus* Notis ad *Theophraſt. Charact.* cap. περὶ ἀρεσκείας, pro θηρικλεῖς τῶν στρογγύλων ληκύθους opinatur legendum, μυρηρὰς τῶν &c. JUNG.

Ἄγγη μυρηρά.] Equidem ego vulgatam lectionem non temere rejiciam: ſed illi tamen de loco lites movere poſſit iſta ſcriptura, quam e Codice *Salmanticenſi Schottus* adnotavit: huic convenit *Falckenburgii* liber, qui literis expreſſis pro μυρηρά legit μυροφορικά, pauloque poſt μυροφορεῖν pro μυροφόρον, unde facillime formes μυροφορεῖον, quod jam *Jungermannus* vidit: an non igitur longe concinniori, & minus interrupto ordine ſic in *Polluce* reponas? καὶ ἄγγη μυροφορικά· σὺ δ᾽ ἂν εἴποις καὶ μυροφορεῖον· λέγοιτο δ᾽ ἂν καὶ λήκυθος μυρηρά· ἐν δὲ Βατρ. Ἀρ. Quid alii ſint judicaturi, ignoro: ego vero vulgata lectione lubentiſſime caream, ſi hanc habere liceat: μυροφορεῖον autem rectiſſime, ut Segm. 127. σημματοφορεῖον ſimiliaque plurima. Alia tamen præterea hunc locum attente volutanti venit in mentem conjectura: Segm. ſeq. ex eadem *Ariſtophanis* fabula, quæ hic adducitur Δαιταλεῦσι λήκυθον μυρηρὰν profert *Pollux* noſter, quæ voces facillima loci tranſpoſitione hic etiam *Ariſtophani* poſſunt adſeri tali modo: εἴρηται δ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐν Δαιταλεῦσι καὶ λήκυθος μυρηρά· λέγοιτο δ᾽ ἂν καὶ ἄγγη μυρηρὰ, aut μυροφορικὰ &c. pluribus, credo, non diſplicebit hæc opinio mea.

22 Καὶ μυροφόρον.] C. A. omittit καί· poſt μυροφόρον eſt, τὸ δὲ ἀγγεῖον &c. Segm. 121. KÜHN.

23 Ληκύθιον.] Ληκύθιον occurrit in eo dramate, ubi *Æſchylus* cum *Euripide* concertans introducitur crebro: ubi *Æſchylus* prologis *Euripideis* ſemper voculam ληκύθιον προσάψας accinit ληκύθιον ἀπώλεσεν· ſic dimidiatos jambos *Euripideos* ſupplendo cavillans. JUNG.

120* [24] Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἀνδρομέδᾳ, αὐτοχείλεσι ληκύθοις ἔφη, [25] δηλῶν ἀλαβάστους μονολίθους· καὶ τὸ μὲν εἰς τὰς ληκύθους καθιέμενον ἐπὶ γεύματι τοῦ μύρου, [26] σπαθίδα, καὶ σπάθην κλητέον, [27] Ἀριστοφάνους μὲν εἰπόντος ἐν Δαιταλεῦσι, [28] Τῆς μυρηρᾶς ληκύθου πρὶν κατήλασας τὴν σπαθίδα γεύσασθαι μύρου· [29] καὶ γὰρ Εὔβουλος ἐν

* Sophocles vero in Andromeda, Αὐτοχείλεσι ληκύθοις inquit, alabaſtra integro ſaxo exſculpta intelligens. Et inſtrumentum in lecythos, ad unguentum deguſtandum, immiſſum rudiculam, vel ſpatham vocare oportet, ſecundum Ariſtophanem dicentem in Convivatoribus, Unguentariæ lecythi unguentum, priuſquam rudiculam immitteret, deguſtans. Euphemus ſi- 120

24 Σοφ. δ' ἐν 'Ανδ. αὐτ. ληκ.] C. V. λίθοις ἔφη, δηλῶν ἀλαβαστοὺς μονολίθους. KÜHN.

Σοφ. δ' ἐν 'Ανδ. αὐτ. ληκ.] MS. Σοφ. δὲ ἐν 'Ανδρομέδᾳ αὐτοχείλεσι λίθοις ἔφη, δηλῶν ἀλαβάστους μονολίθους. Et de αὐτοχείλεσι λίθοις ſane meam ſententiam non profero: cætera tamen ut in MS. legenda: certe δηλῶν pro vulgato mendoſo δῆλον & *H. Stephanus* in ſuo Codice repoſuit: ἀλαβάστους autem MS. conſtanter retinet, niſi Segm. 121. in fine, ubi, quod alii ἀλαβαστοθῆκαι, *Ariſtophanem* cum ρ dixiſſe ait. Et credo, volente *Polluce* nos ſcripturam MS. ſecuturos. Sic ἀλάβαστος, λήκυθος apud *Heſych.* & *Suidam* in ἀλαβαστοθήκας vide, ut & ante eum *Harpocrationem*, ubi etiam ἀλάβαστοι· & *Etymolog.* in ἀλάβαστρος· & *Euſtath.* ad. Ἰλ. σ. E quibus omnibus tibi conſtabit, nos non minus tute MS. ſcripturam retenturos, quam vulgatam: & locus, qui infra Segm. 121. id ſuadet, ut ibi ex MS. reſtituendum admonebo. De *Sophoclis* vero *Andromeda* vid. *Caſaub.* VII. *Athen.* 4. JUNG.

Σοφ. δ' ἐν Ἀνδρομέδᾳ] Ut reſtituimus in textu, habet & *Falckenburgii* Codex: vide *Meurſii Sophoclem*, ubi 'Ανδρομέδα ſemper reperio. Aliter autem in MSS. ac in vulgatis ipſa *Tragici* verba leguntur, αὐτοχείλεσι λίθοις· ubi nos iterum deſtituit *Jungermannus*: audendum tamen, ſi forte juverit audentes fortuna: alabaſtra non inepte λίθους poſſe dici a poëta Tragico, equidem agnoſco lubens, ſiquidem ipſi Grammatici λίθινον μυροθήκην illam vocem exponant, & ἄγγος μύρου μὴ ἔχον λαβὰς, λίθινον· ſed hoc dato quid facies iſto vocabulo αὐτοχείλης, cujus forſitan nullum in tota Græcia extat exemplum? & quo pacto αὐτοχείλης λίθος deſignet ἀλάβαστον μονόλιθον, uti quidem ipſe *Pollux* exponit, nulla ratione video: porro *Pollucem* de ληκύθοις agere quiſque facillime videat, quorum ſanequam præter inſtituti rationem nulla fuerit hic facta mentio, ſi MSS. lectionem admittamus: itaque neceſſariis argumentis adductus MSS. hoc loco lectionem non amplector, potiuſque retinendas exiſtimo vulgatas ληκύθους, quas ipſa me judice loci rerumque, de quibus agit *Pollux*, ſequela poſcit; hac tamen ratione auctoritati MSS. nihil detractum velim, quorum tum demum ſcripturam comprobamus, quum rationi locique ingenio conſentanea eſt: atenim cum αὐτοχείλης vox & ignota & parum apta videatur, MSStique non propter nullam rationem λίθοις foveant, in eam inductus ſum opinionem, ut cenſerem ſcripſiſſe *Auctorem* noſtrum αὐτολίθοισι ληκύθοις, qua lectione nihil eſſe poteſt magis appoſitum, magiſque conveniens ipſius *Pollucis* expoſitioni: λήκυθος de alabaſtro commode dicitur. *Suidas*: ἀλάβαστοι δὲ εἰσὶν λήκυθοι, ὧν οὐκ ἐστὶ λάβεσθαι· & *Etymologus*: λήκυθος λιθίνη πρὸς μύρων ἀπόθεσιν· utriuſque præterea figura vaſis haut diſſimilis eſt: tum αὐτόλιθος eſt μονόλιθος, ut Αὐτόμοιρον, ſic enim ſcribendum, e *Sophoclis Thyeſte Sicyonio Heſychius* interpretatur μονόμοιρον, & Αὐτόκρανα, κίονα μονόλιθον· mihi quidem ita adblanditur hæc conjectura, ut veriſſimam eſſe non dubitem: fuerit tamen forſan unus & alter, qui αὐτοχείλεσι prætulerit; non enim neſcio, quid ad illam vocem defendendam poſſit adferri: ſed ille, nam hac ſimilive de re altercari cum quoquam non conſtitui, ſuo fruatur ingenio, ſuique animi ſententia. In ſequentibus ſic ante nos edebatur δῆλον ἀλαβάστρους μονολίθους· quæ melius in MSS. & ut illi habuerunt, in textu legitur: profecto *Pollucem* illam uſurpaſſe vocis formam ἀλάβαστρος quam ipſe damnabat credibile non eſt: inferius hac de re plura notabo.

25 Δῆλον] *Sylburg.* δηλῶν. SEB.

26 Σπαθίδα, &c.] C. V. σπαθίδια &c. KÜHN.

Σπαθίδα, &c.] MS. σπαθίδια, καὶ σ. Sed non eſt opus: illud quod vulgatur σπαθίδα hic aptius eſt, & ſubjecta χρήσει ſat firmatur. JUNG.

27 Ἀριστοφ. εἰπ.] MS. Ἀριστοφάνης μὲν εἰπόντες &c. Sed recte ab alio emendatum Ἀριστοφάνους. JUNG.

Ἀριστ. εἰπ. &c.] Μὲν ad pleniorem ſenſus efficaciam e MSS eſt additum: tum ipſius *Ariſtophanis* locum e MSS. emendavimus illata nulla, niſi quam ſenſus poſtulabat, mutatione: ſententia talis eſt: *deguſtare unguentum lecythi unguentariæ, priuſquam ſpatham immiſeris*: quod qua fuerit occaſione dictum, ne quis a nobis exponi petat; nimis enim illa conditio dura eſt; nec licet in omnibus, quod in quibuſdam, ſi ſenſus notam locus ipſe contineret, præſtitimus: vide quid hac de re dicat vir ingenio & eruditione ſummus *Iſ. Caſaubonus Anim.* in *Ath.* libr. II. fine cap. 8. Enumeratur etiam σπάθη & σπαθὶς inter medicorum inſtrumenta: ſæpius utriuſque meminit *Damocrates* apud *Galenum.*

28 Τῆς μυρ. ληκ. &c.] In *Ariſtoph.* verbis C. V. ita verſatur: πρὶν καθιεῖσας τὴν σπαθίδα γεύσασθαι μύρου· forte, πρὶν καταδύσας, *priuſquam intingens rudiculam unguentum deguſtares.* KÜHN.

Τῆς μυρ. ληκ. &c.] MS. πρὶν κατιλάσας τ. σπ. γεύσασθαι μύρου. Et ſic itaque reſtituamus hæc *Ariſtophanea*:

— τῆς μυρηρᾶς ληκύθου
Πρὶν κατιλάσας τὴν σπαθίδα γεύσασθαι μύρου.

Vulgata certe exſenſa ſunt etiam. JUNG.

29 Καὶ γὰρ Εὔφημος &c.] C. V. καὶ γὰρ Εὔβουλος ἐν ταῖς Στεφανοπώλισιν τοῦτο &c. ἀλαβάστους, ἀλαβάστια εἴρηκε, λύε τἀλαβάστιά σου θᾶττον. *Eubuli* Στεφανοπώλιδας laudat etiam *Athenæus*: verſus *Eubuli* fuerint forte ita:

Λύε τἀλαβάστια σὺ θᾶττον, καὶ τῇ σπαθίδι
Τὸν πώγωνά μου καὶ τὴν ὑπήνην μύρισον.

Solve tu alabaſtra citius, atque ſpatula
Barbam meam, eamque quæ infra nares eſt, unge. KÜHN.

Καὶ γὰρ Εὔφημος &c.] MS. καὶ γὰρ Εὔβουλος ἐν ταῖς Στεφανοπώλισιν τοῦτο &c. Faceſſat itaque hinc ille vulgatus, quamvis bono nomine, *Euphemus* cum ſuis *Stephanoplocis*, & reſtituatur *Eubulus* cum ſuis *Stephanopolidibus*, vel *Coronariis*, ut noſter *Caſaubonus* interpretatur IX. *Athen.* 8. ubi quoque ejus *Comici* nomen reſtituit, quod *Eupolis* ibi occupaverat. Laudatur ille *Eubulus* ἐν Στεφανοπώλισιν aliquoties lib. ult. *Dipnoſophistῶν Athenæi.* JUNG.

Καὶ γὰρ Εὔφημος &c.] Abſque MSS. auxilio nemo detexiſſet unquam tam inſignem in hoc *Pollucis* loco errorem: nos itaque ſine mora *Euphemum* iſtum cum ſuis Στεφανοπλόκοισι ſede ſua decedere jubemus: *Eubuli* Στεφανοπώλιδες & *Athenæo* & *Polluci* noſtro notæ, ejuſque fabulæ argumentum aperuiſſe me reor ad Segm. 69. Porro mox in *Polluce* ſic ante nos edebatur: τοὺς δὲ ἀλαβάστρους, ἀλαβάστρια εἴρηκε· Λύε

quidem in Coronatoribus hoc quidem Rudiculam: pyxides autem, Alabaſtria vocavit. Ocyus tu alabaſtria aperias, &
121 rudicula barbam meam inungito. * Alexide tamen in Dropide Spatham vocante rudiculam: Spatham in unguentum demiſit. Vas vero, in quod unguentum effunditur, Unctuarium vocatur, ut Ariſtophanes in Acharnenſibus. Vaſcula autem, in quibus alabaſtra reponuntur, Ala-

ταῖς Στεφανοπώλισιν τοῦτο μὲν σπαθίδα, [30] τοὺς δὲ ἀλαβάστους, ἀλαβάστια εἴρηκε, Λύε τἀλαβάστια σὺ θᾶττον, καὶ τῇ σπαθίδι τὸν πώγωνά μου, καὶ τὴν ὑπήνην μύρισον. * Ἀλέξιδες μέντοι [31] ἐν τῷ Δρωπίδῃ σπάθην τὴν σπαθίδα εἰπόν- 121
τος, [32] Τὴν σπάθην ἐν τῷ μύρῳ καθῆκε· τὸ δὲ ἀγγεῖον, εἰς ὃ [33] ἐξεχεῖτο τὸ μῦρον, [34] ἐξάλειπτρον ἐκαλεῖτο, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσιν· [35] οὗ δὲ ἔγκεινται αἱ ἀλάβαστοι, ταῦτα τὰ σκεύη ἀλα-

τὰ ἀλαβάστρια θᾶττον σύ· &c. quæ omnia longe concinnius e MSS. reformavimus: *ἀλαβάστιον* ſcilicet ab *ἀλάβαστος*, ut Attici, non *ἀλάβαστρος*, quod vulgare eſt, & commune: *λύειν ἀλαβάστια* recte vertit *Interpres aperire:* ſumma enim horum vaſculorum labia vinculis erant ligata & obſignata; *ſolvere* ſimili ſenſu eandem ob rationem a Romanis adhibetur: ſed & *σπαθίδος* uſus ex hoc loco notandus: *καὶ τῇ σπαθίδι τὸν πώγωνά μου, καὶ τὴν ὑπήνην μύρισον.*

30 *Τοὺς δὲ ἀλαβάστρους,* &c.] MS. *τοὺς δὲ ἀλαβάστους, ἀλαβάστια εἴρηκε, λύε τἀλαβάστια σὺ θᾶττον καὶ* &c. Sic itaque totus hic locus mihi videtur jam reſtituendus: *καὶ γὰρ Εὔβουλος ἐν ταῖς Στεφανοπώλισιν τοῦτο μὲν σπαθίδα, τοὺς δὲ ἀλαβάστους, ἀλαβάστια εἴρηκε·*

— λύε τἀλαβάστια
Θᾶττον σύ, καὶ τῇ σπαθίδι τὸν πώγωνά μου,
Καὶ τὴν ὑπήνην μύρισον —. JUNG.

31 *Ἐν Δρωπίδι*] Vide Indices Auctorum. SEB.

Ἐν Δρωπίδι] C. V. *ἐν τῷ Δρωπίδι*, leg. *Δρωπίδῃ*, quod omnino vult illud *τῷ*. KÜHN.

Ἐν Δρωπίδι] In MS. *Ἀλεξ. μέντοι ἐν τῷ Δρωπίδι σπ.* Forte itaque *ἐν τῷ Δρωπίδῃ*, ut apud *Athenæum* lib. IV. eſt ſcribendum. Sed conſiderandum hoc relinquimus Magno *Caſaubono*, quem vid. IV. *Athen.* 21. JUNG.

Ἐν Δρωπίδι] Ego repoſui cum *Kühnio*: *ἐν τῷ Δρωπίδῃ*, ut apud *Athenæum* legitur, ad quem *Caſaubonus*, neque diffiteor, animi dubius hæret, utrum potius eligat *Δρωπίδα*, quod reperiri inquit apud *Pollucem*, an ne vero *Δρωπίδην*, ut *Athenæus* ejuſque vetuſti Codices ſcribunt: in *Heſychio* notat ad defendendam priorem ſcripturam extare *Δρόπις, τρυγητός·* quod tamen ego non video, quo pacto huc pertinere poſſit, cum *Δρώπις*, ſi verus probari poſſet iſte titulus, per *ω* exaretur, *δρόπις* autem apud *Heſychium* per *ο*· igitur *Δρωπίδην* exiſtimo legitimum *Alexideæ* fabulæ titulum: & ſi quis de ſignificatione vocis quærat, equidem interpretabor *hominem pauperem & erroneum*: apud *Heſychium* certe *Δρώπτης, πλανήτης, πτωχὸς* lego, itaque refingendum cenſeo *Suidam*, apud quem editur *δρώπης*. Præterea potuerat etiam *Alexis* ſic fabulam illam inſcripſiſſe a nomine proprio *Δρωπίδης, ὄνομα κύριον*, ut apud *Suidam*. Codex *Falckenburgii* habuit etiam cum ceteris *τῷ Δρ.* In ipſis autem *Alexidis* verbis e MSS. refeci *ἐν τῷ μύρῳ* pro *εἰς τὸ μῦρον·* quamvis enim utriuſque ſcripturæ ſententia non eſt diverſa, lectio tamen MSS. longe elegantior: obſervandumque, uti ſæpius *εἰς* poni ſolet concinne pro *ἐν*, quemadmodum in *Hipponacte* ad Segm. 75. *σάκος ἐς τρεπτῆρα* exponebamus *ſaccum colatorium in torculari*, & *Phocylides* dixit, *εἰς ᾅδην ὄλβον ἔχειν*, & *Etymologus* in *Δεῖγμα· οὕτως εὗρον εἰς ῥητορικὸν λεξικόν*, ſæpiſſimeque *εἰς οἶκον εἶναι* pro *ἐν οἴκῳ*, ſic & *ἐν* vice verſa frequenter pro *εἰς*.

32 *Τὴν σπάθην εἰς τὸ μ. κ.*] C. V. *σπ. ἐν τῷ μύρῳ*, leg. *ἔνδον εἰς τὸ μύρον*, ita erit ſenarius integer. KÜHN.

Τὴν σπάθην εἰς τὸ μ. κ.] In ipſa *χρήσει* MS. *σπ. ἐν τῷ μύρῳ κ.* Et rectius puto: ſi forte ita verſiculi concipiendi:

— τὴν σπάθην
Ἐν τῷ μύρῳ καθῆκε —.

Significat autem *ἐν τῷ μύρῳ*, idem quod *εἰς τὸ μύρον*: ut ſæpe ea particula. *Agath.* lib. V. *φοιτῶν δὲ ἐκεῖνος ἐν τοῖς βασιλείοις.* Et ibidem: *οἱ μὲν ἐν τοῖς χαρακώμασι σὺν πλείστῳ θορύβῳ ἐμβαλόντες.* Sed ea particularum ſatis nota vel ex *Grammaticis*, nec opus ut hic doceatur. JUNG.

33 *Ἐξεχ. μῦρον*] C. A. *τὸ μῦρον.* KÜHN.

Ἐξεχ. μῦρον] MS. *ἐξεχ. τὸ μῦρον* plenius. JUNG.

Ἐξεχεῖτο μῦρον] *Τὸ μῦρον* MSS. Forſitan & *ἐξ οὗ* ſcribendum verius, quam *εἰς ὅ*. *Ἐξάλειπτρον* & ſæpius *ἐξάλιπτρον·* ejus vaſculi mentio apud *Calliſtratum* in eleganti & accurata deſcriptione magnificentiſſimæ pompæ *Ptolemæi Philadelphi*, quam *Dipnoſoph.* lib. V. inſeruit *Athenæus*: etiam in re Medica iſtius vaſis eſt uſus: vid. Segm. 46. ibique me notantem. *Heſychium* in hac voce turpe mendum invaſit, prætеriitque, quod miror, virorum eruditorum acumen: *Ἐξαλίγυρον*, inquit ille, *σκεῦος ἀργυροῦν φιάλῃ παραπλήσιον, ἐξ οὗ ἐν τοῖς συμποσίοις ἤλειφον τὸ μύρῳ·* ego, ſi quid in his rebus lucis e *Palladis* templo mihi unquam affulſit, legendum dico: *Ἐξάλειπτρον* vel *Ἐξάλιπτρον·* poſteriora *ἤλειφον τὸ μῦρον* nulla eſt cauſa, ob quam mutes cum *Sopingio* in *ἠλείφοντο μύρῳ*. Confirmat emendationem meam *Scholiaſtes Ariſtophanis* ad *Acharnenſes*, ubi *ἐξάλειπτρον* interpretatur *ἀλάβαστρον, ἐξ οὗ ἀλείφονται οἱ δειπνοῦντες.*

34 *Ἐξάλειπτρον*] C. A. *ἐξάλειπτρον καὶ οὗ δὲ ἔγκεινται ἀλάβαστροι τ. τ. σ. ἀλαβαστροθήκας λέγων καὶ Ἀριστοφάνης οὕτως ἔφη. Thomas* in *Eclog. ἀλάβαστρον δίχα τοῦ ρ' Ἀττικοί· μετὰ δὲ τοῦ ρ' ἁπλῶς Ἕλληνες.* KÜHN.

Ἐξάλειπτρον] MS. *ἐξάλιπτρον.* Locus *Comici* in *Acharnenſibus* eſt:

Ὕπεχ' ὧδε δεῦρο τοὐξάλειπτρον, ὦ γύναι.

Videtur tamen id antea nominaſſe alabaſtrum *Comicus*: nam *παράνυμφός τις* accedit *Dicæopolim*, & petit Sponſæ *ἐγχέαι*

Ἐς τὸν ἀλάβαστρον κύαθον εἰρήνης ἕνα.

Quam dein ille jubet ſubjecto *ἐξαλείπτρῳ* excipere *σπονδάς*, quibus *ἀλείφοι* neſcio quid *τοῦ νυμφίου.* JUNG.

35 *Οὗ δὲ ἔγκεινται αἱ ἀλ.*] C. V. *ἀλάβαστοι*, & mox *ἀλαβαστοθήκας. Salm. ἀλαβαστροθήκας τῶν ἄλλων λεγόντων·* omittitque *καὶ* ante *Ἀριστ.* KÜHN.

Οὗ δὲ ἔγκεινται αἱ ἀλ.] Ita omnia ex MS. reſtituenda ſunt: *οὗ δὲ ἔγκεινται αἱ ἀλάβαστοι, ταῦτα τὰ σκεύη ἀλαβαστοθήκας τῶν ἄλλων λεγόντων, Ἀριστοφάνης ἐν Τριφάλητι ἀλαβαστροθήκας ἔφη,*

Ἀλαβαστροθήκας τρεῖς ἔχουσαν ἐκ μιᾶς.

Κοινῇ· &c. fideliſſime tibi exhibuimus MS. ſcripturam, in qua ne apicem mutandum cenſemus, ita ea belle ſe habet. Quas alii *ἀλαβαστοθήκας* dicunt, *Ariſtophanem* in *Triphalete* ait dixiſſe *ἀλαβαστροθήκας.* Vulgata lectio a temerario aliquo concinnata eſt ad eam formulam, ne nimis inepte bis idem *ἀλαβαστροθήκας* repeteretur: *ἀλαβαστοθήκας* autem alios dixiſſe etiam ex iſtis, quæ *Harpocratio* ſcribit, notum: *Ἀλαβαστοθῆκαι, αἱ θῆκαι τῶν ἀλαβάστων, ἃς ἐν τῇ συνηθείᾳ μυροθήκας καλοῦσι. Δημοσθένης ἐν τῷ παραπρεσβείας.* Quæ & *Suidas* ita deſcripſit: hodie tamen *ρ* addito edunt. Locus eſt: *ἡμεῖς, Ἀφόβητε, καὶ σὺ Φιλόχαρες, ἴσμεν σε μὲν τὰς ἀλαβαστροθήκας γράφοντα, καὶ τὰ τύμπανα.*

βαστοθήκας τῶν ἄλλων λεγόντων, Ἀριστοφάνης [36] ἐν Τριφάλητι ἀλαβαστροθήκας ἔφη· Ἀλαβα-
122 στροθήκας τρεῖς ἔχουσαν ἐκ μιᾶς· * κοινῇ δὲ κεραμέων σκευῶν ὀνόματα [37] ἐν Ἀξιονίκου Χαλκιδικῷ, τρυβλία, χύτρα, λοπάδιον, ὀξὶς, χοῦς, ἀ-

baſtrothecæ dicuntur & aliis, & Ariſtophane dicente in Triphalete, Tres ex una alabaſtrothecas habentem. * Com- 122
muniter porro fictilium vaſorum nomina, præter æneos catinos ſunt: ollæ, ollula, acetabulum, menſura, ma-

Malim apud *Harpocrationem* autem ita titulum concipere orationis, ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας, ut alias laudat, ni fallor. Vide vero quam pulcre ſibi MS. conſentiat: nam eundem hunc locum, ubi hæc jam tractavit, reſpiciente *Polluce*, infra Segm. 127. MS. etiam habet: ὥσπερ καὶ ἀλαβαστοθῆκαι· ſcilicet προειρηται. JUNG.

Οὗ δὲ ἐγκ. αἱ ἀλάβαστροι, &c.] Operæ pretium eſt, ut omnis hic locus apponatur, ſicuti fuit ante nos editus: οὗ δὲ ἐγκ. αἱ ἀλάβαστροι, τ. τ. σ. ἀλαβαστροθῆκαι· τ. δὲ ἄ. λ. καὶ Ἀρ. ἐν Τρ. Ἀλαβ. ἐχ. ἐκ μ. τρεῖς· quid diſtent ſana & integra affectis, ex talibus iſtiuſmodi cognoſcere licet. Ἀλαβάστους non ἀλαβάστρους Atticos dixiſſe ſæpius admonui: id ipſum *Thomas* obſervat: *Heſychius*: Ἀλάβαστος, λήκυθος· fallitur *Gujetus*, qui malit Ἀλάβαστρος· ad illam autem Atticiſmi formam quod adtinet, non ita curioſe obſervatam deprehendo, niſi edita nos exemplaria fallant: certe apud *Ariſtophanem* in *Acharnenſibus* ſcribitur ἀλάβαστρον, ad quem *Scholiaſtes* verbis ita, ut ponam, reſtituendis vocem exponit: τὴν μυροθήκην· ἔστι δὲ λήκυθος ἡ ὦτα μὴ ἔχουσα, ἧς οὐκ ἔστι λάβεσθαι· in vulgatis hæc male divulſa ſunt: ſic & *Alexis* apud *Athenæum*: Οὐ γὰρ ἐμυρίζετ' ἐξ ἀλαβάστρου, & *Ælianus* V. H. libr. XII. aliique plurimi: eſt & ἀλαβάστρου in Euangeliis mentio, cujus cum meminerunt recentioris ævi ſcriptores βίκιον appellare ſolent creberrime: ſic *Codinus* de *Origin. Conſtant.* caput inſcribit: περὶ τῶν δύο σταύρων τῶν λῃστῶν, καὶ τοῦ βικίου τοῦ ἔχοντος μῦρον· βήσιον nominat antiquus *Ariſtophanis Commentator* ad *Acharnenſes*, de qua voce vide quæ notavi ad Segm. 68. alabaſtra vero cum eſſent faſtigiata longitudine deſinebant in pleniorem orbem, quod cum ex aliis, tum e *Plinio* præcipue libr. IX. cap. 25. cognovi. Hæc alabaſtra vero recondi ſolebant in ligneis aut vimineis loculis, qui pure ſcribentibus ἀλαβαστοθῆκαι, aliquando vero e communi dialecto ἀλαβαστροθῆκαι dicuntur: ad *Demoſthenis* adductum a *Jungermanno* locum *Ulpianus* iſta notat: τὰς ἀλαβαστροθήκας) τῶν ληκυθίων τῶν μὴ ἐχόντων λαβὰς, ἀλλὰ λείων τὰς κίστας καὶ θήκας· ἐζωγράφουν δὲ αὐτὰς, ἵνα τοὺς ἀγοράζοντας δελεάζωνται· videndus & *Apollonius* in *Æſchinis* vita, apud quem & ἀλαβαστροθήκη ſcribitur: nec alabaſtrorum loculi tantum picturis variegari ſolebant, ſed & alia recondendo oleo vaſcula: iſtas hydrias, quæ victorum in *Panathenaicis* erant præmia, *Pindarus* appellat ἀγγέων παμποίκιλα ἔρκη in *Nemeon.* Εἰδ. I. ἐζωγράφηντο γὰρ αἱ ὑδρίαι, inquit *Scholiaſtes.* Sed ad *Pollucem* noſtrum, qui cum inquit, ἀλαβαστοθήκας τῶν ἄλλων λεγόντων reſpicere potuit ad *Demoſthenis* locum, in quo etiamſi vulgo legatur ἀλαβαστροθήκας, bene tamen ex *Harpocratione* refingendum ἀλαβαστοθήκας monuit eruditiſſimus *Mauſſacus*, quem vide ſis: ipſum *Ariſtophanis* locum ita digeſſimus, ut MSS. præferebant: forſan haud incommode legas ἐχούσας, ratiori loquendi formula, qua dicitur aliquid ἔχειν πρός τι vel ἔκ τινος, *contiguum eſſe alicui.* Poteram equidem longe plura de alabaſtris adnotare, ſed modus eſt adhibendus: adi interim Illuſtriſſ. *Spanhemium ad Callimachi Palladis Lavacrum.*

36 Ἐν Τριφ. Ἀλαβαστρ.] MS. ἐν Τρ. ἀλαβαστροθήκας ἔφη. Ἀλαβ. ἐχ. SEB.

Ἐν τριφ. Ἀλαβαστρ.] C. V. ἀλαβαστροθήκας ἔφη, ἀλαβαστροθήκας τρεῖς ἔχουσαν ἐκ μιᾶς· κοινῇ δὲ· *alabaſtrorum thecas tres habentem ex una. Salm.* ἔχουσιν. KÜHN.

37 Ἀναξιονίκου χαλκιδικὰ] *F.* Ἀξιονίκου ſi nomen ſit proprium. D. H. MS. ἀναξ. χαλκιδικῷ τρυβλ. quid igitur ſi leg. ἐν Ἀξιονίκου χαλκιδικῷ; SEB.

Ἀναξιονίκου χαλκιδικὰ] C. A. χαλκιδικῷ· C. V. χαλκιδικῷ· integrum eſt Ἀξιονίκου χαλκιδικῷ· *communia nomina fictilium ſunt Axionici in Chalcidico: Athenæus* Ἀξιόνικος ἐν χαλκιδικῷ φησὶν libr. VI. cap. 9. verſus Poëtæ ſunt:

> Τρυβλία, χύτρα, λοπάδιον, ὀξὶς, χοῦς, ἀμὶς,
> Λεκάνη, θυεία, κανθαρὶς, σιφωνολύχνος,
> Ὑπηρεσία σοι παντελὴς, γραῦ, κεραμίων.

Ita MSStis juvantibus lego: ſecundum & tertium verſum *Salm.* leg. λ. θύεια, κανθαρὶς, λύχνος, Ὑπηρεσία σοι παντ. γοῦν κ. pro λεκάνη C. A. λεκάνιον· pro σιίσω λύχνος σιπωνολίχνος, unde fit σιφωνολύχνος, vel σίφων ὁ λύχνος· σιφωνολύχνος eſſet *lychnus cum tubulo opera figuli facta*, vel *ſiphon* eſt & *lychnus.* C. V. ultimum verſum ita legit: ὑπηρεσίας οὐ π. γραῦ κεραμίων· nimirum anicula recenſuit ſuam curtam ſupellectilem, quæ tota Samia erat, cui alius reſpondit; *ô anus! totum eſt tibi figulinorum miniſterium*: ἐν Ἀξιονίκου χαλκιδικῷ leg. *Salm.* notatque V. C. habere ἐν ἀξιοδίκου χαλκιδισμῷ. KÜHN.

Ἀναξιονίκου χαλκιδικὰ] MS. ὀνόματα ἐν Ἀξιονίκου Χαλκιδικῷ τρυβλία &c. quæ profecto vera eſt lectio, & ita ſtatim reſtituenda *Polluci.* Invenit eam & in *Salmanticenſi* MS. *Schottus* noſter, niſi quod ibi male χαλκιδικοῦ· contra MS. *Seberi* noſter recte habet Χαλκιδικῷ, ſed male ἀναξιονίκου. Veriſſima itaque conjectura Clariſſ. *Hæſchelii* noſtri, qui legit etiam Ἀξιονίκου, ut ſit viri proprium vel *Comici* alicujus. Sed quid ſi ipſos verſiculos ex hoc *Axionici Chalcidico* poſſemus conſtituere. Latent enim hic verſiculi, ni fallor, tres, in quibus vaſculorum figlinorum talis inſtituitur enumeratio. Et conabimur, indicata prius MS. noſtri ſcriptura. Is habet mox λεκ. θυΐα· & tum κάνθαρος, σιισὼν λ. ὑπηρεσίας οὐ παντελὴς γραῦ κεραμίων· ubi κάνθαρος ποτηρίου εἶδος, ut ait *Heſychius*, ἀπὸ τοῦ κατασκευάσαντος· de quo plura *Athenæus* lib. XI. apud Latinos etiam nomen ſatis notum jam; ſed fictilem fuiſſe cantharum, & recte inter figlini operis vaſa referri ab *Axionico*, etiam aliunde patet, ut ex *Epigenis* Ἡρωίνῃ apud *Athen.* lib. XI.

> Ἀλλ' οὐδὲ κεραμεύουσι νῦν τοὺς κανθάρους.

Et ibidem in *Polemonis* περὶ ζωγράφων· ἐκπώματα δὲ κεραμέους κανθάρους, καὶ λύχνον ὁμοίως ἐκ τῆς ὀροφῆς ἐξηρτημένον· ubi vides κανθάρους & λύχνον conjunctum, fere ut hic. Unum addo ex eodem lib. XI. *Athenæi*, pro *Heſychii* verbis illuſtrandis: ὅτι καὶ ἀπὸ Κανθάρου κεραμέως ὠνομάσθη τὸ ἔκπωμα, φησὶ Φιλέταιρος ἐν Ἀχιλλεῖ,

> Πηλεύς· ὁ Πηλεὺς δ' ἐστὶν ὄνομα κεραμέως,
> Ξηροῦ λυχνοποιοῦ Κανθάρου πενιχροῦ πάνυ.
> Ἀλλ' οὐ τυράννου νὴ Δί' —.

Quæ etiam *Noſtrum* illuſtrent, quod ſupra VI. 96. θηρίκλειον μὲν καὶ κάνθαρον ἀπὸ τῶν ποιησάντων. Faceſſat itaque iſta impudens vulgata κανθαρίς. Sic itaque verſiculi vel χρῆσις *Axionici* concinnari poteſt, ut MS. lectioni adhæreamus:

> Τρυβλία, χύτρα, λοπάδιον, ὀξὶς, χοῦς, ἀμὶς,
> Λεκάνη, θυΐα, κάνθαρος, σιίσων, λύχνος,
> Ὑπηρεσία σου παντελὴς, γραῦ, κεραμίων.

Ut anum adloquatur: quamvis ultimi verſus principium doctiſſ. viri forte rectius concinnent: verſu me-

tula, pelvis, mortarium, cantharus, ſeſſum, candelabrum: quæ omnia figulina opera conficiuntur: pleraque tamen horum etiam ex alia materia fiunt: quoniam & Hermippus in Theſmophoris, Cyathum, Vas vinarium, Candelabrum, & hujuſmodi vaſa ænea vocat, & ærea veluti ex ære fabricata.

μὶς, λεκάνη, θυεία, κάνθαρος, [38] σειστὼν, λύχνος· ὑπηρεσία σου παντελὴς, γραῦ, κεραμίων· τὰ πλείω δὲ τούτων καὶ ἄλλης ἂν ὕλης [39] γένοιτο· ἐπεὶ καὶ Ἕρμιππος [40] ἐν Θεσμοφόροις τὸν κύαθον, καὶ τὴν οἰνοχόην, [41] καὶ τὸ λύχνιον, καὶ τὰ τοιαῦτα σκεύη [42] χαλκίδια καὶ [43] χαλκία καλεῖ, ὡς ἐκ χαλκοῦ πεποιημένα.

123 ## * CAPUT XXVII.

De his quæ toris conveniunt.

Cœnanti vero, & ad toros ſe recipienti, ſtragularum, & inſtrato-

* ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ΚΖ. 123

[44] Περὶ τῶν ἐπὶ κοίτης ἐπιτηδείων.

Δειπνήσαντι δὲ, [45] καὶ πρὸς κοίτην τραπομένῳ, τὰ μὲν στρώματα, καὶ ἐπιβλή-

dio ſcripſi *σείσων*, quod ita ſupra Segm. 100. etiam in MS. erat, ubi hoc vocabulum explicatur, & paroxytone quoque in ſuo MS. exſtare *Seberus* noſter notavit. In noſtro MS. accentus hic omiſſus. Interim literæ a *Salmaſio* meo, quem ſcias hos verſus eod. modo conſtituiſſe, & *Comici* dramatiſque nomen corruptum ex conjectura, quæ nos vix MS. ope, emendaſſe: & addit quoque abſurde vulgo recepta fuiſſe *χαλκιδικὰ τρυβλία*, quum in verſibus *Axionici* tantum contineri nomina fictilium vaſorum moneat *Pollux*: *χαλκιδικὰ τρυβλία* eſſent ænea: neminem enim ignorare *χαλκουργεῖα τῆς Χαλκίδος*, unde illam etiam quidam nomen accepiſſe autumant; apud *Ariſtophanem χαλκιδικὸν ποτήριον* ſe legere. Dubitat tamen doctiſſ. *Juvenis* an verum nomen fabulæ illius *Χαλκιδικόν*· prætereaque primum verſum claudicare, itaque legeret: *ἐν Ἀξιονίκου χαλκίδι, καὶ τρυβλία, χύτρα* &c. Jung.

· *Ἀναξιονίκου χαλκιδικὰ τρυβλία*] Lectionem elegantiſſimam MSS. conſervarunt: *ἐν Ἀξιονίκου χαλκιδικῷ*, quod tuto ſine cauſæ dictione textui reſtituendum duxi: cum ceteris MSS. etiam *Falckenburgii* Codex *ἐν Ἀξιονίκου* &c. Sed de hac *Axionici* fabula quiddam ad *Pollucem* illuſtrandum non prætereundum videtur: *Salmaſius*, uti nos ex ejus literis docuit *Jungermannus*, emaculaverat ingenioſe locum *Onomaſticographi* hac lectione repoſita: *ἐν Ἀξιονίκου χαλκίδι, καὶ τρυβλία* &c. ne ſcilicet prior verſiculus claudicaret: & ille profecto nonnullam habuit rationem, ob quam *Χαλκίδι* probaret potius quam *Χαλκιδικῷ*· nimirum *Athenæus Dipnoſ.* lib. III. c. 15. ita ſcribit: *Ἀξιόνικος δὲ ἐν Χαλκίδι φησί*· notandum tamen apud eundem *Dipnoſophiſtam* lib. VI. cap. 19. legi: *καὶ Ἀξιόνικος δ' ἐν Χαλκιδικῷ φησίν*· non diffiteor equidem *Meurſium* in *Bibliotb. Græca* poſteriori hoc *Athenæi* loco ſcribere *ἐν Χαλκίδι που*· ſed hac in parte diligentiſſimi viri ſententiæ non accedam: contra ea mihi dubium non eſt priori *Dipnoſophiſtæ* loco reformandum *Χαλκιδικῷ*, ſiquidem iſtam tituli ſcriptionem MSS. *Pollucis* noſtri vindicent, niſi quis malit, me tamen invito, *Axionicum* edidiſſe duas fabulas *Χαλκίδα* & *Χαλκιδικόν*. Eadem opera, quod mantiſſæ loco adjicio, conficitur præpoſtere *Meurſium* in *Athenæo* emendaſſe titulum alterius *Axionici* fabulæ *Τυῤῥηνικῷ* in *Τυῤῥηνῷ*· ego potius vice verſa *Τυῤῥηνικῷ* ſcribendum dixerim, ut *Χαλκιδικῷ*, illumque in *Athenæo* locum emaculandum, ubi editum eſt *Τυῤῥηνῷ*. In *Axionici* verbis e Codicibus exaratis *κάνθαρος* emendavi: *Falckenburgii* liber *κάνθαρον*, quod parum a vera ſcriptura abeſt: verſiculus extremus ſic legebatur ante nos: *Ὑπηρεσία σοι παντελὴς γοῦν κεραμίων*· in quo intelligendo plurimum MSS. nos adjuvant: conficimus enim ex eo, quod *γραῦ* pro *γοῦν* exhibeant, aliam hæc perſonam eloqui, quam quæ priora protulerat, ut bene *Kuhnius* obſervavit: *σου* vero an *σοι* præferas parum refert: *κεραμίων* certe melius eſt lectione vulgata: *ὑπηρεσίας* hoc loco ſignificatio latuiſſe videtur *Interpretibus* noſtris: rarior eſt illa pro *ſupellectile*, vel *utenſilibus*.

38 *Σειστὼν*] MS. *σείσων* ut eſt ſupra Segm. 100. Seb.

39 *Γένειτο.*] MS. *γένοιτο.* Jung.

Γένειτο.] *Γένοιτο* MSS. recte: *Falckenburgii* liber: *λέγοιτο*· quod ipſum neque ſenſu commodo deficitur.

40 *Ἐν * Θεσμοφόροις*] Ita & MS. *Caſaub.* ſcribit *ἐν Φορμοφόροις* in *Athen.* XV, 20. Seb.

*Ἐν * Θεσμοφόροις*] C. V. *καὶ ἐν Θ.* C. A. plane omittit *καὶ τὴν οἰ. κ. τό.* Kühn.

*Ἐν * Θεσμοφόροις*] MS. *Ἕρμιππος καὶ ἐν Θεσμοφόροις τὸν κύαθον, καὶ τὴν οἰνοχ.* &c. bene alterum *καὶ* ante *τὴν οἰνοχ.* prius vero male repetatur ante *ἐν*. Ceterum *Θεσμοφόροις* & MS. *Seberi* habet: noſter *Caſaubonus* tamen ult. *Athen.* ult. ſcribendum ait *Φορμοφόροις*. Jung.

*Ἐν * Θεσμοφόροις*] Nihil erat rationis, cur vocabulum illud ſtellula notaret *Seberus*, quod, me judice, bene ſe habet, neque ullo pacto ſollicitandum eſt: mox plenius Codices ſcripti *καὶ τὴν οἰνοχόην*· tum pro *χαλκεῖα* ut reponamus *χαλκία* conſpirate MSS. ſuadent; ipſe etiam Codex *Falckenburgii*. Ab omni tamen macula, quæ forſitan altiores egerit radices, vacuum eſſe locum hunc præſtare nolim: *Falckenburgii* liber, cujus præſtantiam ubique maximi fecimus, habet *εἴπερ καὶ Ἕρμιππος* &c. qua lectione admiſſa alius & diverſiſſimus a vulgata orietur ſenſus, qui tamen cum præcedentibus haut conveniat, niſi ſic ſcripſeris: *τὰ πλείω δὲ τούτων οὐκ ἄλλης* &c. ſed accuratius eruditi rem totam conſiderabunt.

41 *Καὶ τὸ λύχνιον*] *Λυχνεῖον* C. V. *καὶ τὰ τοιαῦτα* non habet C. A. Kühn.

Καὶ τὸ λύχνιον] MS. *καὶ τὸ λυχνεῖον*· & ita ſcribendum certe eſt: vel *λυχνίον*, ut ſupra Segm. 115. ubi dixi. Jung.

42 *Χαλκίδια*] *Noſter* ita nominata vult *ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ*· alias *χαλκιδικὰ* ſunt quævis opera ex ære, ferro aliave materia confecta ab urbe Eubœa *Chalcide*, ubi primum volunt nata *χαλκουργεῖα*· *Caſaub.* in *Athen.* lib. XIV. c. 6. Kühn.

43 *Χαλκεῖα*] MS. *χαλκία.* Seb.

Χαλκεῖα] *Salmaſ.* *χαλκία* ſcribendum cenſet. Kühn.

Χαλκεῖα] Pro *χαλκεῖα* MS. tam noſter quam *Seberi* *χαλκία* habet: quod vulgato non cedat, utrumque ſane rectum videtur. Jung.

44 *Περὶ τῶν* &c.] C. A. & *Salmaſ.* *ὅσα δεῖ ποιεῖν πρὸς κοίτην τραπομένῳ*, *quæ facere debeat cubitum iturus.* Kühn.

Περὶ τῶν &c.] Caput hoc annectitur in MS. præcedenti, titulo carens. Jung.

45 *Καὶ ἐπὶ κ.*] MS. *πρὸς κοίτ.* Seb.

Καὶ ἐπὶ κ.] C. A. & *Salm.* *πρὸς κοίτην.* Kühn.

ματα [46] προείρηται· ἐν καιρῷ δ' ἂν εἴη τὸ παρ' Ὁμήρῳ ἱμάτιον [47] ἐνευναῖον καὶ παρευναῖον μέγα καὶ δασὺ καὶ ὁ παρὰ [48] τοῖς Κωμῳδοῖς χιτὼν [49] εὐνητήρ, ὅς τοῦ νῦν ἐγκοιμήτωρ ἡδίων· [50] ἦπου δὲ καὶ χλαῖναι, καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα· καὶ οἱ παρὰ

rum nomina prædicta ſunt. Hoc autem quadraverit veſtimentum illud Homeri Cubatorium, & inſtratum: magnum ſcilicet, & hirſutum. Et apud Comicos Tunica toralis. Fortaſſis & lænæ, & ſtragula artificioſa. Tum & il-

Και ἐπὶ κ.] MS. δειπν. δὲ καὶ πρὸς κοίτην τρ. Sicut & *Seberi* MS. JUNG.

Καὶ ἐπὶ κ. τραπ.] Conſentientibus MSS. obniti æquum non eſt, & ab inſtituto noſtro alienum: igitur, ut illi habent, in textu repoſui pro ἐπὶ, πρὸς· quamvis non neſciam ſuperius *Auctorem* noſtrum dixiſſe cap. XVI. Ἐπὶ δὲ γυμνάσιον ἐντεῦθεν τραπομένων· & cap. XIX. Τραπομένω δὲ ἐπὶ τὸ πίνειν· quod ipſum forſan recordanti librario cauſam dederit, ut hic mutaret πρὸς in ἐπί.

46 Προείρηται.] Abeſt προείρηται a C. A. KÜHN.

Προείρηται.] Hoc ipſo libro cap. 8. JUNG.

47 Ἐνευναῖον καὶ * παρευναῖον] Ita MS. leg. ἐνεύναιον· *Odyſſ.* ξ, 51.

> Ἐστόρεσεν δ' ἐπὶ δέρμα ἰονθάδος ἀγρίου αἰγὸς
> Αὐτοῦ ἐνεύναιον μέγα καὶ δασύ.

Quod ſequitur παρευναῖον, pro quo MS. παρενευναῖον, nondum vel apud *Homerum* vel alibi reperi. SEB.

Ἐνευναῖον καὶ * παρευναῖον] Copula non extat in C. A. nec alia omnia poſt δασύ. KÜHN.

Ἐνευναῖον καὶ * παρευναῖον] MS. noſter, ἐνευναῖον καὶ παρενευναῖον· ut & *Seberus* in ſuo notat. Sed malim cum *Sebero* noſtro ἐνεύναιον· de quo plura ſupra ad VI. 10. Sique non eſſet audacior conjectura, ſuſpicarer *Pollucem* ita ſcripſiſſe, ut attuliſſet ipſa ex Ὀδυσσ. ξ. *Homeri*, quæ *Seberus* noſter profert, verba: Ὁμήρῳ ἱμάτιον ἐνευναῖον·

> Αὐτοῦ ἐνευναῖον μέγα καὶ δασύ —.

Carmen *Homeri* totum eſt:

> Εἷσεν δ' εἰσαγαγών, ῥῶπας δ' ὑπέχευε δασείας.
> Ἐστόρεσεν δ' ἐπὶ δέρμα ἰονθάδος ἀγρίου αἰγὸς
> Αὐτοῦ ἐνεύναιον μέγα καὶ δασύ —.

Certe iſtud παρενευναῖον apud *Homerum* fruſtra quæri *Seberus* noſter adnotavit: & legere in eo verſu, vel ita legiſſe *Pollucem*, καὶ παρ' ἐνεύναιον μέγα καὶ δασύ, locus admittere non videtur. Alii itaque, quibus hæc non ſatiſfaciunt, loco huic medebuntur alio modo meliore. JUNG.

Ἐνευναῖον καὶ * παρευναῖον &c.] Ἱμάτιον ἐνευναῖον, niſi mavelis ἐνεύναιον, perbene reſtituit *Seberus*, cum prius vitioſe legeretur εὐναῖον· eandem ego lectionem notatam reperio e *Falckenburgiano* Codice: hactenus hæc facilia; ſed quæ ſequuntur, etſi in re vili parvique ponderis, ſcrupulum objiciunt: quid enim illud παρευναῖον μέγα καὶ δασύ; ut editur in vulgatis; aut, quod MSS. habent, παρενευναῖον; crediderim equidem hæc *Pollucea* cum pluribus aliis infauſtam librariorum manum eſſe experta: id ſane nemo prudens negaverit μέγα καὶ δασὺ petiiſſe *Pollucem* ex *Homero*, apud quem cum iſta pertineant ad ἐνευναῖον, haut dubitandum, quin par ſit, ut res eodem ſe modo *Pollucis* hoc loco habeat: igitur ab *Onomaſticographo* noſtro ita fuiſſe ſcriptum arbitror: ἐν καιρῷ δ' ἂν εἴη τὸ παρ' Ὁμήρῳ ἱμάτιον ἐνευναῖον μέγα καὶ δασύ, καὶ παρευναῖον, ſeu cum MSS. παρενεύναιον· nihil enim impedit, quo minus exiſtimemus ſtragulum recte dici παρευναῖον vel παρενευναῖον.

48 Τοῖς Κωμικοῖς] MS. τοῖς Κωμῳδοῖς χ. JUNG.

Τοῖς Κωμικοῖς] In noſtris Codicibus κωμῳδοῖς, quam ego lectionem, *Jungermanno* non invito, in textu reficiendo ſecutus ſum: fruſtra cavilletur aliquis κωμῳδὸν, *comœdum* dici proprie, qui fabulas agit, Κωμικὸν vero, qui comœdias componit & in ſcenam edit: non equidem hoc neſcio; ſed id etiam concedas neceſſe eſt, non raro utriuſque vocis uſum eſſe promiſcuum: id in ipſo *Polluce* frequenter obſervari poteſt: ſed præterea ipſi Grammatici accuratioris nitidioriſque loquelæ auctores confuſam utriuſque vocabuli notionem nobis impertiunt: *Ammonius*: Κωμῳδὸς καὶ τραγῳδὸς λέγεται ὁ χορευτὴς καὶ ὑποκριτής. Κωμῳδοποιὸς δὲ καὶ τραγῳδοποιὸς, οἱ ποιηταί· ἐνίοτε δὲ συγχέουσι τὴν διαφοράν. Adde, ſis, *Heſychium*: poſſem in eam rem plura conferre loca, ſi res ita poſtularet: non igitur erat idonea cauſa, cur eruditiſſimo viro *Malalas* acerbe vapularet, quod *Pharaonem* dixerit κωμῳδὸν, non κωμικόν· quanquam in ceteris pleriſque homini ſtolidiſſimo illiuſque erroribus abſit ut patrocinari velim.

49 *Tunica toralis.*] Χιτὼν εὐνητὴρ, tunica domitoria, vulgo *camiſia nocturna*. *Horatio* I. *Sat.* 5. *nocturna veſtis*. *Laz. Bayſ.* de Vaſc. pag. 244. SEB. 2.

Εὐνητήρ.] C. V. ſubjicit ὅς τοῦ (τὸ) νῦν ἐγκοιμήτωρ εἴδιον &c. leg. ἐγκοιμητηρίδιον· *Gloſſ.* ἐγκοίμηθρον, *dormitorium*: ἐγκοίμηθρα, *dormitoria*. KÜHN.

Εὐνητήρ.] *Quam nos verbum e verbo, ſi volumus*, tunicam dormitoriam *dicemus*, *vulgo* camiſiam nocturnam. *Quin & Horatius Sermonum primo* nocturnam *dixit illo verſiculo*:

> *Nocturnam veſtem maculant, ventremque ſupinum.*

Hæc doctiſſ. *Bayſius* initio lib. de Vaſculis, ad *carrucam dormitoriam* quam *Scævola* libr. XIII. Uxori quis. *D.* de *Aur. Arg.* nominat, eumque ait dormitoriam dixiſſe, ut *Pollux* referat hic a *Comicis* dici χιτῶνα εὐνητῆρα. Bene & docte omnia; longe tamen aptiora, quod cum pace ejus dicam eruditionis quidem, e *Polluce* noſtro adferre potuiſſet pro *carruca dormitoria*: nempe quod ſupra Segm. 51. περὶ ὀχημάτων ubi *Pollux*: τὰ μὲν τῶν ὀχημάτων σκευοφόρα ἂν εἴη, τὰ δὲ ἐνδρόμα, τὰ δὲ εἰς τὸ ἐγκατακλίναι ἐνεύναια, τὰ δὲ κατάστεγα &c. ὄχημα enim ἐνεύναιον, ni fallor geminum fuerit *carrucæ dormitoriæ*: & eo etiam pertinet, quæ idem doctiſſ. vir ibidem vel potius initio de Re Veſtiar. de *cubilibus viatoriis*, ut *Plinius* dixit, adfert. Poſt εὐνητὴρ vero egregie noſter MS. auctior: ὃς τοῦ νῦν ἐγκοιμήτωρ ἡδίων. Scribe itaque cum MS. totum locum: καὶ ὁ παρὰ τοῖς κωμῳδοῖς χιτὼν εὐνητὴρ, ὃς τοῦ νῦν ἐγκοιμήτωρ ἡδίων. Ait *Comicam* vocem χιτῶνος εὐνητῆρος ſuaviorem eſſe, quam τοῦ ἐγκοιμήτορος, ut jam loqui ſoleant. JUNG.

Εὐνητήρ.] Adjecimus e MSS. ὃς τοῦ νῦν ἐγκοιμήτωρ ἡδίων· quæ ſunt elegantia minimeque ſpernenda: in Codice *Falckenburgiano* hunc in modum illa ſunt ſcripta: ὃς τοῦ νῦν ἐγκοιμήτωρ νεῶν· ultima vox certe vitioſa, cujus ſane literæ multum ab ἡδίων differunt: cogitavi, num fuerit in illo Codice ſcriptum ἀμείνων. In *Philoxeni Gloſſis* Ἐγκοίμηθρον, *dormitorium*: *Euſtathius* ἐνεύναιον apud *Homerum* exponit ἐγκοιμητρον, *Scholiaſtes*, ἐγγύτερον ἐγκοίτιον· utitur & eadem voce *Ammonius* in χλαῖνα, cujus locum inferius producam. *Pollux* non diſſimili ratione VI, 11. dixit ἐγκοιμητηρίας ψιάθους, *mattas in quibus decumbunt*.

50 Ἦπου γε καὶ] MS. ita: ἦπου δὲ καὶ χλ. & malim δέ, quam γε vulgatum. Ceterum ſunt & iſta ex *Homero*: quare ita ſcribe: Ἦπου δὲ καὶ

> — χλαῖναι, καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα.

Habes enim Ὀδυσσ. λ. 187.

> — οὐδέ οἱ εὐναὶ
> Δέμνια καὶ χλαῖναι, καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα.

læ æſtatis hyemiſque Siſyræ, apud Menandrum. Et Penula apud Ariſtophanem. Lænam vero dixerunt Comici: veſtes tantum non craſſiores hoc nomi-
124 ne deſignantes: * quemadmodum & Theopompus in Pace, Lænam tibi aſſumens Laconicam. Homerus vero etiam tenuiores veſtes Lænas vocitat. Attici autem tenuiorem quidem veſtem

Μενάνδρῳ [51] καυνάκαι, καὶ χειμῶνος σισύραι· καὶ τὸ [52] παρ' Ἀριστοφάνει χείμαστρον· [53] τὴν χλαῖναν δὲ οὕτως ἐκάλουν οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ, μόνα τὰ παχέα ἱμάτια ταύτης τῆς προσηγορίας ἀξιοῦντες· * ὥσπερ καὶ [54] Θεόπομπος ἐν 124
Εἰρήνῃ, [55] Χλαῖνάν σοι λαβὼν παχεῖαν ἐπιβαλῶ Λακωνικήν. Ὅμηρος δὲ καὶ τὰ λεπτὰ [56] χλαίνας καλεῖ· οἱ μέντοι Ἀττικοὶ τὸ λεπτὸν

Et iterum Ὀδυσσ. τ. 337.

Ἦ τοι ἐμοὶ χλαῖναι καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα. JUNG.

51 Καύματος. καὶ] C. V. καυνάκαι, *æſtate caunacæ, hyeme Siſyra.* KUHN.

Καύματος. καὶ] MS. καὶ οἱ π. M. καυνάκ. καὶ χειμ. Σισ. Lego & diſtinguo: καὶ οἱ παρὰ Μενάνδρῳ καυνάκαι· καὶ χειμῶνος σισύραι, καὶ τὸ &c. ut καυνάκας *Menandri* referat: dein *ſiſyras* ſubjiciat tempore hiberno uſitatas, ut & χείμαστρον, de quo & ſupra VII, 61. Certe καυνάκαι legendum idem *Menandri* locus ſupra laudatus a *Noſtro* VI, 11. docet ſatis, ubi quædam dixi. Ineptiſſime quis καύματος ſibi finxit, & *Polluci* obtruſit, quaſi id voci χειμῶνος opponeret. JUNG.

Καύματος.] Turpiſſimam maculam & prorſus indecoram feliciſſime MSS. adjutantibus eluimus: vere enim: καὶ οἱ (vulgatum fuit ante nos male αἱ) παρὰ Μενάνδρῳ καυνάκαι, καὶ χειμῶνος σισύραι· editiones vero *Seberiana* priores ita legebant & diſtinguebant: καὶ αἱ παρὰ Μενάνδρῳ καύματος καὶ χειμῶνος, σισύραι· ubi καύματος eraſo adſcriptum eſt oræ *Baſileenſis* editionis e Codice *Falckenburgii* καυνα· exoritur autem hinc ea lectio: καὶ αἱ vel potius οἱ παρὰ Μενάνδρῳ καυνάκαι χειμῶνος, σισύραι· de cujus lectionis, etſi non inepta ſit, veritate tamen parum affirmare licet, cum ipſo *Menandri* loco deficiamur: καυνάκας hic emendandos e MSS. clariſſime probant, quæ *Pollux* noſter ſcripſit VI, 11. ſed an hæc magis, priorve lectio, quam exhibuimus in textu, ſit præferenda, inde comperire non licet. Sed addere quædam juvat ad illuſtrationem cum *Pollucis*, tum ipſius vocis hactenus forte bonam partem intacta: *Arrianus* ad finem lib. VI. de *Exped. Alex.* καυνάκας πορφυροῦς, ut meliores habent editiones, ceteris pretioſiſſimis integumentis jungit: attulere locum Commentatores noſtri ad libr. VI. ibique *Jungermannus* plurimum hæſiſſe dicit *Briſſonium* de Regn. Perſ. lib. I. in corrupta loci iſtius lectione κανάκας· ſciendum tamen eſt virum diligentiſſimæ lectionis recte *Arrianum* emendaſſe lib. II. ubi de καυνάκῃ· patet igitur hinc veſtem fuiſſe ſtragulam caunacem, ab altera parte villoſam, ut ex *Heſychio* conſtat: ea ſignificatione *Menandrum* uſurpaſſe, qui pariter ac *Arrianus* καυνάκας πορφυροῦς dixit, ſatis perſpicuum eſt e noſtro *Polluce*: ſunt tamen qui veſtem ἑτερόμαλλον Perſarum exponant, uti *Palamedes* Grammaticus apud *Ariſtophanis Scholiaſtem*, quod ipſum quoque verum: non enim pauca fuerunt veſtimentorum genera, quæ ſtragulorum etiam uſum haberent, ut inter cetera σισύρα, quæ mox in *Polluce* ſequitur: ſic apud *Arrianum Periplo* M. E. ἀργυρώματα καὶ χρυσώματα τοπικῷ ῥυθμῷ κατεσκευασμένα, καὶ ἱματίων ἀβόλλαι καὶ καυνάκαι ἁπλοῖ. Scribitur etiam γαυνάκης, eamque ſcripturam Romani, ad hos enim & hujus vocis notitia pervaſit, uſurparunt: e *Varrone* dudum eſt, quod eruditi viri protulerint: *Iſidori Gloſſ. Gaunaca, gauſapa*: optime, nec aliter *Papias*: *gauſapen* autem *mappam villoſam* exponit *Acron* ad *Horatium*: porro meminit etiam *Clemens* patrum eruditiſſimus *Pædag.* lib. II. cap. 9. καὶ τοὺς γαυνάκας τοὺς πολυτιμήτους. Vide de *caunace* plura eruditaque notantem *Jungermannum* ad VII, 58. De Σισύρᾳ ſi quis cupiat legere, inviſat ad politiſſimas *Jungermanni* noſtri notas in ſuaviſſimi *Longi* lib. II. non procul initio, nec non viros eruditione præſtantes *Henr. Valeſium*, & *Lindebrogium* ad *Ammiani Marcellini* libr. XVI. Illud *Ariſtophanis* χείμαστρον & in *Heſychii Lexico* offendo: Χείμαστρον, χειμερινὸν ἱμάτιον· pari ratione χλαῖναν exponit χειμερινὸν ἱμάτιον· ſcilicet antiqui veſtibus uti ſolebant hybernis & æſtivis: inter hybernas erat χλαῖνα, ἱμάτιον χειμερινὸν jure merito eam ob cauſam ab *Heſychio* & *Etymologo* expoſita: elegantiſſime politiſſimus *Hipponax*: Ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔδωκας οὔτε τὴν χλαῖναν Δασεῖαν, ἐν χειμῶνι φάρμακον ῥίγευς &c. veſtimentum vero fuit exterius, quod χιτῶνι amiciebatur: propterea recte mellitiſſimus *Tryphiodorus*: Ὣς ἄρ' ἔφη· (*Sinon*) καὶ τὸν μὲν ἄναξ (*Priamus*) ἐκέλευσε λαβόντα Ἕσσασθαι χλαῖνάν τε χιτῶνά τε — & , ſi teſtem hoc antiquiorem deſideres, *Heſiodus* Ἐργ. καὶ Ἡμ. v. 535. Καὶ τότε ἕσσασθαι ἔρυμα χροὸς, ὥς σε κελεύω Χλαῖνάν τε μαλακὴν καὶ τερμιόεντα χιτῶνα· ubi *Moſchopulus* adnotat: χλαῖνα τὸ ἐκτὸς καὶ παχύτερον, χιτὼν δὲ τὸ ἐνδοτέρω· equidem hoc clariſſime intelliges ex *Homeri Il.* κ. perbene vero me judice, *Proclus* obſervat μαλακὴν χλαῖναν ab *Heſiodo* dici τὴν θάλπειν δυναμένην· quem itaque *Pollux* vocis iſtius uſum & ſignificatum *Comicis* adſcribit, proprium & antiquiſſimum eſſe ſtatuo; quin & ipſe *Homerus* non alia ferme notione χλαῖναν uſurpat, quam qua vulgo innotuit, pro veſte ſcilicet aut villoſa aut texturæ denſioris, quæ & indumenti & ſtragulæ loco haberi poterat, ut ſæpe docet *Euſtathius*: quanquam & apud *Homerum* χλαῖνα πορφυρέη, & *Auctor* noſter illum τὰ λεπτὰ ἱμάτια ſic proprie vocare tradat: attamen eſt ſciendum, recentiorum luxuriam veterem illum τῆς χλαίνας uſum ſic immutaſſe, ut chlænæ non amplius ætate juniori ad muniendum corpus hybernique aëris injuriam arcendam ſed quovis jam tempore induerentur; eleganter itaque *Proclus* ad dictum *Heſiodi* locum: μαλακὴν μὲν οὖν χλαῖναν οὐ τὴν μιλησίαν λέγει ἢ τὴν Ἀττικὴν, ἢ ὅλως τὴν θρυπτομένοις οἰκείαν, οἵαν νῦν οἱ βαρυδαίμονες φορεῦσι. Sed nimis in his diu hæſimus.

52 Παρ' Ἀριστ.] MS. παρὰ Ἀρ. JUNG.

53 Τὴν χλαῖναν] Χλαῖνα pro quovis denſo veſtimento: obſervavit etiam *Meurſius Comm.* in *Lycophr.* ad illa: Ἄχλαινον ἀμπρεύσουσι τὴλιπον βίον, v. 635. JUNG.

54 Θεόπ. εἰρήνῃ] MS. Θεόπ. ἐν εἰρήνῃ plenius. JUNG.

Θεόπ. εἰρ.] Ἐν Εἰρήνῃ MSS. ut ſemper ſolet *Auctor* noſter. Locus *Comici* mutilus in vulgatis & corruptus ope MSS. convaluit: λαβὼν literis expreſſis *Falckenburgiana* præferebant Excerpta: cetera confuſe: χλαῖναν vero παχεῖαν λακωνικὴν cum dixerit *Theopompus*, ſubeſſe feſtivam quandam & acutam elegantiam, quæ Lacones tetigerit, mihi plane perſuadeo: nihil enim alias de præcellentia lænarum Laconicarum commemini.

55 Χλαῖνάν σοι ἐπιλαβὼν &c.] C. V. λαβὼν παχεῖαν ἐπιβαλῶ, *lænam tibi craſſam injiciam.* KÜHN.

Χλαῖνάν σοι ἐπιλαβὼν &c.] Sed ipſa χρῆσις *Theopompi* vulgo mutila eſt: in MS. longe integrior ita habetur: χλαῖνάν σοι λαβὼν παχεῖαν ἐπιβαλῶ Λακωνικήν. JUNG.

56 Χλαίνας] MS. χλίνας· vitioſe. Ait vero & λεπτὰ ἱμάτια apud *Homerum* χλαίνας dici, non tantum craſſa, *Comicorum* more: & τῶν λεπτῶν putem fuiſſe τὰς ἀπλοΐδας & οὔλας forte, de quibus ſupra VII, 47. JUNG.

[57] χλανίδα, καὶ τὸ ἱππικὸν χλαμύδα, ὡς Θετταλῶν· [58] πρώτην δέ φασι χλαμύδα ὀνομάσαι Σαπφὼ ἐπὶ τοῦ ἔρωτος εἰποῦσαν, [59] Ἐλθόντ' ἐξ ὀρανῶ πορφυρέαν ἔχοντα προϊέμενον χλαμύν· καὶ τὰ μὲν [60] ὡς ἐπιτοπλεῖστον ἀναγκαῖα τῇ καθ'

Lænam: equeſtrem vero Chlamydem vocant: ut & Theſſali. Cæterum prima, ut fertur, Sappho Chlamydem dixit, de amore dicens, Cœlitus venientem purpureamque demiſſam habentem chlamydem. Atqui hæc quidem de quotidie

57 Χλαῖναν, καὶ τ. ἱ. χ. ὡς Θετταλοί.] C. V. χλανίδα κ. τ. ἱ. χ. Θετταλῶν. KÜHN.

Χλαῖναν, καὶ τ. ἱ. χ. ὡς Θετταλοί.] MS. χλανίδα habet, non χλαῖναν. Et cum MS. emendandum videtur, ut intelligamus τὸ λεπτὸν ἱμάτιον Atticos χλανίδα vocare, τὸ ἱππικὸν vero χλαμύδα, ut Theſſalorum alas: & ibi enim mox lege ut in MS. noſtro eſt, ὡς Θετταλῶν· non ut vulgo, Θετταλοί· clare te & *Noſter* ipſe jubeat, ſi mihi parere recuſaveris: ſupra VII, 46. τὰς δὲ Θετταλικὰς χλαμύδας, Θετταλικὰ πτερὰ ὠνόμαζον &c. Sed de priori quoque tibi *Noſter* dicat ſe χλανίδα hic ſcripſiſſe: geminus locus ſupra VII, 48. χλανὶς δὲ, ἱμάτιον λεπτὸν &c. & ſupra IV, 116. pariter χλανὶς, & χλαμὺς juncta habes ἐν τραγικῇ σκευῇ. Et ſi locum conſideres præſentem, χλαῖναν etiam inepte repetas: dixit enim jam τὰ λεπτὰ etiam *Homerum* χλαίνας vocare, ut *Comici* ſemper τὰ δασέα· cur denuo dicat, Atticos quidem dicere τὸ λεπτὸν, χλαῖναν. Sed clara hæc ſatis. JUNG.

Χλαῖναν] Probe Codices exarati χλανίδα, quam vocem in textu reſtitui: ridiculum eſſe & ineptum, ſi χλαῖνα hic repetatur, oſtendit *Jungermannus*: *Pollux* præterea, ſtante lectione vulgata, ſibi contrarius eſt: dixerat enim Poëtas *Comicos* hoc ſolo nomine deſignaſſe τὰ παχέα ἱμάτια· qui poſſit itaque fieri, ut Attici τὸ λεπτὸν ἱμάτιον appellent χλαῖναν, cum omnis Attici ſermonis elegantia ſcriptis *Comicorum* cenſeatur: de χλανίσι vero, ſic dici veſtes mollicinas & tenues, omnis Grammaticorum chorus teſtatur, & præterea meliorum auctorum uſus: omnium inſtar erit *Demoſthenes* in *Midiana*, ubi cum *Midiæ* pudendam luxuriam objicere vellet, ad militiam iviſſe dixit ἐπ' ἀστράβης ὀχούμενον ἐξ Ἀργούρας τῆς Εὐβοίας, χλανίδας δὲ καὶ κύμβια καὶ κάδους ἔχοντα· ad quæ *Ulpianus*: χλανίδας μὲν τὰς Μιλησίας, ſicuti χλαίνας Μιλησίας e *Proclo* ſupra protulimus, & ἱμάτια τρυφερά· clariſſime *Clemens Pædag.* lib. III. c. 3. πρὸς δὲ τὸ μαλθακώτερον ἀποκλίναντες γυναικίζονται &c. χλανίσι δὲ διαφανέσι περιπεπεμμένοι. Denique non prætereundus *Ammonii* locus egregius, ubi χλαίνας & χλανίδος differentiam tradit: Χλαῖναν καὶ χλανίδα διαφέρειν φησὶ Τρύφων ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ Ἑλληνισμοῦ, καὶ παρατίθεται Ξενοφῶντα· χλαίνας μὲν γάρ φησι λέγεσθαι ἐπὶ τῶν ἐγκοιμητρῶν καὶ παχέων· διὸ καὶ Ὅμηρον φάναι. Ἔνθα οἱ ἐκθεῖσαι πυκινὸν λέχος, ἐμβάλετ' εὐνὴν Δέμνια καὶ χλαίνας καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα. Χλανίδας δὲ τὰς φορουμένας καὶ μαλακωτέρας. Ἀντεπίπτει τῷ παρατηρήματι, Χλαῖναν πορφυρέην ἀντ' ὀφθαλμοῖσιν ἐπέσχεν. μή ποτε οὖν ἄμεινον λέγειν τὰς μὲν χλαίνας ἐπὶ τῶν ἐγκοιμητρῶν καὶ φορουμένων, χλανίδας δὲ ἐπὶ μόνων τῶν φορουμένων, οὐκέτι δὲ ἐπὶ τῶν ἐγκοιμητρῶν· omnia rectiſſime, niſi me fallo. Mox MSS. monentibus in textu repoſui Θετταλῶν.

58 Πρώτη δὲ φ. &c.] C. V. πρώτην δ. φ. χ. ὀνομάσαι· ſic in ſequentibus legendum εἰποῦσαν. KÜHN.

Πρώτη δὲ φ. &c.] MS. ita: πρώτην δέ φασιν χλαμύδα ὀνομάσαι Σαπφὼ, ἐ. τ. ἔ. εἰποῦσαν &c. JUNG.

Πρώτη δὲ φ. χλ. &c.] Operæ pretium eſt omnem vulgatam lectionem ſimul hic ob oculos ponere, ut, quam fidelis fuerit in hoc loco reficiendo MSS. opera, cognoſcatur: πρώτη δ. φ. χλ. ὠνόμασε Σ. ἐ. τ. ἔρ. εἰποῦσα· Ἔλθοντ' ἐξ οὐρανοῦ πορφυρᾶν ἔχ. π. χλαμύδα· in illis cum *Sapphica* legantur, *Sapphica* quæras tamen, adeo ſui diſſimilis hic eſt *Sappho*: ſed lectione MSS. repoſita cuncta relucecſcunt & nativum accipiunt ſplendorem: in *Falckenburgianis* Excerptis ſuper τὸ ι in ὀνόμασε ſcriptum eſt αι, ὀνομάσαι in ceteris, quod miror, nihil quicquam mutationis eſt adnotatum. Primam uſurpaſſe *Sappho* vocem χλάμυς adfirmat *Auctor* noſter; quod ut mihi intuitu primo mirum accidebat, ſic poſtea confirmatum inveni ab *Ammonio*, cujus hic, quæ protulit e *Didymo*, ponenda ſunt, & e *Polluce* illuſtranda verba: ἡ μὲν χλαῖνα ἡρωϊκὸν φόρημα, χλαμὺς δὲ Μακεδονικὸν, μετὰ ἑξακόσια ἔτη τῶν ἡρωϊκῶν ὀνομασθεῖσα· Σάπφω (αὕτη γὰρ μέμνηται τῆς χλαμύδος) διαφέρειν φησὶ καὶ τῷ σχήματι· ubi velim obſerves chlamydem, cum ab aliis Theſſalis adſcribatur, Macedonicam ab *Ammonio* dici veſtem: de cetero locus ille non parum afflictus eſt, cui pro viribus medelam ferre conſtitui: ſic ſcribe poſteriora: Σάπφω πρώτη γὰρ μέμνηται τῆς χλαμύδος· διαφέρειν φησὶ (ſcilicet *Didymus*, quem antea nominarat) καὶ τῷ σχήματι &c. nimirum hoc uſus erat argumento *Didymus*, cum chlamydem ſexcentis poſt heroum tempora bellumque Trojanum annis ſic dictam aſſeruiſſet, quod prima meminerit ejus *Sappho*; tot enim annis circiter hæc celeberrima poëtria vixit poſt bellum Trojanum: hic vero jam ex *Ammonio* eadem opera detegere licet fontem, ex quo ſua derivaverit *Pollux*, videlicet e *Didymi* Commentario ſecundo in *Iliadem*. Sequuntur mellitiſſimi *Sapphonis* verſiculi: Ἐλθόντ' ἐξ ὀρανῶ πορφυρέαν ἔχοντα προϊέμενον χλάμυν. Primum quidem ὀρανῶ rectiſſime MSS. quod ſi commutaveris in ὠρανῶ, ut fecit *Jungermannus*, metri forſitan legibus officies: οὐρανὸς, Dores ὠρανὸς, Æoles ὀρανός· erudite & prorſus eleganter *Muretus* ad *Horatii* lib. I. *Od.* 9. eandem ſcripturæ rationem Æolicam reſtitutum ivit in *Alcæi* iſtis verſiculis: Ὕει μὲν ὁ Ζεὺς, ἐν δ' ὀρανῷ μέγας Χειμών· πεπάγασι δ' ὐδάτων ῥοαί· ibi apud *Athenæum* lib. X. c. 8. in quibuſdam editionibus ὠρανῷ legitur, in quibuſdam ὠρανῷ· prius ad ſenſum ineptum, alterum ad verſum; utrique ſcrupulo cum occurratur repoſito ὀρανῷ, nihil eſt amplius illa de lectione dubitandum, cui momentum ex hoc *Sapphus* loco accedit: concinne vero *Scaliger* πρωὶ ἵμενον· cui plane aſſentior, niſi quod πρεὶ Æolice ſcribendum putem: erit tamen cui magis arrideat προϊέμενον· neque rejicio; cogitabam etiam aliquando περιέμενον. De Cupidine vero ſeu aureo amore ſimilia ſexcenta e poëtis, in quibus *Sapphonem* præ oculis habuiſſe videri poſſent, adferre liceret.

59 Ἐλθ. ἐξ οὐρανοῦ &c.] C. V. ἐξ ὀρανῷ πορφυρέαν ἔ. π. χλαμύν· ὠρανῶ, Doricum eſt. KÜHN.

Ἐλθ. ἐξ οὐρανοῦ &c.] In ipſa χρήσει MS. ἐλθόντ' ἐξ ὀρανῷ πορφυρέαν ἔχ. πρ. χλαμύν· quæ profecto Αἰολικώτερον ſonant, qua dialecto *Sapphonem* uſam ſcimus. An ſcribendum itaque, ἐλθόντ' ἐξ ὠρανῶ πορφυρέαν ἔχ. πρ. χλαμύν. Vulgati alias πορφυρᾶν pro quo *H. Stephanus* πορφυρᾶν edit in fragmentis Lyricorum. Magnus *Scaliger* vero *Caſtig.* in *Catull.* ubi ait, quem nudum *Cupidinem* alii pingunt, cum in tunica proſcribere *Catullum* imitatione *Sapphus*, adfertque hunc locum, habet: πορφυρᾶν ἔχοντα πρωὶ ἵμενον χλαμύδα. JUNG.

60 Ὡς ἐπιτοπλεῖστον ἀναγκαίων &c.] C. V. ἀναγκαῖα τ. κ. ἡ. χ. σκευὴ προείρηται &c. KÜHN.

Ὡς ἐπιτοπλεῖστον ἀναγκαίων &c.] MS. καὶ τὰ μὲν ἐπιπλεῖστον ἀναγκαῖα τῇ καθ' ἡμέραν χρήσει σκευὴ προείρηται. JUNG.

Ὡς ἐπιτοπ. ἀναγκαίων &c.] Ἀναγκαῖα dedimus e MSS. & mox σκευὴ, ubi vulgo σκευῶν· pauloque poſt minus eleganter vulgo, συναπτέον δὲ δι' ὀλίγων τὰ λεπτὰ &c.

neceſſariis vaſculis dicta ſint: his vero paucis reliqua conjungenda ſunt, utpote quæ gynæceum attinent.

ἡμέραν χρήσει σκεύη προείρηται· συναπτέον δὲ δι' ὀλίγων [61] τὰ λοιπὰ, οἷον τὰ τῆς γυναικωνίτιδος.

125 ## * CAPUT XXVIII.

De gynæcei vaſculis.

GYnæcei porro vaſcula, fiſcellas, & calathos dicamus: cophinulos quoque & calathiſcos: præterea aſinum quoque inſtrumentum, ſupra quod nent: quod & ἐπίνητρον vocant. Fuſum, vertebram, filum, radios, & pectines, telam, & telæ antium, vel regulam, cubitumve. Et celontes telam ſuſtinentes: leiaſtæque lapides, &

* ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ. 125

[62] Περὶ τῶν ἐν γυναικωνίτιδι σκευῶν.

[63] ΚΑὶ τὰ μὲν τῆς γυναικωνίτιδος σκεύη, ταλάρους ἂν καὶ καλάθους [64] καὶ καλαθίσκους ἐροῦμεν· [65] καὶ ταλάρια δὲ καὶ καλάθια· καὶ μὴν καὶ ὄνον, [66] ἐφ' οὗ νῶσι, καὶ ἐπίνητρον, καὶ ἄτρακτον, καὶ [67] σπόνδυλον, [68] καὶ κλωστῆρα, καὶ κερκίδας, καὶ κτένας, καὶ ἱστὸν, [69] καὶ ἱστοῦ ἀντίον, καὶ κανόνα, καὶ πῆχυν, [70] καὶ κελέοντας τοὺς καὶ ἱστόποδας, [71] καὶ λείας τὰς καὶ

61 Τὰ λοιπὰ] MS. καὶ τὰ λ. SEB.

Τὰ λοιπὰ] MS. καὶ τὰ λοιπὰ &c. plenius, ut *Seberi* MS. etiam. JUNG.

62 Περὶ τῶν ἐν γυν. &c.] C. A. περὶ γυναικείων· nec *Salm* titulum vulgatum legit: dein textus: συναπτέον δὲ δι' ὀλίγων καὶ τὰ λοιπὰ τὰ τῆς γυναικωνίτιδος ταλάρους, καλάθους, καλαθίσκους, ταλάρια, καλάθια κ. μ. κ. ὄ. ἐ. οὗ ν. ἐπίνητρον ἄτρακτον σπόνδυλον κ. κ. κ. ἱ. ἱστοῦ καιῆρις ἀντίου κανόνα π. κιλίοντας (ita & C. V. qui addit τοὺς καὶ ἱστοπ.) λ. ἀ. σπάθας· φιλύλλιος δὲ τ. ἱ. KÜHN.

Περὶ τῶν ἐν γυν &c.] MS. noſter omiſſis titulo capitis, ut & ejus primo verſu, ſtatim ita præcedenti adnectit: οἷον τὰ τῆς γυναικωνίτιδος, ταλλάρους καὶ καλάθους καὶ καλλαθίσκους ἐρ. ita enim λ modo, modo duplici λλ hic variat: vides autem quæ *Seberus* noſter inſeruit e ſuo Codice, ea & noſtro confirmari. JUNG.

63 Καὶ τὰ μὲν &c.] Nec *Salm.* iſta legerat in ſuo Codice. KÜHN.

64 (Καὶ καλαθίσκους)] E MS.

65 Ταλάρια δ' αὖ &c.] MS. καὶ ταλλάρια δὲ καὶ καλάθια. JUNG.

Ταλάρια δ' αὖ &c.] Præplacuit vulgatæ MSS. lectio, quam textui reddidi. Plurimæ autem hic voces fuerunt, quas additas e MS. uncinulis inſeruerat *Seberus*, quos omnes ego delevi.

66 Ἐφ' οὗ νῶσι] Supra VII, 32. SEB.

Ἐφ' οὗ νῶσι] Eadem ſupra VII, 32. JUNG.

67 Σφόνδυλον] MS. σπονδυλον, quod linguæ Comm. ſed σφόνδ. Att. SEB.

Σφόνδυλον] C. V. σπόνδυλον· ut & notavi ex C. A. ſupra. KÜHN.

Σφόνδυλον] MS. noſter etiam καὶ ἄτρ. καὶ σπόνδυλον, ut *Seberi* MS. JUNG.

Σφόνδυλον] Σπόνδυλος omnes MSS. ſupra tamen VII, 31. σφόνδυλος. Modo legebant Excerpta *Falckenburgiana*: καὶ ἐπίνητρον τὸ ἄτρακτον· ac ſi poſterius prioris eſſet expoſitio: non male revera: vide de ἐπινήτρῳ *Heſychium* & *Etymologum*: paulo poſt καὶ ἱστὸν e MSS. Κανὼν ea ſignificatione, quam hic adnotat *Pollux*, uſurpatur ab *Homero Il.* ψ. ad cumque locum *Scholiaſtes* antiquus ita vocem exponit: ὁ κάλαμος, περὶ ὃν εἱλεῖται ὁ μίτος ὁ ἱστουργικός· Πῆχυν alibi me legiſſe in textoris inſtrumentis non admemini: temere mutatam vocem nolim; ſuccurrebat tamen πήνιον huic loco aptiſſimum, de quo & lib. VII. Noſter; præcipue quod eodem ſummi poëtarum loco, unde κανόνα produxi, πήνιον etiam legatur: tam de πηνίῳ quam κανόνι videndus *Euſtathius*.

68 (Καὶ) κλωστῆρα] MS. καὶ κλ. καὶ κ. καὶ κτένας, καὶ ἱστὸν &c. & illud itaque καὶ etiam ante ἱστὸν interpone. JUNG.

69 Καὶ ἱστοῦ ἀντίον] *Salm.* C. καὶ ἱστοῦ ἀγγεῖον ἀντίου. KÜHN.

70 Καὶ κέλοντας τοὺς ἱστόπ.] Vid. ſupra VII, 36. prior. edition. κλίοντ. SEB.

Καὶ κέλοντας τοὺς ἱστόπ.] C. V. κελέοντας τοὺς καὶ &c. prius etiam ex C. A. notavi. KÜHN.

Καὶ κέλοντας τοὺς ἱστόπ.] MS. καὶ κελέοντας, τοὺς καὶ ἱστόποδας, καὶ &c. quæ lectio me hercle placet: τοὺς καὶ ἱστόποδας ſcilicet καλοῦσιν· ſupra VII, 36. καὶ κέλοντες δὲ οἱ ἱστόποδες καλοῦνται· ſed ibi MS. noſter deficiebat: mallemque reponere κελέοντες cum viris doctis, quod hic locus confirmat. JUNG.

Καὶ κέλοντας τοὺς ἱστόπ.] Egregie MSS. κελέοντας τοὺς καὶ ἱστόποδας· κελέοντας & in Excerptis *Falckenburgianis* inveni: κελέοντας autem telæ ſtatumina ſeu ἱστόποδας eſſe Grammatici docent. Mox editum fuit ante nos: καὶ λειάστας καὶ ἀγνύθας· ubi ne mireris in textu nos reſtituiſſe *Jungermanni* emendationem nulla MSS. auctoritate munitam: tam enim eſt facilis & perſpicua, ut nemo ſani cerebri de ejus veritate ſit dubitaturus: in *Ariſtotelis* autem utriſque locis maluero cum quibuſdam eruditis viris ἴτλας ex *Heſychio*, vel etiam λείας legere. Porro de pleriſque his adeundus eſt vir eruditionis eximiæ, ſub cujus auſpiciis Theologiam me literaſque humaniores excoluiſſe honori mihi duco, *Joh. Braunius* in opere perfectiſſimo de *Veſtitu Hebræorum*.

71 Καὶ λειαστὰς, καὶ ἀγνύθας] MS. ἄγνυθες, ut eſt ſupra VII, 36. SEB.

Καὶ λειαστὰς, καὶ ἀγνύθας] Leg. καὶ λείας τὰς καὶ ἄγνυτας ex *Heſych.* KÜHN.

Καὶ λειαστὰς, καὶ ἀγνύθας] Supra VII, 36. eſt λεῖαι· ubi tamen MS. deficiebat. In *Heſychio* eſt: Ἀγνῖθες, λεῖαι. Et iterum: Ἀγνύστας (ubi forte legendum ἀγνύθας) λείας· οἱ δὲ τὰς ὤας τῶν ἱστῶν. Idem Λεὰς, τὰς ἀπὸ τῶν ἱστῶν κρεμαννυμένας ἄκρας. Apud *Ariſtot.* lib. I. de *Generat. Animal.* cap. 4. τοὺς λάας προσάπτουσιν αἱ ὑφαίνουσι τοῖς ἱστοῖς· lib. V. vero cap. 7. προσάπτουσι τὰς καλουμένας λαιάς. Quæ valde ſane variant: genere tamen fere ſequiore hanc vocem formatam invenias. Scin' quid ſuſpicer, & noſtrum *Pollucem* ſupra VII, 36. λεῖαι, ſcripſiſſe, & hic λείας τὰς, ut male coaluerint, quod in MS. nihil novi, duæ voculæ, totuſque hic locus ſcribi queat: καὶ κελέοντας, τοὺς καὶ ἱστόποδας, καὶ λείας, τὰς καὶ ἀγνύθας, καὶ σπ. Viri docti tamen ſtatuant, ut de noſtris omnibus. Alias ἄγνυθας, proparoxytone ſcripſi, ut *Seberus* in ſuo invenit: *Noſter* enim hic accentu carebat: & vocula alias variat ut & alicubi *Sylburgium* admonuiſſe ſupra dixi. JUNG.

126 ἀγνύθας, καὶ σπάθας. * [72] Φιλύλλιος γὰρ ἐν Πόλεσι [73] καὶ τὸ ἱστουργικὸν ἐργαλεῖον, σπάθην ὠνόμασεν, [74] εἰπών· σπαθᾶν τὸν ἱστὸν οὐκ ἔσται σπάθῃ· [75] προσθήσεις δὲ τούτοις [76] καὶ σταθμὰ, καὶ τάλαντα, ζυγὸν, πλάστιγγας, [77] τρυτάνην· καὶ [78] σταθμία δὲ χαλκᾶ ἐν τῇ ἐπ' Ἀλκιβιάδου ἄρχοντες ἀναγραφῇ τῶν ἐν ἀκροπόλει ἀναθημάτων ἀναγέγραπται· στάσιμα δὲ, τὰ σταθμία Κηφισόδωρος κέκληκε· τῶν δὲ γυναικείων σκευῶν, κτένιον, ξάνιον, [79] κομμώτριον, ξυρὸν, κάτοπτρον, οὗ τὴν θήκην λοφεῖον [80] καλοῦσι,
127 ψαλὶς, παρωπὶς, προσωπίς· * καὶ ὡς ἐν Δαναΐσιν Ἀριστοφάνης, προσωπίδιον, [81] θολία,

agnythes, a tela ſuſpenſi, atque ſpathas. 126
* Philyllius enim in Urbibus textorium inſtrumentum ſpatham nominavit, de ſtudioſe texentibus loquens. His etiam adnumerabis libras, bilancem, jugum libræ, lances, trutinam. Et pondera ænea, in actis Alcibiadis Imperatoris inter ſummæ arcis anathemata reſcripta ſunt. Pondera vero Cephiſodorus juxta vocavit. Muliebrium quoque inſtrumentorum ſunt pecten, calamiſtrum, novacula, ſpeculum, cujus thecam lophium vocant. Forfex, frontale, larva, & larvula, * ut in Danaidi- 127
bus Ariſtophanis. Petaſuſque turbinatum

72 Φιλ. γὰρ ἐν Π.] *Philyllii πόλεις* ab *Athenæo* ita interdum citantur, quaſi auctor ejus fabulæ incertus eſſet, ut videre potes apud *Caſaub.* III. *Anim. 9.* JUNG.

73 Τὸ ἱστουργικὸν] C. A. καὶ τὸ ἱ. KÜHN.

Τὸ ἱστουργικὸν] MS. plenius, πόλεσι, καὶ τὸ ἱστουργ. JUNG.

Τὸ ἱστουργ. ἐργ. &c.] Adjecimus e MSS. καὶ, quod ſenſum facit pleniorem: poſt hæc nemo facile veſtigia verborum *Philyllii* detexiſſet, quæ jam MSS. indicibus nobis clariſſima ſunt: *Jungermannum* bene reſtituiſſe opinor ἐπὶ τῷ pro iſtius, quam ille reperit, lectionis indole: haut enim difficile τῷ in τῶν commutari poteſt: ſed Excerpta *Falckenburgiana* paululum diſſentiunt, quippe quæ hunc in modum poëtæ verba præ ſe ferant: εἰπών· σπαθᾶν τὸν ἱστὸν οὐκ ἔσται σπάθῃ· de eximia Codicis hujus fide & præſtantia, cujus prædicatorem ſæpius egi, nihil equidem præfabor: lectionem autem hanc eſſe veriſſimam me cenſere non diffiteor; adhibeas modo aptam diſtinctionem & ſcribas σπάθῃ· εἰπών, σπαθᾶν τὸν ἱστὸν οὐκ ἔσται σπάθῃ· εἰπὼν ſcilicet *Philyllius*: σπάθην ὠνόμασεν εἰπών· creberrime ſic loqui ſolet *Noſter*: cetera ſic verto: *telam percutere & cogere ſola non poteſt ſpatha*: credo, illum exemplis voluiſſe oſtendere, nihil inſtrumenta ſola poſſe, niſi quis ea moveat, & in uſum adhibeat: in iſtorum numero ſpatham poſuit, & hoc ipſum forſitan ſua non caruit elegantia, quod melius equidem perciperemus, ni *Philyllii* fabulas cum innumeris aliis invida nobis vetuſtas ſurripuiſſet: ſcriptionem illam Codicis *Falckenburgiani* integram textui donavi: ſi quis alterum forte magis probet, ego quidem non intercedam, quo minus ſua voluptate fruatur. Aliud autem σπάθη, aliud κτείς· uſum ſi reſpicias, utriuſque, credo, non diverſus fuit: ſed non utroque in eodem texturæ genere uti ſolebant: ut enim ex *Heſychio* cognovi σπάθῃ ſolidabatur textura recta, ſeu ὀρθὸν ὕφασμα· κτενὶ vero, ut exiſtimo, aliud quodcunque texturæ genus: *Heſychius* profecto σπαθητὸν exponit, τὸ ὀρθὸν ὕφασμα σπάθῃ κεκρουμένον οὐ κτενί. Romanis autem κτεὶς *pecten*, unde non ineleganter in Codice lib. XI. *arguto pectine ſolidare fila*, in quibus ad *Virgilium* alluſum. Præter alios hac de re dixit ſuperiori nota laudatus nobis *Joh. Braunius.*

74 Ἐπὶ τῶν σπαθώντων &c.] Verba poëtæ ita refert C. V. ἐπὶ τῶν σπαθᾶν τὸν ἱστὸν οὐκέσται σπάθῃ· legerem:

Ἐπὶ τὸ σπαθᾶν τὸν ἱστὸν οὐκ ἔσται σπάθη.

Ad percutiendam telam non aderit ſpatha. KÜHN.

Ἐπὶ τῶν σπαθώντων &c.] MS. auctius ἐπὶ τῶν σπαθᾶν τὸν ἱστὸν οὐκ ἔσται σπάθῃ· προσθ. &c. belle ſcilicet χρῆσιν e *Comico* ipſam conſervavit: modo legamus τῷ· alias enim ſenſum non video. Sic itaque integer ſenarius fuerit:

Ἐπὶ τῷ σπαθᾶν τὸν ἱστὸν οὐκ ἔσται σπάθη.

Supra *Noſter* VII, 36. σπάθη, ὅθεν καὶ σπαθᾶν &c. forte quoque hunc locum in mente habens: σπάθης ejus mentio & apud *Platonem Lyſide*: οὔτι γάρ που διακωλύει σε ἢ τῆς σπάθης, ἢ τῆς κερκίδος, ἢ ἄλλου του τῶν περὶ ταλασιουργίαν ὀργάνων ἅπτεσθαι. JUNG.

75 Προσθήσεις] C. V. προσθέσεις δὲ male. KÜHN.

76 Καὶ σταθμοὺς, τάλ. &c.] C. A. σταθμὸν τ. ζ. πλάστιγγαν τρυτάνην σταθμία χαλκᾶ. στάσιμα ὡς Κηφ. κτένιον ξ. κομμώτριον, ξυρὸν &c. C. V. σταθμὰ καὶ τάλαντα &c. KÜHN.

Καὶ σταθμοὺς, τάλ. &c.] MS. καὶ στάθμα, καὶ τάλ. καὶ ζ. καὶ πλ. Et ſupra IV. 171. de libra *Noſter* quoque in MS. στάθμα, τάλαντα, ζυγὸς habebat: ubi id probum eſſe dixi: nempe σταθμὰ tamen ὀξυτόνως videtur rectius: & quis neſcit? JUNG.

Καὶ σταθμοὺς, τάλ.] Morem gerendum MSS. duxi, in quibus erat καὶ σταθμὰ, καὶ τάλαντα· ſic & *Heſychius*: Σταθμὰ, θύμετρα, τάλαντα· apud *Ariſtotelem* vero in *Mechanicis*: τὸ στάθμιον καὶ ἡ ῥοπὴ καὶ τὸ ζύγιον. Sed quod hic ἀναθημάτων ἀναγραφῆς mentionem fecerit *Auctor*, non prætereundum: alibi quoque meminiſſe ſcio: crediderim equidem ſingulis annis donariorum, quæ *Minervæ* ſuſpendebantur, deſcriptionem eſſe factam, & in arce repoſitam, quod eo mihi magis arridet, quia ἐπ' Ἀλκιβιάδου ἄρχοντος factam ἀναγραφὴν hic adducit; unde nimirum conſtare poteſt, alias etiam ſub aliis archontibus ἀναγραφὰς fuiſſe donariorum.

77 Τρυτάνην.] MS. καὶ τρυτάνην· καὶ στάθμια χαλκᾶ &c. JUNG.

78 Σταθμία] Iterum MS. στάθμια. JUNG.

79 Κομμώτριον] MS. κομμώτριον, non recte. Sed hoc recte ni fallor, quod diſtinguit commate, κομμώτριον, ξυρὸν, &c. nam hæc vulgo non debent jungi. Sic ξυρὸν ſeparatum & ſupra VII, 95. in muliebri mundo habuiſti: fuit ibi & κομμωτρίδιον. JUNG.

80 Καλοῦσι, ψ. &c.] Abeſt a C. A. ψ. π. π. προσωπίδιον. KÜHN.

81 * Θολεῖα] Sic & MS. At ſupra VII, 174. & infra Segm. 138. θολία. SEB.

* Θολεῖα] C. A. θηλεῖα &c. θηλοειδής· C. V. θόλια· *Heſych.* Θολία, πέτασος εἰς ὀξὺ συνηγμένος, σκιάδιον. KUHN.

* Θολεῖα] *H. Steph.* ſui Codicis oræ adſcripſerat: *θολία apud Theocr. in Theſ. ſupra θόλεα* VII, 174. ſcilicet in prioribus editionibus. Jam enim θολία ibi habes: ut & infra Segm. 138. θολίαν. *Seberus* in ſuo MS. hic θολεῖα fuiſſe indicat: ego ſane id in *Palatino* etiam invenio: ſed mehercle a manu recentiore refictum ita: quum alias θολία fuiſſe omnino credam, ſicut & ſupra VII, 174. in MS. erat: & id mihi ſane retinendum videtur: a quo certe θολίαν ſupra caſu obliquo habes, ut dixi. *Heſychius*: Θολία, πέτασος εἰς ὀξὺ συνηγμένος· σκιάδιον. JUNG.

* Θολεῖα] Θολίαν bene eſt, quod emendaverit *Jun-*

in morem contextus. Imbricamentum, flabellum: umbraculum, quod etiam *σκιάδα* vocaveris. Sic etenim & Bacchi umbraculum vocatur, quod Comici alam vocitant. Strattis vero in Pſychaſtis flabello præmiſſo mox umbraculum ſubjungit. Plurima vero in veſtibus, calceamentis, & muliebri mundo ante præ-

πλέγμά τι [82] θολοειδὲς ἐπὶ σκιᾷ, καὶ ῥιπὶς, [83] καὶ σκιάδιον, ὃ καὶ σκιάδα ἂν εἴποις· οὕτω γὰρ καὶ τὸ Διονύσου [84] σκιάδιον καλεῖται, καὶ πτερὸν δὲ τὸ σκιάδιον οἱ κωμῳδοποιοὶ καλοῦσι· [85] ὁ δὲ Στράττις ἐν Ψυχασταῖς προειπὼν ῥιπίδα, [86] ἐπήγαγε εἴτε σκιάδιον· [87] τὰ δὲ πολλὰ τούτων ἐν ἐσθῆσιν, ἢ ὑποδήμασιν, ἢ κόσμοις γυναικείοις, ἤδε προεί-

germannus: altera enim ſcripturæ ratio parum eſt in uſu, etſi ι & ει frequentiſſime commutari ſæpius obſervaverimus: *θολίαν* autem exponit *Pollux* *πλέγμα θολοειδὲς*, quod tholo ſimillima eſſent umbracula; ſiquidem & ipſa nominis ratio a formæ ſimilitudine petita: Rhetoricum Lexicon apud *Euſtathium* ad *Od.* X. *Θόλοι, στέγαι, ἐπάλξεις, καμάραι· θολία δὲ θηλυκῶς πῖλος εἰς ὀξὺ ἀπολήγων.* Eleganter *Ovidius* de Arte Am. lib. II. v. 208. *Ipſe tene diſtenta ſuis umbracula virgis*: ut emendavit præſtantiſſimus *Heinſius*: plura dixi de umbraculis ad lib. VII. Segm. 174. quæ huic loco lucem affundunt. Rectiſſime vero *Jungermannus* *ἐπὶ σκιᾷ* ex vulgata MSSque lectione formavit, quod non dubitavi in textu reponere: *Tholia* vel *umbraculum*, *plexum opus tholi ſimile ad umbram faciendam.* Poſtea *καὶ* ante *ῥιπὶς* in vulgatis aberat: ſed de *ῥιπίδι* quid eſt, quod hic inter umbraculorum nomina recenſeatur? ſic certe & *Heſychius*: *Ῥιπὶρ, ῥιπὶς, τὸ πλέγμα, ἢ ἐκ σχοίνων πίτασος·* additque tum Atticos appellare *ῥιπίδα*, flabellum, quo moto ignem inflammant, eaque de notione adnotavi quædam ad Segm. 94. ut de alia, cum vel flabellum, quo muſcæ abiguntur, vel quo ventulus fit æſtivi ardoris temperandi cauſa, deſignat: apud *Heſychium* certe *ῥιπὶρ*, niſi quis hoc ejiciendum penitus exiſtimet, formam vocis Laconicam indicat: nec *Strattis*, ex quo *ῥιπίδα* hac ſignificatione *Pollux* adduxit, vocum elegantiarumque Atticarum haberi poteſt accuratus auctor: adeo ut minime mihi perſuadeam, ſignificationem illam *ῥιπίδος*, cum pro umbraculo uſurpatur, ex Attici ſermonis fontibus eſſe repetendam: paucis rem totam explicabo, & ſi quid eſt difficultatis, quod alicui moras facere poſſit, id omne tollam: Attici *ῥιπίδα* proprie dixerint, cujus agitatione concitatus ignis flammas concipiebat: hinc porro flabellum, quo vel muſcas abigebant, vel quo incommodum æſtatis ardorem mitigabant; qua poſteriori ſignificatione non raro apud *Chryſoſtomum* legiſſe commemini: poſterioris autem generis flabella potuiſſe explicari iterumque in plicas componi nihil eſt, quo minus exiſtimemus: nimirum ea ratione, qua id hodie fieri conſuevit: apud Romanos quidem flabella conficiebantur e tenuibus tabellis, quibus motis ventos faciebant, quæque dubio procul complicari etiam potuerunt: meminit *Ovidius* de Art. Am. lib. I. v. 161. *Profuit & tenues vento moviſſe tabellam*: ſic reſtituit e MSS. Codicibus Nobiliſſ. *Heinſius*, cum antea longe aliter legeretur: vide notam ejus ad *Ovidii* locum: ſed is præterea flabellorum iſtorum eſt uſus hoc tempore, ut prætendantur faciei ad umbram faciendam, caloremque ſolis amovendum; quod cum & olim factum fuerit, communior dialectus *σκιαδίου* & *ῥιπίδος* ſignificationem non raro invertiſſe videtur: hæc niſi quis probaverit difficillime, credo, rationem reddet, ob quam umbraculum dictum fuerit *ῥιπίς*. Sed manum de tabula.

82 *Θολοειδὲς· ἐπίσκια*] C. A. *ἐπίσκια*, leg. *ἐπὶ σκιᾷ*· cohæret enim cum præcedentibus ita: *θολία πλέγμά τι θολοειδὲς ἐπὶ σκιᾷ· θολία eſt textile, quod teſtudinis formam repræſentat, umbræ cauſſa.* KÜHN.

Θολοειδὲς· ἐπίσκια] Sed forte major menda tollenda eſt, hic porro enim MS. habet *θολοειδὲς ἐπισκιᾷ*, *καὶ* &c. jam itaque locum, qui vulgo puncto male diſtractus, & in *ἐπίσκια* male confuſus eſt, ita reſtitue: *θολία, πλέγμά τι θολοειδὲς ἐπὶ σκιᾷ, καὶ ῥιπὶς* &c. nil verius: *θολίας* enim uſus ut inumbraret, unde & cum *σκιαδίῳ* ſupra VII, 174. & hic recte jungitur. JUNG.

83 *Καὶ σκιάδιον*, &c.] C. A. *ῥιπὶς, σκιάδιον, ὃ κ. σ. εἴποις ἄν· οὕτω γὰρ τὸ Δ. σ.* KÜHN.

84 *Σκιάδιον καλεῖται, καὶ πτ.* &c.] MS. *σκιάδειον*· & mox: *πτερὸν δὲ τὸ σκιάδειον οἱ Κωμοποιοὶ* (leg. *κωμῳδοποιοὶ* ut infra Segm. 129.) *καλ.* SEB.

Σκιάδιον καλεῖται, καὶ πτ. &c.] C. A. *ὃ καὶ πτ. οἱ κωμῳδοί*· reliqua capitis abſunt C. V. *καὶ πτερὸν δὲ τὸ σκιάδιον οἱ* &c. *Salm.* *κωμῳδοποιοὶ ποιοῦσι.* KÜHN.

Σκιάδιον καλεῖται, καὶ πτ. &c.] Scribe auctius & plenius, cum noſtro MS. ita habente: *καλεῖται, καὶ πτερὸν δὲ τὸ σκιάδιον οἱ κωμῳδοποιοὶ καλοῦσι*· nec abit multum *Seberi* noſtri MS. JUNG.

Σκιάδιον καλεῖται] Umbraculum hoc *Bacchi* lib. VII. quoque *Pollux* adnotaverat: plura neſcio quo loco collegit *Meurſius*. Poſt hæc longe pleniorem nobis *Pollucem* & elegantiorem MSS. tradunt: ſic fuit olim: *καὶ πτερὸν οἱ κωμῳδοὶ καλοῦσι. Στράττις δὲ ἐν Ψυχασταῖς* &c. *Πτερὸν* vero *τὸ σκιάδιον* ab explicita figura alarumque ſimilitudine; niſi quis ex alis umbracula & flabella confecta velit: partem quandam ædificiorum & ita dictam non neſcio: *Heſychius* etiam *Πτερὸν, σκηνή*· ſupra ad libr. VII. 174. *σκηνὰς* etiam vel *σκηνὴν* dicta fuiſſe umbracula obſervabamus: id tamen ad hunc *Heſychii* locum nihil pertinet.

85 *Στράττ. δὲ ἐν Ψ.*] MS. *ὁ δὲ Στράττις ἐν τοῖς Ψυχασταῖς* &c. Ceterum de *Ψυχασταῖς* *Strattidis* *Caſaub.* noſter VII. *Athen.* 23. ubi *ψυχάζειν*, *frigus captare* eſſe ait, & hæc verba *Pollucis* hic titulum dramatis nobis aperire. JUNG.

86 *Ἐπήγαγε σκ.*] Iterum MS. plenius *Comici* verba exprimit habens: *ἐπήγαγε εἴτε σκιάδιον. Strattim* poſtquam *ῥιπίδα* nominavit, nempe ſubjunxiſſe, *εἴτε σκιάδιον*· promiſcui illa & ejuſdem fere uſus ſcilicet. JUNG.

Ἐπήγαγε σκιάδιον.] Reſtitui MSS. lectionem: *ἐπήγαγε, εἴτε σκιάδιον*· ut nimirum ipſa *Comici* verba in iſtis contineantur. *Strattidis* fabulas poſt *Caſaubonum* ad *Athenæum* etiam *Meurſius* vir multæ lectionis in *Attica Bibliotheca* collegit, & quibuſdam aliis locupletavit.

87 *Τὰ δ. π. τ. ἐν ἐσθήτεσιν*] C. V. *τούτων ἐν ἐσθῆσιν, ἢ ὑ. ἢ κόσμοις ἤδη γυναικείοις πρ.* KÜHN.

Τὰ δ. π. τ. ἐν ἐσθήτεσιν] MS. *τὰ δὲ πολλὰ τούτων, ἐν ἐσθῆσιν, ἢ ὑποδ. ἢ κόσμοις ἤδη γυναικίοις προ.* quæ lectio profecto vulgata rectior & melior, niſi tamen potius *γυναικείοις* retinere velis: certe *τούτων* ſcribendum omnino eſt. Horum multa ſupra in re veſtiaria, vel calcearia, ubi tota cohors collocata fuit ejuſmodi nugarum ad calcem capitis 22. lib. VII. & de mundo muliebri lib. V. cap. 16. Et vulgatum *ἐσθήτεσιν* videtur *ποιητικώτερον*, quam quod *Pollux* dixiſſe credi debeat. JUNG.

Τὰ δὲ πολλὰ τῶν ἐν ἐσθήτεσιν] In iſtis emendandis MSS. ſecutus ſum, quorum lectio aliam & longe meliorem ſententiam continet, ut bene *Jungermannus* obſervavit: paulo poſt *ἀλαβαστοθῆκαι* e MSS. repoſui, qua de ſcriptione cum ſupra uberius a nobis ſit actum, hic nihil dicam.

ρηται, ὥσπερ [88] καὶ ἀλαβαστοθῆκαι· [89] καὶ παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Μισογύνῃ, σανδαλοθῆκαι· ἐν δὲ Ἀριστοφάνους Αἰολοσίκωνι καὶ σμηματοφορεῖον.

dicta ſunt: quemadmodum & Alabaſtrorum thecæ, & ſandaliorum thecæ apud Menandrum in Miſogyne.

128 • ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ.

[90] Περὶ τῶν τοῦ γεωργοῦ σκευῶν.

ΤΩν δὲ ἐν ἀγρῷ σκευῶν τὰ ἀναγκαῖα, [91] ἄροτρα, καὶ ἀρότρου μέρη· καὶ ἅμαξα, καὶ ἁμάξης μέρη· τὰ δὲ λοιπὰ, πτέον ὡς οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν· ἢ πτύον, [92] ὡς Ὅμηρος· οὕτω γὰρ λέγει, ὅταν φῇ. Ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ πλατέος πτυόφιν

• CAPUT XXIX. 128

De ruſtici inſtrumentis.

AGreſtium autem inſtrumentorum neceſſaria ſunt aratra, & aratri partes, plauſtrum, & plauſtri partes: reliqua vero ex Atticorum appellationibus ſumenda ſunt. Ventilabrum, ſecundum Homerum.

88 Καὶ ἀλαβαστροθῆκαι.] Ἀλαβαστοθῆκαι ſine ρ C. V. cum augmento hoc: *ἐν δὲ Ἀριστοφάνους Αἰολοσίκωνι καὶ σμηγματοφορεῖον· καὶ παρὰ M.* &c. *σμηγματοφορεῖον eſt theca, in qua aſſervatur & circumfertur lomentum, ſmegma.* KÜHN.

Καὶ ἀλαβαστροθῆκαι.] MS. *καὶ ἀλαβαστοθῆκαι·* recte: refert ſe ad ſupra Segm. 121. ubi quoque ex MS. ita legendum docui. JUNG.

89 *Καὶ παρὰ M. ἐν* &c.] Iſta *καὶ παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Μισογ. σανδαλοθῆκαι·* MS. omittit. Et ſane jacturam non faciamus, quum ſupra VII. 87. & Segm. 50. jam fuerint. Non tamen delenda jubemus: ſed addenda alia, quæ MS. poſt *ἀλαβαστοθῆκαι* præclare ſubjicit, hæc: *ἐν δὲ Ἀριστοφάνους Αἰολοσίκωνι καὶ σμηματοφορεῖον.* Quæ verba quoque in fine hujus capitis addenda monet *Schottus* noſter ex MS. *Salmaticenſi*, niſi quod habeat is *σμηματοφόρον*, malim tamen *σμηγματοφορεῖον* notum quid fuerit *σμῆγμα* in mulierum coſmetice ſupervacua non ſupervacuum, variis uſibus inſerviens ad cutem in facie extendendam, ad dentes fricandos, alia: *σμῆγμα, καθαρτικὸν, τὸ ἀποσμῆχον.* Nil tamen temere in ſcriptura muto: poſſit enim utrumque verum eſſe. Et in *Etymologico* extat: *σεμίδαλις, παρὰ τὸ σμῶ καὶ τὸ ἅλις, τουτέστι τὸ ἅλις σμῆμα, τὸ πάνυ, οἷον τὸ λεπτομερέστατον.* Et ex *Athenæo* adferunt, *σμήμασιν ἐχρῶντο τὰς χεῖρας πλύνοντες*, idque *Budæum* dicere Atticum eſſe: nec muto itaque quidquam. Sed hic locus potius *Etymologicographi* conſiderandus in *ἐπαυλία·* ubi pompam *ἐπαυλίων* nuptialem deſcribit: *παῖς γὰρ ἡγεῖται χλανίδα λευκὴν ἔχων, καὶ λαμπάδα καιομένην· ἔπειτα μετὰ τοῦτον κανηφόρος· εἶθ' αἱ λοιπαὶ ἀκολούθως ἐφεξῆς φέρουσαι χρυσίου λεκανίδας, σμήγματα, φορεῖα, κτένας, κοίτας, ἀλαβάστρους, σανδάλια, θήκας, μυράλειπτρα.* &c. quæ omnia & apud *Suidam* ita legas in eadem voce: niſi quod is habeat *φέρουσαι, χρυσία* & dein *μυράλειπτρα.* Ceterum hoc notandum, quod apud noſtrum *σανδαλοθῆκαι* & *σμηματοφορεῖα·* ibi ſeparatim ita legi, tum *σανδάλια* & *θήκας*, tum *σμήγματα*, & *φορεῖα·* quaſi tam iſta quam eorum receptacula ſeparatim fuerint in ea pompa geſtata: non vero in receptaculis condita. JUNG.

Καὶ παρὰ Μεν. ἐν Μισογ. &c.] Poſt hæc quæ ſubjiciuntur in MSS. egregia ſunt, eamque ob cauſam fideliter a me in contextu repoſita: in Excerptis *Falckenburgianis* ſimili modo hæc ſcripta inveni, niſi quod *σμηματοφόρον*, ut e Codice *Salmanticenſi* notaviſſe *Schottum Jungermannus* index eſt, quod forſitan erit, qui præ altero probet, quanquam nos *σμηματοφορεῖον* magis delectet. *Σμῆμα Ἀττικὸν*, ut *σμῆγμα ἀνάττικον* auctore *Phrynicho* & *Thoma* utroque exactiſſimo Atticiſmi magiſtro: *Antiphanes: δότω τις δεῦρο ὕδωρ καὶ σμῆμα·* apud *Galenum* eſt ubi *σμῆγμα*, eſt itidem ubi *σμῆμα* legatur, quod poſterius tamen cum elegantiæ Atticæ obſervantiſſimum plerumque ſcripſiſſe reor.

90 *Περὶ τῶν τοῦ γ. σκ.*] C. A. *περὶ τῶν ἐν ἀγροῖς σκευῶν*, *de inſtrumento ruſtico. Salm. σκεύη τὰ κατ' ἀγρόν.* KÜHN.

Περὶ τῶν τοῦ γ. σκ.] Capitis hujus titulus in MS. *σκεύη τὰ κατ' ἀγρόν.* JUNG.

91 *Ἄροτρα, ἀρ. μ.*] C. A. *ἄροτρον ἅμαξα τὰ δὲ λοιπὰ λεπτέον* (leg. *λικμητήριον*) *ὡς οἱ Ἀττικοί, πτύον ὡς Ὅ. Salm. ἄροτρα, καὶ ἀρότρου μέρη.* KÜHN.

Ἄροτρα, ἀρ. μ.] MS. *ἄροτρα, καὶ ἀρότρου μ.* bene: ſic mox *ἅμαξα καὶ ἁμ. μ.* JUNG.

Ἀρ. ἀρότρου μ.] Recte, judice *Jungermanno*, MSS. *καὶ ἀρότρου μέρη·* nec ego particulam illam ſpernendam exiſtimavi. Sed qualia ſunt illa, quæ mox ſequuntur? *τὰ δὲ λοιπὰ, λεπτέον ὡς οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν· ἢ πτύον, ὡς Ὅμηρος* &c. itane vero potuiſſe noſtros *Commentatores* rerum ſecuros illa præterire, quæ ſane mendum deforme fovent & occultant? magis tamen miror, qui fiat, ut nihil ad hæc polienda plerique MSStorum conferant: mihi jam olim illa corruptela non latuit, cum ſtudiorum cauſa *Pollucem* revolverem, nihil tum minus cogitans, quam me aliquando procurandæ & elimandæ *Pollucis* editioni animum adjuncturum: *Kühnio* ſuboluit etiam hæc res; ſed ad medelam loci irrito conatu eſt aggreſſus: diſtat enim longiſſime a literarum veſtigiis *λικμητήριον*, quod & ad oram iſtius Codicis, quem emendavit, adpoſuit: ſcribendum dico *πτέον* deletis iſtis prioribus literis *λε*: & jam nunc non ſine gaudio ſic in eximii Codicis *Falckenburgiani* Excerptis adnotatum comperio, quapropter eo modo textum reficere non dubitavi: *πτέον* autem Atticos dixiſſe pro *πτύον*, præter *Noſtrum* docet *Euſtathius* ad *Il.* N. ex *Ælio Dionyſio*: *ὅτι δὲ τὸ πτύον καὶ πτέον ἔλεγον οἱ Ἀττικοὶ ὕστερον, Αἴλιος Διονύσιος φησίν· ἕτερος δέ τις λέγει· πτέον οἱ ἄλλοι· πτύον δὲ Σοφοκλῆς, ἀκολουθῶν δηλαδὴ τῷ ποιητῇ·* & ex his lectionem illam ſatis confirmatam arbitror.

92 *Ὡς Ὅμηρος.*] C. V. *οὕτω γὰρ λέγει, ὅταν φῇ, ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ πλατέος πτυόφιν μεγάλην κατ' ἀλωήν· θρίναξ τε καὶ δ.* KÜHN.

Ὡς Ὅμηρος.] MS. auctior: *Ὅμηρος· οὕτω γὰρ λέγει, ὅτ' ἂν φῇ, ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ πλατέος πτυόφιν μεγάλην καταλωήν· θρίναξ τε, καὶ* &c. Reſtitue itaque ita: *Ὅμηρος· οὕτω γὰρ λέγει, ὅταν φῇ·*

Ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ πλατέος πτυόφιν μεγάλην κατ' ἀλωήν,

Καὶ θρίναξ δὲ καὶ δρ. Exſtat ille verſus *Ἰλ. ν.* v. 588. & ſubſequuntur hic duo, ut plenam ſententiam videas:

Θρώσκουσιν κύαμοι μελανόχροες ἢ ἐρέβινθοι,
Πνοιῇ ὑπὸ λιγυρῇ, καὶ λικμητῆρος ἐρωῇ. JUNG.

Ὡς Ὅμηρος.] Ipſum nobis *Homeri* locum exhibuerunt MSS. quem nos in textum e veſtigio detulimus: *Heſychium* adde, qui & de *πτύῳ*. *Πτύον, θρίναξ, ξύλον, ἐν ᾧ διαχωρίζουσι τὸν σῖτον ἀπὸ τοῦ ἀχύρου·* videndus & ad *Homerum Euſtathius*. *Gloſſæ*: *Πτύον*, *ventilabrum.*

Tri-

Tridens, pala, bipalium, & paſtinum,
ſecundum Pherecydem: de Codro enim
loquens, quod ad ſarmentorum collectio-
nem exiverit ruſtico habitu, ne agnoſce-
retur, dicit eum paſtino quendam per-
129 cuſſum interemiſſe. • Tum & flagel-
lum, cribrum, ligo, ſcaphium, botil-
lus, ſarculum, falx meſſoria, marra,
dolabra, dolabella, vannus, malleus,

*μεγάλην κατ' ἀλωήν· καὶ θρίναξ δέ, [93] καὶ δρέ-
πανον, [94] καὶ δρεπάνη, καὶ ὡς Φερεκύδης ὠνόμα-
σε, κρώπιον· [95] περὶ γὰρ τοῦ Κόδρου λέγων, [96] ὅ-
τι ὡς ἐπὶ φρυγανισμὸν ἐξῆλθεν ἐν ἀγροίκῳ τῇ
σκευῇ βουλόμενος λαθεῖν, φησὶν ὅτι τῷ [97] κρωπίῳ
τινὰ παίσας ἀπέκτεινε· • [98] καὶ πλόκανον δὲ 129
καὶ κόσκινον, [99] καὶ σκαπάνη, καὶ σκαφίον,
[100] καὶ σκαλίς, καὶ μακέλη, καὶ ἄμη, καὶ ἀξί-
νη, καὶ δίκελλα, καὶ σμινύη, [1] καὶ σμινύδιον,*

93 Καὶ δρέπανον] Copulæ abſunt cum δὲ a C. A. ut & ὠνόμασε· poſt κρώπιον omittuntur verba *Pherecydis* uſque ad ἀπέκτεινε καί, in C. A. Kühn.

94 Καὶ δρεπάνη· καὶ ὡς Φερεκ. &c.] MS. δρεπάνη· ὡς Φερ. ὠνόμ. κρ. Sed vulgata magis placet: diſtinguamus tamen potius δρεπάνη, καὶ ὡς &c. ut iſtud κρώπιον de δρεπάνῃ vel δρεπάνῳ accipiamus. *Heſych.* Κρόπιον, δρέπανον· τινὲς δὲ διὰ τοῦ β. κρόβιον. Sed ſeries literarum videtur oſtendere, ſcribendum eſſe κρώπιον, & κρώβιον. Sic paulo ante, ubi incipientia a κρω orditur: Κρόβον, δρέπανον· ubi certe κρώβον quis, eo, ni fallor, non invito, reponat. Jung.

95 Περὶ γὰρ τοῦ Κόδρου λ.] C. V. τοῦ Καρου· male: *Lycurgus* contra *Leocratem Codro* tribuit πτωχικὴν στολὴν & δρέπανον, quodque colligerit φρύγανα κατὰ τὰς πύλας ὑποδὺς &c. Kühn.

Περὶ γὰρ τοῦ Κόδρου λ.] MS. περὶ γὰρ τοῦ Κάρου λέγων· quod mirum: quum tamen de *Codro* hanc hiſtoriam fuiſſe a *Pherecyde* Athenienſi in illis, quos περὶ τῆς Ἀττικῆς ἀρχαιολογίας ἐν βιβλίοις δέκα conſcripſit αὐτόχθονας, ſecundum *Suidam*, certum ſit: de qua ſane noſtrum *Seberum* videre potes. Alia vero, ut bene *H. Stephanus* in ſuo Codice emendaverat, & feliciter, ita prorſus & in MS. noſtro adparent, & Excerptis *Schotti* ex MS. *Salmanticenſi*: quare *Seberum* noſtrum iſta vere edidiſſe ex *Sylburgii* Codice, qui de *Stephaniano* deſcripſerat, non dubitare debes. Hoc tantum addendum: ex MS. noſtro ſcribe, ὅτι ὡς ἐπὶ φρ. hac enim particula bene auctior: *quaſi ad ligna cadenda exivit*, quum revera, ut cæderetur ipſe, exiret. Ait itaque *Lycurgus* contra *Leocratem* (nuſquam enim fuſius aut elegantius hanc hiſtoriam alibi legas, ut ait *Caſaubonus* noſter ad libr. I. *Polyæni*) ὅπως ἂν ἀπατήσῃ τοὺς πολεμίους, talem habitum cœpiſſe. Alias de *Codro* pluximos, qui meminerint ejus hiſtoriæ, indicat *Meurſius Comm.* in *Lycophronem* ad v. 1378. Τρίτος δ' ἄνακτος τοῦ δρυηκόπου γόνος, quibus adde jam & *Pherecydem* e *Polluce* noſtro. Jung.

96 Ὅτι ἐπὶ φρ.] *Polyæn.* libr. I. itidem in hiſtoria *Codri*: ἔτυχον δὲ καὶ Πελοποννήσιοι ἄνδρες κατὰ φρυγανισμὸν ἥκοντες· priores editiones, φρυγανισμῶν· item mox, τὴν σκευὴν βουλόμ. λαβεῖν. Emendavit autem, ut nunc ſcriptum, *Sylb.* Quod ſi τὴν σκευὴν λαβεῖν placet retinere, faciendum ante ἄγροικον, & βουλόμενος plane tollendum. Cæterum quæ hic ἄγροικος σκευή, *Polyæno* eſt σχῆμα φρυγανιστῆρος, *Lycurgo* πτωχικὴ στολή contra *Leocr.* fol. 158. & quod hic κρώπιον, utrique illorum δρέπανον. Habetur autem hæc hiſtoria & apud alios, quos *Caſaub.* notis in *Polyænum* nominat. Seb.

Ὅτι ἐπὶ φρ. &c.] Ὡς adjecimus e MSS. In illa loquendi ratione tricatur *Jungermannus*: ὡς ἐπὶ nihil aliud ac ἐπί· ita loqui probatiſſimi ſcriptores: Vid. *Lamb. Bos Exercit. Philolog.* ad Act. XVII. v. 14. Nulli magis ſua domus notior, quam *Codri* hiſtoria, cujus & præter alios ab aliis adductos mentio eſt in *Chronico*, quod Marmoreum appellant. Κρώπιον non inepte puto Latine dixeris *raſtrum*: raſtro *Remum* a *Romulo* quidam occiſum tradiderunt: *Heſychius* ſuo loco & ordine: Κρόπιον, ἀξίνη δίστομος· per ο μικρόν· utrumque, credo, rectum: ſed expoſitionem obſerva: longe enim hoc aliud eſt, quam δρέπανον, ut alias κρώπιον exponunt.

97 Κρωπίῳ] *Heſych.* Κρώπιον, δρέπανον· τινὲς δὲ διὰ τοῦ β. κρόβιον· obiter emendare conabor *Gloſſas Philox.* *Poteaculum*, inquiunt, βαλάνιον τὸ τῶν παιδίων κοσπιον. *Vulcanius* legit βαλανεῖον, ὁ τῶν παιδίων κοπρεών· malim, βαλάνιον τὸ τῶν παιδίων κρώπιον, *infantium illa pars, qua ſexum virilem præ ſe ferunt, falx dicitur vel puteaculum*, vel ut *Gloſſ. poteaculum.* Kühn.

98 Καὶ πλόκον δὲ &c.] C. V. πλόκανον· C. A. πλόκον κόσκ. σκ. σκάφιον & σκαφίον, σκαφίς, μακέλη, ἄμη, ἀ. &c. ita & *Salm.* Kühn.

Καὶ πλόκον δὲ &c.] MS. καὶ πλόκανον δὲ &c. non πλόκον· iſtudque πλόκανον forte & ſupra I, 245. in inſtrumento ruſtico pro πλόκαλον reponendum eſt: nil tamen adfirmo, modo mihi illud explices: πλόκανον & ſupra VII, 172. in vulgatis: & V, 33. in MS. unde aliquid plexum vel plectile facile conjicias, cujuſmodi vaſa in re ruſtica non rara: & referuntur plura VII, 172. & ſeq. Jung.

Καὶ πλόκον] MSS. in hac emendanda voce ſecutus ſum, qui πλόκανον· accedit *Falckenburgii* Codex, in quo πρόκανον, quod vitium veræ lectionis veſtigia ſervat. Mox in vulgatis σκάφιον, σκαφίς, σκαλίς &c. quorum medium ejeci, quia MSS. non agnoſcunt: poſtmodum ſuus ipſi locus erit: pleriſque tum vocabulis ſequentibus e MSS. καὶ præpoſui: pro λίστρον, quod ita ſemper *Heſychius*, *Euſtathius*, *Nicander* aliique ſcribunt, vulgo fuit editum λύστρον. *Falckenburgii* Excerpta ἀλίστρον, minus recte: niſi forte cogitemus de ὁμάλιστρον, quod apud *Heſych.* in Λίστρον. Σφῦραν βωλοκόπον attuliſſe credo *Pollucem* ex *Auctore* quodam, ut mox πέλεκυν ξυλοκόπον e *Xenoph.*

99 Καὶ σκαπ. σκαφίον] MS. σκαπ. καὶ σκαφ. καὶ σκ. & ſic deinceps. Seb.

Καὶ σκαπ. σκαφίον, σκαλίς] MS. καὶ σκαπ. καὶ σκαφίον· omiſſo σκαφίς· forte recte, quum Segm. 130. σκαφίδες demum addantur. Jung.

100 Σκαλίς, μακέλη] Ita & MS. alias μάκελα vel μάκελλα dicitur, niſi α in η mut. *Ion.* τῇ δικέλλῃ προσφιλοσοφεῖν, phraſis *Luc.* in *Tim.* tom. I. pag. 94. pro qua magis proprie *Phocyl.* σκάπτειν δικέλλῃ v. 149. Seb.

Σκαλίς, μακέλη] MS. καὶ σκαλ. καὶ μ. καὶ ἄ. καὶ ἀξ. καὶ δ. καὶ σμ. Semper inſerta particula καί, quam a pigro librario omiſſam credo, quum & in MS. *Seberi* ea ſit: cæterum μακέλη uno λ & in ſuo MS. adnotavit fuiſſe *Seberus*: & ſupra I, 245. in *Noſtro* quoque ita erat. Jung.

1 Σμιν. λύστρον] Scr. λίστρον, ut eſt in MS. ἀπὸ τοῦ λιαίνειν. *Scholiaſt. Hom. Odyſſ.* χ, 455. Mox pro σφῦρα, MS. σφυρά, etiam ſupra VII, 106. ubi ſimiliter editi quoque. At infra Segm. 146. & Segm. 160. utrobique barytonως. Seb.

Σμιν. λύστρον] C. V. λίστρον· *Heſych.* Λίστρον, ξυστήρ, σκαφίον, πτύον σιδηροῦν, ὁμάλιστρον, ἔνιοι ἐδαφιστήριον· *dolabra, pala ferrea, radula* &c. & σφῦρα βωλοκ. *malleus glebas terræ confringens, effringens, refringens.* Kühn.

Σμιν. λύστρον] MS. καὶ σμ. καὶ λίστρον, καὶ σφῦρα βωλοκόπος, καὶ πέλ. quo pacto ſcribere & diſtinguere debes: male vulgo λύστρον· pro quo λίστρον & ex MS. *Aug. Seberus* reponit: nec ſupra aliter I, 245. in ἐργαλείων γεωργικῶν recenſione gemina. Quod ad σφύ-

καὶ λίστρον, καὶ σφύρα βωλοκόπος· καὶ [2] πέλεκυς ξυλοκόπος· [3] καὶ τὰ ἀγγεῖα τὰ ὑποδεχόμενα τὴν ὀπώραν, [4] τρασιὰ, κόφινος, [5] σύρισσος, [6] ἄῤῥιχος, [7] σταφυλοβολεῖον· [8] τάχα δὲ καὶ σώρακος, [9] εἰ καὶ παρὰ τοῖς κωμῳδοποιοῖς οὕτως ὠνομάσθη τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τὰ σκεύη τῶν ὑποκρι-
130 τῶν. * Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Δαναΐσιν ἔφη, Κακῶν τοσούτων [10] ξυνελέγη μοι σώρακος. [11] Ἀλέξιδος

occa, ſecuriſque ligniſeca. Et vaſa quoque fructus continentia: caniſtrum, cophinus, ſcirpiculum, corbula. Fortaſſis & fiſcina: apud Comicos vero ſic nominatum eſt vas, in quod mimorum inſtrumenta reponuntur. * Ariſtophanes au- 130
tem in Danaidibus inquit, Malorum horum contrahe mihi fiſcinam. Alexis

ρα, in noſtro MS. id accentu caret: ſupra I, 245. vero βωλοκόπος σφύρα erat: & VII, 106. σφύραι in MS. & VII, 118. & infra Segm. 146. σφύρα· & Segm. 160. σφύρας· id itaque & hic retinendum putem. Et ita etiam diſtinguunt *Heſychius* & *Suidas*, σφύραν eſſe τεκτονικὸν ἐργαλεῖον· σφυρὰ, τοὺς ἀστραγάλους. JUNG.

2 Πέλεκυς ξυλοκ.] E *Xenophonte* ſupra VII, 109. JUNG.

3 Καὶ τὰ ἀγγεῖα] Hic novus præfigitur titulus in C. A. περὶ τῶν ὑποδεχομένων τὴν ὀπώραν· textus vero incipit: ἀγγεῖα δὲ &c. KÜHN.

4 Τρασιὰ] MS. τρασία· ut etiam ſupra VII, 173. Sed VII, 144. τράσια eſt, in MS. & vulgo τρασία. Si una perpetuo ſcriptura retinenda, mallem oxytone, ut ſupra ad VII, 144. ex *Heſychio* & *Etymologico* adnotavi. JUNG.

5 Σύριτος] *F.* συρίσκος· *Heſychius*, Συρίσκος, ἀγγεῖόν τι πλεκτὸν, εἰς ὃ σῦκα ἐμβάλλουσι· τινὲς δὲ ὑρίσκον. SEB.

Σύριτος] C. V. σύρισσος· *Salm.* συρίσκος. KÜHN.

Σύριτος] MS. noſter σύρισσος habet. Sed placet cum *Sebero* noſtro emendare συρίσκος, quod etiam ex *Heſychio* adfert, præſertim quum *Pollux* hanc lectionem ipſe confirmet ſupra, ubi ejuſmodi vaſcula refert, quæ πλέκειν ſolent ruſtici VII, 176. εἴποις δ' ἂν πλέκειν κοφίνους, σωράκους, ἀῤῥίχους, & poſt cetera συρίσκους quoque. JUNG.

Σύρισος] Σίσυρος in Excerp. *Falckenb.* ſed præſtat MSS. lectio, quam reſtitui vel renitente *Jung.* Apud *Heſychium* eſt Ὕρισσος, φορμός· & ὑρισίς· σύρισκος, ὕρισκος, σύρισσος & ὕρισσος eadem ſunt: *Ariſtoph.* apud *Athen.* libr. IX. c. 3. ὑρισσοὺς δ' ἴδοις ἂν πεφορμένους· ibi *Caſaub.* vide, ut & ad lib. III. c. 4. in *Gl.* tamen etiam σύρισκος, *pulterium.* Ἀῤῥίχου frequens eſt in ſcriptoribus antiquis mentio: ἀῤῥίχους ἐπιλέκισεν *Longus* ſub initium lib. II. *Paſtor.* ubi ne id mutare velis cum ultimo Commentatore in ἔπλεκεν· aberrat enim a ſcopo & in ipſa re, & in emendando *Longo.*

6 Ἄῤῥιχος] C. A. non habet ἄῤῥιχος. KÜHN.

7 Σταφυλοβολεῖον.] Ita & ſupra VII, 151. at I, 245. σταφυλοβόλιον etiam MS. SEB.

8 Τάχα δὲ καὶ σώρ.] C. A. δώρακος, pro σώρακος ὡς οἱ κωμῳδοποιοί· cætera abſunt uſque ad δρασώρακον. KÜHN.

Τάχα δὲ καὶ σώρ.] MS. τάχα καὶ σώρακος, εἰ καὶ π. τ. κ. οὐ. ὀνομάζετο ἀ. Et εἰ etiam habet MS. *Seberi*, mihique id recte inſeri poſſe videatur, & ex ſententia *Pollucis* ita diſtinguendum, ut adſcripſi: cetera lectionem vulgatam non ſollicitandam putem. JUNG.

9 Καὶ παρὰ &c.] MS. εἰ καὶ παρά. SEB.

Καὶ παρὰ &c.] C. V. εἰ καὶ παρὰ &c. ὀνομάζεται τὸ &c. KÜHN.

Καὶ παρὰ τοῖς κωμῳδ. &c.] Egregie MSS. & ex *Pollucis* mente εἰ καὶ παρὰ &c. & ſoracum in illis vaſculis, in quæ fructus colliguntur, enumerari poſſe ait, etiamſi a *Comicis* ſic appelletur quoddam vaſis genus, in quo reponitur ſcenicus actorum apparatus: utrumque rectum: ſed proprie σώρακος de vaſculo, cui ficus injiciuntur, *Heſychio* teſte: *Scholiaſtes Ariſtophanis* ad *Aves*: λέγουσι δὲ καὶ νῦν σωράκων τι εἶδος ἀῤῥίχους· ubi σώρακοι ſunt τὰ ἀγγεῖα τὰ ὑποδεχόμενα τὴν ὀπώραν, ut cum *Polluce* loquar. Optime vero ſarracum a ſoraco diſtinxit primus, ut puto, *Salmaſius*, quæ utraque confuderat ad *Feſtum* eruditorum princeps *Scaliger*: ſimilia cum iſtis, quæ ex ejus literis *Jungermannus* adfert, Vir Illuſtris notavit ad *Capitolini Antoninum*, ubi ſarracorum mentio: videndus & *Schefferus* de *Re Vehic.* *Ariſtophanis* ita reſtitui verba, ut in MSS. leguntur, ne litera quidem mutata, niſi quod ξυνελέγη perbene *Jungermannus*: ſæpius autem ει in MSS. pro η poni nemini vel parum in illis verſato latere poteſt: alias etiam, ſi quid lectionis vulgatæ retinueris, non inepte poſſes reformare: Κακῶν ξυνέλεγε μοι σώρακον· ſed potior eſt MSS. auctoritate confirmata lectio. Tum nobis objiciunt editiones vulgatæ mera monſtra: Ἄλεξις δὲ καὶ δρασώρακον· nullum a MSS. auxilium apparet, in quibus nihil horum verborum extat: *Salmaſii* κεδροσώρακον nullatenus mihi probatur, nec facile, me judice, quem reperiet, qui ſibi conſentiat: ſola *Kühnii* noſtri feliciſſima conjectura integre locum reſtituit, quem ego, neque diffiteor, conclamatum dixiſſem: neminem equidem futurum opinor, qui ejus emendationi contradicturus ſit: non itaque hoc pacto dubitavi textum emaculare: licet autem illam *Kühnii* emendationem reddere confirmatiorem ex *Pollucis* more ſcribendique ratione: vide XI, 156. & X, 99. priori loco de Προμηθεῖ Πυρκαεῖ *Æſchyli*, poſteriori de Ταγηνισταῖς *Ariſtophanis* ſcribit, ea quidem occaſione, quod iſtas exponeret voces, ut hic σώρακον· ſic & alibi pluries, ut VII, 125. qui locus huic ſimillimus eſt, Ἀμφίδος δὲ καὶ δρᾶμα Κονιάτης.

10 Συνελέ μοι σώρακον.] C. V. κακῶν τοσούτων ξυνελέγει μοι σώρακος· forte ξυνελέγετο μ. σ. *tantorum malorum mihi colligebatur ſoracus.* KÜHN.

Συνελέ μοι σώρακον.] MS. κ. τ. ξυνελέγει μοι σωρακός. Optime: ſic reſtitue jam elegantem χρῆσιν·

Κακῶν τοσούτων ξυνελέγη μοι σωρακός.

Sed tibi rara & viris doctis ignorata de Soraco dicam, quæ tamen non de me largior, ne erres: unde enim mihi ἀγαθῶν τοσούτων ξυλλεγεῖη σωρακός; JUNG.

11 Ἄλεξις δὲ καὶ δρασώρακον.] C. V. omittit Ἄλεξις δὲ καὶ δρασώρακον· legendum vero Ἀλέξιδος δὲ καὶ δρᾶμα Σώρακοι, quod drama laudat *Athenæus* lib. III. cap. 33. *Salm.* ita: κεδροσώρακον, *id eſt*, *cedrinus ſoracus. Sed* κέδρος *ſignificat etiam* κιβωτόν· *Heſychius*: Κέδρος, κιβωτός· *itaque nullus dubito quin legendum* κεδροσώρακον. KÜHN.

Ἄλεξις δὲ καὶ δρασώρακον.] At ea verba in noſtro MS. non adparent, ne unum. Ego mutus præterire jamjam volebam. Sed audi, ut *Salmaſius* noſter emendat, explicat, & aliis auctoribus ſimul lucem adfert eximiam. Ἄλεξις, ait, δὲ καὶ δρασώρακον. *Interpres*, draſoracum: *legendum puto*, Ἄλεξις δὲ κεδροσώρακον, *vel* κεδρινοσώρακον· κεδροσώρακος cedrinus ſoracus *eſt. Soracus autem ut heic annotat Pollux, eſt* κόφινος, *aut genus* ἀγγείου, *in quo ſcenici inſtrumenta ſua portabant; idem apud Latinos quoque ſignificat, quod nec Feſtus omiſit, dum ſcribit:* Soracus, quo ornamenta portantur ſcenicorum: *& apud Plautum legitur*, plenum librorum ſoracum. *Mirum tamen hactenus homines doctos ſoracum pro genere vehiculi accepiſſe, quod aliis Serracum aut Sarracum dicitur; qua re nihil eſt abſurdius. Tantum ſane diſcriminis eſt inter Soracum & Serracum, quantum inter vehiculum & cophinum aliquem aut ciſtellam: vox illa nempe* σώρακος *Græca eſt, iſta barbara. Neminem hactenus vidi aut legi, qui non huic errori conſentiret. Babrius alicubi, ni fallor, apud Suidam:*

vero, etiam Draſoracum dixit. Ruſtici quoque ordinis ſunt valli, & perticæ. Atque olearum pedamenta, ridicæ. Et torculum, lignum baccas conterens: laqueuſque, funis huic alligatus. Tum cupa, vas in quod oleum defluit, Veruntamen lacus & laculus quoque dicitur, ut in Publico foro venditum invenitur. Fortaſſis & ſporta inter ruſtica vaſcula numeretur. Capulæ, ſarcula, fiſcellæ, calathi: caſei fiſcella, aut fiſcina,
131 * multaque coquinaria, & piſtoria inſtrumenta. Fortaſſis & juncus, rubus, orchana,

δὲ καὶ δρᾶμα Σώρακοι· [12] τῶν δὲ γεωργικῶν καὶ χάρακες, καὶ κάμακες· [13] καὶ τῶν ἐλαϊστῶν ῥάβδοι, ῥάκτριαι· [14] καὶ ὄρος, τὸ τρίβον τοὔλαιον [15] ξύλον· [16] καὶ τόπιον, τὸ περιδονούμενον αὐτῷ σχοινίον· καὶ τριπτὴρ, ὁ κρατὴρ, εἰς ὃν [17] ἀποῤῥεῖ τοὔλαιον· ἀλλὰ καὶ ληνὸς, [18] καὶ ὑπολήνιον ὡς ἐν τοῖς [19] Δημιοπράτοις πέπραται· [20] ἤπου δὲ καὶ [21] Φορμὸς τῶν γεωργικῶν, καὶ γαῦλοι, καὶ σκαφίδες, [22] καὶ ταρσοὶ, καὶ ταῤῥοὶ, καὶ τάλαροι, [23] καὶ τυροκομεῖον, καὶ τυροφορεῖον· * καὶ 131
πολλὰ τῶν [24] μαγείρου καὶ ἀρτοποιοῦ [25] σκευῶν· τάχα δὲ καὶ σχοῖνες, [26] καὶ βάτος, καὶ ὀρκάνη,

Ποῦ δ' ὄσπριον ἐν σωρὸς, ἢ πίθος σύκων,
Στάμνοι τε μέλιτος, σώρακοι τε φοινίκων.

Σώρακος igitur aut Soracus fiſcina eſt, non vehiculum. Hæc ille ὁ πάνυ. JUNG.

12 Τῶν δὲ γεωργ. &c.] C. A. τῶν γ. καὶ χάρικες· male. KÜHN.

13 Καὶ τῶν ἐλαϊστῶν ῥ.] MS. καὶ αἱ τῶν ῥάβδων ῥάκτ. SEB.

Καὶ τῶν ἐλαϊστῶν ῥ.] MSSti αἱ τῶν ῥάβδων ῥάκτριαι· C. V. quidem habet ἄκτριαι· ſed manifeſtum eſt mendum. *Salm.* καὶ αἱ τῶν ῥ. ῥακτήριαι. KÜHN.

Καὶ τῶν ἐλαϊστῶν ῥ.] MS. noſter, ſicut *Seberi*, καὶ αἱ τῶν ῥάβδων, ῥάκτριαι. Sed de ἐλαϊστῶν ῥάβδοις, ut vulgo eſt, hæc & ſupra dicta videntur Segm. 146. Neſcio tamen an non latius pro quibuſvis ejuſmodi perticis, quibus & nuces alioſque ſimiles fructus decutimus, *Noſter* id poſuerit. Certe *Heſychius* generaliter, Ῥακτρία, τὰ ῥαβδία, ἐν οἷς τοὺς καρποὺς ἀπαράσσουσιν· & ſupra Segm. 146. ait *Noſter* τὰς, αἷς καταράσσουσι τὸν καρπὸν, ῥακτρίας· quamvis alias ibidem de olea præceſſerint quædam. JUNG.

14 Καὶ ὄρος] Vid. ſupra VII, 150. SEB.

Καὶ ὄρος] Καὶ abeſt a C. A. KÜHN.

Καὶ ὄρος] MS. ὅρος. Et ſane ſic ſupra VII, 150. eſt. Itane ſcribamus ergo? JUNG.

15 Ξύλον.] C. V. ξύλον non habet. KÜHN.

16 Καὶ τόπιον, τὸ περιδούμενον] Supra VII, 150. τοπίον· ſimiliterque alibi. SEB.

Καὶ τόπιον, τὸ περιδούμενον] C. V. περιδονούμενον. KÜHN.

Καὶ τόπιον, τὸ περιδούμενον] MS. καὶ τόπιον, τὸ περιδονούμενον &c. Sed & ſupra VII, 150. ᾧ τὰ ξύλα καταδεῖται de eodem, ut hic vulgata lectio: ſupra VII, 150. τοπίον eſt: & Segm. 31, τοπία· τοπεῖα apud *Heſych.* & *Suid. Etymologicon* Magnum in θηρίον videtur firmare τόπιον, quod hic & vulgo & in MS. eſt. Ait enim: τὰ διὰ τοῦ ιον οὐδέτερα μονογενῆ, εἰ μὲν ὦσι &c. τρίβραχα προπαροξύνεται, φλέβιον, τόπιον, φακὸς, φάκιον· λαγὸς, λάγιον &c. JUNG.

Καὶ τόπ. τὸ περιδούμενον &c.] Vulgata certe ſcriptura non mala, & cui confirmandæ alius e *Polluce* adductus a *Jungermanno* locus accedit; eoque minus hinc eliminare audeo, quamvis lectio MSS. περιδονούμενον nonnihil adblandiatur: ſed ſane rebus rite perpenſis illa MSS. præſtantior videtur: σχοινίον περιδονούμενον, *funis τῷ ὄρῳ circumvolutus*: τόπιον autem ab *Etymologo* & *Harpocratione* ſcribitur τοπεῖον, exponiturque de quovis funiculo, quo aliquid alligatur & ducitur: τοπεῖα λέγουσι τὰ σχοινία. Et *Strattis*: τὸν πέπλον δὲ τοῦτον ἕλκουσι διττμηρίσαντες τοπείοις ἄνδρες ἀναρίθμητοι εἰς ἄκρον· leg. ἄκραν. Modo pro ῥακτρίαι Codex *Falckenburgii* στρατίαι habuit, quod hic ineptum eſt: in ceteris lectio vulgata longe MSS. eſt præferenda.

17 Ἀποῤῥεῖ] MS. ἀπορεῖ. JUNG.

18 Καὶ ὑπολήνιον] Sequitur in C. A. φορμὸς, γαῦλοι, σκαφίδες ταρσοὶ τ. τ. τυροκομεῖον τ. &c. KÜHN.

19 Δημιοπράτοις] Scribe ut in MS. δημιοπράτοις. JUNG.

20 Ἤπου] MS ἦπου habet, ut fere ſemper, quod in libris ſuperioribus aliquoties indicare fuimus obliti. JUNG.

21 Φορμὸς] Sane inter alia φορμοὺς videtur & ſupra referre VII, 174. & ſupra I, 245. ſuo plane loco tali etiam φορμός. JUNG.

22 Καὶ ταρσοί. ταῤῥοί] Ταῤῥοί· & mox τυροκομεῖον· MS. ubique hic καὶ interpon. SEB.

Καὶ ταρσοί. ταῤῥοί] MS. καὶ ταρσοὶ, καὶ ταῤῥοὶ, καὶ τάλαροι, καὶ τυροκομεῖον, καὶ τυροφ. ubique καὶ interpoſito, ut & in ſuo MS. *Seberus* invenit. Et ſcribe ταῤῥοὶ, ut præcedens ταρσοὶ, cum MS. eodem accentu: dudum adnotarunt viri docti iſtud *Atticum* eſſe e *Scholiaſte Ariſtophanis*. Sed hoc majoris momenti & τυροκομεῖον ſcribendum, ut *Seberi* MS. etiam habet, & ſupra VII, 175. τυροκομεῖα, ubi mox & τυροφορεῖον· ſcilicet hic MS. lectionem toto verſu recipiendam eſſe. JUNG.

Καὶ ταρσοί. &c.] Particula καὶ in pleriſque ſequentibus afuit in editis; nos illam ſuo loco reſtituimus e MSS. *Falckenburgii* Codex poſt τάλαροι adjicit καὶ προκόμια καὶ προφόρια, de quibus alii videant, ſi forte vere ſint Græca, & ab hoc loco non aliena: ego certe me neutrum memini legiſſe.

23 Τυροκομεῖν] C. V. τυροκομεῖον· ut & C. A. KÜHN.

24 Μαγείρου &c.] C. A. μαγείρων καὶ ἀρτοποιῶν· τάχα δὲ &c. KÜHN.

25 Σκευῶν.] MS. σκεύεσι. JUNG.

26 Βάτος, ὀρχάνη, &c.] Supra lib. VII. cap. 32. ὀρχάμη fuit, non ὀρχάνη· περιβάλλεται, *circumdantur, uti ſepes viva quæ debet eſſe vaſtiſſimarum ſpinarum, maximeque rubo conſtare & paliuro & κυνοσβάτῳ canis ſente. Columella* lib. IX. de R. R. cap. 3. *Salmaſ.* C. λαῦνες pro σχοῖνες, ex quo facit βαῦνας καὶ βάτος &c. KÜHN.

Βάτος, ὀρχάνη, &c.] MS. iterum interpoſito καὶ, habet: καὶ βάτος, καὶ ὀρχάνη, καὶ ῥάχος, καὶ κ. καὶ κν. Ex his ῥάχος, ab *Heſychio* etiam ὁ φραγμὸς τῶν τειχῶν exponitur, licet apud eum ῥαχὸς ſit: pro ὀρχάνη vide ne potius ὀρκάνη ſcripſerit, ut apud *Heſychium*, *Etymolog.* Magnum & *Harpocrationem* eſt: vel potius ἑρκάνη, ut apud *Suid.* & *Euſtath.* ad Ἰλ. β. de tali περιφράγματι ἀκανθώδει. Legitur tamen apud *Heſychium* & ὀρχὰς, περίβολος, αἱμασία· ita enim pro ἀρμασία ibi recte ſcripſit *H. Stephanus*: ſupra VII, 147. eſt: ἡ δὲ ἄλλως δασεῖα δένδροις οὐχ ἡμέροις (γῆ) ὀρχάμη· κνάφος & ſupra VII, 37. habetur. JUNG.

Βάτος, &c.] Particulam καὶ e MSS. adjiciendam exiſtimavi, etſi operæ ferme pretium non ſit illa de re monere: vide de his *Salmaſ. Exerc. Plin.* pag. 300. Mox ἑρκάνη non ὀρχάνη, ut vulgo, habuiſſe *Falckenburgii* Codicem video, quod, me judice, rectum eſt, ideoque in textum receptum: pro κνάφος in eodem Codice fuit γνάθος, quod, qui poſſit huc pertinere, ego quidem non video: de κνάφος videndus *Heſychius* & *Euſtathius* ad *Od.* N. Solebant autem olim hortos aliqua ſepe tanquam muro cingere, quæ fures arceret,

καὶ ῥάχος, καὶ κόνυζα, καὶ κνάφος· καὶ πάνθ' ὅσα ἀκανθώδη τοῖς καρποῖς ἐπὶ φρουρὰν περιβάλλεται. [27] Καὶ καλαύροπες δὲ [28] καὶ κορύναι, καὶ σκυτάλαι, καὶ [29] σκίπωνες, καὶ βακτηρίαι προσήκουσι γεωργοῖς· καὶ πίθοι, καὶ πιθάκναι, καὶ πιθακνίδες, [30] καὶ σιπύαι, καὶ σιῤῥοὶ, καὶ διφθέρα, [31] καὶ αἰγῆ, καὶ κυνῆ σικυωνική.

rhachus, conyza, carduus: omniaque ſpinoſa, quæ in fructuum defenſionem injici ſolent. Peda quoque, clavæ, ſcuticæ, ſcipiones, & baculi, agricolis conveniunt. Tum & dolia, doliola, ſipyæ, diphthera: pellis caprina, & canina ſunt ſicionia.

quæque ideo τείχιον a Grammaticis appellatur, unde & hortum ſepe cingere περιφράσσειν dicitur.

27 Καλαύροπες] C. A. καὶ κ. δὲ κ. σ. &c. ſine copulis. KÜHN.

Καλαύροπες] MS. καὶ καλαύρ. δὲ καὶ κορ. καὶ σκ. καὶ σκ. Et ſic immiſſa particula utroque loco legendum placet. JUNG.

Καλαύροπες] Καὶ καλαύροπες in MSS. & mox καὶ σκήπωνες. Καλαῦροψ & καλάβροψ utrumque frequenter invenitur ſcriptum: ſed rectiſſime puto ſcripſeris καλάβροψ· ſimili ratione ἄβρα & αὔρα apud *Ariſtænetum*, qua de re politiſſimus *Mercerus* in Notis ad illum *Auctorem*, λαυρὸς & λαβρὸς aliaque ſimilia: meminit autem καλαύροπος *Longus Paſtor.* lib. I. ἐπὶ τίσι καλαύροπι χρηστέον, ἐπὶ τίσι μόνῃ φωνῇ· & poſtea: ξύλον καὶ τὴν καλαύροπα λαβὼν ἐδίωκε τὸν διώκοντα· in *Gloſſis* exponitur ποιμενικὴ ῥάβδος. *pedum, & lituus.* Σκίπωνες, ut editur, non rejiciendum eſt: *Heſychius:* Σκίπων, βακτηρία, ῥάβδος. *Ælianus* H. V. lib. IX. c. 11. de *Parrhaſii* luxu: κατεῖχε δὲ καὶ σκίπωνα χρυσᾶς ἕλικας ἔχοντα περιέρποντας· σκίμπωνα ſcribit in eadem re *Athenæus:* nec tamen non proba MSS. lectio: *Heſych.* Σκηπάνιον, βακτηρία ἢ σκῆπτρον· & Σκηπίνιον, βακτηρία, τρίαινα, βάκτρον, κηρύκιον, ῥάβδος· meminit autem σκηπανίου & *Euſtathius* ad Ὀδ. λ. ubi hac voce utitur *Homerus*: nemo dubitabit, quin σκηπάνιον & σκηπίνιον ad eandem originem, ad quam σκίπων refertur, pertineat: pro *Scipione* Græci ſcribunt aliquando Σκηπίων. Ad Agricolas autem cum hæc inſtrumenta pertinere dicat *Pollux*, melius dixiſſet, credo, paſtorum eſſe.

28 Καὶ κορύναι] C. V. non habet κορύναι. KÜHN.

29 Σκίπωνες] C. V. σκήπωνες. KÜHN.

Σκίπωνες] Pro σκίπωνες, MS. σκήπωνες habet. JUNG.

30 Σιπύαι] MS. καὶ σιπύαι· & cur hæc vocula ſola careat iſta particula? Sed de σιπύᾳ reſtituamus locum *Heſychii*, quamvis non totum, nec enim opis id noſtræ. Σιπύη, σιδηροῦν ἀγγεῖον· ἀρτοθήκη· φησὶ δὲ * πυνδρια. Scribo: Σιπύη, σιτηρὸν ἀγγεῖον &c. *Harpocratio* in σιπύα· σιτηρὸν ἀγγεῖον ἐστὶν ἡ σιπύα· aitque ſæpius eſſe apud antiquos *Comicos*, ut *Eupolim* in *Chryſogene* & *Ariſtophanem* in *Telmeſſenſibus*; vide & *Suidam*, qui χρῆσιν ex *Ariſtophanis Pluto* adfert, & exponit σιπύην, quaſi σιτοβύην· παρὰ τὸ ἐν αὐτῇ τὰ σιτία ἐμβάλλεσθαι· quod & in *Etymologico* Magno legas, quamvis ibi male οἱονεὶ σιτοβοίη τις οὖσα· ſed bene *Sylburgius* in Notis ibi emendat σιτοβύη e *Suida*. Scilicet οι in MS. aliquoties mendoſe ſcribi, ubi υ debebat, jam non ſemel monui. JUNG.

Σιπύαι] Καὶ σιπύαι, καὶ σιῤῥοί· poſteriora debes Codici *Falckenburgiano*, qui, niſi me fallo, σιῤῥοὺς opportuno hic loco inſerit: σιῤῥοὶ receptacula frumenti erant, ſeu in terra effoſſa, ſeu alia ratione conſtructa: ſic in quodam *Eratoſthenis* Epigrammate de duplicatione Cubi apud *Eutocium* in *Euclidem:* — κἂν σύγε μάνδρην Ἢ σιρὸν, ἢ κοῖλον φρείατος εὐρὺ κύτος Τῇδ' ἀναμετρήσαιο —. Alias de σιρῷ plura notavi ad IX, 49. quæ vocem illam illuſtrant. Ad σιπύην vero quod attinet, perbene *Jungermannus* in *Heſychio* σιδηροῦν ἀγγεῖον mutavit in σιτηρὸν, quam emendationem *Meurſius* etiam in *Lectionibus Atticis* protulit, & *Sopingius*: bene vero, quod abſtinuerit a πυνδρια noſter *Jungermannus*, quæ ſane vox nulla opus habet reſtitutione: nos illam expoſuimus ex *Heſychio* ad Segm. 103. ad eaque, quæ ibi diximus, accedat hic egregius locus.

31 Καὶ αἰγὶς, καὶ κυνῆ, σικωνικὴ.] MS. αἰγῆ, καὶ κυνῆ σικων. SEB.

Καὶ αἰγὶς, καὶ κυνῆ, σικωνικὴ.] C. A. διφθέρα αἰγῶν, κυνῆ σικωνίκη· C. V. σικωνικὴ· forte σικυωνικαὶ calcei fuerunt ruſticorum: κυνῆ in *Gloſſis pellitus*, κυνῆ, *galerus. Salm.* σικωνίκη, unde legit λακωνικὴ. *Suidas* in κυνέας laudat locum *Demoſthenis* ex Oratione in *Neæram* hunc in modum: οἱ τὰς κυνᾶς τὰς σιωπὰς ἔχοντες, quod vertit *Portus*: *qui ſilentium pro galea habent*: ſi inſpexiſſet *Portus* orationem laudatam, ſtatim vidiſſet σιωπὰς corruptum eſſe, legique etiamnum in *Demoſthene*, οἱ τὰς κυνᾶς τὰς Βοιωτίας ἔχοντες. *qui geſtant galeros Bœoticos.* Tales enim *Plataenſes* venerant ad pugnam Marathoniam Athenienſibus opem ferentes: eodemque habitu depicti erant in *Pæcile*, ubi pugna dicta penicillo expreſſa repræſentabatur. *Heſych.* Κυνῆ Βοιωτία· ἐγένετο γὰρ διάφορος· ἀλλ' αἱ ἐν Βοιωτίᾳ καλαὶ κυναῖ, ἃς οἱ κατ' ἀγρὸν ἐφόρουν. *Sophoclis* in *OEdipod.* ἐπὶ κολωνῷ laudatur κυνῆ Θεσσαλίς· ubi *Scholiaſtes* habet diſtichon *Callimachi*:

Εἴδεος. Ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέον Αἱμονίηθεν
Μιμβλωκὸς πίλημ' ἄλφαρ ἔκειτο πέτρου.

Vultus. Circa capiti vero novus e Theſſalia
Veniens pileus incumbebat lapides arcens.

An his accedere debeat, κυνῆ σικυωνικὴ ex *Noſtro* dubius hæreo, cum nullibi laudetur *galea Sicyonia*: libens reponerem κ. Βοιωτικὴ vel Βοιωτία, ut ſupra in *Suida* factum, niſi longius recederet hæc lectio a vulgata: poſſet & legi, Ἀθήνῃσι κατωνάκη. quæ fuit veſtis ruſtica Athenienſium tempore *Piſiſtrati*, qui voluit cives Atticos ruri agere, eoque fine veſtem illis dedit cum ovinæ pellis aſſumento, in qua comparere in urbe erubeſcerent. Sed hæ conjecturæ tantum valebunt, quantum voluerint eruditiores. KÜHN.

Καὶ αἰγὶς, καὶ κυνῆ, σικωνικὴ.] MS καὶ αἰγῆ, καὶ κυνῆ συκωνίκη. Et ſive αἰγὶς ut ſupra V, 16. ſive αἰγῆ ſcribas, ut IV, 118. parum forte referat, quamvis ego αἰγῆ, quod hic & *Seberi Auguſtanus*, ſicut κυνῆ cum MS. hic malim. Quod ad ultimum σικωνικὴ, quod MS. συκωνίκη, videtur ſane legendum σικυωνικὴ· ut forte talem penulam vel diphteram intelligas, quæ Sicyone inventa vel uſitatior inde nomen reſervavit. Sic σικυώνια de calceamentis VII, 93. Sic σικυώνιος λευκὴ ἐσθὴς ſupra IV, 119. κυνῆ vero σικυωνικὴ ſine diſtinctione; nam ut ait *Heſychius* in κυνῆ Βοιωτία· ἐγένετο γὰρ διάφορος· ἀλλ' αἱ ἐν Βοιωτίᾳ καλαὶ κυναὶ, ἃς οἱ κατ' ἀγρὸν ἐφόρουν· κυνῆ itaque Sicyonica, ut alia Bœotica. JUNG.

Καὶ αἰγὶς, καὶ κυνῆ, σικωνικὴ.] Maculam adhæſiſſe loco facile quivis animadvertit: & primum quidem αἰγὶς jubentibus MSS. fuit mutandum in αἰγῆ. *Heſychius*: Αἰγείην, κυνέην, τὴν ἐξ αἰγείου δέρματος γινομένην περικεφάλαιαν· αἰγῆ legitur & apud *Pauſaniam*: pro iſtis καὶ κυνῆ, σικωνικὴ ſic equidem in Excerptis *Falckenburgianis* invenio: καὶ κυναῖ, σικωνικὴ, ὅθεν· ſiquid alii hinc rectum, & quod placere poteſt, elicere poſſent, me principem habebunt, qui lubentiſſime ſum auſculaturus: interim certiſſimam exiſtimabo *Jungermanni* emendationem καὶ κυνῆ σικυωνικὴ, quam ille conflavit ex vulgata MSSque lectione: præter ea, quæ ſumme probabilia *Jungermannus* adtulit, addi poteſt, *Sicyonem* urbem eſſe Peloponneſiacam; Peloponneſios autem κυνᾶς nominaſſe πετάσους· *Scholiaſtes Ariſtopha-*

132 ## * CAPUT XXX.

De piſcatoriis, & nauticis inſtrumentis.

CÆterum Piſcatoris inſtrumenta, naſſa, ſporta, ſportula, cophinus, linum, panagrum, rete, Amphibleſtrum. Menandrus etenim inquit, Piſcatori Amphibleſtrum circundat. Tum & ſepta, reticula, tragulæ, anuli, griphi. Sagena: unde Æſchylus indiſſolubile, & inexplicitum malum, Sagenam retis nominat. * His etiam adjungenda ſunt, ſubera,
133 calami, virgæ, pertica, chorda piſcatoria, ha-

* ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ Λ. 132

[32] Περὶ τῶν τοῦ ἁλιέως, καὶ ναυτικῶν σκευῶν.

[33] ΤΑ` δὲ ἁλιέως σκεύη, φέρνιον, σπυρὶς, σπυρίδιον, σπυρίχνιον, [34] λῖνον, πάναγρον λῖνον, δίκτυον, ἀμφίβληστρον. [35] Μένανδρος δὲ ἔφη ἐν Ἁλιεῖ, Ἀμφιβλήστρῳ περιβάλλεται· [36] καὶ ἕρκη δὲ, καὶ πόρκοι, [37] καὶ κύρτοι, καὶ γρίφοι, καὶ γάγγαμον· ἀφ' οὗ καὶ Αἰσχύλος τὸ δύσλυτον [38] κακὸν, ἢ δυσέλικτον ἔφη, [39] γάγγαμον ἄτης παναλώτου· * τούτοις δὲ προσθετέα, [40] φελ- 133
λοὶ, κάλαμοι, ῥάβδοι, κάμαξ, [41] ὁρμιὰ, ἄγ-

nis ad *Aves*: καὶ Πελοποννήσιοι δὲ τὸν πίτασον κυνῆν καλοῦσι· unde vero ſimillimum evadit κυνῆν σικυωνικὴν inter Peloponneſiacas alias excelluiſſe: ut *Jungermannus* hunc locum emaculavit, ſic textum reſtitui.

32 Περὶ τῶν τοῦ ἁλιέως, &c.] C. A. περὶ ἁλιευτικῶν σκευῶν, *de piſcatorio inſtrumento. Salmaſii* C. ἁλιέων σκεύη. KÜHN.

Περὶ τῶν τοῦ ἁλιέως, &c.] Capitis hujus titulus in MS. ἁλιέων σκεύη. JUNG.

33 Τὰ δὲ ἁλιέως] C. A. τὰ δὲ τοῦ ἁ. &c. KÜHN.

34 Λῖνον, πάναγρον, δ.] *Iliad.* ε, 487. μήπως ὡς ἁψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου &c. *Scholiaſt.* δικτύου τοῦ πάντα ἀγρεύοντος· vide & *Euſtath.* SEB.

Λῖνον, πάναγρον, δ.] Λῖνον πάναγρον· C. *Voſſiano* aſcriptum τῷ πάναγρον, *adde* λῖνον· puto hoc poſſe ſubintelligi. *Salm.* πάναγρον δίκτυον, ἀμφίσβληστρον. KÜHN.

Λῖνον, πάναγρον, δ.] MS. λῖνον πάναγρον, λῖνον δίκτυον ἀμφ. Legendum inde & diſtinguendum putem: λῖνον, πάναγρον λῖνον, δίκτυον, ἀμφ. certe *Homerus* non πάναγρον ſaltem, ſed λῖνον πάναγρον dixit. Certe MS. noſter I, 97. in piſcatorio inſtrumento, πάναγρον λῖνον quoque clare jungebat. JUNG.

Λῖνον, πάναγρον, &c.] Reſtituimus in textum MSS. lectionem, quam bene *Jungermannus* diſtinxit: πάναγρον λῖνον ἐπιθετικῶς, & ſic in *Anthologia*: alias nec ineptam dixero vulgatam lectionem: ſic enim apud *Heſychium*: Πάναγρα, (πανάγρια, quod additur, ejiciendum) ἐν οἷς τὰ λεπτὰ καὶ ἁδρὰ θηρεύεται· & ad *Homerum Euſtathius* oſtendit quoddam retis fuiſſe genus πάναγρον· ſed *Noſter* procul dubio ad *Homeri* locum *Il.* E. reſpexit.

35 Μέν. μὲν ἔφη, Ἁλιεῖ Ἀμφ. &c.] *Interpr. Piſcatori*: male: eſt enim inſcriptio dramatis, quod indicat C. V. legendo, ἐν Ἁλιεῖ, *in Piſcatore*, ideoque poſt Ἁλιεῖ interpungendum. KÜHN.

Μέν. μὲν ἔφη, Ἁλιεῖ Ἀμφ. &c.] MS. noſter ita: Μένανδρος δὲ ἔφη ἐν Ἁλιεῖ. Ἀμφιβλήστρῳ περιβάλλεται. Et ita reſtituendus certe hic locus videtur, quum titulus Comœdiæ male confuſus ſit cum verbis *Comici*. *Menandri* alias Ἁλιεῖς in plurali citantur a *Noſtro* ſupra Segm. 52. & Segm. 145. Sed & ſingulariter ἐν Ἁλιεῖ apud *Athenæum* citatur libr. XI. *Dipnoſoph.* quam varietatem *Caſaubonus* adnotavit XI. *Animadv.* ubi quoque ait hic *Menandri* illud drama ſingulari inſcribi numero, rectam lectionem nempe videns etiam. JUNG.

Μένανδρος μὲν ἔφη, Ἁλιεῖ Ἀμφίβληστρον &c.] Perbene MSS. Μένανδρος δὲ ἔφη ἐν Ἁλιεῖ. Ἀμφιβλήστρῳ περιβάλλεται. *Piſcatorem Menandri* fabulam nemo paululum humanior ignorabit: diſcat alias e *Meurſii Biblioth. Att.* Sed prætereundum non eſt inveniſſe me eandem loci hujus emendationem in *Menandri* Fragmentis ab eruditiſſimo *Cantero* collectis opere MS. Μένανδρος μὲν ἔφη ἐν Ἁλιεῖ. Mox cum MSS. delevi κίρκοι, quos ego nullos in re piſcatoria novi: non me fugit πάντα τὰ ἐπικαμπῆ dici κίρκους, notantibus Grammaticis, adeoque nec incommode hamos, ἄγκιστρα ἀκιδωτὰ hoc nomine poſſe vocari; ſed, utcunque hoc exploratiſſimum fuerit, hic, ubi *Pollux* retia enumerat, alieno loco poſiti eſſent κίρκοι.

36 Καὶ ἕρκη δὲ, &c.] In C. A. ἕρκη δὲ πόρκοι, κύρτοι, γρίφοι γ. &c. *Salm.* C. καὶ ἕρκοι δὲ κύρκοι, κ. πύρκοι, καὶ γρίφοι. KÜHN.

Καὶ ἕρκη δὲ, &c.] MS. ἕρκη. JUNG.

37 Καὶ κύρτοι, κίρκοι, γρίφοι] MS. καὶ κύρτοι, καὶ γρίφοι· omiſſo κίρκοι, quod quidem nec ſupra I, 97. ubi pariter πόρκοι, κύρτοι, γρίφοι jungebantur, erat: ſequuntur mox Segm. ſeq. in nauticis. JUNG.

38 Κακὸν] Κακὸν abeſt a C. A. KÜHN.

39 Γάγγαμον ἄτης π.] Prius editi omnes: γαγγάμωνα τῆς· itaque retin. *Eraſm.* prov. *Gangamon.* MS. γαγγάμονα τῆς, veræ lectioni aliquanto propius. Nam non aliter atque nunc editum, apud *Æſchylum* legitur *Agam.* v. 292. vid. *Leopard.* libr. XVI. cap. 21. & *Caſaubon.* in *Strab.* fol. 16. ſupra II, 169. ut & apud *Etymolog.* γαγγαμῶν quoque extat, apud *Heſych.* vero γαγγάμη. SEB.

Γάγγαμον ἄτης π.] C. V. γαγγάμονα τῆς παν. vulgata etiamnum extat in *Agamemnone Æſchyli*: γάγγαμον ἄτης παναλώτου, *ſagena perniciei, quæ omnes concludit capitque.* KÜHN.

Γάγγαμον ἄτης π.] MS. noſter, ut *Seberi* γαγγάμονα τῆς παν. Antea vulgati, γαγγάμωνα τῆς παν. *H. Stephanus* ad oram adſcripſit: *ſupra* II, 169. γαγγαμῶνα *Lex. vet.* nec quid aliud. Sed rectiſſime noſter *Seberus* edidit, ut *Leopardus* XVI. Emend. 21. emendavit, nec aliter agnoſcit Magnus *Caſaubonus* ad lib. VII. *Strabonis.* Quamvis *Leopardus ita*, ait, eſſe *omnino legendum*: γάγγαμον ἄτης παναλώτου *vel* παναλύτου, *& ex Polluce conjecturam facio*: ait; *ut Pollucis* κακὸν *explicet Æſchyli* ἄτης· ubi præterea notat *Eraſmum*, qui in proverbio *Gangamon*, κακὸν *negotium* explicet, quum *malum* ſit. Sed viro doctiſſimo *Æſchyli* locus non videtur in promptu fuiſſe: alias iſtud παναλώτου non ſollicitaſſet. Is nobis a doctiſſ. *Sebero* indicatus in Notis ſuis; iſte eſt enim; verba *Chori* ad noctem:

Ἥτ' ἐπὶ Τροίας πύργοις ἔβαλες
Στεγανὸν δίκτυον, ὡς μήτε μέγαν
Μήτ' οὖν νεαρῶν τιν' ὑπερτελέσαι
Μέγα δουλείας
Γάγγαμον ἄτης παναλώτου. JUNG.

40 Φελλοὶ, κάλ. &c.] C. A. φελλὸς, κάλαμος ῥάβδος κάμαξ &c. ἀγκιδωτὰ, *hamata*. KÜHN.

41 Ὁρμιὰ ἄγκιστρα] MS. ὁρμιᾶ, ἄγκιστρα ἀκιδωτά. Sicque reponere debes pro vulgato ἄγκιστρα, ἀγκιδωτά. Habet & ſupra MS. I, 97. paulo corruptius ἄγκιστρα ἀγκιδωτά. Iſtud ἀκιδωτὰ e *Suida* & ſupra probavi. JUNG.

Ὁρμιὰ, ἄγκιστρα, ἀγκιδωτὰ] Ἄγκιστρα ἀκιδωτὰ legendum non dubito, ut & in textu reſtitui: vox hæc

κιστρα ἀκιδωτὰ, τρίχες, [42] λῖνα, σπάρτα, σπαρτίναι, μολύβδαιναι, [43] πυρία, τριόδους, τρίαινα, ἰχθυκεντρον. [44] Τὰ δὲ ναυτικὰ σκεύη [45] κάλοι, ἱστία, [46] κρίκοι, [47] ἡνία, [48] κωπὶς, κῶπαι, οἴακες, πηδάλια, [49] πλῆκτρα, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Ἀχαιῶν συλλόγῳ,

> Ὡς ναοφύλακες νυκτέρου ναυκληρίας
> [50] Πλήκτροις ἀπευθύνουσιν οὐρίαν τρόπιν.

mi, eſcæ, pili, lina, junceæ naſſæ, laminæ plumbeæ, tridentes igniti, tridens piſcatorius. Nautica autem inſtrumenta, vela, anuli, funis, remus, remi, clavi, gubernacula, conti: ut Sophocles in Græcorum Concilio:

> *Veluti navium cuſtodes per nocturnam navigationem*
> *Contis dirigunt ſecundo vento navim.*

etiam reſtituenda fuiſſet I, 97. ubi & a *Jungermanno* id adnotatum eſt: *Kuhnius* autem ibi adhæſit ad ἀγκίδωτα, & ἀγχίδοτα nequicquam cogitavit: ἄγκιστρον vero ἀκιδωτὸν *hamus cuſpide acuta inſtructus*: *Philes* non ineleganter χαλκὸν παλίστομον dixit: apud eundem funiculus hami θρὶξ πλεκτὴ appellatur; unde jam intelligis, quorſum in hac enumeratione rerum, quæ ad piſcatum pertinent, recenſuerit *Auctor* τρίχας. In *Oppiano* etiam pleraque, quorum hic meminit *Onomaſticographus*, inveniuntur; ſed hæc alibi forte latius. Mox σπαρτίνας, utut in MSS. extent, habeo ſuſpectas: ſi meo res arbitrio ageretur, ſuccederent in horum locum σπαρτία, quæ in ipſis etiam MSS. expreſſa ſunt: vitioſius tamen ante *Seberum* legebatur παρτῖναι. Dehinc extitit in vulgatis hæc lectio: πυρία τριόδη, τριόδους· τριόδην vocem non Græcam, & a MSS. damnatam expuli, quæ nullibi ſane inter piſcatorum inſtrumenta fuit a *Noſtro* repoſita: τριόδους autem & τρίαινα, nec non ἰχθυκεντρον eadem ſunt: poſterius *Heſychius* ſcribit Ἰχθυόκεντρον, τρίαινα. Peragebatur autem hoc piſcationis genus fuſcina tridente, qua conjecta piſces majores petebant & vulnerabant: τριαίναν ἐναράττειν id vocat *Philoſtratus* Icon. lib. I. eam ob rationem fuſcinam illam *Philes* appellat τομὸν βέλος. *Ovid. Amor.* lib. I. *Hi jaculo piſces, illi capiuntur ab hamis, Hos cava contexto retia fune trahunt.*

42 Λῖνα, σπάρτα, &c.] MS. auctius τρ. λῖνα (σπαρτία) σπάρτα σπ. μ. ſed vocula incluſa uncinulis a me, in MS. ab alia manu inſerta eſt contextui. JUNG.

43 Πυρία τριόδη, &c.] MS. πύρια, τριόδους. SEB.

Πυρία τριόδη, &c.] *Interpr. tridentes igniti*: malim πυρεῖα, vaſa, in quibus ignis ſervatur, cum noctu piſcantur; vel ſimpliciter *ignitabula*, *igniaria*: τριόδη non eſt in C. A. nec in *Salm.* Codice. KÜHN.

Πυρία τριόδη, &c.] MS. πυρία τριόδους· omiſſo τριόδη· quod & *Seberi* MS. omittit: & πυρία vel πυρίαι quidem notæ e *Noſtro* ſupra VII, 168. hic in noſtro MS. id accentu caret; *Seberi* habet πύρια, ut ipſe notat. Quid cum τριόδη faciamus, quod vulgo eſt, neſcio: niſi cum MS. omittendum dicamus. JUNG.

44 Τὰ δὲ ν. σκ.] C. A. præmittit titulum: Περὶ ναυτικῶν σκευῶν, *de nautico inſtrumento.* KÜHN.

Τὰ δὲ ν. σκ.] Cum iſtis MS. noſter novum caput orditur, & præfigit hunc titulum: Ναυτικὰ σκεύη. JUNG.

45 * Κάναιοι, &c.] N. σκ. κάλοι, ἱστ. SEB.

* Κάναιοι, &c.] C. V. τ. δ. ν. σ. κάλοι, ἱστία, κιρκοί. C. A. ναυτικὰ δὲ κάλαιοι, leg. κάλοι &c. poſſet etiam ex κάλαιοι fieri κάπαι, κάλοι. *Salm.* ναυτικὰ σκεύη, κάλοι, ἱστία, &c. KÜHN.

* Κάναιοι] Quid κάναιοι ſint, doceri velim. Sed potius eſt, ut id vocabulum non agnoſcamus cum MS. tam noſtro quam *Seberi*: quorum uterque pro eo habet κάλοι, quod reponendum videtur: ſupra in eadem re I, 84. καὶ δι' ὧν οἱ κάλοι διαίρονται, κίρκοι. Turbat tamen quod illi κάλοι mox Segm. ſeq. ſequantur, ut hic forte de alia vocula itaque conquirendum fuerit: & incidebat quidem κεραία, ut ſupra I, 93. Sed MS. non faventibus aliis conjectare permitto. Supra in MS. quoque bis erant I, 93. & 94. JUNG.

* Κάναιοι] Qui iſti ſint in inſtrumento navali κάναιοι quærant, quibus pretioſiſſimum tempus perdere cordi eſt, dum nos e MSS. in textu reponimus κάλοι· κάλους dici funes nauticos res eſt notiſſima vel ex illo vulgari proverbio πάντα κάλων σείειν· *Lucian.* in *Navigio*: ἀνιόντα τὸν ναύτην διὰ τῶν κάλων· *Scholiaſtes Apollonii Rhodii*: καθόλου δὲ πᾶν σχοινίον (cujus ſcilicet in navi uſus eſt) κάλως λέγεται· notavit ſimilia *Euſtathius* ad *Homerum Od.* Ε. ubi tamen *Brevis Scholiaſtes*: τὰ σχοινία, δι' ὧν ἀνάγεται καὶ κατάγεται ἡ κέραια· ſed ibi ille potius ad uſum iſtius vocis reſpicit, quem eo loco obtinere videtur. Mox κρίκοι ſcripſi MSS. obſequutus: quamvis, ut cenſeo, parum interſit κρίκους ne ſcribas an κίρκους· nam I, 94. & in noſtro *Polluce* κίρκοι, MSS. non repugnantibus, editum eſt, unde & petere licet, quid κίρκος ſeu κρίκος fuerit: utraque eſt in *Heſychio* ſcriptura, ſed aliam ille *Grammaticus* vocis expoſitionem adfert: Κρίκος, κίρκος, ἔνθα ἡ κώπη εἰσέρχεται· vocem hanc autem parum intellexit *Scholiaſtes* ad *Lucian. Navigium*, ubi κερύακας *Luciani* ſic exponit: Τὰ νῦν κάρια λεγόμενα παρὰ τοῖς ναυτικοῖς, ἃ καὶ κρίκους καλοῦσιν οἱ παλαιοί· certe non ipſi funes κρίκοι ſolent nominari, ſed foraminula, per quæ funes inſeruntur: obiter tamen eum emendemus; ſcribendum enim κάροια, ut ex ejuſdem *Scholiis* ad *Luciani Jovem Tragœdum* diſcere potes: *Moſchopulus*: Κεροίαξ ἀρσενικῶς, καὶ κλίνεται κερύακος, τὸ κοινῶς κάροιον· perperam in hac voce vulgo editur apud *Suidam* κάβοιον. Paulo poſt habuerunt ante nos editi Codices πλῆτρον, & in *Tragici* loco Πλήτροις· utrumque e MSS. emendatum.

46 Κίρκοι] MS. κιρκοὶ, oxytone, ut ſupra I, 94. idem MS. hic tamen accentus ad vulgatum exemplum reformatus erat a manu alia. JUNG.

47 Ἡνία] MS. ἠνία. Quod non minus ignoro quam paulo antecedens κάναιοι. Sed vulgatum ἡνία quid ἐν σκευῇ ναυτικῇ agat, nec iſtud video: ſi conjecturæ quid licet, ſaltem dicis cauſa, ne locum deſtitutum, quantum in nobis, voluiſſe videamur, forte legendum σχοινία, quæ ſupra & ipſa in inſtrumento nautico I, 93. occurrunt. Sed συνετὸν forte ἐπικουρίαν quis ad hæc dicat, a quo ſane meliorem operam exſpectabimus. JUNG.

48 Κωπὶς] Abeſt a C. A. κωπίς. KÜHN.

49 Πλῆτρα] C. V. πλέκτρα· C. A. non habet ſequentes verſiculos *Sophoclis* uſque ad τρόπιν. KÜHN.

Πλῆτρα] Mendoſe. Scribe ut MS. noſter habet, πλῆκτρα, ſicut & in ipſis *Tragici* verſibus: ἀπὸ τοῦ πλήττειν nimirum: idem vocabulum ita obſervo apud *Herodotum Clione* cap. 194. de navigiorum, quæ Babylonem commeant, fabricatione: ἰθύνεται (πλοῖον iſtud σκύτινον) δὲ ὑπό τε δύο πλήκτρων, καὶ δύο ἀνδρῶν ὀρθῶν ἑστεώτων· καὶ ὁ μὲν ἔσω ἕλκει τὸ πλῆκτρον, ὁ δὲ ἔξω ὠθέει. De *Sophoclis dramate* hoc vid. *Caſaub.* VII. *Athen.* 4. JUNG.

50 Πλήτροις] Iterum C. V. πλέκτροις· videtur ita dici vel gubernaculum, quo flectitur movetur que navis, vel *contus*, ut *Interpr.* KÜHN.

Πλήτροις] MS. πλήκτροις, ut jam dixi ſcribendum eſſe. JUNG.

134 * Tum & Ὁλκία nominavit gubernacula in Nauplio. Et apud Homerum:

Politus clavus. ---

Scalmi, lora, tabulatum, utres, conti, funes, ſentina, cadi, funes nautici, quibus naves terræ alligantur. Rudentes, ancoræ, machinæ trahentes, fulcra,

* [51] καὶ ὁλκία δὲ τὰ πηδάλια ἐν Ναυπλίῳ ὠνόμασε· [52] καὶ παρὰ τῷ Ὁμήρῳ, 134

ξεστὸν ἐφόλκαιον. ---

σκαλμοὶ, τροπωτῆρες, [53] ὑπηρέσια, ἀσκώματα, [54] κοντοὶ, κάλοι, ἀντλία, [55] κάδοι, [56] ἀπόγαια, ἐπίγεια, πείσματα, [57] ἄγκυραι, ὁλκοὶ, ἕρματα, [58] οὖροι,

51 Ὁλκία] C. A. ὄλμια, & ex correctione ὁλκία τὰ πηδάλια. KUHN.

Ὁλκία] MS. ὁλκία &c. mox autem Ναυπλίῳ ſcilicet καταπλέοντι· alius enim ejuſdem Poëtæ Ναύπλιος πυρκαεύς· vid. *Caſaubonum* noſtrum modo dicto loco. JUNG.

52 Καὶ παρὰ τῷ Ὁμ. ξ. ἐφόλκαιον.] *Odyſſ.* ξ, 350. priores edit. ἐφόλκιον. SEB.

Καὶ παρὰ τῷ Ὁμ. ξ. ἐφόλκαιον.] C. A. ξεστὸν ἐφόλκιον ὡς Ὅμηρος· C. V. etiam probat ἐφόλκιον· *Heſych.* Ἐφόλκιον, ἐφολκίδα, πηδάλιον· & iterum: ἐφόλκιον διὰ τοῦ ι τὸ πηδάλιον ἀπὸ τοῦ ἐφέλκεσθαι· in *Salm.* C. ita totus locus: ὁλκία δὲ τὰ πηδάλια ἐν Ναυπλίῳ ὠνόμασε παρὰ τὸ Ὁμήρου, ξεστὸν ἐφόλκιον· atque ita legendum inquit. KUHN.

Καὶ παρὰ τῷ Ὁμ. ξ. ἐφόλκαιον.] MS. (ſine καὶ) παρὰ τὸ Ὁμήρου, ξεστὸν ἐφόλκιον. Et ἐφόλκιον etiam priores editiones. Sed noſter *Seberus* ἐφόλκαιον repoſuit, quod ita apud *Homerum* Ὀδυσσ. ξ. legebat:

Ξεστὸν ἐφόλκαιον καταβὰς ἐπέλασσα θαλάσσῃ
Στῆθος ---.

Heſych. Ἐφόλκιον, ἐφολκίδα, πηδάλιον· ubi etiam ἐφόλκαιον emenda. Dicitur alias & ἐφόλκιον· ut eodem loco *Heſychius* ſubjungit paulo poſt: Ἐφόλκιον, διὰ τοῦ ι, τὸ πηδάλιον, ἀπὸ τοῦ ἐφέλκεσθαι. *Etymolog.* ἐφόλκιον, τὸ πηδάλιον. JUNG.

Καὶ π. τῷ Ὁμ. Ξ. ἐφόλκαιον.] Etſi MSS. habeant ἐφόλκιον, retinendam tamen vulgatam lectionem duxi, quæ in ipſo apparet *Homero*: librarii, quibus illa vocis forma mira videbatur, nulla de ratione temere mutarunt: alias tota MSS. lectio nec incommoda eſt nec inepta. Ἐφόλκια vero etiam dicta illa parvula navigia, quæ majoribus alligata, ab iſtis trahebantur: *Heſychium* videndum moneo: *Moſchion* de *Hieronis* Siciliæ regis navi maxima: ἐφόλκια δ' ἦσαν αὐτῇ τὸ μὲν πρῶτον κέρκουρος τρισχίλια τάλαντα δέχεσθαι δυνάμενος &c. quæ lege, ſis.

53 Ὑπηρεσία] *Tabulata. Interpr.* malim quod ſubſternitur remigibus ſedendi gratia, ut ſtoreæ, ſtramenta & id genus alia. KUHN.

Ὑπηρεσία] MS. ὑπηρέσια. Et ita omnino accentum corrige: ὑπηρέσιον nauticum notum ſatis ſupra I, 88. & alibi in *Noſtro*. JUNG.

54 Κοντοὶ] MS. κόντοι paroxytonωs. JUNG.

55 Κάδδοι] Abeſt a C. A. KÜHN.

Κάδδοι] MS. omittit κάδδοι· ſed ſupra I, 94. non omittebat, ibique κοντὸς, κάδος &c. habebat. JUNG.

Κάδδοι] Reſtitui altera ſimilium literarum deleta κάδοι, de qua ſcriptione ſuperius alicubi notaſſe non pauca memini: mox nulla fuit ratio, ob quam cum MSS. non ſcriberemus ἀπόγαια· & alterum tamen rectum etiam, quod pluribus exemplis non difficulter oſtendi poſſet, niſi rem per ſe ſatis notam exiſtimarem: πρυμνήσια, quæ alibi expreſſit, hic præteriit: eleganter *Heliodorus* lib. I. Ὅλκας ἀπὸ πρυμνησίων ὥρμει· *Tryphiodorus* πείσματα πρύμναια dixit, *Statius retinacula*, nec non, niſi fallit memoria, *Virgilius*. Ὅλκοι, quorum mox ſuus in hoc inſtrumenti navalis numero eſt locus, in memoriam mihi revocant, quæ leguntur VII, 191. αἱ δὲ καλούμεναι χαμευλκοὶ, μηχαναὶ, δι' ὧν εἵλκοντο· ibi Codicem *Falckenburgii* addidiſſe ὁλκοὶ, hoc enim accentu ſcribendum, memini dixiſſe: rectiſſime; ὁλκοὶ iidem qui χαμουλκοὶ, ut ex *Heſychio* & *Etymologo* poteſt intelligi: *Thucydides* lib III. cap. 15. καὶ ὁλκοὺς παρεσκεύαζον τῶν νεῶν ἐν τῷ Ἰσθμῷ ὡς ὑπεροίσοντες ἐκ τῆς Κορίνθου εἰς τὴν πρὸς Ἀθήνας θάλασσαν· *Schol.* οἱ ὁλκοὶ ὄργανα εἰσὶν, οἷς αἱ νῆες ἕλκονται. Ἀπόβαθρα paulo poſt accentu malo notatum fuit, quem emendavi: meminit *Lucianus* in *Navigio*, ad quem σκάλαν dixiſſe recentiores Commentator antiquus adnotat: vid. I, 93. Διφθέρας navibus obductas pelles *ſegeſtra* Romani vocant. *Gloſſæ*: *ſegeſtrum*, διφθέρα πλοίου· *Feſtus*: Διφθέρας (ita ſcribendum. Vid. I, 93.) *Græci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus ſegeſtria*: βυρσῶν ἐπιβολὰς *Lucianus* dicto ſæpius libello vocat: hæ pelles navibus inſternebantur, ut hoc magis eſſent tutæ ab omni aëris procellarumque injuria: alibi plura notabo. Δακτυλίους Siculi λογγῶνας vocabant, de qua voce notavi ad IX, 136. *Falckenburgius* aut quicunque is ſit quem ita nominamus, ante δακτύλιοι e ſuo Codice notavit ὅλμοι· forte ὅρμοι, quæ vox huic loco non male conveniat; ſcimus autem non raro literas λ & ρ in MSS. confundi.

56 Ἀπόγεια] MS. ἀπόγαια. SEB.

Ἀπόγεια] C. V. ἀπόγειοι, ἐπίγυα· C. A. ἐπίστεια &c. διερείδεις δ. δακτύλιοι, ὡς οἱ τετρημμένοι λίθοι ὧν τὰ πείσματα ἐνδεῦνται· *Salm.* ἀπόγαια. KÜHN.

Ἀπόγεια] Pro ἀπόγεια, MS. tam noſter, quam *Seberi* ἀπόγαια habet. Sicut ſupra etiam I, 93. quamvis ibi vulgo utrumque ἀπόγαια, ἀπόγεια, pro quorum altero ibi MS. ἐπίγεια habebat: hic vero pro ἐπίγεια mendoſe ſcribit ἐπίγυα. JUNG.

57 Ἄγκυραι, &c.] MS. π. ἀγκύρα, ὁλκοί. JUNG.

58 Οὖροι] Ita & MS. *Interpr.* redd. *navalia*, quæ Gr. οὖροι· vid. *Heſych.* & *Suid.* SEB.

Οὖροι] MS. οὖροι. Et οὖροι ita & *Seberi* MS. prior editio οὖροι enim habebat: ſed MS. lectionem firmat & *Heſychius* ita ſcribens: Οὔρους, φύλακας, ἢ τὰ νεώρια· τὰ περιτειχίσματα, ἢ τὰ περιερείσματα τῶν πλοίων, ἢ τὰ ὁρμητήρια, δι' ὧν καθέλκονται· quamvis *Suidas* οὐρεὺς ἐξυτέους edicat, in hac quidem ſignificatione: cui & *Etymologicographus* aſſentiri videtur; & expreſſe ἐξύνεσθαι docet illam vocem in hac re *Euſtathius* ad Ἰλ. β. *Herennius Philo* de diff. οὖρος καὶ οὐρὸς διαφέρει· οὖρος μὲν, ὁ ἄνεμος· οὐρὸς δὲ, ὁ τόπος, ἢ τὸ νεώριον. Οὐρούς τ' ἐξεκάθαιρον --- & infra Segm. 148. MS. noſter οὖροι iterum in hac re, ſed ab alio emendatum, ut vulgo eſt, οὐροί· quibus itaque videtur vix contradicendum: *Heſychiana* vero ſcriptura οὖρευς conveniat ſaltem primæ ſignificationi, qua φύλακας vox notat. Sed cum hoc οὖροι, ſive οὐροὶ potius, noſter MS. iterum λείπει, & oſtendit vulnus, quod ſibi contigit, noſtri *Pollucis* mehercle cum haud parvo damno, exſecta nimirum tota pagina. Quis enim eſt, vel doctiſſ. provoco, qui ſe ſperet abſque Codicis talis ope, tot mendas ex aliquo auctore, iis præſertim quot lineis ſere obſito, ſublaturum vere & plane ita, ut ex animi ſui ſententia paratus ſit jurare eam auctoris ſcripturam fuiſſe? Hinc certe pateat, ſi vel nullam mendam ſuboleamus amplius, tamen ſi in illas exſectas paginas unquam incidere daretur, quod ſperare tamen ſtultum eſt, nova nobis illas allaturas, ut aliquam Africam, quam ſemper tale quid parere vetus eſt adagium. Sed ne inſtituti obliviſcamur: τὰ δὲ μὲν προτετύχθαι ἐάσωμεν, ἀχνύμενοί περ. Deſunt itaque in noſtro MS. cum hac exciſa pagina omnia ab hoc, quo dixi loco, uſque ad iſta, ξύλαι, ἀρπαγίδες, ἧλοι, quæ ſequuntur Segm. 142. JUNG.

[59] ἀποβάθρα, [60] θράνια, δέῤῥεις, διφθέραι, [61] δακτύλιοι, οὕτω δὲ τοὺς τετρημένους λίθους ὠνόμαζον, ὧν τὰ πείσματα ἐξέδουν· [62] ὀρθίαξ δὲ τὸ κάτω τοῦ ἱστοῦ [63] καλεῖται, ὡς τὸ ἄνω, καρχήσιον· καὶ ἔστι τοὔνομα [64] τὸ ὀρθίαξ, ἐν Ἐπιχάρμου [65] Ναυαγῷ.

navalia, ſcalæ, pelles; diphtheræ. Dactylii: ſic enim perforatos lapides vocant, a quibus alligant rudentes. Ὀρθίαξ autem inferior mali pars nominatur: quemadmodum ſuperior, carcheſium. Nomenque Ὀρθίαξ in Epicharmi Naufrago extat.

135 ## * ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ΛΑ.

[66] Περὶ τῶν εἰς ἐσθήτων θεραπείαν σκευῶν, καὶ ἐφ' οἷς ἀποτίθενται.

* CAPUT XXXI. 135

De vaſis veſtium, & quo hæ reponantur.

[67] ΤΑ' δὲ περὶ τὴν θεραπείαν τῶν ἐσθήτων σκεύη, [68] πλυνοὶ, καὶ πλυντήρια· [69] καὶ γῆ σμηκτρὶς,

VAſa vero, quæ veſtium curæ adhibentur, ſunt: lotoria vaſa, & labra. Tum terra ſmectis, apud

59 Ἀπόβαθρα] Ἀποβάθρα· ut ſupra I, 93. SEB.

Ἀπόβαθρα] Scribe ἀποβάθρα, ut & *Seberus* noſter monuit. JUNG.

60 Θράνια] Pro θράνια quoque potius ſcribe θρανία· ut ſupra I, 94. quamvis ibi MS. θράνια. Sed θρανίον apud *Noſtrum* occurrit aliquoties, III, 90. VII, 182. & ſupra Segm. 48. θρανία etiam MS. JUNG.

61 Δακτύλιοι.] De iiſdem *Heſychius*: Δακτύλιοι, οἱ τετριμμένοι λίθοι, ἐξ ὧν τὰ ἀπόγεια σχοινία ἐξάπτεται· ubi emendandum puto οἱ τετρημένοι λίθοι· ait enim *Noſter*, τοὺς δὲ τετρημένους λίθους &c. JUNG.

62 Ὀρθίαξ] *Heſychius*: Ὀρθίας, ἱστὸς νεώς· ubi etiam ὀρθίαξ videtur ſcribendum. JUNG.

63 Καλεῖται] Abeſt a C. A. ut & mox καὶ ἔστι. KÜHN.

64 Τὸ ὀρθίαξ] *Salm.* ὁ ὀρθίαξ. KÜHN.

65 Ναυάγῳ.] Ναυαγῷ. SEB.

Ναυάγῳ.] Emenda ναυαγῷ, ut & *Seberus* noſter indicavit; *Athenæus* lib. XIV. Ἐπίχαρμος &c. ἐν Ὀδυσσ. ναυαγῷ. Quem eundem *Ulyſſem naufragum* hic a *Noſtro* intelligi ait *Caſaubonus* noſter XIV. *Animadv.* 3. Et quis ſcit, an non *Pollux* ita ſcripſerit quoque? Certe ſi MS. nos deſtituit, de vulgatorum fide ſuſpicari non ita bona, multa exempla me hactenus cogere potuerunt. JUNG.

Ναυάγῳ.] Sic omnes editiones: mutandus tamen accentus, uti feci, *Kühnio* probante. *Meurſius* ad *Helladium Beſantinoum*, ubi omnes *Epicharmi* fabulas ſtudioſe collegit, fabulam, cui titulus Ὀδυσσεὺς ναυαγὸς apud *Athenæum* lib. XIV. ex hoc ipſo *Pollucis* adducit loco: quod equidem argumento eſt, eruditiſſimum hominem cenſuiſſe, non alium eſſe Ναυαγὸν hunc *Pollucis* noſtri ab illa *Epicharmi* Comœdia, quæ dicitur *Athenæo* Ὀδυσσεὺς ναυαγός· veriſſime; nihil enim addubito, quin ita ſe res habeat: jam olim tamen ea de re mihi cogitanti ſuccucurrit altera conjectura, quæ *Meurſii* opinionem non tantum non ſubvertit, ſed etiam confirmat: ſcilicet ex eo, quod noſter *Epicharmi* fabulam ſeparatim Ναυαγὸν, non Ὀδυσσέα ναυαγὸν appellat, colligere mihi videbar titulum fuiſſe Comœdiæ Ὀδυσσεὺς ἢ Ναυαγός· ſæpius enim uſu venire ſolet, ut duplici titulo fabulas inſignitas alterutro tantum nominato adducant Grammatici, quod ipſum ſupra memini oſtendiſſe in hujus *Epicharmi* Προμαθεῖ ἢ Πύῤῥα· vide & *Caſaubonum* ad *Athen.* lib. III. cap. 15. ſimili ratione *Eubuli* fabulam ab *Athenæo* laudatam ſcio Ὀδυσσεὺς ἢ πανόπται· quæ cum ita ſint, ultro patet apud *Athenæum* lib. XIV. ſcribendum eſſe ἐν Ὀδυσσεῖ ἢ Ναυαγῷ· quod tamen in hac mea me conjectura retinet aliquantulum & moratur, eſt, quod & *Epicharmi* Ὀδυσσέα αὐτομόλον adducat *Athenæus*; qua ratione & Ὀδυσσέα Ναυαγὸν eum ſcripſiſſe ſit veroſimile: lectoris arbitrio rem totam permitto: alias & *Alexis* edidit fabulam inſcriptam Ὀδυσσεὺς ὑφαίνων, aliiqui plures Comœdias, quarum titulus Ὀδυσσεύς. *Heſychium* ex hoc *Pollucis* loco ſic dudum emaculaveram, ut erudite fecit *Jungermannus*. De καρχησίῳ ſunt adeundæ præter alios *Gloſſæ Galeni Hippocraticæ*.

66 Περὶ τῶν εἰς ἐσθήτων θερ. &c.] Titulus anguſtior comprehenſa ſub eo materia: nam & σκυτοτόμων & κουρέων, & στρατιωτῶν & aliorum σκεύη recitantur. SEB.

Περὶ τῶν εἰς ἐσθήτων θερ. &c.] C. A. περὶ σκευῶν τῶν ἐν θεραπείᾳ ἐσθήτων· *Salmaſ.* hunc affert titulum: περὶ θεραπείας ἐσθήτων σκευῶν. KÜHN.

67 Τὰ δὲ περὶ τὴν θερ. &c.] Textus in C. A. τὰ δὲ π. θεραπείαν τ. ἐ. πλυνοὶ πλυντήρια κ. γ. σ. κ. N. καὶ λίτρον λύστρανον, κονία (C. V. κωνία) κ. γ. κ. Ἀ. κνάφος ἐκπιεστήριον· in *Gloſſ. prelum*, *preſſorium*, πιεστὴρ πιεστήριον. KÜHN.

68 Πλυνοὶ] Supra VII, 37. in MS. πλύνοι erat παροξυτόνως. Sed πλυνὸς ὀξυτόνως, τὸ ἀγγεῖον αὐτό· παροξυτόνως δὲ, τὸ πλυνόμενον· ait *Suidas*, apud quem, ut & *Heſych.* πλυνοὶ etiam habes. JUNG.

69 Γῆ σμηκτρὶς] Vide ſupra VII, 40. Hic prior. edit. μηκτρ. SEB.

Γῆ σμηκτρὶς] *Salm.* σμηκτρίς· apud *Galenum* in *Lexico Hippocratis*. KÜHN.

Γῆ σμηκτρὶς] Sane noſter *Seberus* nil propius poterat vel verius, quod ad vulgatum antea μηκτρὶς attinet, reponere. Sed profecto vel valde fallor, vel ſcripſit *Pollux*: καὶ γῆ πλυντρὶς, κατὰ Νικοχάρην. Ecce enim *Pollux* id jubet ipſe, cujus locus ſupra VII. 40. hic totus eſt. τὴν δὲ σμηκτρίδα, Κηφισόδωρος ἐν Τροφωνίῳ εἴρηκεν· (MS. ibi Εὔπολις εἶπεν καὶ ἄλλοι) ἰχθύων δὲ πλῦμα, Πλάτων ἐν Νίκαις εἴρηκεν ὁ Κωμικός· ἡ δὲ πλυντρὶς παρὰ Νικοχάρει ἐν Ἡρακλεῖ γαμουμένῳ· quo profecto & *Noſter* hic reſpexit; Hoc tamen haud negarim adhuc majorem defectum loco huic accidiſſe; quum *Pollucem* arbitrer & de σμηκτρίδι γῇ hic addidiſſe eadem, quæ ſupra, non minus quam de πλυντρίδι. JUNG.

Γῆ σμηκτρὶς, &c.] Rectiſſime *Seberus*, ante quem legebatur γῆς μηκτρὶς, ita repoſuit: ſed paululum aliter in *Falckenburgii* Codice γῆ σμῆτις· ego ſcriptum exiſtimo σμηκτὶς, quod non minus recte dicitur, ac σμηκτρίς· ſcimus enim iſtiuſmodi generis nominum talem duplicem inveniri formam: de cetero an quoddam majus damnum, ut *Jungermannus* noſter judicat, afflixerit hunc locum, dicere non habeo: dubitem ego tamen; potuit enim in tanta rerum varietate, quod & alibi deprehendimus, errante memoria lapſus *Pollux* γῆν σμηκτρίδα *Nicochari* adſcripſiſſe, quæ *Cephiſodoro* debebatur. Porro Νικόχαριν nihil opus eſt, ut mutes; illum enim ſcribendi modum ad Segm. 107. vindicavi. In ſequentibus emendandis ita me geſſi, ut meam agendi rationem nemo cavillari poſſit: λύστρανον quin corruptum ſit e voce χαλαστραῖον, nemo bonæ mentis dubitaverit, præcipue cum in Excerptis *Falc*-

Ni-

Nicocharem. Et Sapo apud Platonem. Lixivium, Cimolia terra, ſecundum Ariſtophanem. Carduus. Adjungendum quoque hiſce illud, quod in Publico foro habetur, verriculum. Porro & licia veſtibus conveniunt: dictumque eſt nomen hoc in Platonis Fe-
136 ſtis, Intexere autem licia. * & in Hermippi

κατὰ Νικόχαριν· [70] καὶ λίτρον, καὶ χαλαστραῖον λίτρον κατὰ Πλάτωνα, [71] κονία, καὶ κιμωλία γῆ κατὰ Ἀριστοφάνην· καὶ [72] κνάφος· καὶ ἰπὸς τὸ πιέζον τὰς ἐσθῆτας ἐν τῷ γναφείῳ, ὡς Ἀρχίλοχος, Κέαται δ' ἐν ἰπῷ· καὶ περιστροφίδα δ' ἂν εἴποις τὸ ξύλον τὸ τὸν ἰπὸν περιστρέφον· ἐναρμόσαι δ' ἂν τούτοις καὶ τὸ ἐν τοῖς [73] Δημιοπράτοις ἐκπιεστήριον· [74] δεῖ δὲ ἐπὶ ταῖς ἐσθῆσι καὶ ῥαμμάτων· εἴρηται δὲ τοὔνομα ἐν Πλάτωνος Ἑορταῖς, Ἐμφέρεσθαι δὲ τὰ ῥάμματα· * καὶ ἐν Ἑρμίππου 136

kenburgianis pro iſthoc vocabulo ſubſtituatur χαλάτριον, quod quam prope accedat ad veram lectionem nemo non videt: tantum igitur λυστράιον in χαλαστραῖον mutavi: cetera nec ſupplemento nec emendatione habent opus, ſed commoda diſtinctione. De κονία & κιμωλία γῆ, quod utrumque vocabulum ex *Ariſtophane* producit *Auctor* noſter, adeundum ad Notas VII. 39. ubi *Comici* locum ex ejus *Ranis* monſtrarunt eruditi *Commentatores*: utriuſque meminit pluribus in locis *Galenus*, adhibitaſque docet non tantum ad mundanda veſtimenta, ſed & argentum.

70 Καὶ * λύστραιον λίτρον] MS. καὶ λίτρον, καὶ λίστραιον λοῦτρον. An vera lectio καὶ λίτρον, καὶ χαλαστραῖον λίτρον; cum ſupra VII, 40. (ἐν ᾧ δὲ ἐξέπλυνεν) οὐ μόνον λίτρον, καὶ χαλαστραῖον λίτρον, ἀλλὰ κ. *Plutarch.* Præc. ſalubr. fol. 82. τὰ ὀθόνια ῥύμμασι καὶ χαλαστραίοις πλυνόμενα, μᾶλλον ἐκπλύνεται τῶν ὑδατοκλύστων. Celebrat *Chalaſtræum* vel *Chalaſtricum nitrum Plinius* quoque Hiſtor. Nat. XXXI. 10. SEB.

Καὶ * λύστραιον λίτρον] *Salmaſ.* legit λίτρον χαλαστραῖον, χαλαστραῖον λίτρον, vel ex P. (*Palatino*) λίτρον χαλαστραῖον· alia l. λοῦτρον καὶ λίτρον, καὶ λυστραῖον λίτρον κατὰ Πλάτωνα καὶ κ. Ex his variis lectionibus optarim χαλαστραῖον λίτρον· nitrum *chalaſtricum* vocat *Plinius*. *Suidas* a lacu in Macedonia, *Heſychius* ab urbe *Chalaſtra* deducit nomen: *Plinius* lacum fuiſſe nitroſum refert *exiliente in medio dulci fonticulo*; *nitri chalaſtræi* jam ſupra meminerat *Noſter* lib. VII. c. 12. & *Plinius* lib. XXXI. cap. 10. *in pane ſalis vice utuntur chalaſtræo.* KÜHN.

Καὶ * λύστραιον λίτρον] Quod ſequitur καὶ λύστραιον λίτρον, κατὰ Πλάτωνα, *Seberus* ſui MS. lectionem, καὶ λίτρον, καὶ λίστραιον λοῦτρον, emendat, καὶ λίτρον, καὶ χαλαστραῖον λίτρον· nec profecto veriorem lectionem mihi quis perſuadeat; nam & illud χαλαστραῖον apud *Platonem* extare, prolato loco, ni fallor, ipſo, ex libr. IV. de Repub. ſupra ad VII, 39. docui: & κονία καὶ κιμωλία γῆ hic recte tribuitur *Ariſtophani*, cujus locum ſupra VII, 39. emendavimus, χρῆσιν ex ejus *Ranis* prolata. JUNG.

71 Κονία] Supra VII, 39. pr. edit. κόνια. SEB.

72 Κνάφος] Supra VII, 37. JUNG.

Κνάφος] Uſum fruticis iſtius hunc plures adnotarunt: lubet unius *Heſychii* locum apponere, qui ad hanc rem egregie pertinet: Κνάφοι, ἄκανθαι αἷς κνάπτεται τὰ ἱμάτια. Κνάφου δίκην, ὅταν ἐν κύκλῳ οἱ κναφεῖς περιέλκωσι τὰ ἱμάτια περὶ τὸν λεγόμενον κνάφον, ἔστι δὲ τοῦτο φυτὸν ἀκανθῶδες· aliquid huic loco deeſſe dicas; & talia credo plura ſunt in *Heſychio* aliiſque auctoribus, quæ proterva librariorum manus detruncavit. Adde, ſis, *Heſychio Suidam*, qui de hoc fullonum κνάφῳ pereleganter ſcribit: *Harpocratio* junioris ætatis Græcos γνάφον, ut γνάπτειν aliaque ſimilia, dixiſſe tradit: fruticis autem hujus uſum præterea nominis ipſius ratio commonſtrat: ſed ad alia majoris momenti pergendum. Bene vero factum, quod ſolus *Falckenburgii* Codex egregio *Pollucem* hic auxerit ſupplemento, quod nemo peritus periiſſe vellet: exhibenda ſunt ea, prout in Excerptis *Falckenburgianis* viſuntur: καὶ ἴτος τὸ πιέζων τὰς ἐσθῆτας ἐν τῷ γναφίῳ ὡς Ἀρχίλοχος, ἄτε δ' ἐν ἰπῷ· καὶ περιστροφίδα δ' ἂν εἴποις τὸ ξύλον τὸ περὶ τὸν ἰπὸν περιστρέφον· vellem equidem omnia Codicis hujus eximia pari ſe perſpicuitate conſpicienda præbuiſſent: ſed hæc ipſa tamen non negligenter ſunt prætereunda: ſuper τὸ ἴτος vera lectio erat adſcripta ἰπός· tum legendum eſſe τὸ πιέζον nemo non mecum ſentiet: poſtea γναφείῳ potius quam γναφίῳ in textu ſcripſi propter uſum frequentiorem: γναφεῖον enim, vel ut Attici præferunt κναφεῖον ſæpiſſime, γνάφιον autem rarius, nec niſi in MSS. invenias: non tamen ignoro affinitatem ει & ι in iſtius generis nominibus, quam ipſe alibi pluribus oſtendi; ſed vulgatam ſcribendi conſuetudinem hac quidem in voce ſine culpa ſequemur: accedit, quod & apud *Pollucem* VII, 37. κναφεῖον legatur. Veniendum ad *Archilochi* verba; quæ mihi in hoc Codice corrupta eſſe perſuadeo: ſed & qui reſtituenda ſint, e noſtro *Polluce* porro patebit: VII, 41. hic ipſe *Archilochi* locus adducitur: καὶ Ἀρχίλοχος δ' ἔφη, Κέαται ἐν ἰπῷ· quæ lectio, me judice, integrior eſt & verior, ſiquidem ſententiam plenam contineat, eamque ideo hoc loco reponendam exiſtimavi, cum ne ipſa quidem pravæ lectionis veſtigia abludant. Quod de περιστροφίδι adnotatur rarum eſt, nec alibi, quantum memoria repetere poſſum, vel a *Polluce* noſtro, vel ab aliis obſervatum: ſignificationis tamen analogiam ex origine vocis perſpectam habemus: in iſtius inſtrumenti deſcriptione περὶ delendum judicavi, ut ſenſus ſibi conſtaret: id enim, niſi me fallor, volebat *Pollux*, περιστροφίδα illud lignum dici, quo preſſorium intorquetur & circumagitur, τὸ τὸν ἰπὸν περιστρέφον· accentus quam hic inveni rationem retinui: in *Gloſſis* antiquis ἴπος. Mox fuit in editis Δημιοπράταις· πιεστήριον in *Gloſſis preſſorium* eleganter exponitur.

73 Δημιοπρ.] *Salm.* C. ἐναρμόσαι ἂν τούτοις ἐκπιεστήριον. KÜHN.

Δημιοπράταις] Emenda Δημιοπράτοις, ut ſemper. JUNG.

74 Δεῖ δὲ ταῖς ἐσθήτεσι &c.] MS. δεῖ δὲ ἐπὶ ταῖς ἐ. SEB.

Δεῖ δὲ ταῖς ἐσθήτεσι &c.] C. A. δεῖ δὲ ἐπὶ ταῖς ἐσθήσεσι κ. ῥ. (*Gl.* ῥάμμα, *acia*) ὡς Πλάτων καὶ ῥαφίδος ὡς Ἄρχιππος ἐν Πλούτῳ ῥαφίδα καὶ λ. λ. τὸ ῥῆγμα σ. καὶ βελόνης ὡς Εὔπολις. KÜHN.

Δεῖ δὲ ταῖς ἐσθήτεσι &c.] Magis placet MS. *Seberi* ſcriptura, δεῖ δὲ ἐπὶ ταῖς ἐ. Vide vero an & hic *Pollux* potius ἐσθῆσι ſcripſerit, ut alicubi ſupra Segm. 127. admonui. JUNG.

Δεῖ δὲ ταῖς ἐσθήτεσι &c.] Lectionem MS. *Seberiani* in textu repoſui, niſi quod & ἐσθῆσι id quidem eo liberius, quod, ut & *Jungermannus* indicavit, ſuperius præſtantiores MSS. pro ἐσθήτεσι legendum docerent ἐσθῆσι. Ῥαφίδα, quam ex *Archippi Pluto* poſthæc *Pollux* profert, nullam ob idoneam cauſam damnaverit *Phrynichus*: περόνην illam vocem inter alia *Heſychius* interpretatur: & *Suidas*: Ῥαφίς, ἡ βελόνη· *Heſychius*: Βελονοποικίλτης, ὁ τῇ ῥαφίδι ὑφὴν ποιῶν καὶ ζωγραφῶν· ῥάφιον apud *Hippocratem* legiſſe memini: *Galenus* in *Gloſſis*: Ῥάφιον τὸ κεντήριον, ᾧ διακεντοῦντες οἱ τεχνῖται τῶν τοιούτων ἐπιτηδείους ὅπως τῇ τοῦ λίνου διέρσει παρασκευάζουσι· *Archippi* Πλοῦτον laudat *Scholiaſtes Ariſtophanis* ad *Aves* & *Porphyr. Quæſt. Homer.* I. eaque fabula cum nonnullis argumentis docuiſſe colligo veras divitias non in profundendis opibus & eleganti vita, ſed in honeſta parſimonia conſiſtere, ad quam itaque ipſum illud

[75] Μοίραις, [76] Ῥάμμ' ἐπέκλωσας· προσδεῖ καὶ [77] ῥαφίδος, ἣν Ἄρχιππος ἐν Πλούτῳ ὠνόμασε, Ῥαφίδα καὶ λίνον λαβὼν τόδε ῥῆγμα σύῤῥαψον· καὶ βελόνης δὲ τοὔνομα ἐν Εὐπόλιδος Ταξιάρχοις, [78] Ἐγὼ δέ γε στίξω σε βελόναισι τρισί· καὶ βελονίδες, ὡς Ἕρμιππος ἐν Μοίραις· [79] ἵνα δὲ ἀποτίθενται αἱ ἐσθῆτες, χηλοὶ, κιβωτοὶ, κιβώτια, [80] κίσται, καὶ κιστίδες, ὡς ἐν Ἀχαρνεῦσιν Ἀρι-
137 στοφάνης· κοῖται, [81] κοιτίδες· * [82] καὶ φάσκωλοι, ὡς ἐν Θεσμοφοριαζούσαις· θύλακοι, στρω-

Parcis, Licium involviſti. Opus autem eſt & acu: quod nomen Archippus in Pluto dixit, acum, filumque arripiens rupturam hanc conſue. Atque Βελόνης nomen in Eupolidis Imperatoribus extat, Ego vero te acubus tribus pungam. Et βελονίδες, ut Hermippus in Parcis. Quo autem veſtes reponuntur, labra, arcæ, arculæ, ciſtæ. Et ciſtulæ, ſecundum Ariſtophanem, in Acharnenſibus. Capſæ, capſulæ. * Vaſcula, ut 137
in Theſmophoriazuſis dixit. Sacculi, cul-

hoc loco memoratum Ῥαφίδα καὶ λίνον λαβὼν, τόδε ῥῆγμα σύῤῥαψον pertinere poteſt.

75 Μοίραις] De *Hermippi* Μοίραις *Caſaub.* VIII. *Athen.* 7. JUNG.

76 Ῥάμμ' ἐπέκλωσας.] Prov. *filum neviſti, & acu opus eſt.* SEB.

77 Ῥαφίδος] *Phrynichus Eclog. Attic.* βελόνη, καὶ βελονοπώλης, ἀρχαῖα· ἡ δὲ ῥαφὶς τί ἐστιν, οὐκ ἄν τις γνοίη· ubi *Nunneſius* locum *Pollucis* adfert hinc. *Archippi* verba forte ita concipienda:

— ῥαφίδα καὶ λίνον λαβὼν
Τόδε ῥῆγμα σύῤῥαψον. JUNG.

78 Ἐγὼ δέ γε στ.] Ἐγὼ δέ σε στ. γε β. SEB.

Ἐγὼ δέ γε στ.] C. A. ἐγὼ δὲ στίξω σε βελόναισι (C. V. βελόνεσι) τρισί, καὶ βελονίδος ὡς Ἕρμιππος· ita C. A. *Salm.* καὶ βελόνης τὸ δὲ ὄνομα· *ita diſtinguendum*: & tum ἐγὼ σὲ στίξω γε βελόναισι τρισί· & mox καὶ βελονίδος. KÜHN.

Ἐγὼ δέ γε στίξω &c.] *Eupolidis* fabula Ταξίαρχοι, unde titulum ſit nacta, & quo decurrat argumento, explicui ad Segm. 63. Hæc autem verba quorſum pertineant, difficulter perſpicio: nota res eſt ſervos præcipue fugitivos compungi ſolere & ſtigmatibus inſigniri in fronte, ut ab omnibus agnoſci poſſent, unde & στιγματίαι, quos *Plautus* facete *literatos* appellat: forſitan & ad eam pœnam militem fugitivum his verbis quidam τῶν Ταξιάρχων condemnat: ſed ad alia clariora: καὶ βελονίδες, inquit Auctor, ὡς Ἕρμιππος ἐν Μοίραις· jam meminiſſe juvat eorum, quæ notavi ad VII, 200. ubi ſic *Pollux*: τὰς δέ γε βελονοπώλιδας εἴρηκεν Ἕρμιππος ἐν Μοίραις· recte omnino, ſi rerum ordinem ſpectes: enumerarat enim femininam formam iſtiuſmodi vocum, quæ mulieres quaſcunque res vendentes ſignificabant: itaque præceſſerunt λαχανοπώλιδες, λαχανοπωλήτριαι· ſed & ibi non contemnendam dixi lectionem *Falckenburgiani* Codicis: τὰς δέ γε βελόνας, βελονίδας εἴρηκεν Ἕρμιππος ἐν Μοίραις· videmus equidem illam lectionem haud parum hoc *Pollucis* loco confirmatam, ubi plane βελονίδας ex eadem *Hermippi* fabula notat *Auctor* noſter: an verior igitur lib. VII. *Falckenburgiani* Codicis ſcriptura? equidem ea de re diſputari poſſit: præfero tamen ibi vulgatam lectionem; quidni potuerit enim in eadem fabula βελονίδας & βελονοπώλιδας *Hermippus* nominaſſe?

79 ἵνα δὲ &c.] C. A. titulum apponit: περὶ σκευῶν, ἐν οἷς αἱ ἐσθῆτες ἀποτίθενται. KÜHN.

Ἵνα δὲ ἀποτίθ. &c.] Horum pleraque recenſuit etiam *Pollux* VII, 79. & inter ea χηλούς· ex *Heſychio* vero & *Euſtathio* ad *Homerum*, hæc veſtium receptacula vel plexa vel conſuta fuiſſe patet: illum *Heſychii* locum alibi declarabo. De plerîſque ſequentibus alio loco memini dixiſſe, inter alia de κίσταις ad Segm. 91. quibus potueram ſuperſediſſe, ſi *Jungermannum* ad hunc locum non diſſimilia notaſſe tum mihi non latuiſſet. Aliud etiam genus ciſtarum, in quibus myſteria ſacrorum recondi ſolebant, memoratur a *Clemente*, *Seneca*, *Martiale* pluribuſque.

80 Κίσται, καὶ κιστίδες, &c.] C. A. κίστα κιστάδες ὡς Ἀ. κ. κ. φάσκωλοι θύλακοι στρ. κιβωτὸς, ῥίσκοι ὡς Ἀντ. ῥ. ἣν ὁ. εἰ. ὁμοίωται δὲ τῷ κ. καιδύταλις εὖ μ. καὶ Δίφιλος ἐπιδικαζομένῳ, ὁ δὲ καν. οὗτος τι δύναται, καὶ τί ἐστι· hactenus C. A. KÜHN.

Κίσται, καὶ κιστίδες, &c.] Loci *Comici* in *Acharnenſibus* ſunt, non ita longe a fine:

— ἐπὶ δεῖπνον ταχὺ
Βάδιζε, τὴν κίστην λαβὼν καὶ τὸν χοᾶ.
Ὁ τοῦ Διονύσου γάρ σ' ἱερεὺς μεταπέμπεται.

Et mox κίστην· *Dicæopolis* enim ibi:

Παῖ, παῖ, φέρ' ἔξω δεῦρο τὴν κίστην ἐμοί.

Et κίστιδος iterum:

Τὸ δεῖπνον, ὦ παῖ, δῆσον ἐκ τῆς κίστιδος.
Ἐγὼ δὲ θοἰμάτιον λαβὼν, ἐξέρχομαι.

Ubi tamen hoc, & primo loco, de ὀψοθήκῃ *Scholiaſtes Græcus* exponit, allato *Homeri* loco in eandem rem, quem & ſupra Segm. 91. *Polluci* ex MS. reſtitui, κίστην ὀψοφόρον pariter adferenti: qui tamen hic de veſtium receptaculis, ſicut & ſupra VII, 79. κίστας addit, quod ne quidem negare auderemus, ſi vel nullum exemplum in eam rem exſtaret, præſertim quum ſciamus ejuſmodi infinita inſerviſſe diverſis uſibus: tamen hoc forte quis dicere poſſit, aptiorem locum, quam illum, ex *Ariſtophane* ad hanc rem adferre debuiſſe: de ciſta cibaria & iſtud ἐν Ἱππεῦσιν

— τὴν ἐμὴν κίστην ἰὼν
Ξύλλαβε σιωπῇ —.

intelligendum ſatis antecedentia probant, ubi *Allantopola* jubet populum διακρίνειν e ciſta, uter ipſe ne au *Cleon* ſit

Ἀνὴρ ἀμείνων περὶ σὲ καὶ τὴν γαστέρα.

Adfatur populum: ibi nempe *Scholiaſtes* κίστην & κιβωτὸν ait differre, ὅτι ἡ μὲν εἰς ὑποδοχήν ἐστιν ἐδεσμάτων· ἡ δὲ ἱματίων καὶ χρυσοῦ ἡ κιβωτός. Locum vero illum paulo ante ex *Ariſtophane* allatum Τὸ δεῖπνον & *Suidas* in mente habuit, ubi ſcribit: κίστις, τῇ κίστει· κιστὶς δὲ, ὀξυτόνως, παρὰ Ἀριστοφάνει, κιστίδος. Scribe itaque in loco *Ariſtophanis* κιστίδος, paroxytone, ut recte noſter *Pollux* hic κιστίδες habeat. Alias de veſtium receptaculis κίστας quoque uſurpatas teſtatur *Heſychius*: Κίστη, ἀγγεῖον πλεκτὸν, εἰς ὃ βρῶμα ἐνετίθετο καὶ ἱμάτια, κιβωτός. *Suidas*: Κίστη, καὶ κίστις, ἀγγεῖον ἐν ᾧ τὰ βρώματα κεῖται, ἢ ἱμάτια τινά. Ita apud *Achillem Tatium* lib. III. de *Clitoph.* & *Leucip.* λανθάνει κίστη ἐκτραπεῖσά τις e nave demerſa, & perfertur ad *Satyrum* & *Menelaum*, qui alter ἀνοίγει τὴν κίστην, ibique inveniunt repoſita χλαμύδα, καὶ ξίφος, ſive cultrum mimicum. Et *Heliodori* locus libr. IV. *Æthiopic.* quamvis vitioſe ibi legatur: εἶχεν ἀποκειμένην ἐν κυστίδι (ſcilicet ταινίαν) τοῦ μὴ τὸν χρόνον αὐτῇ λυμήνασθαι· ubi quoque malim κιστίδι. JUNG.

81 Κοιτίδες.] Sic & *Noſter* infra Segm. 165. & *Heſych.* in κοίτη· apud quem & κοιτὶς eſt. In *Suida* & *Etymologico* vero κοῖτις. JUNG.

82 Καὶ φάσκωλοι, ὡς ἐν Θ.] Neſcio an hæc vox in hodiernis *Theſmophoriazuſis Ariſtophanis* exſtet. Ex eodem dramate *Comicum* tamen ἐν Θεσμοφοριαζούσαις

citra. In Foro publico autem, arca feneſtrata. Apud recentiores vero, Rhiſci: ut Antiphanes in Aleatoribus, Rhiſcus erat, quem dicebat. Erat etiam vas quodpiam arculæ ſimillimum, Candytalis nominatum: cujus Menandrus in Aſpide meminit, & Diphilus de Condemnato.

ματόδεσμα· ἐν δὲ τοῖς [83] Δημιοπράτοις, [84] κιβωτὸς θυριδωτή· παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις, [85] ῥίσκοι, ὡς Ἀντιφάνης ἐν Κυβευταῖς, Ῥίσκος ἦν, ὃν εἶπεν· ὠνόμασται δὲ τῷ κιβωτίῳ παραπλήσιόν τι σκεῦος [86] κανδύταλις, οὗ μέμνηται καὶ Μένανδρος ἐν Ἀσπίδι, καὶ Δίφιλος [87] ἐν Ἐπιδικαζομένῳ·

huic voci, ut videtur, & *Harpocratio* teſtem allegat in φασκώλιον. Jung.

Καὶ Φάσκωλοι] Vocem illam in *Ariſtophanis*, quæ ſuperſunt, *Theſmophoriazuſis*, etſi & inde adferat *Harpocratio*, non reperiri, haud eſt, quod adeo cum *Jungermanno* miteris; extiterunt enim olim *Theſmophoriazuſæ* priores & ſecundæ, quarum has temporis injuria delevit, illæ vero ſuperſtites ad hanc pervenerunt ætatem, & noſtris teruntur manibus: accidit autem, ut *Grammatici* non raro protulerint quædam e *Theſmophoriazuſis* ſecundis loca, quæ ſi quis in prioribus inſtituat quærere, operam omnem ludet: illius rei egregium extat documentum in noſtro *Polluce* lib. VII. cap. 22. ad quem locum hac eadem de re monuerat *Jungermannus* e *Caſaubono* ad *Athen.* lib. I. ut magis adeo mirer, cum rem eam habuerit compertam, hominem acutiſſimum hic fluctuare. Sed porro notandum, quos ex *Ariſtophane* φασκώλους hic & lib. VII. *Noſter* appellat, φάσκωλα dicere *Harpocrationem* ex eodem *Comico*, *Suidam* & *Etymologum Magnum* genere neutro: quibus forſitan accenſeri poteſt *Iſidorus* in *Gloſſis*: *Paculum*, *ſacculum*, *paſceolum*: pro quibus exiſtimo ſcribendum: *Phaſculum*, vel *Phaſcolum*, *ſacculum*, *phaſceolum*: quod tamen poſterius forte non ſine ratione penitus ejiciendum dixero: in *Gloſſ.* certe MSS. quæ *Phacolum*, *ſacculum* præ ſe ferebant, nihil inveni tale: alias & φάσκωλος genere maſculo extat apud *Ammonium*, *Heſychium*, *Thomam*, & *Euſtathium* ad *Odyſſ.* B. & E. in *Ammonio* vero φασκώλος male reperies editum, & ἱματοφορία pro ἱματοφορίς, quod ex *Euſtathio* reſtituendum: potes autem ex iis, quos nominavi, differentiam φασκώλου & φασκωλίου haurire; quanquam ego profecto nullam eſſe ducam, niſi quod veteres ſolummodo φάσκωλον dixerint, recentiores etiam φασκώλιον, quo *Libanium* uſum notat *Magiſter*; præterquam quod ipſi inter ſeſe *Grammatici* diſſentiant: porro apud *Harpocrationem*, *Etymologum* & *Suidam* ἱματιοφορεῖον eſſe legendum ſentio, ipſaque res clamat: id enim, niſi me fallo, volunt, φασκώλιον eſſe veſtimentorum repoſitorium: ſimile prorſus vitium in *Suida* & *Etymologo* voce ἰπαύλια, ubi σμήγματα, φορεῖα leguntur pro σμηγματοφορεῖα, me judice: vid. *Noſtrum* Segm. 127. Fatendum etiam eſt *Grammaticos* non tantum ſibi non conſtare in hac exponenda voce, ſed etiam errare forteaſ propter ſimilitudinem φασκωλίου· cum enim *Etymologus* ex neſcio quo auctore φάσκωλος, inquit, ἱμάτιόν ἐστιν ὃ φορεῖται, aliud agebat: quem enim huic interpretationi colorem conciliet? ſed ille revera hac in voce miſerrime corruptus eſt, neque temporis locique ratio medelam ferre patiuntur; *Lyſiæ* tamen locus conquiri poteſt & emendari ex *Harpocratione*. Ego vero φάσκωλον Atticos dixiſſe exiſtimo ſaccum quemvis coriaceum, quo aut ad recondenda veſtimenta, pecuniam, aut alia quæcunque utebantur: talibus autem uſos faciliime probent *Xenophontis* μάστιγγοι ἱματίων variis in locis etiam a *Noſtro* memorati, qui certe e corio: utitur autem φασκωλίῳ *Teles* apud *Stob.* συγκρ. πενίας καὶ πλούτου. Bene vero, quod θυλάκους ſubjungat *Pollux*; tradit enim ex *Pauſania Euſtathius* φάσκωλον & θύλακον non differre: Παυσανίας δὲ καὶ φάσκωλον ἑρμηνεύει τὸν θύλακον, εἰπὼν ὅτι θύλακος ῥαπτὸς φάσκωλος. De κοίταις & κοιτίσι, quæ præceſſerunt, alibi dictum.

83 Δημιοπράταις] Iterum emenda Δημιοπράτοις. Jung.

84 Κιβωτὸς * θυριδοτή.] *Sylburg.* θυριδωτή. A MS. abeſt. Seb.

Κιβωτὸς * θυριδοτή.] Cum *Henr. Stephano*, qui ad ſuum Codicem admonuerat in ora, ſcribe κιβωτὸς θυριδωτή. Jung.

Κιβωτὸς * θυριδοτή.] Quin vere *Henr. Stephanus* emendaverit θυριδωτή, neminem exiſtimo dubitaturum: κιβωτὸς θυριδωτὴ dicta, quæ non operculum quoddam, ut vulgo, ſed januæ inſtar habebat: textum ex *Stephani* ſententia reſtitui, non invitis Commentatoribus noſtris: abeſt autem θυριδωτὴ a C. *Salmaſ.* De ῥίσκοις, qui ſequuntur, non pauci dixerunt; inter alios vir ſummus *Bochartus* in *Colon. Phœn.* & in *Epiſt. an Æneas unquam venerit in Italiam*: uſum illius vocis τοῖς νεωτέροις, *Comœdiæ novæ ſcriptoribus Pollux* adſcribit: adhibuiſſe *Menandrum* auguror ex *Terentii Eunucho* Act. IV. Sc. 6. ad quem *Donatus ciſtam pelle contectam* exponit, nomenque Phrygium eſſe admonet, quo quidem de poſteriori non habeo quod dicam: certe a Græcis ad Romanos, non a Phrygibus deveniſſe ſatis conſtat: Græci unde acceperint, non facile dixero: nollem tamen a Phrygibus accepiſſe negare: videndus & *Eugraphius*: *Gloſſæ*: *Rhiſcus*, κίβωτος μεγάλη, λάρναξ· quarum itaque auctor ceteris hoc ciſtarum genus magnitudine præcelluiſſe monſtrat: apud *Ariſteam* vero, vel quicunque ſit is ſcriptor, de LXX. Interpr. ῥισκοφυλάκια legiſſe memini rariori ſignificatione poſita pro repoſitoriis operum artificioſorum, quæ præſtantiſſimi ingenioſiſſimique viri elaborarant: prodit illam & commonſtrat notionem ipſe contextus: καθόλου γὰρ οὔτε ἐν τοῖς βασιλικοῖς ὑπῆρχε ῥισκοφυλακίοις τοιαύτη κατασκευὴ τῇ πολυτελείᾳ καὶ τεχνουργίᾳ οὔτε ἔν τινι ἄλλῳ· iſtis qui præerant, ῥισκοφύλακες ab eodem *Ariſtea* dicuntur: exinde vero patet *Ptolemæum* non tantum libris colligendis, inſtruendæque locupletiſſimæ bibliothecæ fuiſſe deditiſſimum, ſed & ſummam habuiſſe curam rariorum & elegantiorum operum, quæ artifices celeberrimi confecerant.

85 Ῥίσκοι] Vide *Jan. Parrhaſii* Epiſt. 59. Seb.

86 Κανδύταλις] Supra VII, 79. καὶ ῥίσκοι καὶ κανδύτανες. Seb.

Κανδύταλις] Dixi ſupra VII, 79. κανδυτάνεις in Manuſcr. fuiſſe, ubi vulgo κανδύτανες· ſed forte utrumque ſuum auctorem habuiſſe tam per λ quam per ν· quum in *Heſychio* legatur κανδυτάναι, ἢ κανδύλαι, pro quo altero forte κανδυτάλαι ſcribendum ſit: ſed in ejuſmodi vocabulis fugientibus jam pœne quid verum, nemo ita facile dicat. Jung.

87 Ἐπιδικαζομένῳ.] *Interpr. Diphilus* de *Condemnato*: melius MS. *Antwerp.* ἐπιδικαζομένῳ, *in Litigante. Apollodori* laudat Ἐπιδικαζόμενον *Donatus* in *Terentii Phormionem*, cenſetque eandem fabulam mutato nomine a *Terentio* inſcriptam *Phormionem*. Ipſe autem *Comicus* in prologo ſimpliciter ait:

Epidicazomenen quam vocant comœdiam
Græci, Latini Phormionem nominant.

Quæ verba in medio relinquunt utrum ab *Apollodoro* an vero a *Diphilo* mutuo ſit ſumpta comœdia. Cæterum plane inepta eſt nota in iſtum locum: *hic*, inquit, *manifeſte errat Terentius. Nam hæc fabula, quam tranſtulit, epidicazomene dicta eſt a puella, de qua judicium eſt, cum ſit alia epidicazomenos ejuſdem Apollodori: debuit ergo dicere; epidicazomenem Græci, Latini Phormionem nominant.* Verum enimvero cenſor ille quiſquis eſt (*Donatus* certe non eſt) alia cen-

[88] ὁ δὲ κανδύταλις οὗτος τί δύναται; καὶ τί ἐστιν; ὥσπερ ἂν εἴποις ἀορτάς· ἐμοὶ μὲν δοκεῖ τὸ σκεῦος Περσικὸν, ἀπὸ τοῦ [89] κάνδυος κληθέν· εἰς χρῆσιν
138 δ' αὐτὸ ἤγαγον Μακεδόνες· * [90] καὶ ζύγαστρα δὲ, καὶ ζυγάστρια· καὶ στρωματεῖς δὲ [91] Ἀπολλόδωρός τε ὁ Γελῷος ἐν Ψευδαίαντι ἔφη, [92] μάχαιρα, λόγχη, στρωματεύς· ὁ δ' Ἀπολλόδωρος

Candytalis vero hic quid eſt, aut quidnam ſignificat? Mihi ſane videtur vas eſſe Perſicum, a Candye, Perſica veſte denominatum, & a Macedonibus uſu receptum eſſe. * Arcæ, & arcu- 138
læ. Tum & ſtragulæ. Apollodorus enim Gelous in Pſeudaiace dixit, gladius, cuſpis, & ſtragula. Apollodorus autem

ſura opus habet. Nam *puella dotalis*, de qua lis erat, cui ex cognatis nubere debebant jure Attico propinquiores, nunquam Græcis dicebatur ἐπιδικαζομένη, ſed ἐπίδικος, adeoque nec comœdia ulla ab ea dicta eſt ἐπιδικαζομένη. Hoc vero certum eſt, quod ille qui nuptias puellæ ἐπιδίκου ſibi vindicabat, ut genere proximus, ſemper activa notione vocatus ſit, ἐπιδικαζόμενος, *vindex orbæ puellæ, de qua lis eſt*, & ab eo hujus argumenti fabulæ denominabantur. *Franciſcus Guyetus* male defendit *Terentium* dicens, *Antiphonis reſpectu τὸ ἐπιδικαζόμενον poſitum, ut qui in fabula hac ἐπίδικος, ſeu ἐπιδικαζόμενος introducitur*, id eſt, *de quo in judicio contenditur inter Demiphontem patrem & puellam Chremetis filiam.* Verum ἐπίδικος & ἐπιδικαζόμενος non ſunt unius ejuſdemque ſignificationis: nam ἐπίδικος nuſquam de viro uſurpatum extat, puella tantum ἐπίδικος ſalutatur, neque omnis orba, ſed hæres, vel ex aſſe, vel ex parte paternorum bonorum, quæ non habet fratrem. De hac *Helena* ſaltabant propinquiores: at ſi paupercula & indotata fuerat, proximus vel ducere eam vel dotare quinque minis cogebatur Atticis legibus, ſed ἐπίδικον illam dictam eſſe non memini, erat enim revera ἀνεπίδικος, quia nulli erant ἐπιδικαζόμενοι· ipſa vero fiebat ἐπιδικαζομένη, *litem movebat* proximo cognato ut ſe vel duceret vel dotaret. Deinde nec *Antiphonem* recte dixeris ἐπιδικαζόμενον ex eo, quod de ipſo inter patrem *Demiphontem* & puellam nuptam judicio contendebatur: hoc enim plane novum & Græcis auribus inſolens ſignificatum eſt: ἐπιδικαζόμενος ipſe δικάζεται ἐπὶ τῇ ἐπιδικασίμῳ, *litigat de puella, quæ litis materia eſt inter cognatos*: de ipſo vero nulla ſub judice lis eſt. Non melius ſcopum tangunt alii, qui ἐπιδικασίαν *litem vindiciarum a Phormione Antiphoni* motam aſſerunt: at tum demum fuiſſet actio hujuſmodi, ſi *Phormio* cum *Antiphone* judicio contendiſſet de puellæ orbæ & divitis matrimonio, ut genere propior, quod in toto dramate nuſquam apparet. Ad ultimum non admittendum eſt, duas fabulas feciſſe *Apollodorum*, quarum altera ἐπιδικαζομένη, altera ἐπιδικαζόμενος inſcripta fuerit. Ipſe *Donatus* huic commento obviam ivit ſtatim in prolegomenis: *Hanc comœdiam*, inquit, *manifeſtum eſt prius ab Apollodoro ſub alio nomine, hoc eſt, ἐπιδικαζόμενον Græce ſcriptam eſſe, quam Latine a Terentio Phormionem.* Nulla hic mentio ἐπιδικαζομένης a puella denominatæ, nec alibi laudatur hujus nominis drama: ſed hæc ὡς ἐν παρόδῳ ad *Diphili* Ἐπιδικαζόμενον, ut ſua ſignificatio τῷ ἐπιδικαζομένῳ ſalva maneret; nam accuratius de toto negotio agere propoſiti ratio prohibet. KÜHN.

Ἐπὶ δικαζομένῳ.] An? ἐν δικαζομένῳ, vel ἐν ἐπιδικαζομένῳ, vel ἐπιδικαζομένῳ. Credo me verum conjectaſſe, quum tam multa conjectaverim: quod iſtud vero, paullo peritior me dicat. *Menandri* vero Ἀσπὶς laudatur etiam in *Scholiis Græcis* ad *Acharnenſes Ariſtoph.* ad χύτραν συντρίψετε. JUNG.

Ἐπὶ δικαζομένῳ.] Reſtituendum eſſe Δίφιλος ἐν Ἐπιδικαζομένῳ *Kühnius* erudite pluribus oſtendit: textum hac emendatione refeci: ſed ipſe præterea *Diphili* locus vacillat, & magno jam MSS. uſum, quo nos ſacrilega manus privavit, redemtum vellem: Codicem tamen *Seberi Auguſtanum* ſecutus ſum, quæque ille exhibuit, textui inſerui, quamvis locum vitii vacuum eſſe mihi non perſuadeam: haud tamen ita difficili negotio nitori ſuo reſtitui queat; ſcribendum enim judico: σὺ δ' ἂρ' ἂν εἴποις ἀορτάς· ſcilicet hæc ſunt alicujus verba alterum reprehendentis, quod uſurparet vocem κανδύταλις, cum potius ἀορτὰς debuiſſet dicere: profecto non infrequenter iſtiuſmodi repeiiſſe memini fragmina *Comicorum* veterum, quæ quorundam hujuſmodi vocum continerent emendationem: vid. ex *Antiphane* Segm. 21. de σταθμούχῳ, & ex eodem de κακκάβῃ Segm. 106. De ἀορταῖς dicetur inferius. De κανδύταλι vero fortean dexterrime judicat *Auctor* noſter vocem eſſe Perſicam, quam primi intulerint in Græciam Macedones: haud diſpari ratione lib. IX. cap. 3. ubi de paradiſo ſcribit, non paucas Perſarum voces in linguam Græcam illapſas tradit: *Heſychius* autem prorſus ſimilem huic noſtræ κανδύταλις vocem adnotat, ut ab eadem origine manaſſe facile perſpici poſſit: Κανδυτάναι καὶ κανδύλαι, ἱματιοθῆκαι, ὅπου τὰ πολυτελῆ ἱμάτια ἔβαλλον· ſed hunc ego locum vitii immunem eſſe non credo: cogitavi ad reſtituendum κανδυτάλαι pro κανδύλαι· cui ſanequam emendationi non leve momentum accedet ex *Pollucis* noſtri κανδύταλι· quod me tamen parumper dubium tenet, vocabulum quoddam eſt Perſicum כנדולה, *corbis frumentaria*, ut *Golius* obſervat, cujus literæ, ſignificatus, ipſaque pronunciatio conveniunt cum voce κανδύλαι· hac autem in re lectorem arbitrari jubeo: ad me quod attinet probavero magis reponi κανδυτάλαι, quod ipſum & *Jungermanno* probari jam video.

88 Ὁ δὲ κανδ. οὗτος τί ἐστι, καὶ τί δ.] MS. τί δύναται καὶ τί ἐστί; ὥσπερ εἴποις ἀορτάς· ἐμοὶ μὲν οὖν δ. SEB.

Ὁ δὲ κανδ. οὗτος τί ἐστι, καὶ τί δ.] *Salm.* C. ὁ δὲ κανδυταλὶς οὗτος τί δ. κ. τί ἐστιν, ὥσπερ ἂν εἴποις ἀορτάς ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ. KÜHN.

Ὁ δὲ κανδ. οὗτος τί ἐστι, καὶ τί δ.] Conſideranda lectio in MS. *Seberi*: τί δύναται καὶ τί ἐστί; ὥσπερ εἴποις ἀορτάς· ἐμοὶ μὲν οὖν δ. an aliquid ibi lateat de verbis *Comici*. Sane ἀορταὶ ſupra ex *Menandro* VII, 79. allata fuere, & mox Segm. 139. ex eo & *Poſidippo* etiam. JUNG.

89 Κάνδυες] Not. *Sylb.* vid. ſupra VII, 58. & 63. pr. edit. κάνδους. SEB.

Κάνδυες] C. A. κάνδρους. KÜHN.

Κάνδυος] Κάνδυος, pro κάνδους, ut recte *Seberus* noſter edidit, ab *H. Stephano* ita emendatum hic fuit in ſuo Codice. JUNG.

90 Καὶ ζύγαστρα δὲ, &c.] Poſt Μακεδόνες C. A. ζύγαστρα, ζυγάστρια, στρωματεῖς ὡς Ἀ. ὁ Γ. μάχαιρα, λόγχη στ. κέχρηται δὲ κ. Ἀ. κ. θ. δὲ κίστην &c. KÜHN.

91 Ἀπολλ. τε ὁ Γελῷος] De *Apollodoris Comicis*, in quibus Auctores variare videntur, vide *Caſaub.* VII. *Athen.* 6. Ceterum *Geloi Apollodori*, qui hic in Ψευδαίαντι citatur, drama iſtud mendoſum in *Suida* eſt. Legitur enim ibi inter *Apollodori* ejus dramata, Ψευδίας, quum ſcribendum ſit Ψευδαίας, *Falſus Ajax*, credo. JUNG.

92 Μάχαιρα λ. στρωμ.] *Interpres* legit: μάχαιρα, λόγχη. SEB.

Μάχαιρα λ. στρωμ.] Χρῆσις ipſa ſic videtur ſcribenda, ut & Interpreti forte viſum noſter *Seberus* putat: μάχαιρα, λόγχη, στρωματεύς· adhæſit σ fini vocis præcedentis ab initio ſequentis quoque, quales errores vulgati ſæpius. JUNG.

Μάχαιρα λόγχη] In textu reſtitui μάχαιρα, λόγχη, *Kuhnium* ſecutus, quæ emendatio ita facilis &

Caryſtius, in Beneficium rependente, ſtragulas diſſuebant: nomine etiam hoc Antiphanes utitur in Apocarterunte. Tholiam quoque ciſtæ inſtar eſſe tradunt, turbinatum habentem operculum. Xenophon autem in Expeditione etiam Marſupia veſtimentorum dixit.
139 * Aortæ vero dictæ ſunt in Poſidippi Epiſtathmo: Scenas, vehicula, rhiſcos, aortas, tachana, lecticas, & aſinos. Illud enim, quod in Menandri Miſogyne ſcribitur, Chlamydem æſtivam, haſtam, aortam, & veſtes: ambiguum eſt, quoniam nonnulli *ἀορτῆρα*

Καρύστιος ἐν Ἀντευεργετοῦντι, Τοὺς στρωματεῖς ἔλυον· κέχρηται δὲ τῷ ὀνόματι καὶ Ἀντιφάνης ἐν Ἀποκαρτεροῦντι· [93] καὶ θολίαν δὲ κίστην εἶναι λέγουσιν, ἔχουσαν θολοειδὲς τὸ πῶμα. [94] Ξενοφῶν δὲ ἐν τῇ Ἀναβάσει ἔφη καὶ μαρσίπους ἱματίων·
* [95] αἱ δὲ ἀορταὶ εἴρηνται ἐν Ποσειδίππου Ἐπισταθμῷ, 139
[96] Σκηνὰς, ὄχους, ῥίσκους, ἀορτὰς, [97] τάχανα, λαμπήνας, ὄνους· [98] τὸ γὰρ ἐν Μισογύνῃ Μενάνδρου, Χλαμύδα, καυσίαν, λόγχην, ἀορτὴν, ἱμάτια· ἀμφίβολον, ὅτι ἔνιοι καὶ ἀορτῆρα

obvia, ut ad illam confirmandam MSS. ope non indigeamus. *Pollux* autem *στρωματεῖς* hic enumerat inter eas voces, quæ veſtimentorum involucra deſignant, iiſque auctoritatem conciliat ex utriſque *Apollodoris*: notandum vero Auctorem noſtrum obſervaſſe VII, 79. quæ veteres nominarunt *στρωματόδεσμα*, dixiſſe recentiores *στρωματεῖς*· rectiſſime profecto: eam enim ob cauſam Atticæ elegantiæ magiſtri poſteriori voce pure loquentibus abſtinendum ſanxerunt: *Phrynichus*: *Στρωματεὺς ἀδόκιμον· στρωματόδεσμος ἀρχαῖον καὶ δόκιμον· λέγε οὖν καὶ ἀττικῶς καὶ εὐδοκίμως*· pariterque *Thomas*: *Στρωματεὺς μὴ εἴπῃς ἐπὶ στρωμάτων, ἀλλὰ στρωματόδεσμος, καὶ στρωματόδεσμον εὐδοκίμως. Αἰσχίνης· ἄνθρωποι δύο στρωματόδεσμα φέροντες*· voculam loco deeſſe quivis paululum oculatior facile perſpiciat: quis enim illam vocem uſurpavit *ἐπὶ στρωμάτων*, de ipſis ſtragulis? addendum omnino *κατειλήματος* vel *ἀγγείου*, ut *ἱματίων ἀγγεῖα Noſter* dixit, aut tale quippiam. Neque ſane vocem *στρωματεὺς* apud ſcriptores vere Atticos facile repertum iri certus ſum; nec eſt, quod quiſquam *Apollodororum* teſtimonia nobis obducat, ſiquidem apud paulum humaniores ſatis conſtat quam parum ipſi veteres Grammatici loquendi formulis & vocibus a Comœdiæ novæ ſcriptoribus uſurpatis nitantur, adeo quidem ut ipſum *Menandrum* minus pure ſcripſiſſe, ideoque nec imitandum quidam duxerint: in *Gloſſis* equidem invenio *Στρωματεὺς*, *pulvinar*, & *Clementis* aliorumque *στρωματεῖς*, quod nulli non notiſſimum: ſed hæc ævi eſſe recentioris nemo dubitabit: contra ea *στρωματοδέσμῳ* utroque genere & veteres & e junioribus, qui veterum ſunt ſtudioſi, ſæpius utuntur: *Æſchinem* adduxiſſe *Thomam* vidiſti: locus eſt in Oratione graviſſima de *Legatione Falſa*, ubi *Demoſthenem* ſequtos eſſe duos homines inquit, qui tulerint lectulorum ſarcinas, ut *Wolfius*, in quarum altera talentum fuerit repoſitum: huic *Ariſtoteles* accedat, ſeu quem alium, antiquum certe, iſtius ſcripti auctorem cenſueris, de *Mundo* cap. 6. ubi viliſſimi ſervitii ducitur *στρωματόδεσμον δῆσαι*, quod vir gravis nolit attrectare: *Apulejus* libello de Mundo, ubi hunc locum interpretatur, vocem illam præteriit, rem ipſam generaliter exprimere contentus. Hac vero de re ſi plura & erudita legere quis concupiſcat, illum adire jubeo ad *Iſ. Caſauboni Animadv.* in *Athen.* libr. I. cap. 5. ubi eum dexterrime & luculenter enucleaſſe judico *τὰ ἀπὸ τῶν στρωματοδέσμων γράμματα* apud *Athenæum*. De utroque *Apollodoro* vide quæ dixi ad Segm. 93.

93 *Καὶ θολίαν δὲ, ὡς κ.*] MS. *θολ. δὲ κίστην εἶναι λ.* SEB.

Καὶ θολίαν δὲ, ὡς κ.] Particulam *ὡς* MS. *Seberi* non agnoſcit: & credo abeſſe poſſe. JUNG.

Καὶ θολίαν] Ubi deſtituimur ceterorum MSS. ope, Codicem *Auguſtanum* ſequi fas eſt: ejus igitur ductu *ὡς* judicavi delendum in contextu: de *θολίᾳ* ejuſque vocis variis ſignificationibus jam a me diverſis in locis fuit actum.

94 *Ξ. δὲ ἐν τῇ Ἀν. ἔ. κ. μαρσ. ἱμ.*] Vide ſupra VII, 79. SEB.

Ξ. δὲ ἐν τῇ Ἀν. ἔ. κ. μαρσ. ἱμ.] C. A. *καὶ ὡς Ξ. μαρσίπους ἱματίων*· apud illum lib. IV. *Exped. Cyri* legitur cum duplici *π. ὥσπερ μαρσίππους ἱματίων κατατιθεμένους ἐν πέτρᾳ ἀντρώδει* inquit: nec aliter legit *Salm.* KÜHN.

Ξ. δὲ ἐν τῇ Ἀν. ἔ. κ. μαρσ. ἱμ.] *Xenophontis* locus eſt lib. IV. *Ἀναβάσ.* ubi ſe quidam adoleſcentes *Xenophontis* narrant vidiſſe *γέροντά τε, καὶ γυναῖκα, καὶ παιδίσκας ὥσπερ μαρσίππους ἱματίων κατατιθεμένους ἐν πέτρᾳ ἀντρώδει.* JUNG.

95 *Αἱ δὲ ἀορταὶ*] *Salm.* *οἱ δὲ ἀορταὶ εἴρηνται.* KÜHN.

96 *Σκηνὰς, ὄχους*, &c.] Sequitur poſt *ἐπιστάθμῳ* in C. A. *ῥίσκους ἀ. τ. λαμπήνας ὄ.* *Salm.* leg. pro *τάχανα*, *ὄχανα.* KÜHN.

97 *Τάχανα*] Quid *τάχανα* non magis ſcio quam *Interpres*: nec quod ſequitur mox *ὄνους* probum puto vel mendo vacare hic: ſed quod ad prius attinet, vere me reſtituere puto *λάχανα*,

Σκηνὰς, ὄχους, ῥίσκους, ἀορτὰς, λάχανα,
Λαμπήνας, ὄνους. —

Loquitur de vehiculis, & quæ ad iter pertinent, quo veſtes reponas curru abiturus: & *σκηνῆς* mentio ſupra Segm. 52. *ὄχων* Segm. 51. ubi & *λαμπηνῶν*, omnia in re vehiculari: *λάχανα* vero quid hic ſint, dicet tibi optimus *Gloſſatorum Heſychius*: *Λάχανα, τὸ ἐπὶ τῆς ἀπήνης πεπλεγμένον, ἐν ᾧ καθίζονται*· ſed de ultimo *ὄνους*, mihi non liquet, niſi quod videatur verſus id ſpernere etiam. Ego in parte juvavi; finem emendet alius. JUNG.

98 *Τὸ γὰρ ἐν Μ. Μ. Χ. κ. λόγχην*, &c.] C. A. *ἔγχυν περὶ τὰ ἱμάτια ἀ.* &c. *Menandri* verſus ſic diſtinguit *Salm.*

— *χλαμύδα, καυσίην,*
Λόγχην, ἀορτὴν, ἱμάτια.

In quo verſu quidam legebant ἀορτῆρα. KÜHN.

Τὸ γὰρ ἐν Μ. Μ. Χ. κ. λόγχην, &c.] Sic concipienda hæc puto: *τὸ γὰρ ἐν Μισογύνῃ Μενάνδρου, Χλαμύδα, καυσίαν, λόγχην, ἀορτὴν, ἱμάτια, ἀμφίβολον, ὅτι ἔνιοι καὶ ἀορτῆρα γράφουσιν.* Hoc enim ait, de *ἀορτῇ* agens, quatenus id pro *ἱματιοθήκῃ* accipitur, *Menandream χρῆσιν* ambiguam eſſe, nec ea plene probari iſtam voculam, ſicut ex *Poſidippea*: Cur? quia in *Menandreis* ſcriptura variabat, pateтque e *Polluce* hic quoſdam verſiculum ita ſcripſiſſe,

Χλαμύδα, καυσίαν, λόγχην, ἀορτῆρ', ἱμάτια.

Ergo non omnino firmum auctorem hinc voculæ *ἀορτῇ* adducas. Eſt vero idem verſiculus & ſupra VII, 79. in vulgatis, ſed hinc emendandus, quum ibi mendoſus ſit, ut ibi monui. JUNG.

Τὸ γὰρ ἐν Μισογύνῃ Μεν.] Rectiſſime diſtinxit poſteriora *Menandri Polluciſque* verba *Jungermannus*: ſed adverte, quæſo, ſiquidem eo jam oculus aberrarit, lepidam Interpretis noſtri ignorantiam; ille conjunctis vocibus *χλαμύδα καυσίαν chlamydem æſtivam* in ſua verſione dixit, *ἀπὸ τοῦ καίειν* ſcilicet, quo an aliud aliquid magis ridiculum dari poſſit equidem ignoro. Sed, quod ad hanc rem facit, apud *Heſychium* reperio: *Ἄορτης, ξιφιστὴς ὑπὸ Μακεδόνων· ἄγγος δερ-*

γράφουσιν· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ περὶ ζώων [99] Ἀριστοτέλους, δύο τῶν πρὸς τῇ ῥάχει φλεβῶν ἡ ἀριστερὰ ἀορτὴ [100] καλεῖται· παρὰ δὲ Φερεκύδῃ, εἷς τῶν Κυκλώπων. [1] Τὰ δὲ κουρέως σκεύη, κτένες,
140 κουρίδες, μάχαιραι, μαχαιρίδες· * [2] ἐν μὲν γὰρ Κρατίνου Διονυσαλεξάνδρῳ εἴρηται, Ἐνεῖεν δὲ ἐνταῦθοι μάχαιραι κουρίδες, Αἷς κείρομεν τὰ πρόβατα, καὶ τοὺς ποιμένας· ἐν δὲ [3] Χρυσῷ γένει Εὐπόλιδος, Ἔπειθ' ὁ κουρεὺς τὰς μαχαιρίδας λαβὼν, Ὑπὸ τῆς ὑπήνης κατακερεῖ τὴν εἰσφοράν· [4] καὶ ψαλὶς δὲ, τῶν κουρέων σκευῶν, [5] ἣν καὶ μίαν

ſcribunt. In tertio autem de animalibus Ariſtotelis, duarum in tergo venarum ſiniſtra aorta nominatur: apud Pherecydem vero unus e Cyclopibus. Porro tonſoris inſtrumenta ſunt, pectines, novaculæ, cultri, cultelli: * nam in Cratini Dionyſale- 140
xandro dictum eſt, Inerant vero illic cultri tonſorii, quibus tondentur oves, & greges. Sed in Chryſogenibus Eupolidis, deinde tonſor cultellos arripiens detondet ſub barba lanuginem. Tum & forfex inter tonſoris inſtrumenta refertur: quam *μίαν*

ματινὸν ἱματίων ſic ſcilicet locum illum emendandum judico, niſi quid aliud magis obſcurum reſtet: *ἀορτὴν* ſane vel *ἀορτῆρα* ſignificare balteum, vel, ſi mavelis, circulos, ex quibus enſis ſit ſuſpenſus, ex ipſo *Homero*, ejuſque Commentatoribus conſtat, ut nihil in ea ſignificatione videam rari & inſoliti, cur alicui dialecto adſcribi mereatur: ſed profecto ab uſu communi remotior eſt altera notio, ab *Auctore* noſtro adnotata, quam itaque potius Macedonibus vindicandam exiſtimo: ſic igitur repone: *ἄγγος δερματινὸν ἱματίων ὑπὸ Μακεδόνων·* ſimillimum in re non diverſa mendum animadverti ad IX, 13. porro nos hac in parte juvat *Suidas: Ἀορτὴν λέγουσιν οἱ πολλοὶ νῦν ἀβίρταν. Μακεδονικὸν δὲ καὶ τὸ ὄνομα·* quo quidem in loco Grammaticum illam vocis ob oculos habuiſſe ſignificationem, quam hic *Pollux* tradit, mihi planiſſime perſuadeo: vid. *Meurſii Gloſſ.* in Ἀβίρτας. In *Poſidippi* verbis *τάχατα* nobis negotium faceſſunt: an ſatis huic loco proſpectum ſit reſtituto *λάχανα*, quamvis id ipſum & nobis in mentem venerat, dubitandi ſunt rationes: aliis acutioribus illius vocabuli medelam commendo: *Jungermannum* noſtrum *ὄνοι* offendebant: me quidem hercule illi non morantur, ſiquidem rejiciendos exiſtimem: & vin ne vitii originem? pro *ὄχους* ſic fuit in hoc illove exemplari male ſcriptum, quod cum recte quidam emendaſſet, repetita denuo ad finem ſequentis lineæ vitioſa lectio: ſi quis tamen retinendos exiſtimet, non magnopere obnitar. *Menandri χλαῖνις* aliter expreſſa eſt VII, 79. *Χλαμύδα, καὶ μυσίαν λόγχην·* ibi *καυσίαν* adſcripſerat ex hoc loco *Canterus*: ad me quod attinet, neutram lectionem facile damnem dubius omnino, quæ alteri ſit anteponenda: forte tamen, quæ hoc loco reperitur, præplaceat, alias Myſi jaculandi arte haſtarumque validarum laude nobiles. Denique paululum inferius *καλεῖται* textus e MSS. habet: de *ἀορτῇ* & *Suidas φλὲψ ἡ μεγάλη·* E Cyclopibus unum fuiſſe Aorten alibi me legiſſe memoriæ non ſuccurrit: *Apollodorus* ſub initium Bibliothecæ Bronten, Steropen & Harpen nominat: poſterior ille Arges dicitur *Euſtathio* ad *Od.* I. niſi prætuleris emendari Harpes, *Ἄρπας·* hunc ipſum vero *Pherecydem* appellaſſe *Ἀόρτην* credo; conſentiunt enim omnes egregie in Bronte & Sterope.

99 *Ἀριστοτέλους, δύο τῶν π.* &c.] C. A. *Ἀριστοτέλης τῶν πρὸς τῇ ῥάχει δύο φλεβῶν τὴν ἀριστερὰν ἀορτὴν καλεῖ*, omiſſis *παρὰ δὲ φ.* &c. uſque ad *κυκλώπων· Salm. ἀορτὶς καλεῖται· ἀορτὴν* nempe vocarunt. KÜHN.

100 *Ἐκαλεῖτο.*] MS. *καλεῖται.* SEB.

Ἐκαλεῖτο.] Omnino cum *Seberi* MS. ſcribendum judico *καλεῖται*, non, ut vulgo eſt, *ἐκαλεῖτο.* Locus *Ariſtotelis*, quem *Noſter* laudat, eſt *περὶ ζώων ἱστορίας* libro, ut ipſe indicat, tertio, cap. 3. *ἔχει δὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἡμῖν φλεβῶν φύσις· δύο φλέβες εἰσὶν ἐν τῷ θώρακι, κατὰ τὴν ῥάχιν μὲν, ἐντὸς δὲ κείμεναι ταύτης ἡ μὲν μείζων, ἐν τοῖς ἔμπροσθεν· ἡ δ' ἐλάττων, ὄπισθεν ταύτης· καὶ ἡ μὲν μείζων, ἐν τοῖς δεξιοῖς μᾶλλον, ἡ δ' ἐλάττων, ἐν τοῖς ἀριστεροῖς, ἣν καλοῦσί τινες ἀορτὴν, ἐκ τοῦ τεθεᾶσθαι καὶ ἐν τοῖς τεθνεῶσι τὸ νευρῶδες αὐτῆς μόριον.* JUNG.

1 *Τὰ δὲ κουρέως*] C. A. titulo præmiſſo, *περὶ κουρέως σκευῶν· Salmaſ.* C. *κουρέων σκ.* ſequitur in C. A. *κτένες, κουρίδες, μαχαιρίδες.* KÜHN.

2 *Ἐν γὰρ Κρ. Διον. ἐ. Ἐνεῖεν* &c.] MS. *ἐν μὲν γάρ.* SEB.

Ἐν γὰρ Κρ. Διον. ἐ. Ἐνεῖεν &c.] Verſus *Cratini* ita formarem:

Ἐνεῖεν δ' ἐνταυθοῖ μάχαιραι κουρίδες,
Αἷς κείρομεν τὰ πρόβατα καὶ τοὺς ποιμένας.

Hic vellem ineſſe cultros tonſorios,
Queis & oves tondemus & opiliones. KÜHN.

Ἐν γὰρ Κρ. Διον. ἐ. Ἐνεῖεν &c.] MS. *Seberi*, *ἐν μὲν γὰρ Κρ.* quod magis placet, quamvis leve id monere. Sic mox *ἐν δὲ* ſequitur. *Cratini* verba ita concipienda:

Ἐνεῖεν δ' ἐνταυθοῖ μάχαιραι κουρίδες,
Αἷς κείρομεν τὰ πρόβατα, καὶ τοὺς ποιμένας.

An etiam in iis *μάχαιραι, κουρίδες*, cum commate interpoſito ſcribendum eſt? ut præceſſit, *κουρίδες, μάχαιραι.* Nam & *μαχαίρας*, ſicut *μαχαιρίδας*, de tonſoriis acceptas, patet vel ex *μιᾷ* & *διπλῇ μαχαίρᾳ· Heſychius: Μάχαιραι, ξίφος καὶ παραζώνη, καὶ αἷς ἀποκείρεται τὰ πρόβατα* &c. Quamvis non neſciam & *μάχαιραι κουρίδες*, ut vulgo eſt, defendi poſſe, quaſi *μάχαιραι κουρικαί.* JUNG.

3 *Χρυσογένεσιν*] MS. *χρυσογένει·* vid. ſupr. VII, 86. SEB.

Χρυσογένεσιν] C. A. *χρυσῷ γένει·* ſenarios *Eupolidis* hunc in modum darem:

Ἔπειθ' ὁ κουρεὺς τὰς μαχαιρίδας λαβὼν
Ὑπὸ τῆς ὑπήνης κατακερεῖ τὴν φοράν.

Dein tonſor habens cultros tonſorios
Sub myſtace tondebit quicquid eſt natum. KÜHN.

Χρυσογένεσιν] Pro *χρυσογένεσιν*, MS. *Seberi χρυσογένει.* In MS. noſtro id nomen ſemper deficit, niſi ſupra Segm. 63. ubi *ἐν χρυσογένει* habebat. Alias ſatis variat hoc nomen, ut admonuit *Caſaub.* IX. *Athen.* 17. ego in noſtro *Polluce* fere *Χρυσογένει* mallem: neſcire me tamen utrum rectum, & an bina dramata, de quibus *Caſaubonus* noſter, dicere ſatius eſt. Verba ejus facile ut verſus diſponam,

Ἔπειθ' ὁ κουρεὺς τὰς μαχαιρίδας λαβὼν,
Ὑπὸ τῆς ὑπήνης κατακερεῖ τὴν εἰσφοράν. JUNG.

Χρυσογένεσιν Εὐπόλιδος] Ex Antwerpienſi Codice *Kühnius* notavit *Χρυσῷ γένει·* qui verus eſt iſtius fabulæ titulus, ut pluribus oſtendi ad Segm. 63. forſitan emendatiorem haberemus & pleniorem *Comici* locum, niſi MSS. ſacrilega manus vitiaſſet.

4 *Καὶ ψαλὶς δὲ,* &c.] Vide ſupra II, 32. SEB.

Καὶ ψαλὶς δὲ, &c.] C. A. addit *ξυρὸς* tantum, & ſtatim ſequitur *τὰ δὲ σκυτοτόμου τομεὺς* &c. cum titulo *περὶ σκευῶν σκυτοτόμου.* KÜHN.

5 *Ἣν καὶ μίαν μ.*] Sic etiam MS. Sed *Henricus Stephanus* reponendum ait *διπλῆν.* Nam *μία μάχαιρα* fo-

μάχαιραν vocant. Novacula, & novaculæ theca, ſecundum Ariſtophanem in Theſmophoriazuſis:

> *Aureamque nobis novaculam ipſe hinc ex theca accipit.*

Et inſtrumenta tenuia dicta ſunt Poſi-
141 dippo. * Sutoris autem inſtrumenta: culter ſectorius, in Platonis Alcibiade: & ſcalpellum, in Republica. Pediſque forma lignea, in ſympoſio. Tum & circumſector dicatur, & forficuli, acus. Et ſubula dicta ſunt in Nicocharis Cretenſibus,

μάχαιραν καλοῦσι· καὶ ξυρὸν, καὶ [6] ξυροδόχη· ὡς ἐν Θεσμοφοριαζούσαις [7] Ἀριστοφάνης·

> Χρησόν γε νῦν ἡμῖν ξυρόν. Αγ. αὐτὸς λάμ-
> . βανε
> Ἐντεῦθεν ἐκ τῆς ξυροδόχης. ---

[8] καὶ ὀνυχιστήρια δὲ λεπτὰ Ποσειδίππῳ. * [9] Τὰ 141
δὲ σκυτοτόμου σκεύη, τομεὺς ἐν Πλάτωνος [10] Ἀλκιβιάδῃ εἰρημένος· [11] καὶ σμίλη, ἐν τῇ Πολιτείᾳ· καὶ [12] καλάπους, ἐν τῷ Συμποσίῳ· καὶ περιτομεὺς δ' ἂν ῥηθείη, καὶ χηλεύματα, καὶ ὄπεας· [13] καὶ ὀπήτιον εἴρηται ἐν Νικοχάρους Κρησὶ, τοῖς

ret novacula, quæ ſimplex eſt, non forfex, quæ eſt duplex: vide ſupra II, 32. SEB.

Ἣν καὶ μίαν μ.] Leg. *καὶ ἣν μ. μ. κ. ξυρόν·* nam *novacula* dicitur *μία μάχαιρα*, ut *forſex διπλῆ μάχαιρα·* vid. ſupra II, 32. KUHN.

Ἣν καὶ μίαν μ.] *H. Stephanus* ad oram ſui Codicis adſcripſit, *διπλῆν μαχ.* ut ſupra ſit II, 32. et ita hic corrigendum ait in Theſauro ſuo: cui nondum poſſum aſſentiri tamen. Nam & noſter MS. opt. ſupra II, 32. habet: *ἔλεγον δέ τι οἱ κωμῳδοὶ, καὶ κείρεσθαι μιᾷ* (non *διπλῇ*) *μαχαίρᾳ, ἐπὶ τῶν καλλωπιζομένων· τὴν δὲ μάχαιραν ταύτην καὶ ψαλίδα κεκλήκασιν·* ubi obſervavi locum *Ariſtophanis* ex *Acharnenſibus* hoc firmantem magis:

> *Ὁ δ' ἐντυχὼν ἐν τῇ ἀγορᾷ πρόσεισί σοι βαδίζων*
> *Κρατῖνος, ἀεὶ κεκαρμένος μοιχὸν μιᾷ μαχαίρᾳ.*

Ut & locos *Heſychii* binos, quibus docet *μιᾷ μαχαίρᾳ·* eos ſolitos fuiſſe tonderi *τὸν κῆπον κουρὰν.* JUNG.

6 Ξυροδόχη] Pro *ξυροδόχη* an forte *ξυροδόκη* reponendum? JUNG.

7 Ἀριστοφάνης] Fol. 517. Legitur autem ibi *ξυροδόκης.* SEB.

Ἀριστοφάνης] In verbis *Ariſtophanis* etiam *ξυροδόκης* forte reponendum; nam hodieque ita in vulgatis ejus libris legitur, ut etiam adnotavit noſter *Seberus*: certe & noſter MS. ſupra II, 32. ubi id vocabulum ex *Ariſtophane* quoque profertur, *ἡ ξυροδόκη* habet clare: ut *δουροδόκη, ἱστοδόκη, κυμινοδόκη, ὀϊστοδόκη*, apud *Noſtrum.* JUNG.

8 *Καὶ ὀνυστήρια δὲ λ. Π.*] Forſan *ὀνυχιστήρια· Sylburg.* ut intelligantur cultri ad reciſionem unguium apti, quod in Theſauro additur: MS. editis ſimiliter. SEB.

Καὶ ὀνυστήρια δὲ λ. Π.] *Ὀνυχιστήρια Salm.* C. V. & delet *δὲ λεπτὰ Ποσειδίππῳ.* KUHN.

Καὶ ὀνυστήρια δὲ λ. Π.] *H. Stephanus* primus, credo, hanc voculam emendavit, unde hauſit *Sylburgius.* Ita enim ad ſuum Codicem *H. Stephanus* in ora: *ὀνυχιστήρια, ἴσως.* Eodem modo indubitanter legere nos juſſit amiciſſ. *Salmaſius*, & ita jampridem ad oram Codicis ſui ſe adpoſuiſſe. *In epigrammate Græco*, ait, *neſcias an hæc inſtrumenta vocentur συλόνυχες ſive συλονύχαι, an ὄνυχες: ita enim habet de tonſore loquens*, *Καὶ ψήκτραν δονακῆτιν ἀπίπτυσι καὶ λιποκόπτους Φασγανίδας, καὶ τοὺς συλονύχας ὄνυχας· epigramma nondum editum eſt: memini me alicubi legiſſe ὀνυχίδας dici.* Gaudeo mehercle ejuſmodi rara & recondita me ſubinde poſſe miſcere meis, quæ protrita & vulgaria pleraque non ignoro. JUNG.

Καὶ ὀνυστήρια] *Ὀνυχιστήρια* textui repoſui, quæ lectio vel ſine MSS. ſatis per ſe manifeſta: in reſecandis unguibus curioſos fuiſſe veteres nitoriſque ſtudioſos ex veterum lectione didici, adeo ut & inter mollitiei effeminatique animi ſigna reponeretur nimiam unguibus impendere curam: hanc itaque ob rem adhibita ſunt *ὀνυχιστήρια.*

9 Τὰ δὲ σκυτ. σκ.] *Σκυτοτόμου σκεύη* & ſupra lib. VII. cap. 21. enumerata fuere. JUNG.

10 *Ἀλκιβιάδῃ*] In *Alcibiade* primo paullo longius a fine: *ὥσπερ σκυτοτόμος τέμνει που τομῇ καὶ σμίλῃ καὶ ἄλλοις ὀργάνοις·* ubi etiam *σμίλην* vides, quam mox tamen *Noſter* ex ejus de Republica vult confirmare, & recte etiam: nam primo *πολιτείας Platonis* non longe a fine eſt: *τί δέ; μαχαίρᾳ ἀμπέλου κλῆμα ἀποτέμνοις, καὶ σμίλῃ, καὶ ἄλλοις πολλοῖς; πῶς γὰρ οὔ; Ἀλλ' οὐδενί γ' ἂν οἶμαι οὕτω καλῶς, ὡς δρεπάνῳ, τῷ ἐπὶ τούτῳ ἐργασθέντι·* ſed ad priorem *Platonis* locum quod attinet, eum jam ex *Polluce* emendare debemus, ſcribentes, *τομεῖ·* quum vulgetur, ut vides, *τομῇ·* *τομεὺς* enim apud *Pollucem* noſtrum, & *περιτομεὺς* hoc ὄργανον. JUNG.

11 *Καὶ σμίλη*] C. A. *σμίλη* ſine *καὶ*, & mox &c. *χηλεύματα ὀπέας.* KÜHN.

12 *Καλάπους*] Ita MS. quoque, nec apud *Platonem* aliter reperio fol. 1186. (aut edit. *Serrani* tom. III. fol. 191. At ſupra II, 195. *καλόπους·* & VII, 85. *καλόποδες.* SEB.

Καλάπους] Supra fuiſſe *καλόπους* & *καλόποδες* adnotavit jam *Seberus* noſter: in MS. ſuo autem hic, ut & apud *Platonem* eſſe, ut hic vulgatur. Verba Philoſophi: *ἔχων τι τοιοῦτον ὄργανον, οἷον οἱ σκυτοτόμοι, περὶ τὸν καλόποδα λεαίνοντες τὰς τῶν σκυτῶν ῥυτίδας·* quamvis *H. Stephanus* in Theſauro *καλόποδα* habeat in hoc *Platonis*, qui & *Galeni* locum adfert Therap. IX. in quo etiam exemplaria quædam *καλάποδι* habere ait. Idemque *H. Stephanus* hic in ſuo Codice ad *καλάπους* in ora *καλόπους* adſcripſerat, ſic credo legere malens: ſupra II, 195. in MS. noſtro deerat *καλόπους·* VII, 85. habebat ut vulgo *καλόποδες·* ſed ad oram tamen *καλάποδες* ab eadem manu: quod ibi adnotare oblitus fui. Et forte utrumque probum: itaque habes alias & *καλοπόδιον* apud *Suid.* & *Etymolog.* ut & *καλόπους.* JUNG.

Καλάπους] Sic ſcribatur rectius an *καλόπους*, non eſt, quod ſummo opere cures: vidi *Etymologicum* MS. quod vocem illam utramque admittere ſcripturam docebat: certe ſcriptionis ratio quam dubia ſit & incerta ex iſtis, quæ dixit *Jungermannus*, abunde colligere licet: præterea in *Gloſſis* antiquis *καλαπόδιον* & *καλοπόδιον* utrumque legitur, *καλάπους* & *καλόπους*, *forma caligaris, forma calcei, norma.*

13 *Καὶ ὀπήτιον ε. ἐ. N. K. τ. τρ. ἁ. ὥσπερ ἀρχιλ.*] C. A. *ὀπήτιον δὲ εἰ. ἐ. N. K. τ. τ. ἁ. ὅπερ ἀγχίλειον* C. V. *ἀγχίλειον. Salm. ἀρχίλιον· ὀπήτιον*, inquit, reſpondet apud ſutores *fabrorum terebræ*: unde & apud *Archilochum* dicitur *ἀντίπαλον τοῖς τρυπάνοις*, a quo habet id ipſum *Nicochares*: vel *Nicochares* ſimpliciter fecit mentionem *ὀπητίου. Archilochus* vero id ipſum dixit, *ἀντίπαλον τοῖς τρυπάνοις.* KÜHN.

Καὶ ὀπήτιον ε. ἐ. N. K. τ. τρ. ἁ. ὥσπερ ἀρχιλ.] Hæc e *Nicocharis Cretenſibus*, ut videtur, mutila & mendoſa videntur: nec in iis adparet *ὀπήτιον·* & forte confuſa alius quoque *Comici* vel *Pollucis* verba. Dramatis nomen rectum eſt. *Κρῆτες* enim inter ejus *Comici* fabulas & apud *Suidam* leguntur in *Νικοχάρης.* JUNG.

τρυπάνοις ἀντίπαλον, ὥσπερ Ἀρχιλόχειον. [14] Τὰ δὲ κυνηγέτου σκεύη, λίνα, δίκτυα, ἄρκυες, ἐνόδια, [15] ἐκβόλια, στάλικες, στήριγγες, κάμακες, δίκρα, κάλοι, ἱμάντες, [16] κυνουχοὶ, σχαλίδες, σχαλιδώματα, ξίφη, δόρατα, ἀκόντια, δρέπανα, τόξα, προβόλια, ποδάγραι, [17] ἀρπεδό-
142 ναι, σειραὶ, σειρίδες, πλεκταί· * πλεκτὴν γὰρ οἱ Ἀττικοὶ τὴν σειρὰν ὠνόμαζον, [18] ὡς Πλάτων ἐν Ἑλλάδι, Βούλει τὴν δέ σφι πλεκτὴν κάθω, κάπει τ' ἐνελκύσω σε δεῦρο; πελέκεις, [19] δέραια, περιδέραια, τελαμώνια, ῥόπαλα, σκυτάλαι, [20] ξυήλαι, ἀρνακίδες, ἧλοι, ἐγκεντρίδες.

terebris contrarium: ut Archilochæum. Sed venatoris arma ſunt, lina, retia, plagæ, laquei, ejectoria, valli, fulcra, perticæ, furcæ, funes, lora, canum habenæ, pali, ſtipites, enſes, haſtilia, jacula, falces, arcus, venabula, pedicæ, laquei, catenæ, catenulæ, plectæ. * Plectam enim 142
Attici catenam nominaverunt: ut Plato in Hellade, Vis ne ut catenam demittam, teque poſtea huc attraham? Secures, collaria, amiculum, lora, fuſtes, ſcuticæ, vincula, agninæ pelles, clavi, ſtimuli.

Καὶ ὀπήτιον] Difficilem hujus loci nodum ſine MSS. uberiori auxilio quenquam explicaturum non opinor: exiſtimavit enim rectiſſime *Jungermannus* mutila eſſe hæc & mendoſa: ſi quis alias integrum putet & intactum hunc locum, ſenſum, quæſo, expediat: in ceteris autem acutiſſimum *Jungermannum* male habuit, quod ὀπήτιον in *Nicocharis* χρήσει non conſpiceretur; quæ tamen ſi ſola eſſet difficultas, hac illi dictinctione facile mederer: καὶ ὀπήτιον εἴρηται ἐν Νικοχάρους Κρησὶ τοῖς τρυπάνοις ἀντίπαλον &c. num autem ea ratione ὀπήτιον τοῖς τρυπάνοις ἀντίπαλον appellatur, quod, cum eundem ferme cum terebra foraminulis ſcilicet faciendis uſum præſtet, terebris quaſi noceat & inimicum ſit, vel potius, quod ipſi æquale earundemque quaſi virium haberi debeat, ut ἀντίπαλον tantundem ſit ac ἰσόπαλον· porro pro ὥσπερ facile mihi quivis credo legendum aſſentietur ὥσπερ· ἀρχιλόχειον quid ſibi velit, aut hoc agat in loco, penitus ignoro; niſi quis forſitan *Archilochi* χρῆσιν, in qua fuerit ὀπήτιον, inde deſiderari hic auguretur: Codicum *Voſſiani* & *Antwerpienſis* lectio multo magis etiam eſt obſcura ὥσπερ ἀγχίλιον, quod ὥσπερ ut genuina lectione reſtituta forſitan habere locum poſſit, ſic illa de re, cum ἀγχίλιον plane non intelligam, conſtituere non licet: eruditioribus hujus loci curam commendatam velim. Ὀπήτιον in *Philoxeni Gloſſis ſubula, ſubla:* reſtituenda hæc vox *Heſychio*, quod jam ab *Henr. Stephano* factum, in iſtis: Χηλεύσεις, πλέξεις· χηλεύματα γὰρ ἐλέγοντο οἷον ὑπότια, εἰς πλέκουσιν ἢ ῥάπτουσιν· illud οἷον, etſi non diſpliceat, credidi tamen aliquando mutandum in ἃ νῦν· videnne vero χηλεύματα, quæ & in ipſo *Polluce:* aliam ſimilem ex *Heſychio* vocem addere licet: Χηλώτια, αἱ ῥαφίδες τῶν δικτυοπλόκων· quæ ab eadem pendet origine. Sequitur ὀπίας, hoc enim accentu in omnibus legitur editionibus, ſed vitioſe, ut erudite monuit vir magnus *Iſ. Voſſius* ad *Melam* lib. II. cap. 1. ſcribendum enim ὄπιας, ὀπίατος· ne careat auctoritate ſcriptoris hæc vox, apponam *Herodoti* locum e *Melpomene* de modo faciendi ſocietatem apud Scythas, quem ibidem vir doctiſſimus eleganter omnino reſtituit: αἷμα συμμίσγουσι τῶν τὰ ὅρκια ταμνομένων τύψαντες ὀπίατι ἢ ἐπιταμόντες μαχαίρῃ σμικρὸν τοῦ σώματος· legendum ὀπίατι quis dubitare poſſit?

14 Τὰ δὲ κυνηγ.] C. A. κυνηγέτου δὲ, λίνα, δίκτυα α. ἑ. KÜHN.

15 Ἐκβόλια] C. A. ἐμβόλια &c. KÜHN.

Ἐκβόλια] Non memini ſupra in σκευῇ venatoria legiſſe: legerim itaque ἐμβόλια, de quo genere retium ſupra V, 36. *Noſter* dixit: nec eam mendoſam putem, ſicut arbitrari video *H. Stephanum*, qui in Theſauro ibi videtur malle ἐμβόλιμα. JUNG.

16 Κυνοχοὶ] Κυνοῦχοι· ſupra V, 31. & 65. SEB.

Κυνοχοὶ] Pro κυνοχοὶ leg. *Salmaſ.* κυνοῦχοι· κυνοχοὶ autem reperit in V. C. KÜHN.

Κυνοχοὶ] Emenda omnino cum *Sebero* noſtro κυνοῦχοι, ut ſupra ſæpius V, 31. & alibi. JUNG.

Κυνοχοὶ] Textus habet, emendante me, κυνοῦχοι· προβολίων, quæ ſequuntur, apud *Auctores*, inter alios *Herodotum* Muſa prima, in re venatica plurima mentio eſt: Προβόλιον, inquit *Heſychius*, σιβύνη ἔχουσα μετὰ τὴν ἀκμὴν προβολάς, ἢ σπυρίς· ab his longe diverſa ſunt ἐκβόλια, quæ ſupra memorantur, retium ſcilicet genus, quod extenditur & tanquam ejicitur ad capiendas feras; illam enim lectionem non ſollicitandam exiſtimo.

17 Ἀρπεδόναι] C. A. ἁρπηδόναι. KÜHN.

18 Ὡς Πλ. ἐν Ἑλλ. &c.] C. A. ὡς Π. ἐν Ἑ. abeſt a C. A. qui & in verbis *Platonis* legit σφι &c. & ἀνελκύσω· *Salm.* leg. & ἀνελκύσω. KÜHN.

Ὡς Πλ. ἐν Ἑλλ. &c.] In *Platonis* verbis legendum puto: βούλει τὴν δέ σοι πλεκτὴν καθῶ, κάπειτ' ἀνελκύσω σε δεῦρο· videntur enim hoc dicere: *vin' tibi funem demittam, tum te huc ſurſum traham. Heſych.* Πλεκτὴ, σειρὰ, ἡ ἐξ ἱμάντων· ſed non diſtinguo: reſpicit enim ad σειρὴν πλεκτὴν *Homeri*. JUNG.

19 Δέραια, π. τελαμώνια] MS. τελμονίαι. Apud *Xenophontem* de Venat. fol. 983. στελμονίαι bis, aſcripto utrobique in margine τελαμονίαι. SEB.

Δέραια, π. τελαμώνια] C. A. δέραι τελμονίαι· *Salm.* C. τελμονία. KÜHN.

Δέραια, π. τελαμώνια] Quid περιδέρμα; ſcribendum omnino: δέραια, περιδέραια· millis canum ſupra V, 55. &c. in κόσμῳ κυνῶν δέραια quoque & περιδέραιον habuiſti. Quæ vero τελαμώνια, rectius τελαμωνία, vel potius eo numero quo cetera, τελαμωνίαι: ut ſupra VII, 55. in eadem re: quæ ibidem omnia in MS. deſunt: hic ſuum τελμονίας habuiſſe *Seberus* noſter adnotavit, quæ propius accedunt ad *Xenophonteas* στελμονίας. *Heſych.* Στελμόνια, ζώματα. JUNG.

Δέραια, περίδερμα] Περιδέραια, ut perbene *Jungermannus* reſtituit, in textum reduxi: vocis ſequentis vulgatam lectionem an conſultius eſſet retinere mecum deliberavi, anne vero Codicis *Auguſtani* ſcripturam reſtituere, pro qua certe militant *Xenophontis* editiones & *Heſychius*: ipſos in ea voce veteres hæſitaſſe mira ſcribendi varietas prodit: me tamen eo inclinare non diffiteor, ut τελαμώνια præferenda judicem, cujus certe vocabuli aptiſſima deduci poteſt origo ex τελαμών.

20 Ξύλαι, ἀρν. &c.] An ξυήλαι; *Heſych.* Ξυήλη, ξιφίδιον ὃ τινες δρέπανον λέγουσιν· vid. & Segm. 144. SEB.

Ξύλαι, ἀρν. &c.] *Salm.* C. ξύλλαι. KÜHN.

Ξύλαι, ἀρν. &c.] Cum his verbis, ξύλαι, ἀρνακ. ἧλοι, MS. noſter iterum novam paginam incipit, atque pergit: ſed pro ξύλαι, cum *Sebero* magis placet ξυήλαι legere: ſed illæ mox leguntur inter militaria, Segm. 144. ſane & δρέπανα ibidem, quæ tamen hic quoque in venatorio inſtrumento ut & alia quædam. Et fere idem valeant, ut ex *Heſychii* verbis patet, quæ *Seberus* noſter attulit. Si quid tamen rectius iſtis noſti, indica, ut tecum ſciamus & ſequamur. JUNG.

Ξύλαι] Ξυήλαι vera lectio eſt, quam textui reddi-

Mul-

Multis arma ſunt, ſcutum, pelta, thorax, ſemithorax, galea, caſſis, pericephalæa, criſta, triplex conus, chirothecæ, ocreæ, pilei, arcus, tela, jacula, ſagittæ, pharetra, ſagittarum receptacu-
143 lum, telorum theca, lophium, • haſtæ, haſtilia, falces, jacula, conti. Haſtæque pars inferior, ſauroter, ſtyrax, ſtyracium: ferrum autem prominens, cuſpis, acies: receptaculum vero, haſtæ theca. Tum & haſtilia dices,

[21] Στρατιώτου δὲ σκεύη, ἀσπὶς, πέλτη, θώραξ, [22] ἡμιθωράκιον, σπολὰς, κράνος, κόρυς, περικεφάλαια, λόφος, τριλοφία, [23] χεῖρες, κνημῖδες, πίλοι, τόξα, βέλη, τοξεύματα, ὀϊστοὶ, [24] φαρέτρα, ὀϊστοδόκη, ὀϊστοθήκη, [25] γωρυτὸς, φαρετρεῶνες, καὶ τῆς ἀσπίδος τὸ ἔλυτρον σάγμα, καὶ τοῦ κράνους ἡ θήκη λοφεῖον· • δόρα- 143
τα, ἀκόντια, [26] ἀκοντίσματα, [27] κοντοί· καὶ τὸ τοῦ δόρατος ἱστάμενον, σαυρωτὴρ, καὶ στύραξ, καὶ στυράκιον· καὶ τὸ προῦχον σιδήριον, [28] λόγχη, [29] αἰχμὴ, ἐπιδορατίς· ἡ δὲ θήκη, [30] δουροδόκη· καὶ [31] ξυστὰ δ' εἴποις ἂν, καὶ κάμακας,

di: inferius ea de voce quiddam notabo: ἀρπαχίδας hic proculdubio calceos appellat venatorios, qui alias ἐνδρομίδες, de quibus erudite Illuſtriſſ. *Spanhemius* ad *Callimachum*.

21 Στρατ. δὲ σκεύη] Abeſt a C. A. qui titulum affert: περὶ σκευῶν στρατιωτικῶν. KÜHN.

Στρατ. δὲ σκεύη] MS. cum vaſis militaribus novum caput incipit, præſcripto στρατιώτου σκεύη· & incipit: στρατιώτου σκεύη, ſine δέ. JUNG.

22 Ἡμ. κράνος] MS. ἡμιθ. σπολὰς, κρ. ea vox ſupra etiam VII, 155. SEB.

Ἡμ. κράνος] MSSti, σπολὰς, κράνος &c. *Heſych.* Σπολὰς, χιτωνίσκος βαθὺς σκύτινος, ὁ βύρσινος θώραξ. *Salm.* C. etiam σπόλας κ. legit. KÜHN.

Ἡμ. κράνος] MS. auctius, ἡμιθ. σπολὰς, κρ. quod ſupple, quum & in *Seb.* MS. fuerit, & ſupra VII, 155. ut etiam *Seberus* indicavit. JUNG.

Ἡμιθωράκιον] Addita vox σπολὰς e MSS. quam exponit *Scholiaſtes Ariſtoph.* ad *Aves*.

23 Χεῖρες] C. V. χειρίδες. KÜHN.

24 Φαρ. ὀϊστ. ὀϊστοθ.] Pharetra, pharetræ (*Heſych.* tamen φαρετρεών, τοξότης·) Et ſcuti involucrum σάγμα, & galeæ theca λοφεῖον &c. SEB. 2.

Φαρ. ὀϊστ. ὀϊστοθ.] C. A. Φαρέτραι ὀϊστοθήκη priori miſſo, ut & iis, quæ uncinulis incluſa ſunt a *Sebero*: eadem delet & *Salmaſ.* C. KÜHN.

25 Γωρυτὸς, &c.] Quæ incluſa, e MS. modo inſerta ſunt. SEB.

Γωρυτὸς, &c.] Iſta, γωρυτὸς, φ. κ. τ. ἀ. τ. ἔ. σ. κ. τ. κ. ἡ θ. quæ noſter *Seberus* in ſuo MS. invenit: ita & in noſtro extant omnia. JUNG.

Γωρυτὸς] Quæ uncinulis incluſerat *Seberus*, eſſe libera juſſi: de σάγματι notatum ad lib. VII. mox δρέπανα poſt ἀκόντια vulgatæ fovebant editiones: ſed vocabulum illud, quod locum non legitime obtinebat, MSS. conſentientibus ejectum eſt. Hæc autem pleraque lucem accipere poſſunt ex rei tacticæ ſcriptoribus, *Æliano* præcipue & *Arriano*, a quibus horum plerorumque armorum in bello uſus commonſtratur.

26 Δρέπανα] Abeſt a C. A. KÜHN.

Δρέπανα] Deſunt in MS. δρέπανα, &, ni fallor, recte: ſequuntur enim demum Segm. ſeq. ut forte librarius eo oculis aberrans male repetierit. JUNG.

27 Κοντοί· καὶ τὸ τοῦ δ. ἱστ.] C. A. καὶ τοῦ δόρατος τὸ ἱστάμενον, σ. &c. KÜHN.

Κοντοί· καὶ τὸ τοῦ δ. ἱστ.] MS. κοντοι (ſine accentu) καὶ τοῦ δόρατος τὸ ἱστάμενον, σαυρωτὴρ, καὶ στύραξ, καὶ στυράκιον. JUNG.

28 Λόγχη] *Ferrum prominulum in haſta.* KÜHN.

29 Αἰχμὴ, ἐπιδορ. &c.] *Salm.* leg. καὶ αἰχμὴ, καὶ ἐπιδ. καὶ συνθήκη (*f.* οὖν θ.) δὲ δρυβδοόκη ex V. C. KÜHN.

Αἰχμὴ, ἐπιδορ. &c.] MS. λόγχη, καὶ αἰχμὴ, καὶ ἐπιδορατίς· καὶ θήκη δέ. JUNG.

30 Δουροθήκη.] Δουροδόκη C. A. quod firmat C. V. KÜHN.

Δουροθήκη.] MS. δουροδόκη. Et δουροδόκη hoc pro illo δουροθήκη malim, ut etiam MS. ſupra I, 136. & VII, 156. habuit: καὶ ἡ θήκη τοῦ δόρατος, δουροδόκη. Multa talia adfert *Pollux*, ut alibi, & nuper de ξυροδόκη notavi. JUNG.

Δουροθήκη.] Digna fuit viſa, quæ reciperetur in textum MSS. lectio, δουροδόκη· *Heſych.* Δουροδόκη, δόρατος θήκη· *Homer. Odyſſ.* Α.

> Οἱ δ' ὅτε δὴ ῥ' ἔντοσθεν ἔσαν δόμου ὑψηλοῖο,
> Ἔγχος μὲν ῥ' ἔστησε φέρων πρὸς κίονα μακρὴν
> Δουροδόκης ἔντοσθεν ἐΰξόου, ἔνθά περ ἄλλα
> Ἔγχε' Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἵστατο πολλά.

ad quem locum *Euſtathius* planiſſime docet & Atticam eſſe vocem, & qualis fuerit δουροδόκη· Ὅτι δουροδόκη ἐστι, inquit, θήκη δοράτων κιονοειδής· ἢ μάλιστα εἰς κίονα ἐγγεγλυμμένη, ἐν ᾗ πρὸς ὀρθότητα τὰ δόρατα ἵσταντο· φησὶν ὅτι ἔγχος φέρων ἔστησε πρὸς κίονα μακρὴν δουροδόκης ἔντοσθεν ἐΰξόου· κατὰ δὲ ὁμοιότητα ταύτης τῆς λέξεως τὴν ξυροδόκην εἶπεν ὁ Κωμικός· γίνεται δὲ ἀπὸ τοῦ δέκω ῥήματος Ἰωνικοῦ, ἐξ οὗ καὶ ὁ πανδοκεύς. αἱ δὲ λέξεις καὶ Ἀττικαί εἰσι διὰ τὴν πρὸς τοὺς Ἴωνας τῶν Ἀθηναίων συγγένειαν· Ἀττικὰ γοῦν ἡ ξυροδόκη, καὶ ἡ πανδοκεύτρια, καὶ τὰ τοιαῦτα. Quæ ideo tota appoſui, ut non tantum reſtitutæ hic δουροδόκης, ſed & ſimilium vocum, quas pari modo alibi emendavimus, ratio conſtaret: alias & δορατοθήκη apud *Heſychium*: Σαυλάτηρ, δορατοθήκη· ordo literarum poſcit Σαυλώτηρ.

31 Ξιστὰ] Ξυστά· vid. ſupra I. 136. SEB.

Ξιστὰ] C. V. καὶ ξυστὰ &c. quod amplecterer pro ξιστά· *Heſych.* Ξυστὸν ἀκόντιον, δόρυ κατεσκευασμένον &c. KÜHN.

Ξιστὰ] MS. καὶ ξυστὰ δὲ εἴποις &c. Et repone ita: ut etiam noſter *Seberus* monere videtur: ſic ſupra I, 136. λόγχη, ξυστὸν (ita enim MS. noſter) ἀκόντιον. JUNG.

Ξιστὰ] Veram MSS. lectionem præ ſe ferunt ξυστά, quæ non poterit ignorare, qui veterum evolvit monumenta: *Arrian.* de *Exped. Alex.* lib. I. cap. 16. *Alexandri* milites refert, cum adverſus Perſas decertarent propter Granicum, ξυστοῖς κρανείνοις πρὸς πάλτα pugnaſſe; ad quem locum præſtantiſſimus *Gronovius* oſtendit ξυστὰ præcipue fuiſſe genus armorum, quo cominus hoſtem peterent: cum ibi vide ſis, ut & de παλτοῖς, quæ mox & apud *Pollucem*. Κάμακας habet *Leonidas Anth.* lib. I. cap. 3. — ἄκλαστοι δ' αἱ κλαδαραὶ κάμακες· *Ariſtophanes* in *Holcadibus* ξυστὴ κάμαξ. In ſequentibus pluries omiſerat pigritia librariorum particulam conjungentem, quam, uti decebat, e MSS. reddidi. Inter alia mox recenſentur σαυνία; quæ *Cratinus* adhibuerit ſenſu turpiculo de membro virili: huc ſpectat *Heſychii* locus: Σαυνίον, ἀκόντιον βαρβαρικὸν καὶ σαθρόν· χαῦνον, ἀσθενὲς παρὰ Κρατίνῳ· vitium in hoc loco perſpexit *Briſſonius* de *Regn. Perſ.* priora tantum verba poſuiſſe contentus a ceteris abſtinuit manum: ſed re bene perpenſa dubium eſſe nequit ex noſtro *Polluce*, quin παρὰ Κρατίνῳ referendum ſit ad Σαυνίον, quo ſane nihil pertinet τὸ σαθρόν· etenim *Cratinus* ita dixerat τὸ ἀνδρεῖον αἰδοῖον, quod tamen in *Heſychii* verbis, retenta, quæ editur, ſcriptura, mi-

[32] καὶ παλτὰ, καὶ σαρίσσας, καὶ σαυνία· τὸ μὲν ὄνομα ἐπ' ἀνδρείου [33] αἰδοίου ἐστὶ παρὰ Κρατίνῳ· ἐπὶ δὲ τοῦ δόρατος [34] ἐν Φιλαδέλφοις Μενάνδρου, Ὥς τ' ἔγωγ' ἂν εἱλόμην που σαυνίῳ πε-
144 πληγμένος· * καὶ Ἀριστοφάνης [35] μὲν ἔφη ἐν Ὁλκάσι, [36] Λόγχαι δ' ἐκαυλίζοντο, καὶ ξυστὴ κάμαξ· ἐν δὲ [37] Σκηνὰς καταλαμβανούσαις, [38] Καὶ τῶν πλατυλόγχων, ὡς ὁρᾷς, ἀκοντίων. [39] Ἄλεξις δ' ἐν Λευκάδι, Φέρε τὴν

perticas, peltas, ſariſſas. Saunia, quod nomen de membro virili dicitur apud Cratinum: de haſta vero, in Philadelphis Menandri, Ut ego forte occidar ſaunio impeditus. * Et Ariſtophanes in Holca- 144
dibus inquit: Inſidiæ ordinantur, & miſſilis pertica: ſed in Scenis conjunctis, Et latas cuſpides habentium, ut vides, jaculorum. Alexis vero in Leucade, Affer

nime apparet: faxo tamen emendatione mea, ut illæ tenebræ diſſipentur: illud σαθρὸν ſtatim, ut legi, in memoriam reduxit σάθην, vel σαθῶνα, *caudam virilem*: legendum igitur: Σαυνίον, ἀκ. β. καὶ σάθη vel σαθὼν παρὰ Κρ. malam ſcripturam σαθρὸν cum quis reperiſſet, addidit expoſitionem corruptæ vocis præter rem: quin & alia tamen ratione voces illæ ab interitu vindicari poſſunt: præceſſit in *Heſychio* ante Σαυνίον· Σαυνά, ἀπαλά· quæ vox etſi aliunde mihi non ſit nota, genuina tamen videtur, eademque ferme cum σαυλὸς, quæ & in *Heſychio* eſt, & in *Ariſtophanis* σαυλοπρωκτιᾷν, ubi *Scholiaſtes* κοῦφος exponit: itaque poſt σαυνίου explicationem ſequi poteſt Σαυνὸν, χαῦνον, ἀσθενὲς, quæ cum prioribus confudit aut ipſa *Heſychii* negligentia, aut alterius alicujus indocti lectoris aberratio: arbitrentur eruditi viri. *Menandri verſus* —— ὥστ' ἔγωγ' ἂν εἱλόμην Που σαυνίῳ πεπληγμένος ——. Fabula vero *Menandri* plerumque Φιλάδελφοι apud *Pollucem* noſtrum & *Athenæum*: qui ſit itaque, ut hoc loco Φιλαδέλφας *Pollux* appellet? notante etiam *Caſaubono* XI. cap. 10. *Anim.* ad *Athen.* e MSS. autem nihil adnotant varietatis Commentatores noſtri, conſentiuntque omnes editiones: attamen non dubito, quin legendum ſit Φιλαδέλφοις· itaque textum reſtitui: ſtat a mea parte *Meurſius* in *Biblioth. Att.* qui ne dicta quidem cauſa Φιλαδέλφοις ſcribit.

32 *Πάλτα, σαρ. σαύνια.*] MS. καὶ π. καὶ σ. καὶ σαυν. al. autem σαυνία. *Heſych.* Σαυνίον, ἀκόντιον βαρβαρικὸν &c. vid. notas ad *Interpr.* SEB.

Saunia] *Gelenius* σαυνίον generalius vertit jaculum, ex *Heſychio*, ut puto, qui exponit ἀκόντιον βαρβαρικόν. *Verrius* & *Feſtus* haſtæ genus fuiſſe ajunt, dum Samnitum genti nomen impoſitum tradunt propter genus haſtarum, quæ σαυνία appellant Græci. Ego non male *Verutum* reddi poſſe arbitror. Nam ut *Dionyſius* noſter (*Halicarn.* Antiq. IV. f. 222.) σαυνία quintæ claſſi tribuit, ita *Livius* quartæ *haſtam & verutum*: vid. & cætera, quæ de hac voce ſcripſit *Sylburg*. Indice Gr. in *Dion. Halicarn.* SEB. 2.

Πάλτα, σαρ. σαύνια.] MS. καὶ πάλτα, καὶ σαρίσσας, καὶ σαυνία· τὸ μὲν γὰρ ὄν. Et malim, σαυνία· τὸ μὲν γὰρ ὄν. *Heſychius*: Σαυνίον, ἀκόντιον βαρβαρικὸν καὶ σαθρὸν χαῦνον ἀσθενὲς παρὰ Κρατίνῳ· qui eundem locum *Cratini* reſpexerit ſcilicet quem *Noſter*; ſed quod ad accentum vocis attinet, forte nil mutandum. Et alii enim σαύνιον & σαύνια, ut *Strabo*, ut *Arrianus*: vide clariſſ. *Caſauboni* Comm. ad *Strabonis* libr. XV. ibi: ἢ σαύνιον. JUNG.

33 *Αἰδοίου*] C. A. αἰδοῖς, *f.* ἐπ' ἀνδρὸς αἰδοῖ, *de pudendis viri*, ut ſupra ex *Gloſſis* κρωπίον, infantium *puteaculum*: ſed & vulgata lectio bene ſe habet. KUHN.

34 Ἐν Φ. Μ. ὥς τ' ἔγωγ' ἂν εἱ. που σ.] C. A. Μένανδρος ἔγ' ὡς ἂν, *adeoque malim ego percuſſus ſaunio*. *Salm.* --- ὥστ' ἐγὼ ἀπειλόμην &c. KUHN.

Ἐν Φ. Μ. ὥς τ' ἔγωγ' ἂν εἱ. που σ.] MS. πανσανίῳ ſed ſupraſcriptum πουσ. Ceterum vulgata bene habere videntur: aliter tamen fortaſſe concinnanda. JUNG.

35 Μὲν ἔφη ἐν Ὁλκ.] Abſunt a C. A. KUHN.

36 * Λόχμαι δ' ἐκ.] *Sylburg.* leg. λόγχαι. SEB.

* Λόχμαι δ' ἐκ.] C. A. λόγχαι ſine aſteriſco. C. V. idem habet cum eo: verſus *Ariſtoph.* ex C. A. ita ſe haberet:

Λόγχαι δ' ἐκαυλίζοντο καὶ ξυστὴ κάμαξ.

Haſtæ frangebantur & raſa pertica.

Καυλίζομαι, (ita enim legendum) eſt pro ἀποκαυλίζομαι, id eſt, καυλὸν *amitto*: καυλὸς autem in haſta eſt pertica acuminata, quæ ferro inſeritur: λόγχαι δ' ἐκαυλίζοντο legit & *Salm.* KÜHN.

* Λόχμαι δ' ἐκ.] Emenda omnino λόγχαι, ut MS. noſter clare habet: & *H. Stephanus* ad ſui Codicis oram repoſuerat. Vulgatum λόχμαι hic ineptum eſt. JUNG.

* Λόχμαι &c.] Operæ ferme pretium non eſt monere, λόγχαι repoſitum eſſe e MSS. cum ipſa res emendationem hanc prodat: integer eſt ſenarius. Καυλίζεσθαι quid ſit non latebit ei, qui didicerit ex *Heſychio* ſignificationem τοῦ καυλοῦ, quam mihi vocem & in *Xenophontis Cynegetico* obſervavi: contraria τῷ καυλίζεσθαι ſignificatione dixit *Cinnamus* auctor non contemnendus Hiſt. lib. II. ἀποκαυλίζεσθαι· καὶ τὰ δόρατα πρὸς ταῖς ἀσπίσιν ἀποκαυλιζόμενα χάμαι ἔπιπτον.

37 Σκηνὰς καταλ.] *Salm.* σκηνὰς καταλαμβανούσαις notat etiam ex Veteri Codice. KÜHN.

Σκηνὰς καταλ.] Quidam ineptus, alium vix fuiſſe putem, e σκηνὰς fecerat σκηναῖς. JUNG.

Σκηνὰς καταλ.] Hanc lectionem unice probandam alibi oſtendi: ſic & veterem habuiſſe Codicem *Salmaſius* ad hunc locum monuit: in *Ariſtophanis* autem verſu hærent eruditi, ſiquidem ſupra VII, 157. diverſa extet in *Polluce* lectio: Καὶ τῶν πλατυλόγχων διβολίαν ἀκοντίων· ἀκοντίων certe & hic reſtituendum propter metrum affirmat *Salmaſius*: eaque de cauſa ἀκοντίων & in textu repoſui: alias & apud *Heſychium*: Ἀκόντων, ἀκοντίων, δοράτων· videtur autem hic verſiculus eſſe parodia e neſcio cujus Tragici loco: utrum vero rectius & verius διβολίων, an ὡς ὁρᾷς, quis ſecure judicet? exiſtimo tamen ὡς ὁρᾷς· etenim διβολία & ipſa genus jaculi eſt, ut ex *Herodiano* lib. II. cap. 13. patet, nam ibi pro διαβολίαις διβολίαις eſſe ſcribendum nullus dubito; eaque ratione parum huic loco conveniret: non enim credo quiſquam diverſa eſſe loca opinabitur.

38 Καὶ τῶν πλατ. &c. ἀκόντων.] E MS. priores editiones ἀλόντων. SEB.

Καὶ τῶν πλατ. &c. ἀκόντων.] C. A. πλατυλόγχων, ὡς ὁρᾷς, ἁλόντων, *iis, qui latas gerunt haſtas, captis, ut vides*, vel, *haſtis latis, ut vides, captis*. *Salmaſ.* καὶ τῶν πλατυλόγχων διβολίας ἀκόντων, *ut ſupra legitur*: *lege hic ut verſus ſtet* ἀκοντίων. KÜHN.

Καὶ τῶν πλατ. &c. ἀκόντων.] MS. καὶ τῶν πλατυλ. ὡς ὁρ. ἀκόντων ut recte etiam edidit *Seberus* noſter. Antea vulgata lectio in noſtri MS. ora a recentiore erat adpoſita ita: ἄλλως, ἁλόντων. Quid ſi?

Καὶ τῶν πλατυλόγχων, ὡς ὁρᾷς, ἀκοντίων;

Sed nihil temere. JUNG.

39 Ἄλ. δ' ἐν λευκ.] *Caſaubon.* ſuſpicatur Λευκαδίᾳ legendum: in *Athen.* lib. III. cap. 25. SEB.

Ἄλ. δ' ἐν λευκ.] Abeſt a C. A. KÜHN.

Ἄλ. δ' ἐν λευκ.] MS. Ἄλ. δὲ ἐν λευκάδι, ut vulgo eſt.

ſybynam, & latam cuſpidem. Amipſias autem in Sphendone, Τὸ *μὲν δόρυ πρὸ τῆς ἐπιχάλκου πρὸς πλατεῖς ἀπέβαλε*. His etiam connectenda ſunt, enſes, machæræ, bipennes, acinaces: xyelas Laconicos gladios, falces, pugiones, gladii anſam, capulum enſis, manubria: &
145 ipſam thecam, vaginam. * Et Euripides in

[40] σιβύνην, καὶ [41] πλατύλογχα. [42] Ἀμειψίας δ' ἐν Σφενδόνῃ, Τὸ μὲν δόρυ [43] μετὰ τῆς ἐπιχάλκου πρὸς Πλαταιεῖς ἀπέβαλε· προσθετέον δὲ τούτοις, ξίφη, [44] καὶ μαχαίρας, καὶ κοπίδας, [45] καὶ ἀκινάκας, καὶ ξυήλας, καὶ δρέπανα, καὶ δορυδρέπανα, καὶ ἐγχειρίδια, καὶ λαβὴν ξίφους, [46] καὶ προλαβὴν ξίφους, καὶ κώπην, καὶ τὴν θήκην [47] κουλεόν· * καὶ Εὐριπίδης μὲν ἐν 145

Noſter ὁ πάνυ *Caſaub.* tamen, ut & *Seberus* notavit, videtur ſuſpicari legendum Λευκαδίᾳ· eſt enim & apud *Athen.* libr. III. laudatus *Alexis* ἐν Λευκαδίᾳ ἢ Δραπέταις. JUNG.

40 Συβήνην] MS. σιβήνην· vid. ſupra VII, 153. & infra Segm. 153. SEB.

Συβήνην] Verba *Alexidis* ita exhibet C. A. φέρει τὴν σιβύνην καὶ πλατύλογχον· C. V. σιβύνην καὶ πλατύλογχα. KÜHN.

Συβήνην] MS. φέρει τὴν σιβύνην, καὶ πλατύλογχα· ut & e ſuo MS. *Seberus* noſter adnotavit. Et videtur certe hic quidem de haſta aliqua vel venabulo accipiendum, & cum MS. ſcribendum σιβύνην· σιβύνην malo. *Heſych.* Σιβύνη, ὅπλον δόρατι παραπλήσιον· ſic *Suidas*: Σιβύνη, ἀκόντιον Ῥωμαϊκόν. Et ſæpius apud *Athenæum.* *Gloſſ.ar. Venabulum*, ζιβύνη· ubi forte legendum ut in aliis *Gloſſ. venabulum*, σιβύνη. Alias συβήνη aliud eſt, nempe αὐλοθήκη, ut ex *Heſych. Suid.* & *Etymologicographo* patet, & *Noſtro* infra Segm. 153. ubi MS. συβήνην· & ſupra etiam ſcribi debebat VII, 153. ita JUNG.

Συβήνην] Variam eſſe vocis iſtius ſcripturam non mihi latet: notiſſima tamen eſt σιβύνη· *Heſychius*, apud quem ſæpius iſta vox occurrit, Προβόλιον, σιβύνη &c. ſic in textu reſtitui: alibi vero de σιβύνῃ ſimilibuſque aliis dicendi locus erit: mox & πλατύλογχα repoſui, de quibus vide notantem me VII, 157. Eam autem ob ſignificationem τῆς λόγχης propriam, quam ibi notavi, *Bacchylides* apud *Stobæum* ἔγχεα λογχωτὰ dixit: — ἔγχεα τε λογχωτὰ ξίφεα τ' ἀμφάκεα εὐρὼς δάμναται.

41 Πλατύλογχον.] MS. πλατύλογχα. SEB.

42 Ἀμ. δ' ἐν σφενδόνῃ] C. A. ἐν σφενδόναις· *Athenæus* etiam in ſingulari, ἐν Σφενδόνῃ. *Gloſſa*, σφενδόνη, *funda*, *baliſta*. KÜHN.

43 Πρὸ τῆς ἐπ. πρὸς πλατεῖς ἀπ.] MS. πρ. πλαταιαῖς ἀπέβαλλε· neſcio an intelligendæ Πλαταιαὶ, πόλις Βοιωτίας· *Stephan.* de *Urb.* SEB.

Πρὸ τῆς ἐπ. πρὸς πλατεῖς ἀπ.] C. V. μετὰ τῆς ἐ. C. A. πρὸς τῆς ἐ. malim, μετά· tum porro C. V. πλαταιῆς, unde legerem verba *Ameipſia*:

— τὸ μὲν δόρυ
Μετὰ τῆς ἐπιχάλκου πρὸς πλαταιαῖς ἀπέβαλε.

— *haſtam equidem*
Una cum ærato clypeo ad Platæas deperdidit.

Heſych. Ἐπίχαλκος, ἀσπίς· ἔχει γὰρ χαλκῆν τὴν ἐπιβολήν· ἔνιαι δὲ βόειαι εἰσίν. *Salmaſ.* πρὸς τῆς ἐπιχάλκου πρὸς πλαταιῆς ἀπέβαλλες ex V. C. KÜHN.

Πρὸ τῆς ἐπ. πρὸς πλατεῖς ἀπ.] MS. Ἀ. δὲ ἐν σφ. τὸ μὲν δ. μετὰ τῆς ἐπιχάλκου πρὸς πλαταιεῦς ἀπεβ. ſed emendatum ab alia manu ἐπιχάλκου πρὸς πλαταιεῖς ἀπ. Jam ita videtur mihi conſtituenda hæc χρῆσις·

— τὸ μὲν δόρυ
Μετὰ τῆς ἐπιχάλκου πρὸς πλαταιεῖς ἀπέβαλε.

Scilicet quendam haſtam cum ſcuto abjeciſſe in pugna adverſus Platæenſes, quæcunque illa fuerit, ut iſti pugnaces viri in rebus Græcorum ſæpe locum obtinent, ut ex *Herodoto*, *Thucydide*, aliis noſcere potes. Et voculæ ἐπιχάλκου cauſſa putem attuliſſe iſta noſtrum, quæ clipeum forte cum ærato umbone deſignet, vel ære obductum. Sic enim apud *Heſychium* invenio: Ἐπίχαλκος, ἀσπίς· ἔχει γὰρ χαλκῆν τὴν ἐπιβολήν· ἔνιαι δὲ βόειαι εἰσίν. Et eo pertinet oppido quoque *Ariſtophaneum* iſtud initio Σφηξὶν, ubi aquilam *Xanthias* ſomniaſſe ait

Ἀναρπάσαντα τοῖς ὄνυξιν ἀσπίδα
Φέρειν ἐπίχαλκον ἀνεκὰς εἰς τὸν οὐρανόν.

Ubi *Scholiaſtes*, ἐπίχαλκον τὴν ἔξωθεν χαλκῆν. Ex *Amipſiæ* vero loco, & *Heſychio* vides & ἐπίχαλκον ſine additione ἀσπίδος ita olim uſos. JUNG.

Πρὸ τῆς ἐπιχάλκου] Reduxi MSS. lectionem: μετὰ τῆς ἐπιχάλκου, & mox πρὸς Πλαταιεῖς· nec tamen non recta C. V. lectio Πλαταιῆς· ſcilicet ut ἱππῆς· forſitan quis ille fuerit inquiri poſſet, ſi quis otioſus ea de re cogitaret.

44 Μαχαίρ. κοπίδας, &c.] MS. καὶ μαχ. καὶ κοπ. καὶ ἀκ. καὶ ξυ. καὶ δρ. καὶ δορυδρέπανα, καὶ ἐγχ. SEB.

Μαχαίρ. κοπίδας, &c.] MS. ξίφη, καὶ μαχ. καὶ κοπ. ſemper interpoſita καὶ, ut & in *Seberi Auguſtano.* JUNG.

Μαχαίρας] In his pleriſque, quæ ſequuntur, particulam e MSS. conjungentem adjeci, quam pigerrima librarii manus deſcribere negarat: multoties id in *Polluce* noſtro factum deprehendi. Ξυήλαι vero, quas ſuperius Segm. 143. emendavi, apud *Xenophontem* non raro occurrunt: *Cyri Anab.* lib. V. Chalybas habuiſſe refert παρὰ ζώνην μαχαίριον ὅσον ξυήλην Λακωνικήν, quam & *Noſter* recenſuit I. 137. unde Laconum proprium id armorum genus fuiſſe pateſcit, cui oſtendendo accedit alter *Xenophontis* locus in ejuſdem libri fine: εἵλοντο δὲ Δρακόντιον Σπαρτιάτην, ὃς ἔφυγε παῖς ὢν οἴκοθεν παῖδα ἄκων κατακτανὼν ξυήλῃ πατάξας, δρόμου τε ἐπιμεληθῆναι, καὶ τοῦ ἀγῶνος προστατῆσαι. Recte vero conjunxit *Auctor* ξυήλας & δρέπανα· *Heſych.* Ξυήλη, ξυάλη, ἔστι δὲ καὶ ξιφίδιον, ὃ τινες δρέπανον λέγουσι· poſt δρέπανα vero καὶ δορυδρέπανα optime MSS. ſupplent: δορυδρέπανα, ni fallor, memorantur *Polybio.*

45 Ἀκιν. ξ. δρέπανα, ἐγχ.] Uterque Codex δρέπανα, δορυδρέπανα, *falces haſtilibus impactæ*, ut eo longius mittantur in naves hoſtium, de quibus ſupra aliquid dictum ex *Appiano*: vid. libr. I. cap. 10. §. 21. & ſeq. KÜHN.

Ἀκιν. ξ. δρέπανα, ἐγχ.] MS. καὶ ἀκινάκας, καὶ ξυήλας, καὶ δρέπανα, καὶ δορυδρέπανα, καὶ ἐγχειρ. ſupple itaque iſta δορυδρέπανα, quæ & MS. *Seberi* hic agnoſcit: & ſupra I. 137. δορυδρέπανον in militum armis. JUNG.

46 Προλαβὴν ξίφους, κώπας] MS. κώπην. SEB.

Προλαβὴν ξίφους, κώπας] C. A. προλαβὴν κώπην τὴν θήκην κ. ὡς Ε. μ. ε. π. κώπην χ. Μένανδρος δὲ χρυσολαβὶς κ. π. ε. KÜHN.

Προλαβὴν ξίφους, κώπας] MS. καὶ λ. ξ. καὶ προλαβὴν, καὶ κώπην, καὶ τ. θ. κολεόν. Et κώπην ſingulari etiam *Seberi* MS. κολεὸς etiam ſupra MS. I. 136. ubi & cetera; adeo ut lectio MS. fere magis placeat, quamvis non multum referat, quum & vulgata recte habeant: κουλεὸς tamen Ionicum videtur magis. JUNG.

47 Κουλεόν.] Iliad. α, 220. verſu autem 194. ibid. κολεοῖο. SEB.

Κουλεόν.] C. V. κολεόν· *Heſych.* Κολεὸς habet & κουλεός. KÜHN.

[48] Παλαμήδει λέγει [49] κώπην χρυσόκολλον. Μένανδρος δὲ [50] ἐν Ἁλιεῦσι, Καὶ χρυσόλαβες καλὸν πάνυ ἐγχειρίδιον. [51] Θεόπομπος δὲ ἐν Πέλεσιν, ἐλεφαντοκώπους ξιφομαχαίρας· ὅτι δὲ καὶ τὴν σπάθην ἐπὶ τοῦ ξίφους εἰρήκασιν, εὕροις ἂν [52] ἐν Εὐριπίδου Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ, Πᾶς δὲ φασγάνῳ [53] ἐξηθέριζεν, ὥς τε πύρινον σπάθῃ κολεύων φασγάνου μελανδέτου· εἰ δὲ τοῦτο ἀμφίβολον, [54] Φιλήμων ἐν Ῥοδίαις σαφέστερον αὐτὸ ποιεῖ λέγων, [55] Σπάθην παραφαίνων, δηλαδὴ χρυσένδε-

Palamede, manubrium auratum dicit. Menander in Piſcatoribus, aureum manubrium habens pulcherrimus pugio. Theopompus autem in Urbibus, gladios eburneis manubriis præditos dicit. Quod vero & ſpatham de gladio dixerint, invenias apud Euripidem dicentem, Totus vero enſe excidit, veluti ignitam faciens runcam, gladii nigrum manubrium habentis ſpatham. Si vero hoc ambiguum fuerit, manifeſtius id Philemon in Rhodiis explicat dicendo, Spatham ſtringens aureo capulo inſi-

48 Παλαμήδει] *Euripidis Palamedem* laudari & apud *Stobæum* Serm. 52. 79. &c. *Tzetzem* in *Lycophronem*, *Laërtium* in *Socrate*, *Strabonem* lib. X. & *Ælianum* didici ex catalogo dramatum *Euripideorum Schotti*: adde & apud *Schol. Ariſtoph.* in *Ranas* non longe a fine: & apud eundem εἰς Ὄρνιθας ad verbum κωδωνοφορῶν. JUNG.

49 K. χρυσόκολλον.] Χρυσοκόλλητον. *Antiphanes* apud *Athen.* lib. XII. extremo: ἐκ χρυσοκολλήτου καλπίδος. *Theophyl. Simocatta* lib. VI. cap. 11. ἁρμάμαξαν συμπήξασθαι χρυσοκόλλητον. *Heſych.* Χρυσοκόλλητος σφραγίς. SEB.

K. χρυσόκολλον.] *Salm.* κώπην χρυσόκολλον, *id eſt*, *auro ligatum*: tum, καὶ χρ. κ. π. Ἐγχειρ. KÜHN.

K. χρυσόκολλον.] Χρυσόκολλον & MS. noſter habet: nec mutandum arbitrarer, ut ἀμφίκολλος ſupra Segm. 34. ut παράκολλος Segm. 36. Certe ita λιθόκολλος & λιθοκόλλητος invenio pro eodem: quo ad χρυσόκολλος, quod idem cum χρυσοκόλλητος, a poëta propter metrum forte ſpreto, non aptius exemplum adferam. Ita enim ſuaviſſ. *Heliodorus* λιθόκολλα περιαυχένια dixit lib. VII. Æthiopic. καὶ στρεπτοῖς τε χρυσοῖς καὶ περιαυχενίοις λιθοκόλλοις ἑκάν τε τὸ μέρος καὶ ἄκων ἐκοσμεῖτο. Et idem λιθοκόλλητον ξιφιστῆρα· lib. IX. καὶ ἅμα ἐδείκνυς τὸν ξιφιστῆρα τοῦ σατράπου λιθοκόλλητόν τε καὶ πολύτιμον, καὶ ἐκ πολλῶν ταλάντων κατεσκευασμένον· de *Orcondatis* Perſæ baltheo; ita enim certe capio: non, ut elegans alias interpres vertit, *pugionem Satrapæ*: ξιφιστὴρ enim certe baltheus vel cingulum, e quo dependet enſis, videtur eſſe; deque *Mithridatis* baltheo ex vita *Pompeji* apud *Plutarchum* proferunt: τὸν μὲν ξιφιστῆρα πεποιημένον ἀπὸ τετρακοσίων ταλάντων· quæ non diſſimilia valde *Heliodoreis*. *Heſychius*: Ξιφιστὴς, φορεύς, τελαμών· ubi etiam forte ξιφιστὴρ legendum: duces bellici ſuperbiebant iſtis baltheis, ut ſæpe in poëtis etiam lego, qui in iis exornandis ſatagunt non nunquam. JUNG.

50 Ἐν Ἁλιεῦσι] *Menandri* Ἁλιεῖς etiam apud *Athenæum* laudantur, apud *Noſtrum* etiam ſingulari: vid. *Caſaub.* XI. *Athen.* 10. JUNG.

51 Θεοπ. δ. ἐ. π. ἐλ. ξιφ.] Δὲ ἐν πόλεσι non habet C. A. *Heſych.* Ξιφομάχαιρα, ἡ μεγάλη μάχαιρα. KÜHN.

Θεοπ. δ. ἐ. π. ἐλ. ξιφ.] *Theopompi* verſus ſupra VII. 158. ex MS. fuit reſtitutus. JUNG.

52 Παρ' Εὐριπ. λέγοντι] MS. εὑρ. ἐν Εὐριπίδου Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ· II. vide ſupra Segm. 108. SEB.

Παρ' Εὐριπ. λέγοντι] C. A. ὡς Εὐριπίδης πᾶς δὲ φασγ. ἐξεθ. ὥ. π. σ. κόλουσαν φ. μ. C. V. melius: Εὐριπίδου Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ, πᾶς ἐξηθέριζεν ὥστε πύρινον σπάθῃ κολούων φασγάνου μ. unde ſenſus prodit ſatis clarus: omnis, vel ſi mavis πάντας, *omnes demeſſuit ut frumentum ſpatha gladii nigro vincti manubrio. Salm.* C. εὕροις ἂν Εὐριπίδου Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ πᾶς δὲ φασγάνῳ &c. ὥστε πύρινον σπάθῃ κολούων φ. μ. KÜHN.

Παρ' Εὐριπ. λέγοντι] MS εὕροις ἂν, Εὐριπίδου Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ· nec dubito prorſus ſcribere, ut in MS. *Seberi*: εὕροις ἐν Εὐριπίδου Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ· de quo dramate videndus *Caſaub.* I. de *Sat.* c. 5. JUNG.

Παρ' Εὐριπίδει λέγοντι] Egregie de *Polluce* merentur MSS. quorum integram lectionem in textum repoſui, ἐν Εὐριπίδου Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ· & alibi corruptum in *Polluce* hoc drama refecimus e MSS. Porro ipſam Tragici ῥῆσιν Codices intactam conſervarunt: ἐξεθέρισεν enim ineptum ad metri rationem, σπάθην κολίαν vero nemo mortalium intelligat: *Heſych.* Κολούων, μειῶν, ἐλαττῶν· & Κολούει, κατατέμνει, σάττει, κωλύει, ἐμποδίζει, κολοβοῖ· Σπάθη φασγάνου μελανδέτου nihil eſt aliud, quam φάσγανον μελάνδετον· propter illam περίφρασιν credo, addit Auctor: εἰ δὲ τοῦτο ἀμφίβολον &c. ſed quod me male habet, eſt πύρινον, ſiquidem ſic abſolute poſitum nihil habeat quo referri poſſit: eaque de cauſa cogitavi ὥς τε πύρον ἂν σπάθῃ &c. qua ratione verſui nihil decedit: video *Jungermannum*, ut difficultatem effugiat, comminiſci panem triticeum; ſed quam illud ſit hoc loco incommodum, nemo non videt: noſtram vero lectionem ipſum illud ἐξηθέριζεν poſtulare videtur: de φασγάνῳ μελανδέτῳ vide *Salmaſium* ad *Hiſtoriæ Aug. Script.*

53 Ἐξεθέρισεν] MS. ἐξεθέριζεν. SEB.

Ἐξεθέρισεν] MS. noſter ἐξηθέριζεν· ſed emendavit quis recentior ἐξεθέριζεν, ut ex ſuo MS. adnotat *Seberus*. Sed temerarius videtur fuiſſe ille corrector: nam ἐξηθέριζεν legendum verſus ipſe jubere videtur: ut enim hos verſus concipiendos putem mox dicam. Prius indicandum eſt in MS. σπάθη fuiſſe, ſed emendatum eſſe quoque σπάθην, ut vulgo eſt: quod facinus inde profectum, quod πύρινον σπάθην jungi debere ita omnino crederent, ſed neſcio an opus. Certe quod ſequitur κολίαν nihil eſt, & pro eo MS. κολούων habet, quod ſenſu, ut illud, non caret certe: ſic itaque cum MS. iſta conſtituo:

— πᾶς δὲ φασγάνῳ
Ἐξηθέριζεν, ὥστε πύρινον σπάθῃ
Κολούων φασγάνου μελανδέτου —.

quem verſiculum ultimum non plenum eſſe vides: & forte nec plenum poſuit *Pollux*, quod illi tantum ad ſuam rem de ſpatha ſufficeret. De magna cæde dici videntur & prælio *Comico*, quo omnes ferro demetebant hoſtes, quaſi frumenta vel panem triticeum gladio detruncarent: ſic ſane capio: ſi non recte, diſcam tamen libens rectiora. JUNG.

54 Φιλ. ἐν Ῥοδίαις] Abeſt a C. A. KÜHN.

Φιλ. ἐν Ῥοδίαις] *Philemon* ἐν Ῥοδίαις. Putat idem drama quod ab *Athenæo* lib. XIV. laudatur *Philemo* ἐν Πτωχῇ ἢ Ῥοδίᾳ, ut quidem emendat, ὁ πάνυ *Caſaubonus* XIV. *Animadv.* 13. JUNG.

55 Σπ. παρεμφ.] MS. παραφ. SEB.

Σπ. παρεμφ.] C. A. σαφέστερον αὐτὸ λέγει, σπάθην παραφαίνων (ita C. V.) δηλ. χ. *ſpatham præ ſe ferens auro ſcilicet vinctam. Salm.* C. V. παφαίνων, unde leg. παραφαίνων. KÜHN.

Σπ. παρεμφ.] MS. noſter παραφαίνων, ſicut & *Seberi* habet: ita ſcribe; verſiculus enim requirit:

Σπάθην παραφαίνων δηλαδὴ χρυσένδετον. JUNG.

146 gnem : * & Menander in Miſumeno, cum inquit, Spathæ occultatæ ſunt. His porro addere oportet fundas, lapides, plumbeos globos, ſecures, ſagares, focos, pelles, diphtheras, tabernacula, ligones, funes, lora, catenas, culcitras, cingula, baltheum,

τον· * [56] καὶ ἐν τῷ Μισουμένῳ Μένανδρος, [57] ὅταν λέγῃ, Ἀφανεῖς γεγόνασιν αἱ σπάθαι· [58] τούτοις δ' ἐπακτέον σφενδόνας, λίθους, [59] μολυβδίνας, [60] πελέκεις, σαγάρεις, [61] πυρεῖα, δέρρεις, διφθέρας, σκηνάς, [62] μακέλλας, κάλους, ἱμάντας, ἁλύσεις, [63] γυλίους, στρωματόδεσμα· [64] καὶ τελαμῶνα δ' ἂν, καὶ ζωστῆρα εἴποις, 146

Σπάθην παραμφαίνων] Recte MSS. παραφαίνων, quomodo textum emendavi.

56 Καὶ ἐν τῷ M. &c.] C. A. non agnoſcit hæc uſque ad σπάθαι. KÜHN.

57 Ὅταν λέγῃ] MS. ὅτ' ἄν. *Menander ἐν μισουμένῳ* adducitur etiam a *Schol. Ariſtoph.* in Σφῆκας. JUNG.

58 Τούτοις δ' ἐπ.] MS. τούτοις δὲ ἐ. JUNG.

59 Μολύβδια] MS. μολυβδίας· forte μολυβδίδας. SEB.

Μολύβδια] *Salm.* C. μολυβδίας. KÜHN.

Μολύβδια] MS. μολυβδίνας, πτλ. Inde, niſi & hoc rectum mallem, μολυβδαίνας. *Heſych.* ut & in eo quod ex *Luciani Lexiphane* adferunt, ὁ δὲ μολυβδαίνας χερμαδίους ἀράγδην ἔχων, ἐχειροβόλει. Sed & μολυβδίναι, ut in MS. potuere dici, puto, hæ pilæ & maſſæ plumbeæ. Tales credo Romanorum *plumbatæ*, quæ tela vide depicta apud *Stewech.* in *Veget.* lib. IV. c. 29. ad iſta verba: *ſed ex alto deſtinata miſſilia, ſive plumbatæ, ſive lanceæ, veruta, vel ſpicula.* JUNG.

Μολύβδια] Μολυβδίνας, cum ita velint MSS. nulla cauſa eſt, quam propter non recipiamus. Πυρεῖα quæ ſint *Heſychius* exponit: Ἀγγεῖον κεράμιον εἰς πυρὸς ἔνθεσιν· ibi a *Sopingio* elegans *Luciani* locus adfertur: ſubit etiam meminiſſe, niſi me fallit memoria, *Æneam Poliorc.* Perquam γελοῖον erat in ſequentibus γελοίους· γύλιοι, qui ſint, illam enim vocem MSS. reponendam jubent, compertum habebit, qui *Jungermanni* pellegerit notam: de taline vaſorum genere locus *Salluſtii* capiendus Hiſtor. libr. IV. *Hi locorum pergnari & ſoliti nectere e viminibus vaſa agreſtia, ibi tum, quod inopia ſcutorum fuerat, ea arte ſe quiſque in formam parmæ equeſtris armabat*: an vero potius de quibuſcumque iſtius operis vaſis intelligere velis? γύλιοι certe vaſa erant militaria e viminibus nexa. De στρωματοδέσμοις ſuperius pluſcula notavi: quæ ſequuntur, nitorem & elegantiam MSS. debent: ita vulgo: τελαμῶνας καὶ ζωστῆρα καὶ ὄχανον· poſteriorem voculam quæ ratio impulerit *Seberum* ut ſtellula notaret, non video: ὄχανον enim illud *lorum* vel etiam *circulus ferreus* appellatur, quo clypeum ſuſtinere ſolebant, quodque primum a Caribus inventum perhibent, unde & *Anacreonti* ὄχανον καρικοεργές· antequam vero reperta eſſent ὄχανα κανόνας eundem in uſum adhibebant: in omni vero clypeo duo fuerunt ὄχανα, eaque de ratione ὄχανον inter clypei partes enumeratum videbis a *Noſtro* I. 133. niſi me tempus deſtitueret, quæ dixi poſſem auctoritate ſcriptorum firmare, aliaque addere plura de ὀχάνοις, πόρπαξι ſimilibuſque. Quæ poſt ὄχανα inſerui, vitam MSS. debent: aptiſſimo hic reperiri loco nemo neget: quid vero κιλλιβάντες ſint ex *Ariſtophane*, ejuſque *Scholiaſte*, quem *Suidas* pro more deſcripſit, petere licet: nos alibi de κιλλιβάντι, ὀκριβάντι, &c. ne inſtituti rationem hic tranſiliamus, plura hactenus intacta notabimus.

60 Πελέκεις] C. A. πέλεκας. KÜHN.

61 Πυρεῖα] Pro πυρεῖα, MS. πυρεία, ſed accentu emendato. JUNG.

62 Μακέλλας] MS. μακέλας uno λ. ut ſemper, credo, MS. noſter. JUNG.

63 Γελοίους, στρωματόδ.] MS. γελικί· neſcio an γελίκας legendum. (*Heſych.* Γελίκη, ἕλιξ.) aut τυλίκας, aut quæ tandem vera lectio ſit. SEB.

Γελοίους, στρωματόδ.] C. V. ἁλύσεις, γυλίους, στρωματόδεσμα. C. A. γελοῖα i. γύλιοι *Ariſtoph.* in *Acharnenſibus* & alibi etiam refert inter στρατιωτικὰ σκεύη· ubi *Scholia*: γύλιος, σπυριδῶδες πλέγμα, vel, πλεκτόν τι σκεῦος στρατιωτικὸν, στενόστομον, ἐν ᾧ τὰς τροφὰς ἔχοντες οἱ στρατιῶται ἐβάδιζον εἰς πόλεμον. *Heſych.* cum duplici λ γύλλιος· & ita *Salm.* qui & ex V. C. γελοῖα exhibet: *forte*, inquit, γύλλια. KÜHN.

Γελοίους, στρωματόδ.] Hærent viri docti in hac vocula, & de alia ſubſtituenda ſatagunt. Et certe ridicule vitioſa eſt ea: MS. noſter veram lectionem ſervavit, γυλίους· quomodo ſine omni dubitatione reſtitues. Viderat id & ante *Salmaſius* noſter, quam ego cum de ſcriptura MS. noſtri certiorem facerem, indicabatque mihi locum *Ariſtoph.* in *Eirene*:

Μῶν οὖν ὅμοιον καὶ γυλίου στρατιωτικοῦ;

ubi interpres: ἀγγεῖον στρατιωτικὸν εἰς ὃ τὰς τροφὰς ἄγουσιν οἱ στρατιῶται· meminiſſe etiam eundem Ἀχαρνεῦσι, ubi *Lamachus* ad bellum exiturus γύλιον ſibi afferri poſtulat:

Παῖ, παῖ, φέρ' ἔξω δεῦρο τὸν γύλιον ἐμοί·

Et paulo poſt:

Τὰ στρώματ', ὦ παῖ, δῆσον ἐκ τῆς ἀσπίδος.
Ἐγὼ δ' ἐμαυτῷ τὸν γύλιον οἴσω λαβών.

Ubi quoque στρώματα habes, ut & noſter *Pollux* hic jungit στρωματόδεσμα· qui mihi itaque ad hunc *Ariſtophanis* locum reſpexiſſe videtur: nam & mox inde verſum depromit ex eodem dramate, in quo iſta paullo a fine longius. Ceterum ad illum primum verſum ex *Acharnenſibus* iterum ita *Scholiaſtes*: γύλιος, σπυριδῶδες πλέγμα, ἐν ᾧ τὰς τροφὰς ἔχοντες οἱ στρατιῶται ἐβάδιζον ἐπὶ πόλεμον. Et iterum idem *Scholiaſtes* doctus ad Γυλιαύχενας ὀρχηστὰς quoque in *Pace Ariſtophanis*: γύλιος πλέγμα ἐστὶ στρατιωτικὸν ἐπίμηκες, τουτέστι, εἰς ὀξὺ λῆγον· κολοβὸν οὖν τινὰς εἶναι τὸ ὅλον σῶμα, καὶ μόνον τὸν τράχηλον μακρόν· ἄλλως. γύλιος πλεκτόν τι σκεῦος στρατιωτικὸν, στενόστομον, ἐν ᾧ τὰ σιτία ἐμβάλλουσι· & ex præcedentibus adparet αὐχένα non habuiſſe hoc vas. Iſtud primum ex *Eirene* doctiſſ. *Florens Chriſtianus* ita vertit:

Num ſimile quiddam eſt militaris fiſcina?

Poteſque adire & illius doctiſſ. viri Notas. Ceterum ut dixi antea στρώματα γύλιον juncta, ita & in iſto *Alexidis* ἐν Κρατεύᾳ,

—— πλησίον δὲ κείμενα
Στρώματά τε γύλιον αὐτοῦ ——.

ut quidem apud *Athen.* libr. XI. ea reſtituit magnus *Caſaubonus* XI. *Animadv.* 6. *Hæc*, ait, *militis ſupellex: ſtragula & pera, in qua ſoliti poculum, allia & cepas circumferre*: qui quoque nos docet ſupra eodem libro *Athenæum* ſcribere, *cothonem fuiſſe Laconicum poculum* ἐπιτηδειότατον εἰς στρατείαν, καὶ εὐφορώτατον ἐν γυλίῳ. Sed ſatis de γυλίῳ· cui vero non eſt, adeat etiam *Heſychium*, *Suidam*, *Etymologicographum*, licet. De στρωματοδέσμοις vid. *Caſaub.* l. *Athen.* 4. JUNG.

64 Τελ. καὶ ζωστ. καὶ * ὄχανον] MS. ὄχανα· prius editi: ὄχανιν· ſed dicitur ὀχάνη & ὄχανον. SEB.

Τελ. καὶ ζωστ. καὶ * ὄχανον] C. A. τελαμωνίδια καὶ ζωστῆρα· C. V. τελαμῶνα δ' ἂν καὶ ζωστῆρα εἴποις καὶ ὄχανα, quod ultimum etiam extat in C. A. *Salmaſ.* καὶ ζωστῆρα εἴποις καὶ ὄχανα. KÜHN.

Τελ. καὶ ζωστ. καὶ * ὄχανον] MS. στρωματόδεσμα· καὶ τελαμῶνα δ' ἂν καὶ ζωστῆρα εἴποις, καὶ ὄχανα. Et ὄχανα plurali etiam in ſuo MS. invenit *Seberus* noſter. Et MS. lectionem amplectar potius. JUNG.

καὶ [65] ὄχανα, καὶ κιλλιβάντας, Ἀριστοφάνους εἰπόντος·

Τοὺς κιλλιβάντας οἶσε, παῖ, τῆς ἀσπίδος.

[66] Τέκτονος σκεύη, [67] σκέπαρνον, πρίων, [68] σφῦρα, τέρετρον, τρύπανον, τρυπανοῦχος, [69] ἀρὶς, ῥίνη, πέλεκυς· καὶ καθ' Ὅμηρον, [70] πέλεκκος· ἐν δὲ [71] τῇ ἐν Ὀλυμπίᾳ στήλῃ ἀναγέγραπται, τρύπανα, τρυπάνια, τρυπανίας ἔχοντα, ἴσως τὴν
147 ἀρίδα. * [72] Χαλκέως δὲ σκεύη, ἄκμων, ἀκμοθέτης, ῥαιστὴρ, [73] πυράγρα, [74] φῦσαι, φυσητὴρ, [75] ἀκροφύσιον, χοάνη, [76] ἀκόναι, θηγάναι, ἐσχαρίδες, [77] καὶ κροταφίδες. [78] Οἰκοδόμου δὲ σκεύη, λεῖαι, γλαρίδες, ὡς [79] Σοφοκλῆς ἐν

clypei anſam. Fabri inſtrumenta ſunt, aſcia, ſerra, malleus, terebrum, terebri manubrium, forceps, lima, ſecuris. Et Bipennis, ſecundum Homerum. In Olympii autem Templi columna, adſcriptum eſt:

* Τρύπανα, τρυπάνια τρυπανίας ἔχοντα ἴσως τὴν ἀρίδα. *

* *Terebra, terebrata terebrationes habentia forſan aridem.* *

* Fabri ferrarii inſtrumenta, incus, in- 147
cudis baſis, malleus, forceps, folles, ſufflatorium, follis major, fuſoria forma, coticulæ, cotes, foculi. Cæterum Ædificatoris arma ſunt, dolabra. Cœli, ſecundum Sophoclem in

65 * Ὄχανα] C. V. ſubjicit: καὶ κιλλιβάντας Ἀριστοφάνους εἰπόντος τοὺς κιλλιβάντας οἷς ἐπαίτης ἀσπίδος· leg. Ἀριστοφάνους εἰ.

Τοὺς κιλλιβάντας οἶσε, παῖ, τῆς ἀσπίδος.

Cillibantas affer, ô puer, clypei.

ubi *Scholia*: cillibantes τρισκελῆ τινα σκευάσματα, ἐφ' ὧν ἐπιτιθέασι τὰς ἀσπίδας, ἐπειδὰν κάμωσι πολεμοῦντες. KÜHN.

* Ὄχανα] Poſt ὄχανα MS. noſter longe auctior eſt, & addit: καὶ κιλλιβάντας, Ἀριστοφάνους εἰπόντος, τοὺς κιλλιβάντας οἷς ἐπαίτης ἀσπίδος· quæ *Polluci* noſtro reſtitue, verſiculum *Ariſtophanis* ita ſcribens:

Τοὺς κιλλιβάντας οἶσε, παῖ, τῆς ἀσπίδος.

Verſus eſt in *Acharnenſibus*, eodem vero loco quo iſti, quos antea de γυλίῳ protuli. JUNG.

66 Τέκτονος σκεύη] MS. τέκτ. δὲ σκ. SEB.

Τέκτονος σκεύη] C. A. περὶ τέκτονος σκευῶν· dein omittit σκεύη in textu. KÜHN.

Τέκτονος σκεύη] Sequitur in MS. novum caput, ſive τμῆμα, cum titulo, τέκτονος σκεύη. JUNG.

67 Σκέπαρνον] MS. σκέπαρρον· mendoſe. JUNG.

68 Σφῦρα] Vide ſupra Segm. 129. SEB.

69 Ἀρὶς] C. V. ἀῤῥὶς. KÜHN.

Ἀρὶς] MS. ἀῤῥὶς· ſed emendatum ἀρὶς, ut etiam ſupra VII, 113. erat recte. JUNG.

70 * Πέλεκκος.] C. V. πέλεκκος· C. A. πελέκεος· *Homerus Iliad.* ν. πελέκκῳ ἐλαΐνῳ v. 612. unde rectus, πέλεκκος. KÜHN.

* Πέλεκκος.] MS. πέλεκκος· & ita reponamus, ſublato aſteriſco. Locus enim certe talis in *Homero* extat, Ἰλ. ν. v. 612.

— ὁ δ' ὑπ' ἀσπίδος εἵλετο καλὴν
Ἀξίνην, εὔχαλκον, ἐλαΐνῳ ἀμφὶ πελέκκῳ,
Μακρῷ, ἐϋξέστῳ —.

ubi pro λαβῇ πελέκεος ſive ἀξίνης exponit *Euſtathius*, & quidem πέλεκκον οὐδετέρως capit, aliter quam *Noſter*, ſi vera lectio, quam ex MS. repoſui. Et veram puto. Certe & apud *Heſychium* habes: Πέλεκκος, στειλεὸς, ὅ ἐστι ξύλον εἰς τὴν ὀπὴν τῶν πελεκίων βαλλόμενον· quamvis πελεκκὸς apud eum edatur. JUNG.

* Πέλεκκος.] MSS. reponi jubent πέλεκκος aſteriſco deleto. Mox rectiſſime C. A. habet Ὀλυμπίᾳ, quam lectionem in textum reducere non dubitavi: de columnarum uſu alibi dixi: ſi quod publicum extrueretur ædificium, ſæpius inſtrumenta ab ipſa Rep. ſolebant emi, unde & in columna Olympiæ hæc fuerunt perſcripta: male me tamen morantur depromptæ ex hac columna voces, quas *Jungermannus* oppido non tetigit: τρύπανα & τρυπάνια ſatis capio: poſterius diminutum nomen eſt e priori: in ceteris quæ *Kühnius* commentatur, etſi meliora non ſint ad manus, diſplicent: videbunt eruditiores. Dicitur & τρυπάνη· *Heſych.* Τρυπάνη, ἐργαλεῖον τεκτονικόν.

71 Τῇ ἐν Ὀλυμπίῳ στήλῃ] C. A. ἐν Ὀλυμπίᾳ, *in columna Olympiæ* eſt perſcriptio ἄμετρος fabrilium inſtrumentorum, quæ pertinebant ad fabricam Templi Olympici, ideoque non ſcribi debet verſus in morem ἴσως τὴν ἀρίδα· verba ſunt Auctoris, qui explicat quid forte ſint τρυπανίας ἔχοντα, *quæ pertinent ad terebrationem*: forte, inquit Auctor, intelligit τὴν ἀρίδα. *Salm.* legendum dicit: τρυπανίας ἔχοντα ἴσους. KÜHN.

72 Χαλκέως δὲ σκ.] C. A. περὶ χαλκέως σκευῶν· locum hunc exſcripſit *Phavor.* in ἄκμων. KÜHN.

Χαλκέως δὲ σκ.] In MS. novum tmema, hoc titulo: χαλκέως σκεύη· tmema incipit dein, χαλκέως σκεύη &c. ſine δὲ. JUNG.

73 Πυράγρα] In *Gloſſis*: πυρολαβὶς, *forfex*. KÜHN.

Πυράγρα] Παράγρα MS. Sed recte emendatum πυράγρα· ſupra non peccabat VII, 106. JUNG.

74 Φῦσαι, φυσητὴρ, &c.] MSti φῦσαι, φυσητὴρ, (quod ultimum habet C. V. & *Phavor.* cum duplici σ.) ἀκροφύσιον· *Salm.* C. leg. φυσητὸς & ἑκιστὴρ pro ῥαιστὴρ. KÜHN.

Φῦσαι, φυσητὴρ, &c.] MS. φῦσαι, φυσιτὴρ, ἀκροφύσιον, χ. Et quod ad primum ſupra VII, 106. etiam φῦσαι habes; utrumque tamen probum eſſe notum eſt. Secundum φυσιτὴρ, vulgo φυσητής· ego legendum credo φυσητήρ· ῥιπίδα δὲ, τὸν φυσητῆρα, ait *Scholiaſtes Ariſtoph.* ἐν Ἀχαρνεῦσιν· poſſit & φυσητήρ. Sed illud ad MS. ſcripturam propius. Tertium ἀκροφύσιον cum MS. quoque retineo uno σ, ut ſupra fuiſſe *Seberus* noſter adnotavit, utque apud alios eſt. JUNG.

Φῦσαι] Hujus generis quæ cetera ſequuntur duplici σ erant perſcripta contra MSS. auctoritatem, quam in iſtis integrandis ratam habui: *Heſychius*: Ἀκροφύσια, τὰ ἄκρα τῶν ἀσκῶν, ἐν οἷς οἱ χαλκεῖς τὸ πῦρ ἐνφυσῶσιν· illud ἐν nulla de ratione delendum cenſet *Palmerius*: alio loco ſuper hac re adnotavi.

75 Ἀκροφύσσιον] MS. ἀκροφύσιον, ut ſupra II, 161. & 147. vide *Scholion Æmilii Porti* ad *Thucyd.* lib. IV. fol. 319. SEB.

76 Ἀκόναι] Ναξία λίθος dicitur *Heſychio*, ubi vulgo Ναξιάλιθος. *Plinius* lib. XXXVI. cap. 22. *inter aquarias (cotes) Naxiæ maxima laus fuit* &c. KÜHN.

77 Καὶ κροταφ.] *Interpr.* omittit. Auctor ipſe ſupra explicavit lib. VII. c. 24. Sect. 2. KÜHN.

Καὶ κροταφ.] Deeſt καὶ in MS. JUNG.

78 Οἰκοδ. δὲ σκ.] Ultimum non habet C. A. habet autem titulum: οἰκοδόμου σκεύη. KÜHN.

Οἰκοδ. δὲ σκ.] Novum in MS. caput, hoc titulo, Οἰκοδόμου σκεύη· & tum deeſt δὲ, in MS. JUNG.

79 Σοφ. ἐν Πριάμῳ.] In C. A. abeſt ἐν Πριάμῳ. KÜHN.

Σοφ. ἐν Πριάμῳ.] *Priamum Sophoclis* hinc quoque in catalogum dramatum ejus poëtæ refert noſter *Caſaub.* VII. *Athen.* 4. JUNG.

Priamo. Parietes, regula, circinus, cubitus, amuſſis, plumbea regula, malleus politor. Fortaſſis & vectis: ſiquidem & murorum perfoſſoribus hoc Comici attribuunt: hunc vero Repagulum in Scenis conjunctis nominavit Ariſtophanes dicendo, Murum repagulo perfodere.
148 * Quibus addenda ſunt & illa in Ranis Ariſtophanis,

Πριάμῳ· [80] τύκοι, [81] κανὼν, διαβήτης, [82] πῆχυς, στάθμη, [83] μολύβδαινα, ὑπαγωγεύς· τάχα δὲ καὶ [84] μοχλίον, εἰ καὶ τοῖς [85] τοιχωρύχοις τοῦτο προστιθέασιν οἱ Κωμῳδοποιοί· καὶ μοχλίσκον δὲ τὸ τοιοῦτον Ἀριστοφάνης ἐν [86] Σκηνὰς καταλαμβανούσαις ὠνόμασεν εἰπὼν, [87] Τοῖχον μοχλίσκῳ σαλεύειν· * οἷς προσαριθμητέον [88] καὶ τὰ 148
ἐν Βατράχοις Ἀριστοφάνους,

80 Τοῖχοι] *Salm.* pro τοῖχοι, τύκοι legit, optime. Kühn.

Τοῖχοι] Quæſo te quid agant τοῖχοι hic, & an illæ ἐργαλεῖον οἰκοδόμων; ego ἔργον putabam. Quid multa? *Salmaſius* noſter acutiſſime, ut omnia, τύκοι emendat, quod ἐργαλεῖον nempe Grammatici exponant, ᾧ τοὺς λίθους περικόπτουσι καὶ ξέουσι· quæ quidem apud *Suidam* extant. Nec ego quid verius putem, qui ſcio quam ſæpe οι & υ vitioſe permutarint locum, & e κ in χ lapſus facilis fiat; *Noſter* ſane ipſe confirmat, qui ſupra ἐν οἰκοδόμου σκευῇ VII, 125. quoque τύκοι recenſet: meminit & alibi ut VII, 118. Jung.

Pag. 819. n. 95. *Jungermanni* acumen emendantis in *Ariſtophanis* verſiculo *πίσους* pro *πείσας* merita decorandum eſt laude: iſta vero *ὡς ἐπιβαλοῦσ' ἐμοῦ* neque ſenſus nec metri ſervant rationem; utque *Jungermannus* in iis ſe nihil videre ingenue confeſſus eſt, ſic & a me hactenus huic loco nulla poteſt expectari medicina; etenim quum diu multumque omnem loci ſtatum conſideraverim attente, nullius in mentem venit emaculationis, quæ animo meo ſatisfaceret: ea igitur, quæ a me ſunt ſcripta, ab Erudito Lectore negligi velim, neque majore haberi pretio, quam ipſe illa jam æſtimanda cenſeo. Eadem nota ſcr. *ceterum quod ad iſtam* &c. & ita velim ſemper reponas, ubi illa minus laudata loquendi formula mihi imprudenti excidit.

Pag. 820. n. 6. Poſt quædam obſervata de *ἐργολάβεις*, quem videatur intellectum habere *σοφιστὴς ἐργολαβῶν* apud *Æſchinem*, explicui: quamquam vero me nondum iſtius expoſitionis inceſſerit pœnitudo, non tamen ejus ita ſum tenax, ut aliter ſentientes omnes rejiciam: quin vero lubens agnoſco ſophiſtam ſimplici ſenſu intelligi poſſe non invenuſte: cum autem *Æſchines* iſtis abutatur verbis ad deterendas & maculandas ſummi Oratoris laudes, alii contra ea commode & loco hæc ab illo prolata eſſe affirmarunt, quibus ſalſe retunderet turpem ceterorum legatorum adulationem, qui blanditias Philippo faciebant: Vid. *Plutarch.* in *Vita Demoſthenis*. *Gloſſarum Nomicarum*, ut quid non jejunum adferam, locum producere, & paucis explanare animus eſt: Ἐργολάβος ἐστὶν ὁ χρήματα δεδωκὼς ἐπὶ τῷ ἐκχωρηθῆναι ἀγωγήν. quorum, me judice, hæc eſt ſententia: *dicitur ἐργολάβος, qui numerata pecunia judicium corrupit, ut differretur actio*: conſtat enim iſtius generis homines extitiſſe, qui ſpe lucelli addducti reis operas ſuas collocarent, & ab iis accepta pecunia contrariæ partis advocatos corrumperent, utque judicia traherentur efficerent: eam ob cauſam *Etymologus ἐργολάβον* interpretatur, *τὸν φλαύροις πράγμασι χρώμενον*, eamque ſignificationem apud Rhetores valere tradit: ſed alibi erit opportunior de his dicendi locus: alias autem in Jure Græco *redemptorem* etiam ſatis frequenter deſignat *ἐργολάβος·* ita Βασιλικῶν LX. tit. 9. *ἀρχιτέκτων* & *ἐργόλαβος* junguntur.

Pag. 823. n. 33. In hac nota *Scholiaſtem Ariſtophanis* in iſtis: *ἔθος γὰρ ταῖς ἀστραπαῖς ποππύζειν*, emendandum cenſui; non recte quidem; nam *ποππύζειν ταῖς ἀστραπαῖς*, eſt *fulgetras poppyſmis adorare*, ut *Plinius* loquitur H. N. lib. XXVIII. c. 2. ne quis igitur vulgatam lectionem loco moveat: de hoc autem poppyſmi genere jam olim erudite ſcripſit *Politianus* ſeculi ſui decus *Miſcellan.* cap. 32. & ex eo *Dalechampius* ad dictum *Plinii* locum: vide *Seberum* noſtrum ad *Pollucis* lib. I, 210.

Pag. 825. n. 42. *Pollucis* locus e MS. *Palatino* ſic

eſt conſtituendus : τὸ δὲ τὸν ὄνον στρωματίσαι, ἐπιτάξαι ἔλεγον· ὡς Ἡρόδοτος.

Pag. 829. n. 95. Quam pulchra videatur hæc *Falckenburgiani* Codicis lectio, plenius & accuratius enarravi ad libr. X, 134. quæ ſunt legenda.

Ead. pag. n. 96. Δευτέραι φροντίδες σοφώτεραι, prudentiſſime ſcripſiſſe *Euripidem* accepimus, nec quiſquam eſt, qui non quotidiano rerum uſu veritatem iſtius ſententiæ perdiſcat: id mihi contigit in hujus loci conſideratione; cum enim vulgata lectio ante MSS. ſcripturam olim placuerit, jam nunc venuſtiſſima videtur Codicum ſcriptura, & in textum recipienda: ipſa de re non pauca poſſent a me notari, ſed hic tantummodo juvat adſcribere omiſſum ab *Interpretibus Thucydidis* elegantem locum lib. VIII. c. 44. τὰ δ' ἄλλα ἡσύχαζον ἡμέρας ὀγδοήκοντα, ἀνελκύσαντες τὰς ναῦς· *Scholia*: εἰς τὴν γῆν δηλονότι.

Pag. 830. n. 1. De hac *Hyperidis* oratione vide, quæ ſunt dicta X, 39. eodemque loco non perfunctorie de verbis *Eupolidis*, quæ moleſtiſſima ſunt, egimus.

Pag. 836. n. 52. Lege *ſequentibus*.

Pag. 838. n. 69. De *Falckenburgiani Codicis* lectione opinionem meam explicatius declaravi ad libr. X, 136.

Ead. pag. n. 70. Pauſonis, cujus a me facta fuit mentio, nobiliſſimum eſt inter veteres pictores nomen; ſed in ea tamen vixit paupertate, ut fuerit hoc proverbio jactatus, Παύσωνος πτωχότερος· meminit ejus rei *Suidas*, ad cujus parœmias in faſciculum collectas *Luciani* emendationem præcepiſſe animadverto hominem elegantiſſimi ingenii *Andr. Schottum*, quam *Junio* de *Pictura Veterum* latuiſſe mirum eſt; huic enim cum multi auctores eſſent citati, qui Pauſonem hunc pictorem appellarent, nullus qui Paſſonem diceret in promtu fuit, excepto ſolo *Luciano*, cui in illo loco macula erat adſperſa: poſt *Schottum* illud in *Luciani* editionibus vitium notavit *Schefferus*, & ex eo *Jac. Perizonius* ad *Æliani* H. V. lib. XIV. c. 15. hæc ideo monenda duxi, ne quis exiſtimaret me gloriam ex alieno labore venari, a qua re, ſi quiſquam, maxime abhorreo. Præterea ad *Æliani* locum commode notavit Doctiſſ. *Perizonius*, uti qui aliquid faciendum locat dicitur ἐκδιδόναι, ſic enim *Ælianus*; ἀγανακτοῦντος οὖν τοῦ τὸ πινάκιον ἐκδόντος, ita qui conduxit ἐκλαμβάνειν· ea ſcilicet ratione loqutus eſt *Plutarchus*, ἐκλαβὼν γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἵππον ἀλινδούμενον γράψαι &c. ubi quanquam antea maluerim ἐργολαβῶν, nunc tamen in gratiam redii cum lectione vulgata; ἐκδεδέναι apud eundem reperio in *Vita Demoſthenis*: ἐκεῖνον τότε ταῦτα πεῖσαι καὶ παρασχεῖν πεντήκοντα ταλάντων ἐξέδωκαν.

Pag. 839. n. 78. *Wolfius* & *Æmilius Portus* ad *Suidam* mecum conſentiunt in emendandis *Menandri* verſiculis.

Ead. pag. n. 83. Conjungenda cum hiſce, quæ ſcripſi ad IX, 29. In *Heſychii* loco, utut mea mihi conjectura nondum diſpliceat, cum ſeorſim a me ſentiente non contendam: ab ea ductum eſt origine verbum καπρᾷν, μαχλᾷν, πρὸς μίξεις ὀργᾷν, quod explicuit *Leopard* lib. II. c. 10.

Pag. 842. n. 13. Legenda ſunt, quæ ſcripſi ad lib. IX, 95. ubi a me producta, quæ *Pantinus* ad *Apoſtolium* e Veteri MS. ſuper hoc loco obſervavit.

Pag. 851. n. 8. Lege: *lubens*. Ὑπίσταται vox difficilis, nec forte ſine vitio: quod ad reſtitutionem loci adferre nobis placuit, *Stephanum* in ſuo *Theſauro* dudum occupaſſe monuit præclarum eruditionis Græcæ decus *Jac. Gronovius*: alia tamen & plura dedi X, 57.

Pag. 859. n. 86. Scribe *conjecerit*, & bis paulo poſt ἐν.

Pag. 869. n. 87. Poſt *convincuntur* adde: *Quæ in teſtes de dato teſtimonio falſo inſtituitur.*

Pag. 873. n. 26. Scribe: *merito*.

Ead. pag. n. 65. Lege *adpono*.

Pag. 883. n. 43. Prætiterit cum MSS. legiſſe: ὁμολογουμένου ἀδικήματος μήνυσις· etſi enim hac voce abſente nihil fere damni ſenſus patiatur, fatendum tamen ea adjecta intellectum loci multo faciliorem eſſe & expeditiorem: præterea μήνυσις pro *delatione* in Attico foro frequens & hic perquam commodum; inde quoque μηνυτὴς, *delator* in *Gloſſ*. μήνυτρα, *delationis præmia*, quorum apud *Andocidem* περὶ Μυστηρίων eſt mentio. Poſtea in *Etymologi* & *Harpocrationis* verbis ἀπῆγεν reformandum judico pro ἐπῆγεν.

Pag. 890. n. 6. Dele *mox*.

Pag. 900. n. 23. De illa loquendi formula καταλοῦν non perfunctorie a nobis ex actum X, 160. ubi & alia ejuſmodi ſunt explicata.

Pag. 904. n. 74. Lege *Dicturi* pro *dici turi*.

Pag. 905. n. 87. *Arundel*. ſcribe.

Pag. 917. n. 20. De more vectigalia vendendi paulo luculentius egi ad Segm. 132.

Pag. 929. n. 3. Priori loco *potius* delendum eſt.

Ead. pag. n. 2. *Falckenburgiani* Codicis lectio ται ρα και αυται aliud quid in ſe videtur continere, quam quod ego conjectavi: obiter hæc mea revolventi ſuccurrit ται ρα και forſitan ex Γεωργοὶ eſſe corruptum, eaque ratione titulus is eſſet in primo poſitus caſu, quemadmodum §. 101. Πάρεδροι in MSS. inveniebantur, atque a nobis ſunt reſtituti: hoc quidem ſi placuerit, omnis evaneſcet mutilationis ſuſpicio, in quam me iſta Codicis lectione inductum eſſe ſcripſi.

Pag. 930. n. 8. De ναυκλήροις & ναυκραρίαις res eſt perquam intricata, quam ego pro mea parte expedire ſum conatus: velim tamen eruditiores eo de negotio ſedulo cogitare, ſi quid reperiri poſſit, quod omnem tollat difficultatem: nos commodiori loco noſtram quoque ſymbolam conferre deſtinavimus.

Pag. 932. n. 24. *Antiquiore* typi vitio pro *antiquiora* impreſſum eſt.

Pag. 933. n. 46. Lege: *Hom* β. vſ. 362.

Pag. 941. n. 97. Scribe: *ne omnium execr. m. facinus non puniretur.*

Pag. 945. n. 38. Inducenda ſunt: *Iidem* οἱ ἐπὶ τιμῇ, *atque ita emenda in C. V.*

Pag. 947. n. 56. In hac nota bis pro μυστικοῖς lege μυστικῶν· vel etiam περὶ μυστικῶν, ut *Auctor* Segm. 141. non ineptum quoque foret μυστικὰς δίκας δικάζοντες.

Pag. 948. n. 62. Scribe: *qui a ſtudiis* &c.

Pag. 949. n. 65. Lege: *effata*.

Pag. 956. n. 19. Ταλαντιαῖοι ἔγγυοι, ſponſores dicuntur divites & opibus abundantes: in *Gloſſis* MSS. ταλαντιαῖοι, πλούσιοι· vide, quæ notavi ad IX, 35. In *Nonii* loco de Portitoribus illam emendationem noſtram alios etiam occupaſſe puto: adi ad Politiſſ. *Merceri* Notas. Sed aurem vellit & admonet, ut pauliſper ſubſiſtamus, *Varronis* locus, cui in extrema adnotatione mea operam dedi: quod mihi pro *bonam* placuiſſe dixi *cauponam*, rectiſſime nec ſine ratione dictum cenſeo: ſed *Guiljelm. Canterus* Vir Doctiſſimus Nov. Lect. lib. VI. c. 6. in hanc ipſam incidit conjecturam; quod poſtquam animadverti, non leve opinioni meæ acceſſiſſe firmamentum exiſtimavi: miror tamen, cum hæc tam commoda ſit & facilis emendatio, cur præ illa *Turnebi* potius conjecturam probaverit *Canterus* legentis *bovam*, quod vas vinarium eſt longum & amplum: equidem ego *cauponam* numquam rejecero. Porro in optima *Merceri* editione, quæ e Codicibus MSS. eſt expreſſa, poſterior illius loci pars hunc in modum profertur: *tum portitores erram duxe:* ex quibus etſi ſententia non diverſa propius tamen ad antiquam ſcripturam refingo: *tum portitores ara induxe:* forte maluerit quis *portitoris*, cui quidem ego non refragabor: *erra* vero vetuſtiſſimus eſſe ſcribendi mos, qui etiam in marmoribus antiquis comparet: præterquam quod non raro in libris veterioribus diphthongus in ſimplicem ſolvatur vocalem & conſo-

nam ſequentem: ſic enim & apud Græcos *παράκολλος* pro *παράκωλος*, cujus generis exempla in noſtro *Polluce* non pauca reperiuntur. Denique *induxe* antiquum eſt pro *induxiſſe*; quemadmodum *Cæcilius* in *Synariſtoſis proſpexe* apud *Gell. XV*, 15. *Nævius* in *Triphallo ſumpſe*. Apud *Varronem* de R. R. *ſubduxe* legitur in antiquis libris, notante *Victorio*, prout apud *Terentium produxe* in *Adelph.* Act. IV. Sc. 2. Opportune vero *induxe*, ſic enim etiam *deſraudaſſe*, *oblevìſſe*: videtur autem illa loquendi formula priſci moris: *aliquem* vel *alicujus æra inducere*.

Pag. 960. n. 53. In Commentatoris *Sophoclei* verbis *μέσοχλ* eſt emendandum.

Pag. 962. n. 69. *Ἀχχευκτεῖ* pulchre ſcribitur in vulgatis: ſic enim apud *Thucydidem* occurrit, ut obſervavi ad IX, 115.

Pag. 968. n. 27. In verſiculo *Phocylidis* legendum *νικύσσι*· Doctiſſ. *Canterus* etiam ad ſui libri marginem adſcripſerat: *ἐπαμύνασθαι. Ariſtid.* 176.

Pag. 977. n. 42. Male me in hac emendatione ſequutum fuiſſe *Kuhnium*, profeſſus ſum ad Segm. hujus libri 129.

Pag. 979. n. 68. In *Heſychii* loco reſtituendum puto *καταλύσεις*.

Pag. 989. n. 76. Leg. *ἁλικιώτιν*. In textu vero lin. 6. *γηρῶσαν*.

Pag. 994. n. 37. Eandem emendationem loci *Meurſius* adnotavit in *Attica Bibliotheca* lib. II. ubi etiam fabulæ *Dyadis* ex ſolo meminit *Polluce*.

Pag. 995. n. 50. Non aliter, atque reſtituimus, apud *Pollucem* legendum exiſtimavit Vir Doctiſſ. *Joh. Meurſius* in *Euripidis* ſui *Τημενίδαις*· ibique præterea *Ælianum* profert, & *Stobenſem*, apud quos ejuſdem ſit fabulæ mentio.

Pag. 1005. n. 64. Quam vocis rationem poſteriori loco dedi, ſola haberi debet pro vera; *Ammonius* etiam huic notationi momentum facit: hinc ſane *χορευταὶ* pro diſcipulis adnotantur ab *Auctore Noſtro* IV, 44. ad quem locum eruditiſſime *Jungermannus* noſter bene multa congeſſit e *Platone* loca, in quibus *χορὸς* de *Schola* uſurpetur.

Pag. 1012. n. 26. Lege: *Sed pene Falckenburgiani Codicis mantiſſam* &c.

Pag. 1013. n. 30. In *Sophoclis* verſiculo mihi jam apprime probatur, *ἴδιμεν*· quod cum legitima metri ratione non pugnat: priorem itaque conjecturam meam facio miſſam. Sed de *ψαλιστεῖς* myrtetis, quæ eadem hac explicui nota, quædam mihi videntur adjicienda: conſenſi ferme in vocis hujus expoſitione cum Eruditiſſ. *Cantero*: neque analogiæ profecto norma contra noſtram ſtat opinionem: cum enim a *ψαλὶς*, *ψαλίδος*, *forfex*, deducatur commode *ψαλίζειν*, quid ni etiam ab eodem vocabulo, cum *arcum* vel *cameram* ſignificat *arcuatam* *ψαλίζειν*, *arcuare*, *fornicare* manare poſſit? quod ſi veterum uſus ad analogiæ rationem accederet, nulla mihi potior eſſet *Hieroclis* loci explanatio: nunc invitus ferme ab ea ſententia divellor: nam, ut dicam, quod res eſt, mihi quidem videntur antiqui Græci a *ψαλὶς*, cum *forficem* deſignat, *ψαλίζειν* formaſſe, cum vero *arcum*, *ψαλιδοῦν*, ut hoc pacto diſtinguerent diverſæ ſignificationis ab uno nomine deducta verba: apud *Bitonem* certe, qui cum aliis antiquis *Mechanices* Auctoribus Pariſiis prodiit, invenio *τραφὴξ ἐψαλιδωμένες στεγμενίοις*, & ſæpius alibi ipſum illud *ψαλιδοῦν*· quam ſibi non inutilem derivandi libertatem cum genitor vocabulorum uſus ſumſerit, remanet, ut *ψαλιστὸς* ſit *forſice acciſus*, *decurtatus*, *forficatus*: *arcuatus* enim a *ψαλιδοῦν* Græce diceretur *ψαλιδωτὸς*, quod ipſum alicubi me legiſſe memoria non fallax ſuggerit: *ψαλίδωμα* certe apud *Strabonem* invenitur: itaque *ψαλιστεὶ μυῤῥινῶνες* ab *Hierocle* dicuntur, qui concinnum & elegantem in modum forfice ſunt decurtati: ſic enim amputari ſolent & compeſci nimium luxuriantes arborum rami: *raſilia* cum *Apulejo myrteta* non invenuſte dicere queas: ſic enim in extrema libri de Mundo parte ſcribit: *acuta pinus, & raſiles buxi & odora laurus.* Sed dudum hæc hominibus Eruditis expoſitio placuit; *Salmaſius* enim ad *Hiſt. Aug.* & *Pearſonius* in *Prolegomenis* ad *Comment. Hierocl.* in *Aurea Pythag. Carmina* illam tradiderunt & ſunt amplexi, qui iidem, quodcunque hac de re adnotari poſſet, occuparunt.

Pag. 1014. n. 42. *Tetuli* l. *tuli*: forſitan vero & alibi præter meam mentem antiquum illud *tetuli*, cujus uſum renovare non decet, irrepſit: ſed illud quodcunque vitii utriuſque literæ litura facile L. B. emendabit.

Pag. 1016. n. 60. In *Ariſtophanis* verſiculo ſcribe: *σταθμήσεται.*

Pag. 1017. n. 65. De *Cratetis Τολμαῖς* videnda, quæ dixi ad lib. X, 54.

Pag. 1018. n. 78. Ad finem adnotationis meæ bis pro *ſeſqui* ſubſtitui præſtat *ſemis*.

Pag. 1021. n. 7. In loco vexatiſſimo libere meam dixi ſententiam; quanquam animus revera in tanta opinionum diverſitate fluctuet & diſtrahatur: ſecundas curas huic nodo expediendo impendere anguſtiſſima, quibus includor, temporis ſpatia non permittunt: alibi tamen id fiet, cum, Deo favente, uberius & aliquantulum accuratius in *Pollucem* commentabor: nec levi me beneficio Lectorem obligaturum exiſtimo, cum literas ab hominibus Eruditiſſimis ſuper hoc loco ad me datas in publicum proferam.

Pag. 1023. n. 13. Pro iſtis, quæ de *Soſicrate* ſcripſi, hæc melius ſupponentur: *Soſicratem* hunc quo argumento *Comicum* appellent Commentatores noſtri, non plane perſpicio: de me quidem certe mihi nullum eſt indicium, ex quo Comœdias hunc *Soſicratem* edidiſſe colligi poſſit: equidem mihi ſic perſuadeo, eundem eſſe cum iſto *Soſicrate*, cujus *Φιλαδέλφους* laudat *Athenæus* lib. XI. p. 474. Illud autem ſcriptum qualiſcunque fuerit argumenti, fabulam tamen non fuiſſe, liquide, niſi me mea totum fallit imprudentia, ſcribendi forma a *Comico* ſtilo alieniſſima demonſtrat: ſenarii vero iidem ipſi ſunt verſus, quales & hos eſſe ex illius *Παρακαταθήκῃ* bene Doctiſſimi Viri obſervarunt: res ethicas, quæ ad formandos pertineant mores, in hac ſua *παρακαταθήκῃ Soſicratem* expoſuiſſe, non vane quis arbitretur: ab illa materia non certe abhorrent, quæ hic *Pollux* producit: quemadmodum igitur *Epictetus ἐγχειρίδιον* inſcripſit illum libellum, quem nunquam non cuivis ad manus eſſe optabat, ne quis temere virtutis deſereret locum, ſic exiſtimandum eſt hanc a *Soſicrate Παρακαταθήκην* eſſe nominatam; quo titulo, me judice ſignificaverit, debere Lectores hoc ſcripto tanquam adipiſcendæ virtutis depoſito uti. Præterea memoratur in veterum monumentis *Soſicrates Rhodius*, qui literis conſignarit philoſophorum hiſtoriam & ſucceſſiones: hinc *Diogenes Laertius τὰς τῶν φιλοσόφων διαδοχὰς* pluries adducit, ſed apud eum non raro vitioſe fuit exaratum *Σωκράτης*, obſervante Viro Maximo *Iſ. Caſaubono*: ab *Athenæo* citatur *τῶν φιλοσόφων διαδοχὴ*, cui parem & re & titulo materiam ſcriptis tradiderat *Sotion Alexandrinus*: non quidem in dubium quiſquam vocaverit, quin eidem ſint auctori attribuenda *Κρητικά*, quorum ab *Athenæo* facta eſt mentio: eſt ubi pro Creticis Critica mendoſe repræſentantur: hujus voluminis primum librum *Suidas* in *Δούλων πόλις*, & ex eo *Michaël Apoſtolius* ad teſtimonium vocat. Hic vero *Soſicrates Rhodius* an alius fuerit ab eo, cujus ſunt *φιλάδελφοι*, & *Noſter* meminit, non plane dijudico: credere tamen, ſpero, licebit, uſque dum ſecta fuerit hæc lis. Sed vero de *Soſicrate* ſi polita deſideres, adire debes, Lector Benevole, ad egregias *Kuſteri* notas in *Suidam* voce *Ῥαδαμάνθυος ὅρκος*.

Pag. 1025. n. 27. *ἑταιρῶν* refinxerat & *Canterus* ad ſui Codicis marginem.

Pag. 1026. Diſconvenire quæ referunt utrique *Ariſtophanis* Commentatores veriſſimum eſt; utramque narrationem ex uno *Ariſtotelis* loco, cujus rectus al-

terutri ſenſus ex animo effluxerat, eſſe derivatam per mihi videtur probabile propter rationes a me allatas: ſi quis in diverſam pedibus iverit ſententiam, ſuo id faciet arbitratu, nec nobis valde invitis. Batti imagine nummos impreſſos credo nullos hodie extare: reperiuntur tamen, qui ad bovis dimidii figuram Batti nomen adſcriptum præferunt, ſeu hic veterior ille Battus ſit, ſeu aliquis ex ejus poſteris: vide Eruditiſſ. *Iſ. Voſſium* ad *Melæ* lib. I. c. 8. ubi ſane, quod gaudeo, ab opinione noſtra non abhorret: ſtatuit enim figuram cornutam iſtius nummi, quem *Salmaſius* ad *Solinum* produxit, *Alexandri* eſſe, aut cujuſdam ex ejus ſucceſſoribus. Neminem indignaturum ſpero, quod *Ptolomæos* ſcripſerim, cum Πτολεμαῖοι Græcis dicantur: nam ita ſæpiſſime in Codicibus antiquis & editionibus emendatiſſimis exaratur: ut non neſciam *Conringium* hanc ob cauſam ab Eruditiſſimo ejus Adverſario male fuiſſe acceptum. In *Heſychii* loco hac nota typothetarum vitio legitur ἐγχαράχθαι pro ἐγκεχαράχθαι· pauloque inferius *delineavere* pro *delineare*: in *Callimachi* verſiculo ſecundo legendum δώσειν. Sed in *Scholiaſtæ* veteris loco etſi non ſit incommoda mea emendatio, minus tamen nos a vera lectione abſuturos puto, ſi reponamus Τῷ Πτολεμαίῳ· δυϊκῶς· opus enim non eſt, ut caſus præciſe concordent.

Pag. 1028. n. 40. Scribe: *Sed vereor, ne hac quidem in p.* &c.

Pag. 1030. n. 53. Τέταρτον ἡμιστάτηρον tres ſunt ſtateres cum dimidio, quod ſæpius in noſtris notis docuimus: an τέταρτον ἥμισυ ſic intelligi pro loco poſſit, itave repererit *Heſychius*, non liquide affirmare habeo: ſcribendi celeritas obſcuritatem offudit iis, quæ adnotavi ad hæc *Heſychii* verba: Lectorem pleno jure decet arbitrari.

Pag. 1033. n. 65. Legendum in annotationis fine: τριωβελιμαῖες.

Pag. 1035. n. 91. Scr. *nota*.

Pag. 1040 n. 27. Olim fuit fabula Θεσμοφοριαζούσαι duplex, prima, & ſecunda, quam *reparatam* ſeu *renovatam*, διεσκευασμένην vocabant: hæc in antiquitatis voragine naufragium fecit; illa tulit ætatem, & in noſtris hodieque manibus verſatur: ea igitur, quæ ex prioribus *Theſmophoriazuſis* a *Gellio* ſunt allata, etiam nunc in hac fabula reperiuntur: uberius & non ſimplici vice ad librum X. eadem res a me eſt pertractata: hæc facile demonſtrant, quid mea commiſerit imprudentia: ſcilicet ea omnium eſt ſors, ut quæ etiam bene perſpecta habemus, animo nec opinantibus effluant.

Pag. 1050. n. 97. Omnem emendati *Heſychii* gloriam cedo Viris Eruditiſſimis, quos adduxit Doctiſſ. *Fabricius* Bibl. Gr. p. 518.

Ead. pag. n. 2. Non procul a fine ſcribe *res certa*.

Pag. 1054. n. 24. Legendum προκίλευτος· quod Doricum eſt: προκίλευστος enim Atticus ſcripſiſſet.

Pag. 1059. n. 59. Ἡρακλεῖς ἀλ. ſcr. Ne qua vero ſit admiratio, quod *Salmaſii* hominis de literis humanioribus optime meriti parum commode in *Epicharmi* verſiculis, me judice, reſtituentis αἱ πεντούγκιον opinionem audacter rejecerim atque improbaverim: non quidem me fugit hoc ipſo capite *Pollucem* ſcripſiſſe ἡμίλιτρον æquari ſex chalcis: idem etiam alibi tradiderat: ſed animum quæſo Lector eruditus attendat ad *Ariſtotelis* in Acragantinorum republica locum, quem *Pollux* produxit Segm. 80. litram ſummus Philoſophus æqualem ſtatuit obolo Æginæo, quem decem continuiſſe chalcos certiſſimum eſt: porro *Heſychius* ὄβολον interpretatur τὴν λίτραν· obolis autem aſſignantur vel ſex chalci vel octo, vel decem, quod fecit *Plinius*: Vide ſummum Virum *Joh. Freder. Gronovium* ad *Plin* N. H. lib. XXXII. ſi uncia itaque reſponderit chalco, uti tradit *Pollux*, neceſſe eſt litram obolo æqualem non tantum duodecim, ſed aliquando decem etiam continuiſſe uncias: præterea vero ſicut oboli pretium fuit diverſum nunc decem, nunc octo æſtimatum chalcis, ita quoque litra habere potuit varios pretii gradus: quin vero, ut ingenue dicam, apud antiquiores nullum invenio documentum, quo conſtet litram duodecim valuiſſe chalcos ſeu uncias, quæ ſane æſtimatio a recentioribus eſt recepta, qui omnes duodecim uncias litræ adſcribunt: accuratius ea de re dicere conantem & tempus & loci ratio deſtituunt: his autem ſi ſatisfacere potuerim iſti difficultati, eſt quod mihi gaudeam, ſi ſecus fuerit, æqua Doctorum hominum litura meos expungat errores.

Pag. 1060. n. 62. Scribe: καὶ γὰρ πάλιν λέγει ἐν Ἀταλάντῃ.

Pag. 1061. n. 68. Poſt *Choliamborum ſuorum* inſere: *aut cujuſdam ſaltem partis*.

Pag. 1063. n. 76. Scr. *cujus rei veritas & Jung.* &c.

Pag. 1064. n. 78. De *Agloſthene* ſatis in hac nota luculenter diſputavi: ſed quædam obiter adſpergenda. In *Hygini* loco *Agloſthenes* claris literis expreſſum legitur in Codice MS. quem contuli. Illa vero cum ſcripſi, ipſum *Thomæ Galei* locum non inſpexeram, quo poſtea perlecto deprehendi meæ adnotationis pleraque ab Eruditiſſimo Viro eſſe occupata: in ceteris autem *Athenæi* emendatio, quæ caput eſt hujus notæ, hominem doctiſſimum non præteriit: de *Agathoſthene* vero parum abeſt, quin *Galei* ſententiæ me dedam; ad quod me maxime impellit *Eratoſthenis*, quem adduxit, locus: quanquam ab altera parte nihil omnino ſit rationis, quod magnopere nos credere cogat, non eadem potuiſſe literis conſignari ab *Agathoſthene* & *Agleſthene*: mox ſcribe *redeamus*.

Pag. 1076. n. 58. Leg. *Poteris* pro *potueris*.

Pag. 1083. n. 94. In *Euripidis Scholiaſte* per ψῆφον vel ψήφους τὴν πεττείαν intelligendam dixi: nec me pœnitet iſtius expoſitionis: ſed tamen ſi quis calculorum ludum deſignari potius velit, non equidem intercedo.

Pag. 1086. n. 24. In fine: *quæ eos ſuppeditat* pro *qui*.

Pag. 1096. n. 20. Scripſi mendoſam eſſe lectionem vulgatam ἐξιῶντο· nunc aliter videtur: rectiſſime quippe *Kühnius ſanabant*, ab ἐξιᾶσθαι· ſic ferme *Galenus* poſuit lib. I. Ὑγιεινῶν· ὡς ἄν τις ἄριστα τὰς νόσους ἐξιῷτο· nihil itaque attinet, cum *Jungermanno* aliam lectionem inveſtigare.

Pag. 1099. n. 54. In conſtituendo *Pollucis* de Myinda loco non invitis Muſis me eſſe verſatum opinor: operæ tamen pretium feret eruditus Lector, ſi cognoverit, quæ noſter *Berglerus* literarum Græcarum ſcientiſſimus mecum communicavit: ſic enim ille ad me de his Onomaſticographi verbis *Ego locum illum* IX, 113. *in nova hac editione feliciter reſtitutum judico, omniaque in illo plana eſſe, ſi recte capiantur, volo oſtendere: tantum* σαφηνείας *gratia ita diſtinguo.* Ἡ δὲ μυΐνδα ἤτοι καταμύων τις Φυλάττου βοᾷ, καὶ ὃν ἂν τῶν ὑποφευγόντων λάβῃ, αὐτίκα ἀντικαταμύειν ἀναγκάζει, ἢ μύσαντος κρυφθέντας ἀνιχνευσᾷ, μέχρι φωράσῃ· ἢ καὶ μύσας οὗ ἄν τις προσάψηται, ἢ ἐὰν τις προσδείξῃ, μαντευόμενος λέγει, ἔστ' ἂν τύχῃ. *Hæc ego ita accipio & interpretor: Myinda (cæciludium) vero (eſt, in qua:) aut oculos quis claudens Cave clamat, quemve fugientium prehenderit, ſui loco confeſtim clauſis eſſe oculis cogit: aut eos, qui ſeſe, dum ipſe viſum ſibi obſtruebat, commodum occultaverant, tamdiu inveſtigat, quoad deprehenderit: aut viſum ſibi quis obſtruens, quem tetigerit, ſive etiam ariolans digito monſtraverit, indicat (nominat) uſque dum in eum incidat: (eum conjiciat.) nominando ſcil. illum ipſum, quem tetigerat, vel digito monſtraverat. Non inepte tamen legas:* κρυφθέντας ἀνιχνεύει. *De genitivo abſol. ſine* αὐτοῦ *vid. Segm.* 117. 118.

Pag. 1115. n. 31. Inter illa duplicis conjugationis exempla, quæ ex fœdere Smyrnæo protuli, ſecundum deleri volo, quod minus videatur opportunum.

Pag. 1120. n. 64. Lectionem *Suidæ* vulgatam φιλοῦν jam dubito, an mutare ſit conſultum: videtur

enim non male poſſe dici φηλοῦν δὖ οἰκίαις γερόντων ἀβελτέρων· ſi tamen quis φηλῶν prætulerit, interpretabitur potius, *fallens*: integra Lectori judicandi ſit libertas.

Pag. 1121. n. 74. In adnotatione prima ſcribe *perierunt* pro *perditum evêre.*

Pag. 1122. n. 78. *Platonis* Ξαντρίαι, quas dixi reſtituendas *Suidæ*, apud *Hephæſtionem* adducuntur ſine addito tamen altero fabulæ titulo Κέρκωπες· quanquam vero nihil occurrit, quod hanc me relinquere ſententiam cogat, cum illo tamen pugnare non conſtitui, qui Ξάντας veram dixerit inſcriptionem fabulæ *Platonicæ*: vide præterea, quæ dico ad Segm. 153.

Pag. 1127. n. 26. Etſi *Suidas* illam ſcribendi formam πασσυδὶ improbaverit, conſtat tamen ſæpius apud optimos inveniri ſcriptores: *Xenophon Cyrop. A.* ὁ δὲ Κῦρος ἰδὼν ἐκβοηθοῦντας τοὺς ἄλλους πασσυδί· nec video quibus argumentis hæc legitima profecto ſcribendi forma debilitari poſſit, cum ſimiliter in aliis quamplurimis extet. Poëtæ dicunt πασσυδίῃ, quod apud *Callimachum* in Del. v. 158.

Pag. 1128. n. 36. Forte præſtiterit συνελέγοιτο reponi: rarius enim, ut puto, hanc Atticiſci formam in hoc verbo reperias: ſed res tanti non eſt, ut diutius commoremur.

Pag. 1136. n. 26. Scribe *ſubcingi.* In fine iſtius adnotationis lege: ἐξεπυγάσατο· ſed in iſto *Cteſiæ* loco necdum illud ἐξάγαγεν, etſi reponas meam emendationem, ſatis perſanatum videtur: an forte dixerit ἐξάγειν ἑαυτὸν, ut ſubintelligas τοῦ βίου, *ſeipſum vita privare*: durius quidem illud apparet, neque ſuccurrit etiam, quod propius ad literas accedat, quam id quod protuli.

Pag. 1150. n. 12. Poſt Κόλαξι adde in Textu προειπών.

Pag. 1151. n. 22. Doctiſſimus etiam *Canterus* πλέων reſtituit pro πλέον. In *Eupolidis* verſiculo ſi οὖν extruſeris, ſenarii erit initium legitimis conſtans pedibus: ſed rem totam arbitrio Lectoris concedo.

Pag. 1152. n. 29. *Salmanticenſibus* Excerptis debemus οἰκητήρια, quod omnino oportet in textum reponi, ut etiam a me factum eſt: ſed prætereundum non videtur Eruditiſſ. *Canterum* eodem pacto ad libri ſui marginem ex ingenio ſuppleviſſe.

Pag. 1153. n. 34. In *Diphili* verbis *Canterus* olim reſtituit, uti nos, δίστιχ' pro δίστιν· in ſecundo verſu ita legendum judico, ἐκπώματα τε καὶ Τ'ἀργυρίδιον· quod forte convenientius ad Jamborum legem.

Pag. 1160. n. 81. Doctiſſ. quoque *Canterus* κεράσιον emendavit pro κράτιστον.

Pag. 1166. n. 8. *Antiphanis* extrema perdifficilia ſunt: meam emaculandi voluntatem unumquemque laudaturum exiſtimo: ſi parum feliciter ea res mihi proceſſerit, non tam egomet mihi culpandus videor, quam quidem conſiderandæ ſunt loci tenebræ: certe quæ dixi, jam nunc a me ipſo improbantur: τάσσειν enim ſimpliciter apud Græcos raro ſignificationem habet mandandi; ſed ea notione potius uſurpatur προστάσσειν, ἐπιτάσσειν· ſperamus itaque ingenioſiores *Antiphani* adfuturos.

Pag. 1170. n. 34. Pro *Plutonis* repone *Pluti*: reor & alibi me inſcio hoc irrepſiſſe mendum.

Pag. 1176. n. 91. *Byzantinous*: leg. *Beſantinous.*

Pag. 1180. n. 29. In *Sophoclis* verſiculo bona eſt *Salmaſii* emendatio; ſervat enim metri jambici præſcriptum: quamobrem eam eſſe probandam cenſeo.

Pag. 1184. n. 54. Putabam aliqua ratione *Heſychium* ejuſque errores excuſari poſſe, ſi culpæ non minima pars in ejus conferretur notarium, quo forte in colligendis vocibus & excerpendis fuerat uſus: ſed res incommodo cecidit, ſiquidem hanc ipſe defenſionem *Heſychius* infirmet; jactat enim in prologo propria ſe manu totum illud Lexicon deſcripſiſſe, & in ordinem digeſſiſſe; quod cum a nobis credi par ſit, non indigne feret *Heſychius*, ut cum Eruditiſſimis hominibus etiam credamus, ejus imperitiæ errores pleroſque aſſignandos eſſe, qui in iſto deprehenduntur Lexico: gratiam vero a re literaria maximam iniret, ſi quis *Heſychii* recentaret editionem; cujus quidem ſpem nobis non penitus incertam fecit Vir Eruditiſſ. *Lud. Kuſterus*, dummodo non alia negotia, quod nolim, ab hoc eum conſilio revocent.

Pag. 1210. n. 20. De flagellis ἀστραγαλωτοῖς videndus etiam *Lipſius* de *Cruce* lib. II. c. 3. quem diligenter poſteriores exſcripſerunt. *Æliani* locum opera noſtra, cum illa ſcriberem, reſanuiſſe cenſebam: nec forte emendatio noſtra viris eruditis diſplicebit: id tamen adnotare non prætereo, nonnullam mihi ſubortam eſſe cauſam, ob quam illum locum ad accuratius examen revocandum eſſe judico: hic autem ut id fiat, nec loci nec mei temporis, quod mihi jam contractiſſimum eſt & plurimis impeditum negotiis, ratio patitur: ſed hoc tamen alibi me debito exſolvam.

Pag. 1215. n. 52. Produxi meam ego conjecturam, non quod locum ita reſtitutum exiſtimarem, ſed ut vice cotis fungens felicius aliorum ingenium acuerem, & impellerem ad inquirendam lectionem veram: palma in medio poſita eſt, quam, qui optime conjecerit, auferet.

Pag. 1216. n. 62. Scribe: *adhærere.*

Pag. 1226. n. 38. In *Antiphanis* verſu, qui ſenarius eſt, pedes ſibi conſtant, plenique ſunt: quo magis circumſpecte in hoc loco eſt agendum: *Kuhnius* ab *Antiphanis* mente & ipſa veritate non aberravit forte, cum diſtinctionem ponat poſt πρῶτον· ſed ego, quod non diffiteor, ſenſum haud ſatis capio.

Pag. 1234. n. 88. Puram me lectionem adſeruiſſe puto: cujuſcunque ponderis ſit Φιλοκρίνης, quod alios penſitare velim, non certe conſtabilitur ex *Heſychii* loco: venit enim in mentem, ſcribendum potius in Lexicographo Φυλοκρινεῖν· ſæpius ea ratione ab *Heſychio* peccatum: adſtipulatur autem huic emendationi ipſe *Heſychius*: Φιλοκρινεῖν, τὰς φυλὰς διακρίνειν· & cummaxime *Etymologici* pater, quem vide.

Pag. 1237. n. 7. Præcipua vitii origo, quod Καρχηδόνιοι & Χαλκηδόνιοι ſæpe reperiantur confuſi, prognata eſt ex diverſa vocis Καρχηδόνιοι ſcriptura: oſtendit enim ad *Sidonium Apollinarem* Vir ſummus *Jac. Sirmondus* in veterum monumentis & marmoribus Καλχηδονίους exarari & Καρχηδονίους.

Pag. 1241. n. 30. Leg. *culparent* &

Pag. 1242. n. 33. *culpat.*

Pag. 1251. n. 89. Leg. *Beſantinoo.*

Pag. 1255. n. 14. Hæc ſcripſeram in prima nota, quæ neſcio quo pacto ſint reſciſſa, neque typis repræſentata: Oculos ego forte, dum his animum attendo, in Interpretem conjeci, cujus hominis imprudentiam an ignorantiam magis mirer nondum equidem conſtitui, qui ad *Pollucem* vertendum ab omni eruditione Græca imparatus acceſſerit, itaque in ea re ſe geſſerit, ut poſtea provectior ætate rerumque cognitione verſionem illam ingenii ſuperbientis abortum fateri ſit coactus: in his profecto ut in omnibus ſe turpiter dedit, cum *Ariſtophanis* eſſe verba ſentiat: τὰ δὲ κάναστρα &c. quod a *Pollucis* conſilio abhorrere facile ſine MSS. quis animadvertiſſet: nec ſane monuiſſem ea de re, niſi in hoc eodem erroris luto doctos homines hæſiſſe intelligerem, quos vitium deceperat Interpretis: attamen non ſeveriſſime caſtigandi ſunt, aut culpandi, qui, cum MSS. ope fideli deſtituerentur, in hoc Auctore noſtro minus dextre verſari potuerunt. Poſtmodum adductus eſt a me *Leſchis* verſiculus e *Tzetze* ad *Lycophronem*: Ἥνικα νὺξ μὲν ἔην μέση, λαμπρὴ δ' ἐπέτελλε σελήνη· ſi μέση induxeris, integer erit verſus: ſed mihi perſuadeo illud ἥνικα eſſe a *Tzetzis* manu, qui parum attentus aut a memoria deceptus illud adjecerit: nuſquam enim alibi in hoc extat verſiculo: de *Leſche* vero & *Iliade* parva adeundus etiam Vir inſigni Eruditione & diligentia *Joh. Alb. Fabricius* in *Bibliotb. Græc.* pag. 280. Porro, quamvis meam de Ke-

ραμεῦσι & *Καμίνῳ* conjecturam ſine controverſia certiſſimam eſſe exiſtimem, adjungam tamen mantiſſæ loco argumentum pro mea opinione validiſſimum: *Suidas* inter *Homeri*, quæ enumerat, ſcripta refert *Κεραμὶς*, nec in illa enumeratione, quod inprimis attendendum videtur, *καμίνου* meminit, cum tamen poſtea ipſum illud carmen producat: hic primum in *Suida* emendari velim *Κεραμεῖς*, de qua emaculatione neminem equidem dubitaturum puto: deinde facili negotio conficio, *Suidam* *Κεραμεῖς* & *Κάμινον* pro uno eodemque habuiſſe poëmate: hæc autem mea non mediocriter adjuvantur judicio Doctiſſimi *Fabricii*, qui *Κάμινον* *Herodoti* & *Κεραμεῖς* *Suidæ* memoratos non diverſum eſſe carmen cenſuit: hoc autem etſi rectiſſime *Fabricius* pronunciaverit, vera nihilominus videtur emendatio loci Viro præſtantiſſimo latuiſſe.

Pag. 1262. n. 62. *Cratetis* verſiculum, ut cum metri norma non diſconveniat, ita compone: *Τὰ καύσχια* vel ſimpliciter *Καύσχια τῆς κοίτης ὑπερέχειν μοι δοκεῖ.*

Pag. 1263. n. 68. Ita lege *Pherecratis* *χωῦσιν·* -- *ἀλλὰ καὶ ἐν κοίταις ταῖς ἐμαῖ* (vel *ἐμοῦ*) *Ἀποκτεῖν' ἂ μέλλομεν ἀριστήσειν·* operam illi perituram puto, ſi quis ultra hæc noſtra quicquam tentaverit.

Pag. 1272. n. 24. A mea quidem emendatione non recedo: ſed difficultatem, quam mihi forte quis objiceret, expediam: ſcilicet in vulgata lectione integros ſenarii pedes conſtare nonnemo mihi opponet, qui tamen legitime non ſerventur, ſi mea ſit emaculatio ſequenda: ſed quæſo, ne quid calidiori judicio ſtatuatur: ita ſi digeſſeris, nodus hic erat ſolutus: —— *τὰ δὲ τήγανα Σίζοντα σοι μολύνεται* ——.

Pag. 1279. n. 63. Exercuit nos mirum in modum *Solonis* locus: ſed adducta video ad probandam vocem *πιύσις* a me *Heſychii* verba: *Πιυθὶς, ἰψηθὶς·* corruptelam in hæc invaſiſſe non credo: aperiam tamen erudito Lectori, quæ in mentem venerit cogitatio: *πιυθὶς* ſi pronuncietur ex communi conſuetudine Græcorum, eundem ferme reddet ſonum, quem *πιφθὶς·* unde forte ita debere ſcribi, quis colligere velit, de qua re arbitretur Doctus Lector. Facili vero negotio *Solonis χρῆσιν* in Jambos refingere datur: *Πιυσίδα οἱ μὲν κ' ἴγδιν, οἱ δὲ σίλφιον Οἱ δὲ ὄξος* —— vid. etiam Segm. 131. Sequenti nota explicui *Antiphanis* obſcurum locum: poſterioris *χρήσεως* hic ex carminis lege eſſe debet poſitus: —— *τὴν θύειαν ἀγνοεῖς; Τουτέστιν ἡ ἴγδις.*

Pag. 1286. n. 15. *Βατάνιον* in textu jure repoſui: corroborabatur enim MSS. auctoritate hæc lectio: ſed *κατάνιον* vel *κάτανον* eſſe Græcam vocem non bene negavi, cum eam agnoverit *Varro*, indeque *catinum* deduxerit: ſic enim ille de L. L. lib. IV. *a capiendo catinum nominaverunt; niſi quod Siculi dicunt κάτινον, ubi aſſa ponebant*: quædam exemplaria *κάτανον* habent, quod a pleriſque probatur eruditis: vide *Scaligerum*: itaque & *κάτανος* vel *κατάνιον* eſt vocabulum genuine Græcum, & origo Romani nominis *catinus.*

Pag. 1288. v. 2 & 3. *Canterus* etiam reſtituit *κοδομαῖς* & *κοδομεῖν* pro vitioſa lectione, quæ omnes ante *Seberum* editiones inſederat.

Pag. 1296. n. 7. Intellectum, quem *Theopompi* loco aſſignavi, verba Græcæque linguæ conſuetudo non reſpuunt: ſed ingenioſum eſt, quod mihi impertivit elegantiſſimus noſter *Berglerus*, qui pro ipſo bello ſumit *Ὀβελισκολυχνίον* & *ξιφομαχαίραν πικρὰν* hac ſententia. *Nos autem bona fortuna liberatos a bello, ejuſque muniis & periculis.* Egregium hoc, niſi fallor, & minime ſpernendum.

Pag. 1303. n. 51. Poſt *Clementis* verba, *καὶ τοὺς γαυνάκας τοὺς πολυτιμήτους* hæc ſunt adjungenda, quæ, etſi jam tum, cum ea imprimerentur, literis eſſent conſignata, neſcio quæ cauſa deridenda ſuppreſſerit. Progredior ad aperiendam vocis originem, quam e Perſica debere repeti partim veteres Auctores, partim ipſa res clamant: propius igitur, uti ſpero ad fontes accedemus, quam hactenus acceſſit quiſquam. Apud *Chaldæos* vocem invenio Græcæ *γαυνάκης* quam proximam גונכא ſeu potius גֻּונְכָא. illam adhibuit *Chaldaus Interpres* I *Jud.* IV. v. 18. pro *Hebræo* nomine סמיכה, quod *ἐπιβόλαιον* apte LXX. Viri ſunt interpretati: operæ pretium eſt adſcribere, quæ ad illum locum *Salomon Jarchi* notat: תירגם יונתן בגונכא .ופירש רב האיי גונכא גלופקרין שקורין קר״טא קר״טא ſcilicet בל״עז ſeu populari ſermone, uti declarant *Levi Ben Gerſom* & *David Kimchius*: nec aliter *Thalmudicam* vocem גלופקרין exponit *Gloſſa*: nimirum Itali ſolent appellare veſtem quamvis ſuperiorem *Cotta*, aut ſingularius album religioſorum, quos vocant, indumentum: ſed præterire non poſſum, quin adjiciam *Kimchii* egregie caunacem exponentis locum: תי׳ בגונכא ופירש רבינו האיי ז״ל גלופקרא הנזכר בספרי ר״ז ל קו״טא בל״עז ובערבי גואבי כלשון התרגום והוא כסות עב יוצאים ממנו ציצית מן הצמר בכל פני הכסות. Viden igitur *Hebræam* vocem סמיכה, cui *Chaldæorum* reſpondet גונכא auctore *Kimchio* deſignare tegumentum villoſum vel *ἀμφίμαλλον·* ſed de *Arabica* voce, ipſam illam eſſe credo, quæ a *Giggeo* & *Golio* ſcribitur גַּנַב exponiturque *colobium muliebre.* Ad hoc autem *Chaldæum* nomen quod attinet, exiſtimo derivatum a Græca voce: ejuſmodi enim generis in hac dialecto plurima ſunt alia: utriuſque autem tam Græci quam Chaldæi vocabuli locus natalis in Perſia quærendus eſt; neque id a me vano labore fuit factum: apud Perſas enim גנאך & גנאח ſtrata vel ſtragulæ dicuntur equorum, vel etiam illa lora, quibus ſaga corporibus equorum adſtringi colligarique ſolent: ſi bene memini, notio prior in *Roſario* uſurpatur: præterea, notantibus *Lexicographis*, גְּנאח eſt *lorus vel duplex crumena ex holoſerico Damaſceno interdiſtincta*: hæ omnes voces, uti quiſque videt, qua ſcribendi modo, qua ſignificatione ſunt affines: cum itaque tam belle cum uſitato Græcis vocabulo conveniant, quin vere ſint antiquæ, & nominis Græca civitate donati exemplar, non eſt dubitandum.

Pag. 1304. n. 58. De Theſſalicis chlamydibus quæ mihi ſunt obſervata; quæque huic ipſi notæ inſeri maluiſſem, paucis hoc loco complectar. Athenienſes *τὸ ἱππικὸν ἱμάτιον* ſeu equitum indumentum appellaſſe *χλαμύδα*, ejuſque vocabuli a Theſſalis uſum tranſtuliſſe, demonſtrat noſter *Pollux*: quod ideo mihi certiſſimum apparet, quoniam Theſſalos chlamydes uſurpaſſe primos non pauci ſcriptores memoriæ mandent: *Heſychius* in *Ἐντεθετταλίσθαι*, ſic enim e *Pollucis* noſtri lib. VII. c. 13. corrigendum, ita ſcribit: *συνηθὲς γὰρ τοῖς Θετταλοῖς χλαμυδοφορεῖν·* eam ob cauſam *Eupolis* in *Marica* dixerat *ἐνθετταλίσμεθα*, notante *Stephano* in *Θετταλὸς*, pro *Θετταλικὴν χλαμύδα φοροῦμεν·* & *Heſychius* ex alio neſcio quo auctore: *ἐντεθετταλίσθαι, κεχλαμυδῶσθαι.* Forma tamen Theſſalicarum chlamydum videtur fuiſſe diverſa a ceterorum Græcorum chlamydibus, ſiquidem hæ fuerint rotundæ, illæ vero quadratæ, quapropter vulgo *Θετταλικὰ πτερὰ* dicebantur: *Heſychius*: *Θετταλικὰ πτερά· τοῦτο εἴρηται διὰ τὸ πτέρυγας ἔχειν τὰς Θεσσαλικὰς χλαμύδας· πτέρυγες δὲ καλοῦνται αἱ ἑκατέρωθεν γωνίαι, διὰ τὸ ἐοικέναι πτέρυξι·* quæ prorſus iiſdem verbis *Suidas* habet: ſed emendandum in eo pro *διὰ τὸ πτερύγιον ἔχειν* ex *Heſychio* & *Etymologo* *διὰ τὸ πτέρυγας ἔχειν·* cum his utriſque ad amuſſim conſpirant Parœmiographi veteres: de *πτέρυξι* vero & *γωνίαις* veſtimentorum opera mihi periret & oleum, ſi quid conſcribere tentarem poſt inſignem Eruditiſſimi *Salmaſii* curam ad *Tertulliani Pallium*: itaque conſtare arbitror quadratas fuiſſe chlamydes Theſſalicas, quippe quæ *γωνίας* habuerint ſeu *πτέρυγας*, quæ in veſte quidem rotunda nunquam reperiuntur: oſtendendum reſtat, quod apud alios Græciæ incolas chlamydes fuerint rotundæ: ad eam rem teſtimonio utar *Etymologi Magni* in *χλαῖνα*, ubi dif-

ſeritatem exponit inter *χλαίνας*, *χλανίδα* & *χλαμύδα·* *Χλαμὺς δὲ τὸ περιφερὲς καὶ κυκλοειδὲς τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγόμενον σαγομάντιον, ὅπερ φοροῦσιν οἱ κηροφόροι·* idem luculentiſſime tradit *Ammonius*, qui ſcripſiſſe *Didymum* refert, *ὅτι ἡ μὲν χλαῖνα τετράγωνον ἱμάτιον, ἡ δὲ χλαμὺς εἰς τέλειον περὶ τὰ κάτω συνῆκται·* ubi teſtimonia veterum adſunt tam clara & evidentia, pluribus verbis & argumentis non opus eſt. Chlamys autem primum & proprie fuit dictum veſtimentum equeſtre: nam & Theſſali rei equeſtris gloria floruerunt, adeo ut non pauci equorum regundorum artem & peritiam ab ipſis inventam ſcriptum reliquerint: hinc & Ἱππίου *Neptuni* cultus apud eos eximius, qui Scyphium & Ariona primos, uti ferunt, equos percuſſa petra produxit, unde protenus in Theſſalia feraciſſimus extitit præſtantiſſimorum equorum proventus: a Theſſalis igitur equitibus ad ceteros Græciæ populos chlamydum uſus eſt translatus: deinde vero non in bello tantum & equitantes chlamydibus amicti fuerunt, ſed & in foro, & alias etiam frequenter, quandocunque proditent in publicum: in Theſſalia vero cum plurima ſint ex Oriente derivanda, quod egregie docuit Vir prodigiali eruditione *Samuel Bochartus*, ita quoque non inepte deduxerunt hanc vocem, quæ nullam habere videtur in ſermone Græco radicem, ab *Hebræo* גלום, quod pallium, aut veſtimentum quodcunque latius, ut duplicati poſſit, deſignat: *Chaldais* גלימא.

Pag. 1305. n. 70. Poſt *Grammatici docent* inſere: *Harpocratio*: *κυρίως μὲν κελέοντές εἰσιν οἱ ἱστόποδες, ὡς καὶ παρ᾽ Ἀριστοφάνει δῆλον τῷ Κωμικῷ·* ἰσόποδες in editione prima & *Mauſſaci* legitur vitioſe, nec non apud *Suidam*, quem tamen bene correxit *Æmilius Portus*. *Euſtathius* ad *Il.* Λ. *χρῆσις δὲ τῶν κελεόντων παρά τε ἄλλοις καὶ παρὰ Παυσανίᾳ, ὃς φησὶν ὅτι κελέοντες οἱ ἱστόποδες, καὶ τὰ λεπτὰ καὶ πηνοειδῆ τῶν ξύλων· λέγει δὲ καὶ Αἴλιος Διονύσιος, ὅτι κελέοντες οἱ ἱστόποδες καὶ πάντα τὰ μακρὰ ξύλα·* *Etymologus*: Κελέοντες, *κυρίως οἱ ἱστόποδες· καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰ καταπεπηγότα ξύλα, ἃ καὶ σταύρους καλοῦσι·* ita ſcripſit, ac ſi legiſſet & ante oculos habuiſſet *Antiphontis* ab *Harpocratione* citatum locum: *Ἵνα τοὺς κελέοντας κατέπηξεν·* eaque de notione hæc obſervat Auctor excellens: *μεταφορικῶς δὲ νῦν ὁ Ῥήτωρ λέγοι ἂν τὰ ὀρθὰ ξύλα.* Non cum his diſconveniunt, quæ retulit in Lexicon *Heſychius*; ſed illi paulum corrupto ſuppetias eruditi viri tulerunt, niſi gravius alat vulnus ille locus. Occurrunt autem *κελέοντες* apud *Anton. Liberalem* Metam. c. 10. *καὶ ἐκ τῶν κελεόντων ἐῤῥύη νέκταρ αὐτῷ καὶ γάλα·* ad quæ *Berkelium* vide.

Pag. 1316. n. 65. Nihil in iſtius fabulæ titulo mutandum puto; Ὀδυσσεὺς Ναυαγὸς rectiſſime: naufragium enim revera feciſſe *Ulyxem* de *Homero* didicimus.

Pag. 1339. n. 46. Ὀφθαλμιῶ reſtituit etiam *Canterus* ad libri ſui oram.

Pag. 1372. n. 7. Meam emendationem ideo maxime cogor abjicere, quod incommodare videatur metri legibus: ſed propter ea, quæ diſputavi, mihi non dubium videtur, quin *Pollux ὤαν* illa, qua dixi, ſignificatione protulerit ex *Pherecrate*: de legitimis verſiculi pedibus ſi quis ſit ſollicitus, non multo labore reperiet: ſic modo refinge: Ὁ *μὲν ὤαν ὡς ἂν λούμενος προζώννυται.* Si quis tamen omnino vulgatam maluerit, cum eo equidem contentionem non inſtituam: id tamen in primis mecum facit, quod lotio nulla ratione, quod ſciam, ad *τὴν παιδοτριβικὴν* pertineat.

Pag 1376. In *Ariſtophanis* loco præfero lectionem Codicis *Salmaſiani ἐξέτριψε·* Itaque ſcribe — *ὁ δ᾽ ἐς τὸ πλύνθειον Γενόμενος ἐξέτριψε* —.

Pag. 1387. n. 13. Reſtituit etiam *Canterus σακχυφάντας* & *πλέκοντας* pro vitioſa antiquiorum editionum lectione. Hæc ſunt, quæ, dum oculo properante meas adnotationes relegi, corrigenda videbantur & emendanda: fuerat in promtu quaſdam a me uſurpatas loquendi formulas, quæ non ab omnibus æque probantur, ſubſtitutis uſitatioribus delere: ſed quæſtum illius operæ nullum animadvertebam, præcipue ſi Lectoris benevolentia, quod futurum ſpero, iſtis talibus ignoverit. In Præfatione vero, quod ſolummodo monendum reſtat, in iſtis, qui *Pollucis* noſtri fecerunt mentionem, enumeravi *Anthologiæ Scholiaſtem* quem melius omiſiſſem, cum poſt *Henricum Stephanum* quiſquis ille vixerit: de *Euſtathio* vero, quem omnino *Pollucis* non meminiſſe, ſic enim putabam, ſummopere mirabar, dubitationem mihi nonnemo fecit, qui noſtri *Pollucis* nomen in *Euſtathio* ſe reperiſſe confirmabat: quin etiam apud Eruditiſſ. *Fabricium* de Lexicis *Euſtathium* inter eos diſerte nominari invenio, qui *Pollucis* meminerint. Itaque me ſuſtineo, dum certius ea de re conſtet. Vale.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google